CHRISTIANI EX
POSICIO IN
MATHE



1 5 5 6

¶IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI ET CONCORDIAE COMITIS/ DE RERVM PRAENOTIONE LIBRI NOVEM.

PRO VERITATE RELIGIONIS/ CONTRA SVPERSTITIOSAS VANITATES EDITI.

De fide theoremata.
De morte Christi/& propria cogitanda: Libri tres.
De studio diuinæ/& humanæ philosophiæ: Duo.
De diuini amoris imaginatione: Vnus.
Vita patrui/& defensio de uno & ente/& alia quæpiã.
Expositio tex. Decreti de con. dis. ij. Hilarij.
Epistolarum libri Quattuor.
Iustini tralatio.
Staurostichon/de mysterijs Germaniæ Heroico carmine.



INDEX PRINCIPALIVM CAPITVM LIBRORVM OMNIVM DE PRAENOTIONE RERVM IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI ET CONCORDIAE COMITIS.

¶CAPITA PRIMI LIBRI

¶CAPITA SECVNDI LIBRI

¶CAPITA TERTII LIBRI.

CAPITA QVARTI LIBRI

CAPITA QVINTI LIBRI

CAPITA SEXTI LIBRI

¶CAPITA SEPTIMI LIBRI.

¶CAPITA OCTAVI LIBRI

¶CAPITA NONI LIBRI

Finis Indicis de rerum prænotione.

¶IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE PRINCIPIS CONCORDIEQVE COMITIS IN LIBROS SVOS DE RERVM PRAENOTIONE PROEMIVM. AD ALBERTVM PIVM CARP. PRINCIPEM.

m

Irabar olim Alberte/mox ſęp enumero indolui: cum animaduerterem
genus humanũ ijs in rebus inueſtigandis/ quæ parum ſibi emolumẽti
per ſeſe allatura eſſent/curioſiſſimũ fuiſſe: in illis uero cõparandis/ quo-
rum defectu nil ad uitã beatam cętera conferrẽt/negligentiſſimũ. Eniti
mortales conſueuiſſe/ut prænoſcerent quod eſſet futurũ:poſt haberent/quod ali-
quãdo ipſi futuri eſſent. Affectaſſe prænotionẽ euentuũ alienorum/ propria ope-
ra/quin & ſeipſos nõ cognouiſſe. Atqui nec gentes ipſas/aut littera Delphica/aut
Chilonis præcepto motas/ut in ſui quiſqꝫ noticia uerſaretur. Sed nec hebręos So-
lomonis præceptis animatos / ut propriã noſcerent ſpeciem . Nec omnis noſtros
homines euangelico monitu excitatos ut perſcrutarentur / ne ſint tenebræ / qđ in
eis lumen apparet. Feruere nihilominus paſſim omnes ad futuri noticiã peruesti-
gandam: quæ ſi perperã ſuſcipiatur peſtilentiſſima fraus & eſt/ & a bonis iudicijs
ſemper habita/ſi recte: ſalubre & ad agendã bene atqꝫ beate uitã/ præcellentiſſimũ
compendiũ exiſtimatur. Hiſce de rebus/tum ut mihi conſulerẽ/tũ ut alijs/ quibus
poſſem uiribus ne deeſſem/de ſui ipſius cognitione/de fide de operibus ad fœlici
tatem conducẽtibus pleraqꝫ egi/dum libros de morte Chriſti & propria cogitan-
da/de ſtudio philoſophiæ/de Imaginatione conſcriberem: & præcipue in Theo-
rematis / de Fide & ordine credendi : Scrutatus qua potui ratione quibus nam
ueluti methodis / & illa conſequi / & is uti commode poſſemus . Propterea ra-
tus cum eſſem me facturum operepręcium / ſi de rerum prænotione diſſererem/
hoc operis aggredi placuit: Cui abſoluendo/non ipſius modo eximia utilitas/ ſed
& dignitas etiã ſubinuitauit. Quippe ſi rerum cognitionẽ præclaram eſſe omnes
ſemper duxerũt/præclariorẽ certe præcognitionẽ ipſam iudicauerint. Sed ẽm uti-
litatis acceſſione ea propenſiores facti ſumus ꝙ noſtro labore multis conſuletur
qui in deligendo hallucinantur & ſuo periculo ſæpenumero exorbitant . Siqui-
dem crebris & repetitis experimentis agnouimus/ſuperſtitioſas & noxias futuro
rum prænotiones a multis appeti : quæ aut nullo aut præpoſtero diſcerniculo a
bonis ac ueris dirimerentur. Nouem igitur libros pro ueritate prænotionũ aduer
ſus uanitatẽ inſtituendos curaui/in quibus qui mihi labor/quæ difficultas: noue-
rint ij/ quibus compertũ librorũ omniũ ordinẽ/& cathęnã non facile necti. Sed ex
actius illi: quorũ ſtudio conſtiterit de ipſo ſupremo genere : id eſt de prænotione
in uniuerſum ante me neminẽ diſſeruiſſe. Primus ꝙ ſciã id ipſum & ſuas partes ſi-
mul amplexus: primus itẽ uerbo abſit inuidia cõfutaui nõnulla quæ perinde alij
non attigerunt/uana illa quidẽ & chriſtianę religioni noſtræ plurimũ aduerſa : tã
& ſi pleriſqꝫ in rebus magnopere iuuatũ me a theologis quibuſdã nõ eo inficias/
quorum ſaluberrima dogmata præ oculis habuimus: & eorũ etiã interſcribendũ
quandoqꝫ non ſine honoris præfatione meminimus: Nihilo tamen minus aut in-
uenta nobis ſteterũt/aut abiecta: par in utriſqꝫ cura/par ſtudiũ/ nam quantũ labo-
ris exanclauimus in inueniendo/tantũ ſudoris effudimus in abijciendo & diſcer-
nendo. Vtrũ ſatis in parte fœcerim alij iudicẽt. Sũpſi onus libens/ut mihi/& alijs
in metienda prænotionũ uia/ difficili admodum / longa & ſalebroſa quoquomo-
do conſulerẽ. Quæ mihi occurrere quanqꝫ cum ijs affinitate quadã coniũgerent
de quibus agimus/non omnia tamẽ admiſi: Quis enim ambigat uel hebetiſſimũ

ſcriptorē inſtar Anaxagoreæ confuſionis quolibet in opere/ quęlibet/ne dicā oīa coaceruare atqꝫ cōgerere poſſe: Sed ambitioſi id fortaſſe munus uel inſolentis: ineruditi autē & negligentis/ſi q̄ uel quadātenus ad queſtionē conducāt aut meminiſſe/aut innuere/aut delibare p̄termiſerit: ſicuti exacte nō ꝑtractaſſe qbus inſtrui lector poſſit & qbus declarādis cōmentādi prouincia ſuſcepta eſt. Hæc em̄ & copioſe & aperte lectorē inſtituūt/illa uel tacite monent/ ut quę apud alios didicerit addiſcat quæ minime nouit nō pigeat didiciſſe: at q̄ extraria ſunt & ſcrupuloſe diſquirere/& explanare ſuꝑfluū eſt/ſat in talibus fuerit mōſtraſſe locos: ne facta oīno facere uelle uideamur. Hanc aūt ex operoſo iſto labore meo mercedē/uel ſolam a lectoribus efflagitauerim: ut qcqd toto oꝑe boni uerīqꝫ interſperſum & excogitatum inueniēt/deo noſtro/a quo oīne uerū & bonū/acceptū referāt: ſi quid fortaſſe mali falſiqꝫ depræhēderint nobis actutū id tribuāt: tantū abeſt ut uel pācratiaſtes uel ꝑiodo uictor haberi uelim: aut diſiectis mœnibus excipi cupiā/ aut Megarēſi lapide celebrari. Sed nec abnuenda erit uenia ſicubi fortaſſe deceſſum e uia quandoquidē nō ſolū ut homo errare potui/ uerū multa quoqꝫ ſe cateruatim offuderūt quibus/diſtentus/ne dicā/an uerius diuulſus & laceratus animus(ſi tn̄ diuelli & lacerari ſe inuito poteſt)minus ei uacare datū eſt huic oꝑi perficiūdo. Cui alioquin inter alia pacatū ocium/nō bellicū/& plus q̄ꝫ ciuile negociū deberetur: quare nec aliarū lucubrationū mearū quas ſupra citaui occupationē deprecor/ nec peruigili cura & labore multo incōmentationibus/ etiā patrui/q̄ ille ꝑfecit recognoſcēdis/ & q̄ inchoauit abſoluēdis/ueluti honeſta ſatis excuſatione utor: Sed uexationes plurimas/ſed bella/præter fas/quin & cōtra oīa iura illata mihi/ſed obſidiones perpeſſas: amicorū cædes/oppidorū inuaſiones/ditiōis direptiones/uxoris & filiorū carceres obtēdo: a quibus iā clemētiſſimus deus ut reſpiraremus p̄ſtitit: multa reſtituit: quin & mærores oēs in lęticiā cōuertēdos ampliſſimā ſpem prębuit: Adeo ut ſedata nondū tēpeſtate ad ſtudia tranqllitatis redierimus p̄notionis uolumina explicaturi. Sed ꝗd tibi hęc enarro qui meas calamitates ſubleuaſti/oppida/arces/annonā/aurū cōmunicaſti: & ea pręſtitiſti/quorū nō affini modo/ſed nec tibi pene maiora præſtare potuiſſes. Ad inſtitutū opus redeo/ quo in oꝑe hic erit rebus tractandis ordo ut priuſqꝫ de pręnotione ipſa aut in uniuerſum/ aut quę rei eſſentia/quæ partes/q̄ affectiones/particulariter diſſeramus / ipſum p̄notionis explicemus nomē/cū ad abſolutū doctrinæ genus pertineat nō modo quęſtiones noſſe quas philoſophi perquirēdas decreuere: ſed & ipſum nomen declarare/quod pręnoſcendū prædicāt. Si igitur nomē ipſius ſubiecti de quo tractandū/ an̄ noſcendū eſt/q de ipſa rerū p̄notione tractatū ineo/ ipſum mihi prænotionis nomē præſciēdum/atqꝫ ut alij quoqꝫ præſciāt elaborandū: ita Ariſtoteles in poſterioribus reſolutorijs faciendū monuit: ita Plato uidet̄ ſenſiſſe/ q nomen eſſentię ipſius imitationē in Cratylo eſſe uoluit: quo.ſ. percepto illius quoqꝫ facilior noticia pateret. Itaqꝫ de prænotionis ipſius noīe cū egerimus tū & an ſit ipſa prænotio / & ꝗd ſit rei eſſe diſputabimus/qđ inſinuatū & declaratū eſt per eſſentiæ nomē: qđ quidē apud recentiores linguæ latinæ ſtudioſos nō plene aīaduerſum: Putant. n. pleriqꝫ Pariſiēſium uocabulū eſſentiā: qđ tamē a Plauto a Cicerone uerſum alij putarūt quodqꝫ a Sergio Flauio tralatū ſemel atqꝫ iterū Fabius dicit & ꝓbat. Explicatis aūt ipſius rei cauſis interioribus ſeu principijs: Deīceps unde nā hoī p̄notio & cuius gratia diſquirendū/ſubindeqꝫ cauſas alias ꝑſcrutabimur ne Platonici ſuccenſeant/ putātes nos rei illius principia cauſaſqꝫ dūtaxat duxiſſe in cōtrouerſiā: qbus Ariſtotelici cōtenti uidētur/de exemplari quoqꝫ & organica obiter memores erimus/ac ea quæ p̄notioni in uniuerſum obueniāt inueſtigabimus: nec nō quis eius uſus/ qs

abusus/qs ardor præsciendi / q legitimi/ qui adulterini præcognitores/quo modo ex uera prænotione religio/ex falsa supstitio dependeat / quæ demũ prænotionis habeatur species. Hæc sane primo libro/ sed ordine cõgruẽti ptractabunt/ in reliquis quæ subalterna dicũtur genera ab aliis subdiuisa & secũda genera nũcupata/& species proprietatesq; plurimas exequemur: Siquidẽ secundo de uera diuinaq; prænotiõe disseremus. Tertio eã q scd'm naturã est & ducemus in medium & ei præscriptos limites ostẽdere conabimur. Quattuor q deinceps libri cõfutandis supstitiosis prænotionibus dabunt: ac eorũ primo q quartũ in ordine locũ habebit aduersus aperta cũ dæmone pacta fœdera qbus ducunt plurimæ diuinatio num species pliabimur/ tribus reliquis eliminabunt q de occulto prodeũt pacto. Quintus em aduersus astrologiã bellabit quo & libros duodecim Io. Pici patrui aduersus eandẽ cõpendio claudere decreuimus nõnulla etiã adiiciẽtes: & omniũ rationes dissoluẽtes & refutãtes q ad hãc diẽ aduersus idẽ patrui opus præclarissimũ ab hinc nouennium a nobis post eius mortẽ reparatũ & publicatum cõscriptæ sunt. Sextus cõtra Chiromantes/Geomãtes/ Augures/& cæterã supstitiosam turbã disputabit. Magicas uanitates & pphanas q inde scaturiunt psensiones cũ alterutro fulciant pacto/& utroq; dependeant. Septimo redarguemus. Octauus prænoscendi cupiditati pscripturus est metã. Nonus qbus modis diuinæ prænotiones a naturalibus/ac superstitiosis / & curiosis dirimi queant plane dilucideq;/ quoad poterimus/ edocebit. Sed qm̃ multi fortasse nõ deerũt / ut sunt hodie tetrici iudices/ ac seueri nasutiq; censores/qbus uaria susurramẽta excitent/ præoccupãda nõnulla duximus. Quare q non in ipso modo uoluminũ decursu: sed singulis libris/singulis capitibus/qstionibus singulis/aut diuisiones frequẽtiores: aut compositiones exactiores desiderauerint/ equi boniq; consulãt: ita & ii quoq; ne despiciant nostra/qbus crebriores interspersę definitiones fastiditũ & delicatum nimis gustũ illectãt: nec eadẽ corruptũ illorũ dãnet iudicium quos dira tenet cupido: ut indissolubilia quaq; in re argumenta forment. Neq; enim hoc quelibet aut materia admittit/aut causa recipit/aut singulæ operis partes efflagitãt. Nec singuli oĩa quanq; celeberrimi alioqui scriptores executi sunt: qbus tñ in rebus / quoad potui data est opera: q si cui nõ fecerit satis / uel ligulã baxeis uel ansulã crepidis ipse reponat. Si alio ope totũ negotiũ ex integro retexere pigebit/ qbus nos uigiliis & laboribus nr̃is usui erimus: neq;. n. pęnitebit unq; me ul' solo cotis officio pfunctũ. Nec longe futuros putauerim q de ambitu quoq; nos insimulẽt/ illud fortasse dictitantes, ppositi operis puinciã plura de litteris polliceri q; de omnifariis artibus Hippias ille pstiterit/ cũ certamine olympico Pisam accessit: hisce nihil ego respõsurus sum/sed eosdẽ uel illitteratos plane qbus. s. odio studia sunt / uel inuidos qs uidelicet ptesum est suscepti a me laboris beneficio publico / eosdẽ inq; relegaturus ad lectionẽ uoluminis. Q; si qbusdã ideo minus placuerit / quia id nõ uiderit pcũctatorio illo stilo cõciso alterne argutulo/ minus latino/ nil oĩno culto/ quẽ Parisiensem appellãt/protinus exaratũ/uel meminerint ipsi uel discant minore opus fuisse subsellio. Sed nõ ita ueteres nõ Aristotelẽ i primis effecisse. Quos nõ modo sed nr̃os theologos Augustinũ/Hieronymũ/Ambrosiũ/Gregoriũ/ scribẽdi genere sequimur potius q; posteriores qbus Latinũ eloquiũ nõ satis in usu fuit illosq; ipsos sequuti q illustriores nostra etiã tẽpestate habiti sunt/ qua ueluti rediuiuæ latinæ litterę putantur. Huc addiderimus/ q tã & si duo apud antiquos eloquẽtiæ iudices haberent genera orationis auctore Fabio/ ppetua. s. & cõcisa/ quarum ea rhetorice hæc dialectice traderet illã tñ semp. Quaq; in re ab ipsa etiã antiquitate & petitã & pbatã videmus/ adeo ut ipsemet Aristoteles apud gentes / apud nr̃os

PRŒMIVM

Damaſcenus/Auguſtinus/Seuerinus/de dialectica oratorie/ hoc eſt de cõciſo illo genere/ꝑpetua tñ oratione diſſeruere:q uero callẽt oratoriã/& me uel in accuſandis falſis/& aſſerẽdis ueris/uituperandis illis/iſtis laudandis / aut in cõſulendo qd in ambiguis agendũ/rhetoricos nõ impleſſe numeros calumnientur: quiq; adhibuiſſe me phaleras uerborũ cuperẽt & pictæ munia linguæ/ monebunt a doctis hoibus & amãtibus mei/ut reuocẽt eo mẽtẽ ſicut in alijs/ ita hoc in opere tã uario tanq; multiplici/philoſophi magis & theologi ꝙ oratoris mihi onus incubuiſſe.Si qdẽ & rationibus & diuinis eloquijs/res plurimũ agi cõuenit/& præterea utẽdũ legibus/ac ipſis aduerſariorũ placitis inſiſtendũ/ & remotas quoq; litteras & recõditas gentiũ diſciplinas permultas:aſſerendæ ueritati nõ patrocinari/ ſed ancillari oportuerit/tũ illud ſciãt:nõ diſplicuiſſe rhetoribus antiqs oratori obuenire/ ut in iudicio nõ cõtendat/non cõſulat/nõ in laudãdo aut uituperãdo uerſetur cũ ſæpenumero & cõcitare & confirmare/& obſcure dicta interpretari/& præcipere conueniat:ut prope infinita uideri poſſint cauſarũ genera/quid? qd nec unũ mõ illorum/ſed omnia ſimul noſtris his uoluminibus amplecti & promiſcue exequi cõſentaneũ fuit.Et ſentẽtiæ rerũ nõ calamiſtri nõ phuci orationis adſciſcẽdi: q etiã a ſummis tũ rhetoribus dãnati/tũ oratoribus abiecti fuerũt / qbus nõ lenocinia / ſed ornamẽta/hoc eſt uerba rebus cohærẽtia qrebantur. Quod ſi nec tutos nos hiſce ueluti clypeis autumauerint/res ipſas ꝙ ueræ/ꝙ ſolidæ ſint/ꝙ defenſa atq; probata ueritas/ ꝙ oppugnata refutataq; uanitas/nõ florida uerba/nõ eloquij cõcinnos ſermoniſq; pigmenta:nõ eximios tropos/ nõ egregia ſchemata/uarioſq; colores/ nõ illuſtria lumina delectoſq; characteres nõ oratoria deniq; tela dijudicẽt:quãq; ut inueniunt inuerſarũ aliqui nariũ & palato fatiſcẽte/qbus aliena ſemp obolẽt:& nauſeã excitãt/ uereor ne hinc uellẽt me oratoris & philoſophi partes affectatius ægiſſe/illinc optarẽt eaſdẽ me aut minus impleſſe/aut oĩno diſſimulaſſe. Sed parũ hæc ad me attinẽt:nã quæ nobis quaſi aliud agentibus forſitã occurrere/ ea ſi non rejeci ꝓpterea euenit ut nõ negligerer ab eruditis nõnullis/qbus quæ horrida ſũt nõ admittunt/ſed ſi eorũ nobis exactior cura nõ fuit/ eo fecimus / qñ docti & uere chriſtiani hoĩes/ueritati quocunq; ea probet modo ſemp accedũt: tã&ſi libẽtius pleriq;/ſi ornamentis quoq; refulſerit utraq; tñ de cauſa curã eius oĩni ex parte nõ duximus abijciẽdã/nihil putãtes a nobis alienũ/mõ ueritas uanitate ablegata/ mõ religio ſuperſtitione exſibilata/& ſuſcipiatur ab impijs:& a pijs ſuſcepta conſtantiſſime retineat.In hoc aũt inprimis aſpeximus / in hoc direximus collineauimus/ ut uere prænotiones quæ cõtemnuntur/ab impijs eruerent in lucẽ & probarent/ ut inanes & falſæ:quas ſuperſtitioſi excolere ſatagunt refellerentur/ ut demũ ab alterutris ſecernerentur.Hoc inq; perſe principeq; ꝓpoſito curauimus / illud ex accidenti ut.ſ.aliena placita/& ſi qd inerit cultus aſciſceremus maiorum etiam exemplo inuitati/qui ita effecerũt ipſi & faciendũ alijs poſteritatis memoriæ tradiderũt. Sed utcunq; ſe habitura eſt res /minus iſthæc ꝑfatio & quaſi facies/ꝙ ipſum operis corpus oſtenderit/quod ut iam promiſimus a nomine exordiamur.

IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI/ CONCORDIAE QVE COMITIS. LIBER PRIMVS DE RERVM PRAENOTIONE

Quid indicet nomen Prænotionis. Caput. primum

PRænotionis nomen compositum est ex præpositione, ipsa præ & notione/ quæ idem est atq; cognitio. Ea autem præpositionis huius habet natura/ vt & seperata & coniuncta in oratione ipsa dici scribiq; possit diphthongũ semper includens. Eam quamq̃ varios in significatus persæpe acceptam/ desumptamq; inuenimus/ verior tamen & proprior sensus/ si ex ea id quod est prius intelligatur/ atq; ipsi præpositioni antea/ significatu & re ipsa respondeat. Apud veteres obseruatum inuenio vt ipsa præpositio minime coniuncta/ varia denotet. sed nonnunq̃ antea significet/ etiam non iuncta/ sed seperata. Si vero cum alia dictione confletur/ aut semper/ aut frequentissime ante priusue significat. ideoq; in communi usu/ quod et præfero & præpono/ & multa id genus aperte cõmonstrant. Quod uerbum si græci exprimant προγνώσιν dicturos eos arbitror Ne inuidia uerbi labefactetur oratio/ hec ipsa prælibauimus/ ac ne ij minutulos quoque litterarum apices consectantur/ neglectam sui studii rationem querantur. Tam & si omnifariam eruditus homo/ vt sublimiora inprimis curare debet/ ita nec infima contemnere/ quarum ope illa ipsa suspiciuntur & in eis adipiscendis suppetias afferunt. Prænotionem igitur quantum attinet ad nomen/ intelligi volumus ante notionem quandam/ siue ante cognitionem/ anticipationemue. At quamuis ipsa hominum prænotio/ de qua plurimum loquuturi sumus/ suapte natura videatur ad futura referri: vt dicatur proprie/ ad prænotionem pertinere/ quod futurum est/ & prius cognoscitur q̃ eueniat: nihilominus non ita ad futurum restringitur/ coartaturq;: ut etiã ad alia tẽpora protendi nõ possit. Nanque et eo spectat (ut multos prioris significatus ab Aristotele positos omittamus) cũ dicimus priusquã alijs quidpiã/ quod iam actum factumque sit innotuerit ab prænoscente deprehendi: idque ad præsens refertur tempus: Quale illud fortasse diceretur/ quod in patauino agro uisum est/ dum ageretur in bello Pharsalico/ ut cum alij/ tum & Lucanus & Gellius meminerunt. Sed & certe illud quod propheta Heliseus vidit cum Giezi puer a Syro Naamane dona postularet. Cæterum & ad prenotionem pertinent/ præteritæ res: cum uidelicet sciuntur priusquam ordinaria ui naturæ cognosci possint. Ad præsentia igitur (quæ ideo dicta quasi præsensibus sint) præsentia inquam quæ alijs non dum innotuerint/ ad præterita etiam quæ ordine suo natura non potest ostendere prænotio pertinet. Siquidem & de præterito prophætia est/ quę sub prænotionis genere continetur/ ut in sequentibus ostendemus Hinc deprehendi cognoscique potest: cur de rerũ prænotione uolumen inscripserimus. Si enim de futurorũ cognitione dumtaxat mentionem fecissemus: ad præsentia/ atque præterita titulus non pertineret. Res autem de quarum prænotione tractamus/ cuicunque temporis differentiæ congruunt/ nec futuro dumtaxat coaptantur. At qui nec ullum magis ambiens nomen nobis inuentũ est/ quod & diuina & humana/ & superstitiosa simul/ & religiosa comprænderet: vt hinc veraprobare/ falsa inde reprobare possemus. Diuinatio nanque restricta est/ atque ad pauca quæpiam noscenda protendit. Et licet Macrobius eã/ auctoritate Hippocratis motus/ ad præsentia etiã atque præterita spectare putet: nihilominus supera diuina que non uendicat sibi sed arrogat/ ut sumus dicturi/ eaque item in malum usurpatur a nostris. Prophætiæ

quoq; nomen a prædicendo solum/ non autem præsciendo prænoscendoque deductum est:& prædictio ipsa prænotionem præponit. Qui enim fieri potest/ ut recte uereq; prædicantur quę prius nota non sint. Aliæ etiam præsensionũ quorundam nomenclaturæ differentijs quibusdam contractæ sunt. Sed de his ad præsens satis: quando & hęc ipsa operis progressu uidebuntur. Nunc an ipsa sit prænotio disquirendum.

Prænotionem esse. Caput secundum.

d Iximus superiori capite/ quid nomine prænotionis intelligere debeamus non dũ an ipsa prænotio sit disputauimus & collegimus. Cicero de diuinatione scribens / primo eam libro multis argumentis esse cõmonstrat: quas disputationis partes fratri Quinto contribuit. Secundo autem quę frater dixerat labefactare conatur/ & suo more(qui scilicet dubitabundos philosophos imitabatur) disputationem sub dubio relinquit. Verum cõfirmauit in primo magis/ quã secundo infirmarit/ quippe qui ex populi Romani & omnium gentiũ consensu receptam opinionem asseruerit/ uersari quandam inter homines diuinationem/ pluraq; & uaria tam somnij quam furoris & oraculorum (ut haruspicinam & auguria prætermittã) affert exempla: quę sequenti disputatiõe tollere quãq; nitit/ nõ põt. Quę em̃ fuisse affirmant ab oĩbus ea nõ fuisse qui cõtendit calũniatur. Quaproptͤ prudentissimus inter philosophos Aristoteles/ quę ab oĩbus phasma uulgabant/ consentaneũ esse putauit/ ut oĩ ex parte falsa nõ essent. Quo ad rationes attinet quas contra opponit aut nihil ille/ aut parũ probãt Quod ostendere curassem ni Cicero idem tũ inter initia secũdi libri/ tum in operis calce eis ipsis parum se fidere declarauisset Nam & illa Carneadis argumẽtatio quę uidetur ualidior/ aduersus diuinationem inducta/ eam utiq; non tollit modo/ sed nec loco(ut uidetur) pellit. In hũc fere modum aduersus illam disputabat Carneades: aut sensibiliũ/ aut intellectibilium rerum diuinatio est. Si primum des/ cur diuinatione est opus? in eis. s. cognoscendis/ quę sensibus usurpamus Si secundum. sequetur illud ut quis lumine captus instar Tyresiæ nequeat quicq; de coloribus diuinare/ ut & surdus de uocibus nihil omnino præsagire. Restat(inquit) ut de eis esse rebus diuinationem dicas/ quę arte tractantur. At ea cum artifices cognoscant diuinatio superfluit. quãdo ad ægros medici/ non arioli ducendi sunt. Sane ijsdem uestigijs instare possent/ quibus esset mens Carneadem refellere. atq; suismet sumptis ita argumẽtari. Res cum præsentes sunt sensu & diuinatione quũ absunt aut non dum uenerint ipsa solum diuinatione colligi: sed & intellectu etiam sine sensu(quod quidem placuisse Platoni liquet) percipi & pręcognosci posse: siue earum imaginibus recens in animum illapsis/ uti etiam nos adstruimus/ idq; fiet palam cum de prophetis disputabimus siue ex speciebus animæ cõgenitis/ quod Plato putauit. Sed & didymus eis posset opponi/ qui cœcus cũ esset: in disciplinis nihilominus/ & præcipue Mathematicis præcellentissime floruit. Artes uero multo etiam melius prænotione adhibita comparari posse/ sic & remedia ęgritudinũ/ multa superne reuelata memoriæ proditum iri. Sic in ambiguis responsa supra hominem exhiberi/ perq; oportunũ & commodum censent. His itaq; confici posset diuinationem nec tolli planę nec erui. Si autẽ & diuinatio est dubio procul & prænotio est superior enim & magis ambiens ipsa prænotio/ quę multas(ut monstrabimus) species continet: inter quas diuinatio concluditur. A specie autem ad suum genus argumentari affirmando recte nos posse in dialecticis adstruitur: & eiusmodi cõsequutio inter bonas ualidasq; argumentationes nobilem obtinet locum. Diuinationem autem scribit Cice-

ro esse earum rerum quę fortuitæ putantur prædictionem atque præsensionem: tam & si postea calumniari posse ipsam definitionem dicat ex Stoicorum placitis quibus pro confesso erat/nihil omnino fortuitum haberi: sed omnia fato quodam & necessitate gubernari. Quam opinoinem/& indoctam quidem/& impiam Aristoteles ipse multifariam tam in prima philosophia/quam alibi suarum commetationum reprobat. & nostri theologi acerrime atque fortissime prosternunt. Id nomen ipse a diuis tractum dicit: cuius loco græci Manticen ponunt/a furore (ut platoni placuit) deriuatum. At qui oracula dęmonum fuisse de præsentibus/præteritis/atque futuris differentia/negari non potest: nisi omnis pariter negetur historia quamquam sæpe falso & subdole respondebāt/ fallebantque/ & sæpe mentiebantur. Vnde olim de templo apollinis dictum. Bene dicta celebrari memoriter/ errata recordari neminem. Philosophi quoque & multi & celebres prænotionem esse crediderūt rerum futurarum. inter quos pythagoras celebratur/plato ipse tum in phędro cum alibi/tum in timæo potissimum & diuinationem esse & uates dicit. quibus tanquā interprætes præesse prophetas uoluit. Iamblichus Proclus/Porphyrius multis in locis comentationum suarum prænotionem futurorum apertissime prædicant. Ipsum quoque Aristotelem (ut ad præsens de diuinatione per somnum sileam/ cui etiam librum dedicauit/ consultum a pythia ut philosopharetur/apud philoponem eius/& operū interprætem/& uitæ scriptorem legimus. Illius item sectatores fere omnes/& enarratores operum diuinationem per somnum esse credidere. Et Auerroys in paraphrasi de diuinatione p somnum/id ipsum probauit. quod & peripathetici fecerunt plurimi seu latina/seu græca/seu arabū lingua. Sed & platonici exuberātius/& Synesius quoq;/& psellus/& alij. Nec non Stoici/atque ipse democritus/Dicearchus/Cratippus/Crysippus/diogenes babilonius/Antipater diuinationi cōcessere. Verum Indi quoque & æthiopes prænotionem non solum futurorum credebant esse/ sed ipsi prænoscebant multa/prædicebantque. quemadmodū ex philostrato colligit̃ in libris de uita Tyanei Apollonij/quem etiam prænouisse multa/& prædixisse conscribit qui cū nobis in sequētibus libris erit pugna. Cæterum cristianis nobis negari omīo nō potest rerum prænotio: cū omnis nostra religio prænotionibus nata/auctaq; & propagata sit: prænotionibus inquam prophetarū/christique & apostolorū: quibus diuino lumine reuelata sūt/quæ ipsi nobis postea aut uerbis/aut scriptis(quę Canon diuinarum litterarum dicitur) inuulgarunt. Demū & abunde ijs suffragatur ratio. Indita enim hæc quodāmodo mentibus hominū sollicitudo/ut quę ad se futura pertinent p̄nosse aueant/ut latius disputabimus. frustra aūt hoc desideriū ni uel omni ex parte/uel quadātenus impleretur & sane si Aristoteles in prima philosophia sciēdi desiderium a natura homini insertum censuit: cur nō & futura sciendi/hoc est præsciendi: Præscire enim & scire futura: scire utiq; est. Quid: quod homo animantibus brutis non p̄staret modo/sed plane posthaberetur nisi p̄notionibus polleret. Quandoquidem ille quæ ad se pertinēt p̄noscunt: quod & in formica minimo fere animaliū liquido conspicit̃ cui pro futura hyeme ad tolerandā sibi famem grana reponuntur. Sane cum res nautica/agricolatio/tū etiā maxime propria homini uirtus/prudentia/prænotionibus fretæ suas operationes peragūt Enimuero si & sepatæ substantiæ habetur(quod nō solū nostri/sed & philosophi gentium probauere) si deus ipse est(quod solū ab insipiente & omnīo fatuo negatū) prænotionem esse necesse est. Si em̄ deus est p̄uidentia est/si prouidentia: utiq; ad hominem extenditur/inferiorum omniū animantium principem/hoc & ipsorū

principes probauere/Plato quidem id multifariam/& Aristoteles tam in.x. æthicorum / quam in libro de bona fortuna sensit. ꝙ tantum abfuit vt Auerroys (qui creditur impius)abnegauerit/ut p̄ter ea in libro etiam de somno scripserit inmitti a re diuina hoīb9 somnia/idqꝫ fieri ex perfecta erga eos sollicitudie Si aūt prouidētia/utique & prænotio erit.Prouidere enim atqꝫ consulere rebus quomodo potest qui eas nō prænouerit?Dixerit quispiam/si deus eo pollet munere/nō propterea se qui oportere/ut eodem homo polleat.Atqui pollere hominem dubio procul conspicietur/si quæcunqꝫ ad salutem rationali substantiæ necessaria sunt illi a deo impartiantur.Quomodo autem ad salutem/ad fœlicitatem se accinget homo nisi & prænouerit eam iam sibi præparatam/& modos uiasqꝫ didicerit/ quibus ad illam que supra nostræ naturę facultatem sita est perueniatur.Iam delegum positoribus liquet/prænosse eos oportere:si suis ciuibus & præscribere/a qbus caueāt & p̄monstrare/quę sectentur uoluerint:atque ob id & pœnas & præmia tū minari eos/tum polliceri perspeximus.

Quid sit prænotio
Caput tertium.

c

Vm itaque rerum notæ animo concipiuntur/prius quam res ipsę præsentes imaginibus suis/ uel sensum excitent/ uel mentem informent.efficiunt/ut qui hęc patitur prænoscere dicatur. Hinc ueteres præsensionis/præsagijqꝫ/atque prænotionis nomine usi sunt indiscriminatim.quanquā illa ad sensum:nam de præsensione notum/& sagire ut ait Cicero acute sentire est:hoc ad intellectum significantius refert.Aliud itaque scire est quid nomine significetur:aliud quid sit res/etiam in his quę essentiam habent existentem/in quo miramur esse nonnullos quanquam alioquin subtiles theologos/ qui affirment idem esse quid nominis(& ut eorum utar uerbis) quid rei/in habentibus q̄d rei:Notū eē aliud esse quid nomine prænotionis indicetur/quod supra exposuimus/Aliud quid ipsa prænotio de qua tractamus.Themistius in posterioribus resolutorijs docet/ea magnopere differre/diuersumqꝫ omnino inquit putandum/nec ullo modo idem esse/ significatū nominis & id quod sub hoc uerbo/quid sit rei esse intelligitur/illudque omnibus fere/hoc autem non nisi paucissimis & exercitatissimis in promptu haberi. Sed & illud considerari potest/quid est esse nominis/relationem esse ipsius nominis ad rem ex ipso significatam/quid uero sit rei ipsam esse essentiam quę refertur ad nomen.Vnde primū & complexis competit nominibus & accidētibus & comunibus & extrarijs. hoc uero incomplexis/proprijs.essentialibus.Sed de his alias/Verum cum ipsa noticia tam sensui quam intellectui conueniat/efficitur/ut & eorum que suscipiuntur sensu & quæ mente intelliguntur notio atqꝫ cognitio æque dici possit. Noscimus eēm sensibus/ noscimus & ratione/ atque intellectu.Quia & quæ prius sensu usurpantur exteriore/interiore ue recipiuntur/aut imaginatione affirmantur/uel in superna animę parte quę ratiocinatur/& intelligit & sapit/imprimuntur:ea prænosci iure meritoque dicentur.ut prænotionis nomen ad quodcunque cognitionis genus referatur.Iam ipsa prænotio quod etiā supra insinuauimus ad ea non modo quæ sint sed quæ seculis multis præterierint quoquo modo potest extendi. quando earū quæ prænoscuntur rerū noticiam/ aut sensus ipse/ aut intellectus suapte sponte/aut naturæ ipsius ope alioquin consequi non potuit.Sic prophetauit Mo-

ſes theologorum omnium teſtimonio de mundi exordijs/ de multorum ſæculorum decurſu: quæ iam dudum præterierant. Prophætia autem eſſe non poteſt niſi prænotio ſit. Prædici enim quomodo poſſunt/ quæ prænota non fuerint. Siquidem προφημι græce/ latine prædico: & προφητια prædictio eſt. Sed & apud hebræorum litteras נביא hoc eſt naui/ prophetam ſignificat/ & ex נבא ideſt naua pullulat ex qua ueluti radice apud nos deriuaretur eloquiuum. Et ne calumnia nobis ingeratur a Philoſophaſtris quibuſdam quos ſacræ litteræ perturbant/ putantes fortaſſe indecorum atque extrariũ nimis/ ut præſagiri/ prænoſci/ prædicique dicantur ea quæ olim multis annorum curriculis peracta ſunt. Præter Macrobij auctoritatem/ Hippocratis ſententia fultam. Perlegant quæſo cõmentaria Auerroys de ſomno & intelligent abſurdum minime putari debere/ ut prænoſcantur præterita: nec remotum eſſe/ quin ea quæ & præſentis/ & præteriti temporis ſunt/ pręſciantur in ſomnis: modo ignota ea apud nos fuerint. Apud Ariſtotelem quoque in Rhetoricis me legiſſe memini/ diuinationem quoque de præteritis dici/ quæ tamen ſub ipſa prænotione/ perinde ac ipſa prophetia concluditur. Epimenides inquit Cretenſis diuinationem futurorum reſpuebat/ pręteritorum quæ occulta erat ſolam amplexabatur. Nec inconſonum putemus/ ut repetamus Hippocratis exordium de Prognoſticis ægritudinum præcipientis præuiſione utendum: & a medico futura/ præterita/ præſentia cognoſcenda: ut ægroto reuelentur quæ de ſe ipſe non præſenſerat. Quod procedente opere liquet apertius/ dum ſignis utitur/ quibus quæ ſint proferenda comparentur: Illud quoque inter alia Cornelij Celſi prognoſtica offert ſe memoriæ: dum locij coloris meminit/ albi prius/ mox ruffi: illud inquit concoquere hoc concoxiſſe ſignificat. Quia ad præterita etiam/ non ſolum præſentia (modo occulta fuerint) prognoſtica præſagiaque protendũtur. Atqui non modo philoſophi/ & medici/ ſed & Poetæ nobis adſtipulantur. Nam apud Maronem in Georgicis ad uatem pertinet præſentium etiam & præteritorum notio. Quippe qui de Protheo loquens inquit:

Nouit nanque omnia uates:
Quæ ſint/ quæ fuerint/ quæ mox uentura trahantur.

Adde & illud ſi præcognoſcuntur ea (ut dictum eſt) quæ antea cognoſcuntur quam res ipſæ ſenſum/ uel ſua præſentia feriant/ uel intellectum ueſtiant ſui imagine: ſequetur dubio procul/ ut etiam præterita poſſint præcognoſci. Quoniam ea ipſa/ quæ a ſenſu/ & intellectu per diſtantiam præteriti temporis remota ſunt: niſi uel teſtibus narrentur/ uel litterarũ monumentis præſententur: æque impoſſibilia cognitu ſunt quam ea quæ nunquam fuerunt: nec magis excire ſenſum aut intellectum poteſt quod præterijt nobis ignotum/ quam quod futurum eſt. Eadem enim in utroq; difficultas. Quam obrem prænoſcere dici poteſt quis/ quæ præterita ſunt: modo aut ſcriptis/ aut referentibus hominibus ea non didicerit. Ac ſi illa ipſa quæ ob id ꝙ nunquã fuere/ uel minime ſenſum mouent/ uel intellectum inſculpunt præſcierit. Colligamus igitur/ prænotionem earum rerum eſſe cognitionem/ quam quis animo nanciſcitur priuſquam ipſæ res ſua præſentia/ & ordinaria/ communique vi naturæ cognoſci poſſint.

¶ Vnde prænotio hominibus & cuius gratia.

Caput quartum.

u Idimus quid ſit prænotio / nunc recto ordine de cauſa efficienti & fine ſciſcitandum decernendumque eſt & ſane conſideranti mihi prænotionē nil ob aliud hoī datam occurrit / quam ut ad finem ſuum / hoc eſt perpetuam fœlicitatem perferatur (de bona & uera loquimur) eaque in dei bonitatem referenda eſt / cuius prouidentia humano generi quod conſtituit clementiſſime conſulit / ut ad ſe / unde per creationem defluxit reuertatur : Si enim de prudentia & ratione quęramus / quibus & coniectari de futuris / & ratiocinari datum eſt : conſtabit aperte / aut nulla aut certe parua diſquiſitione regi / omnino illarum ope humanum genus / eiſque ſublatis perſtare non poſſe : Adeo omni ſiue in ocio / ſiue in negocio opus nobis ſunt / ut ſine eis nec commode tantum uiuere / ſed nec omnino uiuere queamus. Ex uera autem prophetarum prænotione tot commoda in nos deriuarunt / ut ſine eis / non ſolum hac uita mortali / ſed nec ſpiritali uiuere poſſemus / abituri ſcilicet in præceps & æternum perituri. Nanque ut mittam in uniuerſum / quod ſine fide (quæ ſuperno lumine nobis impartitur) ſpiritaliter uiuere non datur / ſpecialia quædam munera eademque neceſſaria per prænotiones cōmunicata nobis attingam / ob quæ & de principio & de fine noſtro qui deus eſt / & de medijs pariter quibus ad eum peruenitur inſtructi ſumus / alioquin ignari omnino ueritatis & in perpetuis tenebris morituri. De creatione mundi & humani generis initio nil uere ſincæreque cognitionis adepta fuiſſet patrum memoria / ni ſuperno lumine radiatus Moſes ille & legifer & Propheta præcellens præterita futuris ſæculis archana reuelaſſet / Eodem lumine perfuſus Noe fabrefecit archam / qua pauci ueluti renouandi generis ſemina concluſi / ab uniuerſali eluuione defenſi ſunt. Sic Abraam eiuſdem luminis beneficio parens fidelis populi effectus eſt / Sic & filius Iſaac / & nepos Iacob dei uoluntatem impleuere : Sic pronepos Ioſeph eodem lumine Pharaonicū ſomnium interpretatus & Aegypto famæ periturę tutelam præſtitit / & patri ac fratribus caritate annone laborantibus alimoniam miniſtrauit. Cæterum & in nouo teſtamento per Chriſti dei & hominis documenta per Apoſtolos diuinitus inſpiratos ſanctiſſimæ trinitatis unitatem / quæ primarium principiū eſt / & eiuſdem fruitionem / quæ noſter eſt finis & media quæ ad eum conſequendum ſint ſeruanda didicimus : Quomodo enim aut arte ulla aut ui naturæ peruenire potuiſſemus ad ea quæ nullo / modo cognouiſſemus ? quomodo cognoſcere quæ & ſenſus & intellectus humanos exſuperant ? Reuelari igitur ea oportuit a deo prænoſcente omnia imo unico actu qui ipſe eſt / ſe ipſum agnoſcendo omnia prorſus tam præterita quam præſentia & futura ſimul perfectiſſime compræhendente / reuelari inquam

per Prophetas / per Angelos / per proprium denique filium / per eius Apostolos / quorum unus & totius etiam ecclesiæ decursum adusque orbis consumationem / & prænouit & litterarum monumentis tam suo quam euenturis sæculis prædixit. At qui nulla euidentiori probatione persuaderi incredulis potest curare deum humana / sæculisque & regnis prouidere atque consulere: quam ex futurorum prænotione / prædictioneque. Semper quidem inter philosophos litteraria bella: nec satis constat extra controuersiam quid eorum celebriores senserint. Tam&si prudentiores / meo iuditio / existiment eos diuinam prouidentiam etiam rerum particularium & hominum præcipue credidisse. Plato pluribus locis id ipsum exclamat & comprobare nititur Aristoteles. & in Aethicis ad Nicomachum / & in Aethicis ad Eudemum idipsum aperte sentit. Et quanquam alij ex aduerso opinati sunt / nonnullis moti uerbis / quæ in Metaphysicis posuit: ij mihi consultius examinare Philosophi eius scripta potuisse uidentur / & ad concordiam reuocare / quæ inter se pugnantia omnino sunt: nisi illud ipsum sensisse eum fateantur / Illudq; animaduertere / nō se facile tueri illius dogma posse de causa finis: propter quam agant natura: nisi prouidentiam statuant. Sed hæc nobis mittenda ad præsens / tum quoniam non eorum hic locus / tum quod animo pridem insedit / dicato opere de diuina prouidentia pro nostra inbecillitate disserere. Tunc autē & Alexandri Aphrodisei impia dogmata / & sectatorū Auerroys ipso etiā putauerim Auerroe magna ex parte cōsentiente confutare tentabimus: & illud monstrare nunquam fuisse celebrē ullū & præcellētis famæ in litteris hominem: siue Poeta ille / seu Rhetor / seu naturalis Philosophus: qui superne alicuius mentis prouidentiam esse non putauerit / Sed quoniam hæc naturæ lumine pertractantur non omnibus nota, quoniam nec singuli omnium capaces / & qui capaces & proterui sunt ansam respondendi semper queritant / & contendendi: his Theologia silentium imponit / quæ prophetis innititur. Nam dum per multa annorum curricula antequam fiat quod futurum est præuident prophetæ / atque prædicunt / ut auertant mala / ut bona suadeant / promittantque: non potest id in naturam referri quæ non intelligat non ordinet & decernat quod alioquin ex sui natura uel ad alterutrā uel ad alterā & oppositā partē flecteret. Ita in sacris litteris ueteris testamenti aduentus Christi certis hebdomadarū spatijs præfinitus / & ante annorum milibus prænunciatus est. Reges item proprijs nominibus antequam de matris utero egrederentur a Prophetis designati. Ita Esaias de Cyro alienigena / nec multa etiam post sæcula in Attauorum lumbis initiato. Hæc inquit dicit dominus christo meo Cyro cuius ego appræhendi dexteram / notans quæ esset acturus / & unctum appellans. Hebræis etiam regibus imposuere nomina multis ante sæculis quam nascerentur. ut Iosie regi euersori Idolorum. Hæc autem adeo particularia & nomina & acta / quæ & a parentum & a filiorum / qui posterioribus sæculis nati sunt / mera uoluntate pendebant / præuideri aut prædici ad lineam non poterant a prophetis nisi lumine eo quod falli nō potest ea pūidissent: ipso mōstrāte qui pdictarum rerum & auctor esset & ordinator. Neque enim a naturali causarum ordine fluere poterant / quæ uariari ad hominis queunt arbitrium: quo humana scilicet gesta reguntur: nec a fortuito & temerario causarum inferiorum concursu coagmentari / quæ stata, s. certaque principia non habent: nec

ab ulla/ aut Ariolorum/ aut Astrologorum / Haruspicumque aut aliorum quorumcunque superstitione præuideri/ quas a uere prænotionis titulo sequestrabimus / id enim nec ullo modo præstare possunt / sed nec nisi fallacissime promittere/ quod in operis processu magis ostendetur. Quas ob res & de principio eius / & fine / ac medijs ex prænotione certior homo fit / & diuinæ prouidentiæ cognitor. sed & imago etiam quædam & similitudo quodammodo diuina ei communicatur: quando non solum & præterita & presentia: sed etiam futura / quod diuinati primo conuenit/nosse ob prænotionis munus potest: quod & a natura quodammodo inditum est / & superne quoque peculiarius a summo rerum omnium conditore largitum / falsæ autem prænotionis auctor dæmon est qui sibi diuinitatem arrogare maluit. quã se illi subijcere / eamque communicauit hominibus: ut eos secum ad æterna raptaret incendia: unde sicut principium optimum eundemque finem bonis prænotionibus tribuimus / ita aduersa ratione de malis pronunciandum est etiam ex regulis philosophi Aristotelis apud quem rectum sui pariter & obliqui iudicem legimus & eandem esse contrariorum disciplinam.

¶Prænotionem multis tribui paucis legitime conueni re.

Caput Quintum.

h Inc factum ut multi nomen ipsum prænotionis perperam usurparint: quod paucis legitime & exacte conuenit. Si quidẽ prophetas ueteris & noui testamenti / qui & futura antequam fierent præuiderunt / & quæ pacta multis sæculis fuerant / nullo hominum tradente / nullo litterarum monumento insinuante / sed deo reuelante didicerunt / quique dei hoc dono postea participauerunt: eos solos atque in primis nomen prænotionis decet / proximi sed longo proximi interuallo / qui res ipsas naturæ ope cognoscunt priusquam producantur / cum eas in suis causis præsentiunt præuidentque: atque ob id prænotionis nomine honestari insignirique possunt. Quales cœlestium motuum indagatores qui Arithmetica supputatione colligunt obseruationibus & experimentis iam positis quid in ipsis orbibus euenturum est / de restitutionibus syderum / de luminarium defectibus: Præsciunt enim prænunciantque futurum quod ex consono motu & usu reuolutionis orbium deprahenderunt. Quales Medici qui ex tactu uenæ ex inspectione lotij excrementorumque aliorum / de ægritudinis euentu experimentis & obseruationibus admixtis præsagiunt. Quales nautæ & pastores & agricolæ quibus de statu aeris serenitate / pluuia / æstu / siccitate / sæpe notũ anteq̃ fiat quod futurum est rusticis & marinis obseruationibus. Quales uiri prudentia

pollentes, qui longo & diuturno usu rerum edocti/sępe numero quod futurum in prouintia/in ciuitate/in domo est rationabili coniectura prænoscunt. Vnde illud Euripidis/q̄ bn̄ cōiiciet is uates optimus esto. Et Cor. nepos scribit facile existimari posse prudentiam quodamodo esse diuinationē: sed humana hęc & a naturę lumine proficiscentia. Ideo uel nō usq̄ quaq̄ certa/uel crebro uacillantia/ uel q̄nq̄ falsa. Nāq̄ nec Astronomicis supputationibus ad liquidū semp cōuersionis coelestis ordo respondit: quod motuū ad hāc diem indeprehensa uarietas. Maximo inditio est præter fidē experientiæ & medicos (ut cōstat) sępe fallunt prognostica/& nautis ex insperato procella ingruit: & agricolatiōibus aut pluuia/aut siccitas opportuna credita prædictaque quandoque non aduenit/ quandoque non fauet: & uiri prudentes interdum hallucinantur. Diuina autem illa/quibus ueri prophetæ futura & præsciūt/& præmonstrant certa/fixa/stabilia sunt: de quibus longa disputatiō e in processu operis agendū. Cæterū & prænoscere multi præsūmunt nec diuini/nec naturalis luminis adiumento: sed ope dęmonis/& tenebris superstitionis. Hinc magi insaniūt necromantici furiunt/astrologi diuinatores fabulantur/ & decipiunt/geomantici nugantur / chiromantici delirant: & quicunquæ ex his/uel propagatione/ uel adoptione in insani erroris hereditatē adsciti in stultitię præcipitia labuntur: prænosse omnes dicuntur/sed non recte atque legittime. Nisi qui aut diuino lumine præsciunt/aut naturali coniectantur. Reliqui siue astrologi/siue arioli/siue auspices/haruspicesque/siue augures/siue diuini: aut pythonici / phanatici ue. siue alioquo cūque nomine appellentur diuinare omnes rectius quam præscire & prænosse dicendi sunt. Fallax enim eorum præsensio/& prædictio fallatior a fallacissimo dęmone mendatij parente originem ducens. Prænotionem itaque ad ueram diuini luminis raditionem primarie & per se referimus/ dein ad congenitū rationis fulgorem propagamus: mox ad obumbratum/ & adulterinum superstitionis crepusculum extendi quanquā illegittime posse putamus.

De multiplici usu prænotionis/& abusu. Caput. vi.

AB his consequens est/ut abusu quoque pertractemur: Nanque malis non solum/sed etiam ipsis dei donis genus hominum potest abuti. Vtitur autem si eis contentum ueluti intermedijs quibusdam ad debita spiritalis præsertim uitæ officia obeunda/ instituitur ad finē humanarum oīm actionum/fœlicitatem: quę in dei uisione/ & fruitione consistit anhelet semper: Et(quantum per humanam fragilitatem licet) conscendat. Abutitur: si hunc ordinem peruertit. Quod quomodo contingat(ut id cauere possimus)postea insinuabimus. De usu enim inprimis dicendum/ut amplectamur. de ab usu deinceps/ut respuamus. Ex indubia prænotionis cognitione utilitas in nos eximia prouenit. Cum certius multo prophetici luminis beneficio possint futura præcognosci. quam sensu/ & ratione uideri / cernique præsentia. Hinc illud sępe apud prophetas/ut præteritum ponant pro futuro/ob indubiam/ maximamque certitudinem. Vt illud panem angelorum manducauit homo: de eucharistię sacramento prædictum est a psalmographo/ tot annorum curriculis antequam a Christo institueretur. Qua de re Bernardus eo in sermone edisserit/ quem de altaris sacramento prætitulauit. Vt illud Item. In omnem terram exiuit sonus eorum/& in fines orbis terræ uerba eorū: quod de apostolorꝝ prædica-

tione præſignatum eſt. Conuenit enim/ & maxime conuenit: ut cum ea præcipue
quæ ſupra hominis facultatem ſunt prænoſcant prædicantque: certiores adeo fiãt
ut nullo pacto de eis ipſis ambigere poſſint. Tantaque ob id aſſeueratione pro-
mulgent/ ut ex eornm conſtantia & intrepida pronuntiatione ad aſſentiendum
qui audiũt inclinentur. Agnoſcentes nequaquam ſibi eiuſmodi præſertim contin
gentia/futura aſſeueranda: niſi alio ꝙ humano ordine pernouiſſent. Cum eorum
maxime iudicetur mens ſana/& uolũtas recta: quorũ ſi primũ deſit/& adſit oppoſi
tũ: efficiẽt ut falſi ꝑcognitores fallanẽ: ſi alterũ/ut fallant: ſed etiã ut fallãt/atqꝫ fallanẽ
ſimul Vtrũ deligas/abſentia ea in cauſa eſt. Neque enm̃ fallere quis niſi fallatur po
teſt. Quomodo enim fallet: niſi aut ignorans/aut prauus? Si ignorans: fallit utique/
& fallitur. Nam falſum quod uerum credit porrigit alijs. Si prauus: falſum quod
credit falſum ſub ueri ſpecie tranſmittit in alios: ſibique peſſimo hoc officio nocet/
& in ſuam perniciem agit: quando eum ob id & dei & perſępe hominum manet
uindictta: & ſi hoc ignorat pernitioſius etiam fallitur. Quandoquidem ſi hoc ip-
ſum cognoſceret: poſſet aliquando a peccato liberari: quod ſi non agnoſcet/nunqꝫ
diluet. Parte altera nec falli quis prænuntiando poteſt/niſi & fallat. ijſdem rationi-
bus. Fallitur enim aut malicia/quemadmodum mox explicauimus. aut ignorãtia:
quorum altero fit/ut falſa prænuntiatio uera a tradente credita ſuſcipiatur ut uera
altero ut falſa quę etiam falſa credatur pro uera nihilominus colatur Vtrũ des qui
fallitur falſum pro uero tradit & fallit neutrum autem ueris prophetis contingere
poteſt cum nec fallantur aut fallant. Sed de his latius in ſequentibus agendũ. Et ſa-
ne nulla haberi certitudo poteſt/quę prænotioni per diuinum lumen poſſit æqua-
ri. Porro ſenſus noſter exterior/in cognoſcendo non prętergreditur accidentia. Ad
ſubſtantiam enim ſciendam tangendamue non peruadit. Quippe cum ea ratione
ſolum/non autem ſenſibus (qui corporeis tantummodo qualitatibus immorantur)
depręhendi poſſit. Adde quod fallit & fallitur ſenſus ipſe multifariam ex diſtantia
ex accidenti/ex obiectò comuni: ut philoſophi late probãt/& in meo de Imaginati
one libro ipſe recenſui. Sed & humana quoque ratio uacillat. Nam dũ aut ſenſum/
qui uerus ſit: non ſequitur. aut recta linea ex primis intellectus principijs non pro-
cedit: facillime exorbitat. Subde quod nihil fere tam ratione firmatum/quin itidem
ratione poſſit infirmari. Illud quoque ad memoriam reuocandum eſt: ſæpe nu-
mero particularia multa/aut ad regiones & populos in uniuerſum ſpectantia/ aut
ad particulares uel urbes uel homines pertinentia: ſub dubio emergere. quę decla
rari cõmode ita/ & exacte nõ poſſunt face humanæ rationis/ quemadmodum ſu-
perioribus reuelationum radijs. Tum quia feruntur uniuerſaliter leges: & ſcientia
quoque de uniuerſalibus/nõ particularibus & indiuiduis eſt. Tum quia cõdictio-
nes ſępe inſunt/& circumſtantiæ: de quibus traditũ. Alioquin dogma decernere li-
quido non poſſet. Propterea in ſacris litteris ueteris teſtamenti legimus reuelata
multa Iſraelitico populo/& ad urbes & ad reges pertinentia/de futuris bellis & ui-
ctorijs/ de captiuitatibus quoque & calamitatibus inminentibus/quas remotis .ſ.
peccatis ob quę mouenda caſtigandaque impendebant: remouere ſi uellent in ar-
bitrio eſſet. Hinc Hebræorũ ille rex Ioſaphat (ut in libro Paralipomenon legitur)
protulit/Credite in domino deo ueſtro/ & ſecuri eritis. Credite prophetis eius/ &
cuncta eueniẽt proſpera. Nęc ſolũ Iſraelitico populo/ſed & alienigenis Niniuitis
Ionas ſua prænuntiatione conſuluit: & Heliſæus prophetes Naamani Syro mili-
tiæ principi curationẽ lepræ & prædixit/& docuit/& ſyro ꝗqꝫ regi ęgrogãti/& ꝑ in
ternuntiũ interroganti de ęgritudinis euentu: futura ꝑmonuit. Inter ꝗ fere dixit ut

seruus ipse percunctans regi substitueretur/eiusq opere Iudeas urbes depopulati das esse. Sed & alia fere innumera/facile est inuenire in ueteri testamento/& potissimum in libris regum Quo tempore/ quia liber populus a seruitio gentium erat consentaneũ fuit ut tum prophetæ habundarent:quorũ prædictionibus in agendis rebus dirigeretur ut Augustinus/ ut Thomas meminere. In sacris itẽ noui testamenti uoluminibus: prædictiones multæ de particularibus euentibus uisuntur. In euangeliis in epistolis/in apochalypsi Ioannis. Sed etiam post apostolos ipsos Carpus episcopus diuinis atq creberrimis reuelationibus claruit uti Dyonisius Areopagita in epistola ad Demophilum scribit:ac martyrũ(qui pro christo patiebantur plurimi diuinis uisis confortabantur/erudiebanturq. Iudã quoq Syllam & quadratũ prophetasse multorum narratione proditur. Anima item Philadelphiæ prohetasse traditur/& quattuor Philippi filias prophetes fuisse Lucas asserit in actibus apostolorum. Sed & ipse Cyprianus(quod in decretis est uidere)reuelatione se monitum dicit:ut doceret mortuos non esse lugendos. Item alibi foeminas communi contubernio cum clericis non debere uti. Nec solum in futuris pronuntiandis magno esse usui prophetia potest:uerum & in præteritis (quę occulta sunt)manifestandis/ut supra de Mose probauimus. Et eo quoq loco manifeste indicatur:cum Io. euangelista narrat/multos in dominum iesum credidisse: ob ea quę Samaritanæ mulieri præterita reuelauit alioquin aliis in cognita. Atqui posterioribus quoq temporibus ecclesiæ prophetia magnopere fauit. Sic & Martinus ille sanctissimus antistes a superstitione plurimos liberauit/cũ latronis sepulchrũ id fuisse patefecit reuelatione monitus:quod tanquã martyris esset frequentabatur Sed enim controuersæ olim altercationes in ecclesia subortæ statim finem habuissent /si sanctorum prænotionibus uirorum pie fuisset auditum. Multa quoque & reges/& duces/imperatoresque uel pro ineundo bello/uel pro firmanda pace ueris prænotionibus freti gessere foeliciter. Et præter paginam utriusque testamenti Historiæ temporum & illustriũ in religione uirorum per scripta gesta: satis abundeq testificantur prænotiones ipsas magnis rebus gerendis usui fuisse/ magnoque adiumento ueritati:& syncerius/& certius percipiendæ. Sic & sublimis ille abbas Antonius Arrianorum heresim sub mulorum specie altare deiicientium & prænouit & prenũtiauit. Hoc magnus Athanasius in eius uita aliis uirtutibus ad scribit. Sic & Constantino maximo(a quo fama est traxisse originẽ Picã domũ nostrã) prænota fuisse multa de præliis:atque uictoriis/& nouæ Romæ extructione legimus/coelitus etiam ostensa cruce/in cuius uincendum signo foret. Sic & seniorem Theodosium/Ioannem Anachorytam Aegiptium & sciscitatum/& consultũ de futuris misisse cõperimus/& senis consilia sequutum/ & maximis e periculis liberatum:uictoriam de hostibus obtinuisse. Eundem quoq Romanum alium ducem iuxta Cyrenem cum hostibus præ paucitate militũ congredi non ausum:& diem ineundi prælii docuisse/& uictoriam quam postea est consequutus prædixisse. Legimus & benedictum monachorum parentem Totilæ Gothorum regi inter monendum/ reprehendendumq:& annos/qui reliqui erant uitæ/ & traiectionem in Aphricam/& mortem prædixisse. Franciscus quoque Asisinus ille inclytus/ille inquã Christi amator ardentissimus/ & celeberrimo stupendi amoris miraculo donatus:prænotione doctus/& fratrum suorũ regulam conscripsit/& alia multa peregit. Præcellens ille Dominicus Hispanus/quo institutore insignis prædicatorum ordo coruscat:diuina reuelatione monitus fratres etiam suos induit. Sane per omnem ecclesiæ decursum prænotionũ usus quibus sanctissimi uiri & labentibus hominibus & labãti seculo cõsuluerũt. Alia eiusmodi nõ parũ multa cõsulto ꝓtereo

de quibus postea particulariter tractandum. De usu uero naturalis prænotionis dicere multa/nõ attinet. Quoniam nõ solum de pręsentibus decernere/de præteritis meminisse/& exem pla trahere/sed etiam de futuris cogitare/ pręnosse: prouidere: Identidem homo cogitur / ad tutelam proprij corporis/ad familię custodiam: ad ciuitatis defensionem tranquillitatemq;: ad orbis utilitatẽ: ad proprię denique animę felicitatem. Abutitur autẽ persepe humanum genus donis hisce ad luxum/ad ambitionem: ad cętera mala. Pręsensionibus suis bruta utuntur recte/ad prouidendũ sibi & filijs profutura hyeme in qua uel frigidi inclementia cœli/ uel Annone caritate pereundum esset/homo exorbitat/ordinemq; peruertit/& quę pręnouit futura in exitiũ quandoq; suum trahit extincta ambitionis flatu prudentię lucerna/quę gressibus identidem admouenda est: quo fit ut nõ modo sibi & alijs adiumento sit/ sed & detrimento non mediocri. Pręnotione item abutitur homo: cum aut quę pręnosci nequeunt cupit pręnoscere/ aut alio modo quam decet/aut plus q̃ oportet: tũ enim aut superstitione hallucinatur/ aut curiositate nimia delirat. Dum enim extra pręscriptum res futurę aut queruntur/aut recipiuntur/ uel in uanam curiositatem/uel in noxiam superstitionẽ abitur. Hinc magicę uanitates/hinc noxię superstitiones omnes/ hinc manicheorum blasphemię & priscillę montaniq;/ac aliorũ heręses. Montanus enim se paracletũ asseruit illi se prophetico spiritu pollere simulabant/& ex montano afflari mendacissime/quo facilius mellea sub imagine uenenata eorum doctrine pocula sumerentur. Neque enim(quod in sequentibus & latius & particularius tractabitur) aut facilius aut cõmodius adde pernitiosius potest demon offendere/quam cũ se in angulũ lucis: ut inquit Apostolus trãsfigurat/ & sub uerarum reuelationum imagine falsa dogmata introducit in uulgus: Nunc antem subdole plurimũ & dissimulanter/ olim palam in templis ex quibus etiam dabant responsa/quę quoniã usui magno esse mortalibus putabant Χρησμοὺς oracula ipsa uocitabant.

Pręnotionis cupidine humanum genus a prima antiquitate extimulatum fuisse Caput. vij.

Anta ẽm pręnotionis cupidine humanũ genus ab ipsa antiquitate estuauit/ut quibus ueri prophetę deerant israelitico populo peculiariter dati/ demonũ oracula cõsulenda placuerit. Sed & diuinationẽ aliunde sibi multifariam procurauere. Veros enim prophetas aut cõtemnentes utpote lege distinctos/aut posthabentes in mille insanias deuoluti/mille in pręcipitia delapsi sunt. Apud assyrios ariolorum consulta & traiectiones motusq; stellarum obseruatos multifariam inuenimus pręnoscendi cupidine. Eisdem astrorum pręcognitionibus chaldei & ęgiptij pariter incubuere: cuius uanitatis inuentũ e caria legimus. Cilices/pamphilij/pisidæ & cantu & uolatu auium res futuras: ut Cicero prodit: certissime declarari autumabant/quam superstitionẽ manasse proditũ est. Arabes a cycnis cęteris que auibus uti ex oraculis diuinationem colligebant/putabantque brutorum callere sensa. si cor aut epar draconũ comedissent. Persuasum alijs cor talpę ad præsagium ualere/nec uulgo modo/ sed & philosophis hominibus. Siquidem Proclus platonicus id & credidit & scripsit/Ille inquã a consectaneis celebratus/cuius magiam quoniam hactenus ꝙ nouerim/confutata non est/Septimo huius operis libro confutabimus. Cuiusque olim decem & octo aduersus nostram religionem argumentationes .Io. grammaticus/ cognomento philoponus docte dissoluit. Sed enim nationes fere oẽs passim in dubijs responsa ab oraculis petere uestigare occulta/conciliare sibi uana dęmonum nomina falso credita

numina. Hinc alię pythiũ: Alię dodoneũ de rerũ euentis cõsulebãt. Alie Hãmo-
nis oraculũ de futuris itidẽ sciscitabant. Nec ullũ fere absq; responsis dęmonũ q̃s
decepta gẽtilitas putauit deos: & coluit/ aut bellum suscipiebat/ aut firmabat pax
aut mœnia condebant: Legimus & Athletas huiuscemodi sup̃stitionẽ expetiuis-
se/ certatoresq; omnis ut uincerẽt coluisse easdem. Fortune quoq; q rerũ euẽtis fa
uere eam autumarẽt diuinos honores tributos memorie proditũ est: Apud ho-
merum & uetustissimos quosq; poetas nil fere vnq; legitur sine pręnotõe tempta
tum a regibus & populis/ qui augures & diuinos consulebant. Sic & calchas sę-
pe introducit & protei crebra mẽtio/ Sic & tyresię Amphiarai & Heleni & Cas-
sandrę/ & aliorũ produnt uaticinia. Sic & apud Curtiũ & plutarchum Alexander
Macedo uates consulit & Aristandri responsis inter eos præcipui qui eius castra
sequebant credulitatẽ obstringit. Sed & Iouis hãmonis oraculum per uastas soli-
tudines ardore solis exustas petit: p̃cunctaturq; terrarũ ne orbi imp̃aturus esset.
Ante Romam conditã Carmentæ Archadis Euãdri matris quia fatiloqua puta-
retur latiũ audiebat in quod multæ diuinandi species diuersis ex locis q̃si per ma
nus deductæ sunt atq; in ipsa urbe roma q̃si domiciliũ sibi delegerãt: Cuius cõdi
tor Romulus Augur fuisse tradit & urbẽ auspicato condidisse/ Pompilius cõdi
tam regebat augurijs & ægerię colloquijs frui se iactabat ad prænoscendũ. Au-
guribus & reliqui reges romanorũ usi & exactis regibus nil publice sine auspi-
cijs aut domi/ aut militiæ gestũ. Ex Etruscis etiã nũ petitũ auspitium Romani mise
re/ & diuinationẽ inde adsciuere Somniorũ præterea coniectationibus prænoscẽ
di ardore uacarũt quæ diuinatio e telmesso putat orta τελμισσέων γαρ οἱ δλοκι
μώτατοι την διὰ ὀνείρων ἐξεῦρον μαντικὴν Tatianus scribit gẽtes exprobrãs
cuius librũ in eas conscriptũ beatus Hieronimus florentissimũ nuncupauit. Idem
sane domitores orbis Romani interpretationi Sibyllinorũ carminũ incubuerunt/
quibus declarãdis multos ex ciuitate uiros delectos esse uoluerunt: tãtaq; præno-
scendi cupidine latiũ exarsit: ut id aduertens Terentius seruulũ introducat (quãq;
ut est apud Plautum plura decet seruum facere q̃ loqui) philosophantem .s. atq;
demeam docentem/ id esse sapere nõ quod ante pedes uisit spectare sed quod fu-
turũ est. Hominis propriam inquisitionem Cicero in officijs censuit/ eundẽq; ne-
cessarijs negocijs curisq;/ uacuum/ audiendi/ uidendi/ discendique auidum esse/
nec non mirabiliũ aut occultarum rerum cognitionẽ ad beatæ beneq; uiuendum
necessaria ducere. Quam quidem sententiã de Finibus disserens /repetijsse uidet
Iam uatum quoq; prædictionibus audiebant Romani/ quos nõ modo apud ho
mines/ sed apud deos ipsos in honore esse finxerũt ob notitiam futurorum. Vn-
de illa apud Maronem in Georgicis ad pastorem Aristęũ a Cyrene matre de p̃-
teo: hunc & Nymphæ ueneramur & ipse. Grandeuus Nereus nouit namq; om
nia uates: Quæ sunt/ quæ fuerint/ quæ mox uentura trahantur. Quæ sentẽtia pri
us ab Homero/ ab Hesiodo / ab Orpheo/ ab Hippocrate relata. Siquidem Home
rus in prima Rhapsodia iliados Chalcantẽ prædicat sciuisse τεόντα τά τεσσό
μενα προτεόντα Eadem cecinisse Ioui musas in theogonia fabulat Hesiodus
eadẽ Proteo in hymnis adscripsit Orpheus: Eadẽ medico noscenda in Progno
sticis cẽset Hippocrates. Sed nec Romanus dumtaxat populus auguribus uaca
uit/ nec solus græcus/ nec macedo/ non illorũ modo duces aut reges: sed & Bogũ
quoq; Annibalis augurẽ legimus/ tam & si uanis testimonio filij deceptũ in alite
signis / quamq; ipse Annibal & rudis & impius de quo & ip̃e Poeta canit. Arma
to nullus diuum pudor improba uirtus/ & de eo antea Liuius. Nullius dei metus
nullum iusiurandum/ nulla religio/ quid: q alie quoq; uel exleges omnino uel ru

des nationes prænoscendi ęstu/in sanijs huiusmodi se mancipារunt philosophis etiam græcis consentientibus/nec Platone modo & Socrate & Epicteto/sed & ipso Aristotele/quem a Pythia ut philosopharetur consultum Philoponus interpres prodidit/quē tamen grauissimum nec nisi sensu præiudicatū quicꝗ decernētem gentium consensus existimauit. Nec ab hoc negocio indorum sapientes abhorrebant/Brachmanos inꝗ/nam & scientiæ naturalium rerum & diuinationi simul incūbebant. Idē & Apollonius qui eos accessit. Gymnosophistæ æthiopū si Philostrato uera narrauit Damis ut de sua diuinitate certiorem redderēt Apollonium effecere/ut ulmus etiam loquuta sit/& Apollonij nomē prænouerit. Persarum magi rerum præsensionibus uacarūt/augurabantur que & diuinabant/cōgregati in phano cōmentandi causa atꝗ inter se colloquendi/ nec quisꝗ rex Persarum poterat esse/qui non ante magorum disciplina fuisset imbutus. Coniungebantur olim apud diuersas gentes hęc ipa officia/regendi. s. & diuinandi/ & sacerdotij: nec in Asia modo/sed in Europa. Nam & Amphilochus & Mopsus argiuorum reges: ijdem augures fuere: & apud Maronē carmen hoc legimus de Rhamnete Rex idem & regi Turno gratissimus augur. Subditꝗ ad supstitionē detestādam & illud. Sed non angurio potuit depellere pestē Et superioribus libris de alio dixerat rex Anius rex idem hominū phœbiꝗ sacerdos. Ad hec Mercurium illū Aegiptium produnt maximū regem/& maximū fuisse sacerdotem. Alij in omnibus portentisꝗ interpretandis vacabant/quorum aliquando tam exuberans copia/vt quererentur/nec auerti posse putarentur. Cecinit Anneus Lucanus de prodigijs quę cesaris & Pompeij bellum pręcesserunt. cur hāc tibi rector olympi/Sollicitis visum mortalibus addere curam. Noscunt venturas ut dira per omia clades Et alibi. Sit subitum quodcunꝗ paras/sit cęca futuri: Mens hominū fati liceat sperare timenti. Nec non apud Maronem de Didone heu vatum ignare mentes/ qd vota furentem. Quid delubra iuuant: Galli quoꝗ Drijdes suos pręnoscendi causa consulebant: Legimus & in commentarijs Caij cesaris Ariouisti regis copias a prelio quandoꝗ abstinuisse ob Germanorum matrū familias auctoritatē/quę sortibus uterentur/eisdemꝗ sortibus G. Valerium procillum seruatū ne incendio traderetur. Sed & ipi germani ut est apud Tacitum non modo responsis fœminarū fidem non abrogabant: Nec solos cantus volatusꝗ auiū pręnoscēdis futuris/ sed hinnitus & fremitus equorum/quos deorum autumabant cōscios peculiariter obseruabant/& sortibus quoꝗ surculorum temere iactatis abutebantur Certe romanum Marium uaticinio fœmine quam de lectica deferri iusserat in bello vsum plutarchus est auctor. Alijs alie gentes uatibus diuinatoribusꝗ mentem obligant suam desiderio pręnoscendi quo tantū estuabant/ut etiā eorum poetę/ que ficte non facta referebant/uel eorum deos. uel manes uel heroas ea ipa quę mille annis pręterierant prędixisse fabularentur. Ac utinam hęc sola nicia essent gentium/ quę uerum deum nō coluerunt/& hebręi ipi ad phitones/ad oracula dęmonum ad diuinos non issent. Vtinā hęc sola uicia antiquitatis/& nostra tempestate non reperirentur qui umbras legis/& tenebras gentiū/euangelico splēdori pręponerēt. Notum em & astrologię diuinatrici operam sine rubore/sine uerecundia dari/& ficta fabulosaꝗ referri/& Necromātię/Geomātię/Chiromātię cultores cōsuli/& dęmones etiā custodiri insano amore futura pręnoscēndi. Sed aduersus has omnes fatuitates & impia deliramenta in sequentibus libris nobis erit disputatio.

Quibus ex radicibus pullulet desideriū pręnoscendi. Caput Octauū

Vm autem omne humanũ genus prænoſcendi pariter deſideriũ ſecu-
c tum ſit innatũ id & quodãmodo inſculptũ a natura exiſtimandũ eſt/
pari conſenſu: quicunq; in litteris bene audiunt hoc ip̃m firmarẽt: Nõ
tamen noui compertũ eſſe/ & enarratũ/ quibus id rationibus ſeu cau-
ſis eueniat/ & ex quibus quaſi radicibus pullulet. Ip̃e autem primus/ ꝙ ſciã/ hec ut
cunq; oſtendenda explicandaq; ſuſcepi. Ideoq; id libẽtius facturi ſumus: ꝙ ſi que
uel extrinſecus vel intrinſecus citande cauſe ſupererãt/ aut explicari cõmode hoc
loco poterunt aut ſubſignari/ & quãq; peripateticis ſupra ſatis factũ uideri poſſet
cum prænotionẽ diximus cognitionẽ eſſe rerũ minime præſentiũ/ nec ordinario/
& cõmuni nature ordĩe in animis noſtris illapſarũ: tũq; id a deo optimo maximo
in nos ꝑficiſci noſtre ſalutis gratia/ demũ & de uſu docuimus/ & abuſu deq; aui-
ditate præſciendi/ que ſequẽtia pendentiaq; putauimus/ Reſtare tamẽ uidebatur
exigendũ a nobis/ cur nam hec auiditas inſita eſſet ab ortu nature: quod quidẽ &
illis abſolutius fortaſſe putabitur/ & ad priora intelligenda conducibilius/ ſi expli
cauerimus: platonicis uero gratũ ad modum futurũ ſi promiſſi fidem ſeruari gra
tum exiſtimãt. Hic em̃ præter alia de eis cauſis quas nõ nulli cõcauſas apellant &
de ea præſertim/ quã exemplarẽ nuncupant mentionẽ factam animaduertent. In-
ſunt animis noſtris motus ꝗdã (ita & philoſophi & theologi ex corpoꝝ motibus
ad res incorporeas motũ tranſtulere) cum motũ dico appetitũ quendã in deſidera
tas res quaſi animi progreſſum intelligo. frequens uſus huius uocabuli apud Pla
tonicos eſt & apud Dionyſium areopagitã Chriſtiane theologie poſt apoſtolos
principẽ. Peripatetici quoq;/ & pariſienſes theologi/ qui Ariſtotelis philoſophiam
excoluere motuũ animi ſepe numero mentionẽ faciũt/ & illud notiſſimũ atq; ꝑtri
tum om̃ibus in ſcholis eſt/ Primos animi motus in hominis poteſtate nõ eſſe. Me-
mini quoq; me librũ legiſſe Ioannis Gerſonis Pariſienſis theologi nobilis/ cui titu
lus de primis motibus & cõſenſu/ in quo multorũ meminit motuũ & primos qui-
dem motus in primo primos: ſecũdoq; & tertio primos ſubtiliſſime diſtinguit. Et
apud Auguſtinũ in libro de uera religione ſcriptum eſt/ quod affectibus cõtingit
anime hoc locis corpori id autẽ ſpatio illam uoluntate moueri. Mouetur igitur ꝑ
uoluntatẽ anima/ motum autẽ omnẽ quietis gratia fieri & Ariſtotelis auctoritate
confirmatũ/ & ratione quoq; præiudicatũ atq; præſcriptũ eſt. Nec em̃ quicq; un-
q; admolietur quiſpiã/ ſi id quod ip̃o motu conſequi ſperat iam adeptũ eſſet. Reꝝ
autẽ noticia quia ꝑfectio eſt & inquiſitionis terminus/ eius etiã quies haberi & di-
ci poteſt/ ob ſolam autẽ præſentiũ & præteritorũ cognitionẽ perfici ſaturari & qui
eſcere humanus animus non poteſt/ multa em̃ ad ſui quietem pertinẽt que ex fu-
turis dependent. Hoc in omni hominũ uita & actione perſpicuũ eſt/ quoniã deſi-
deriũ & petitiones & opera nunq; ceſſant/ que nihil ob aliud aſſumunt̃ fiuntq;/ ni
ſi quia nobis aliquid futuri deeſt/ quod uel deſiderio cupimus uel precibus poſtu
lamus/ uel ope perquirimus. ita fit ut continua uel concupiti boni expectatione:
uel ne formidatum eueniat malum ſpe maceretur humanum genus/ id ipſum ad
res om̃es que uel in animi ocio & contemplatione uel in corporis negocio & acti
one uerſantur pari linea protenditur. Ad futura igitur prænoſcẽda quietis & per
fectiõis ſue gratia/ humanus animus ſuopte ingenio ſuſpirat. Rurſus quia & Ari
ſtotelis auctoritate/ & experientia conſtat ſciendi deſiderium a natura homini in-
ſertum atq; congenitum eſſe/ Ita ille primo prime ſue philoſophie libro ſcripſit
& apud ſe quiſq; experitur. Colligitur aperte & alia cauſa cupiditatis prænoſcen-
di: quandoquidẽ ſcientia ip̃a neq; præteriti neq; præſentis temporis limitibus co-
ercetur/ ſed ad omnia pariter tempora dilatatnr. Ad hec præclarior futurorum q;

præſentium præteritorumq; noticia/& ad res agendas accomodatior conducibi
liorq; in tempore quo cum ſumus eius partiũ compotes quodammodo nos eſſe
neceſſe eſt/ex futuro autem ſicut ex præterito tempus pendet/ cum id ipſum tem-
poris quod percipitur non tempus ſit/ſed inſtans temporis/ut ab Ariſtotele in phi
ſicis probatum eſt. Sed & animus noſter cum trium temporum particeps ſit/
ad eorum ultimum conſequendum ſua ueluti ſponte extimulatur quod niſi præ-
conceperit rite ueſtigare non poteſt ſe ne dum indipiſci manifeſtũ eſt. Illud quoq;
ſubde prouidentiam inter humanas uirtutes præcellentem & diuinis rebus quan
tum licet propinquantem ſine prænotione haberi non poſſe/eius enim uirtutis &
natura & officium eſt ad futura mentis oculũ figere/ut & procurari bona & auer
ti mala commodius poſſint quid: ꝙ & conſilium futura ſpectat/ Conſulenti enim
ut Ariſtoteles in Rhetoricis meminit futurum tempus aptatur/ſicuti & litiganti
præteritum/& demonſtranti præſens/ac quandoq; præteritum/tam & ſi non nun
q; de futuris quoq; conijciat. Atqui ſi rectę profundeq; conſiderauerimus quan-
dam etiam beatiſſimę trinitatis imaginem/ quod & ſupra innuimus/ in anima ex
præteriti præſentis atq; futuri temporis noticia perueſtigabimus. Notum illud de
imagine trinitatis quam gerimus aſſignari uaria a theologis. Alij enim ad intelle-
ctum/memoriam/uoluntatem referunt/quę tribus unius eſſentie perſonis propri
etate reſpondeant. Alij non potẽtias ipſas animę dumtaxat/ſed eas ſic ſub actibus
ſuis ad trinitatis exemplar ſeu maius imaginem pertinere dicunt. Alij alia. Nõ ab
ſurde fortaſſe & hinc imago ipſa conſiderabitur ut quemadmodum per memo-
riam intellectum & uoluntatem aptatur ipſius trinitatis imago animę quam ad
ipſius dei uidelicet imaginem & ſimilitudinem factam eſſe ſacrę litterę decreue-
runt/Ita per tempus præteritum memorię/per præſens intellectui/ per futurum
uoluntati congruere & reſpondere poteſt. Memoria quippe præterita retroſpice
re quodammodo & retinere perſpicuum eſt; perſuaſiſſimum quoq; & intellectui
præſens tempus reſpondere/quandoquidem intellectus officium eſt conſiderare
& contemplari quę iam apud eum recepta ſunt/ uoluntatis autem ut ad futura ſe
quodammodo extendat. Confirmatur hoc ipſum quod diximus. Nam modus
quo intellectus cognoſcit is eſt ut ad eũ res ipſe per ſuas ſpecies/ſeu imagines ſeu
ſpiritales formas ingrediatur/Voluntas autem econtra ut in res fere progredia-
tur/unde fit ut uoluntati futurum tempus aptetur atq; cõueniat/ quod ſi receptũ
fuerit ſubinde quoq; percipietur/corrogabiturq; deſiderium prænoſcendi ex tri
nitatis etiam imagine quam in anima gerimus proficiſci. Ad hęc ſi conſideraue-
rimus uoluntatem non eorum tantum quę habemus/ſed quę non habemus ad-
huc ſperamus/tamen & haberi & eſſe/id ipſum ex uoluntate profluere depræhen-
dimus/nam quod ſperamus futurum eſt/in futurum igitur uoluntas fertur/ quã
do in id quod ſperat tendit/quod autem ſperamus futurũ utiq; non ſperaremus/
ſi prius non agnoſceremus/incognita ei ſperare nos aut amare non poſſe & Au-
guſtini auctoritas & firmiſſima atq; indubia ratio cõuincit. Prænotionis igitur
deſiderium ex uoluntate cupiente conſurgit. Illud ſane præterea negari non po-
teſt/ex imitatione diuine nature/& ſanctiſſime trinitatis ꝓuenire in homines præ
ſciendi prænoſcendiq; deſideriũ. Vt enim illa prænouit præſciuitq; omnia; præ-
ſcire autem quantum ex ſe eſt bonum dubio procul ſit/cum omĩs noticia/qua no
ticia ſit bona; Bonum autem omne ex deo ut ad eũdem omnis bonitatis fontem
a quo fluximus reuertamur liquebit aperte inditum nobis præſciẽdi appetitum
ea ex radice conſurgere/qua omnia bona pariter pullulant ut ex imitatione .ſ. in
ueram (quantum adoptiuis licet) filiationem aſciſcamur/& exemplari ſuo res ipſa

conueniat quę dei manu fabricata eſt. Sic & dei filius cui pater totam diuinā eſſen
tiam generādo cōmunicauit/manus illius appellata eſt/unde illud. Vt quid auer
tis manum tuam & dexteram tuam de medio ſinus tui/in quo ſinu eſſe unigeni-
tum filium Ioannes baptiſta apud euangeliſtam edixit/ Et illud/ ego primus/ ego
nouiſſimus/Manus quoq; mea fundauit terram/quam in principio creatam Mo
ſes affirmauit:quāuis autem manu uelut organo utamur mortales deo ſatis eſt ad
agendū ita uoluiſſe & intellexiſſe qui nullo eget corporeo inſtrumento:qui dicit
& facta ſunt/cæterū fieri non poteſt/qn aīa ex ꝓpria cognoſcendi cōdictione in fu
tura feratur:Ratio enim & diſcurſus homini proprius eſt/ut ex noto ad ignotum
perferatur/ex cōmuni atq; confuſo ad particulare & explicitū perueniat ex notis
principijs ad ignotas cōcluſioues ꝑcurrat/ex hac quoq; noticia uel rei ꝙ exiſtat/
exiſtere ue poſſit/uel nominis quid ſignificet ad ipius rei eſſentiā naturā ue pro-
prietateſq; & affectiones ꝑnoſcendas accedat/ei aūt qui diſcurrit futura huiuſmo
di omnia ſunt quibus de rebus Ariſtoteles nō nulla inter initia phyſice auſcultati
onis/& plura primo Analyticorum poſterioꝝ libro diſſerit atq; eius īterpretes la
tius ꝓſequuntur. Præterea ſi brutis quę ueſtigium dumtaxat trinitatis gerunt/nō
aūt imagine donata ſunt prænotio præſenſione data eſt ut prouidere ſibi & filijs
poſſint/quanto magis ut homo a deo ipo prænotionē accipiat quod & ſupra di-
ximus:eaq; polleat/homo inq; inferiorum omniū animantiū princeps:cui & de-
um uenerari ꝑ religionē cōuenit/ab eodēq; eterna fœlicitatis pręmia & expectare
& iuſtis opibus procurare/ quę niſi prænouerit quomodo expectabit/ quō pro-
curabit:

Religiones & leges in uniuerſum/ſuperſtitioneſq; de prænotionibus pendere
Caput nonum.

Prænotionibus quippe & religionē & leges pēdere facile apparebit/ ſi
a ad memoriā reuocabimus/ueteres de pręteritis futura cupijſſe:Eadem
quoq; de præſentibus ſperaſſe/& de præſenſionibus etiā & reuelationi
bus euēta expectaſſe. Liquet aūt & ex futurorū bonorū expectatione
& ex malorū euentuū formidine/religionē & leges pēdere atq; fulciri. Atq; ut ab
incunabulis cōditi orbis exordiamur/Primo hominū parenti/de limo terrę condi
to cui cum cōſorte benedictū atq; præceptum adeo eſt/ut creſcerent & multiplica
rent/& replerent terrā/& ſubijcerēt eā & dominarent piſcibus maris/ & uolatili
bus cœli/& omnibus animantibus quę mouentur ſuꝑ terrā. Præceptū item/ut ex
omī ligno paradiſi comederēt/de ligno aūt ſciētię boni & mali ne comederēt /alio
quin moriendū ſibi:primo inquā hominū parēti ex hac prænotiōe & data lex &
nata religio:Prænouit em̄ obediendū deo/cauendūq; ab eſu uetiti fructus/ quod
ſi faceret originalē iuſticiā & ſeruaſſet & tranſfudiſſet in prolē/ni faceret ea amiſſa
& a poſteris ablegata morte etiā moreret. Religio em̄ ad uerum dei cultū ꝑtinet:
Verior aūt eſſe quis poteſt/eo quē deus ipe cōſtituit/& primū hoīem inſtituit: Ex
religione autē & expectant bona ad cuſtodiā/& formidant mala ob contemptū:
ex lege itidē hęc ipa ꝓdeūt/ſiue ꝙ nihil aut parū differunt/lex & religio. Lex ei a li
gando uel legendo/Religio a religando uel relegendo deducitur/ſiue ꝙ & religio
lex quędā/& lex item quodāmodo religio dici pōt/ ſed illa ad deū ꝑtinet proprie
Hec etiā ad hoīes ꝑtinere poteſt/qui præter diuinā legē uel metu pœnarū/uel ſpe
præmiorū ab ipis legū poſitoribus prædictoꝝ prænūciatorūq;/aut impelluntur
ad uirtutes/aut repelluntur a uicijs: Niſi em̄ parate probis dignitates & præmia
præconciperentur pauci ex uulgo qui uirtutis ꝑcurrerēt ſemitā/ & ni decreta im-
probis ſupplicia prænoſcerent pauciores uiciorū uiam retrocederent: Vnde ille

cecinit/Odisse peccare malos formidine pœne. Prænosse autē hęc couuenit/Nāq; ut rectissime Augustinus definit instituuntur leges cū ꝓmulgant̄. Et hanc præscire & prænosse oportet/quid sequendū/quid fugiendū in ip̄a religione & lege/siue naturę in q̄ prænota & insculpta quędā principia sunt/ ex q̄bus opatiōes reliquę deducant̄/siue dei qui in Adami religione & lege idē effecit ut prenosceret.s.quid sibi agendū: Cæterū & hoc in Abrahamo custoditū ut prænosset quid religiōe & lege seruandū: quō ip̄i deo parendū/ ꝑ circūcisionē ꝑ filij oblationē/ ꝑ alia multa/ Idem & in filio & nepotibus/Idē in ip̄a lege ꝑ Mosen israelitico populo ꝓmulgata/& quidē ampliter atq; magnifice ꝓspectum: Nāq; & promissa & minę frequenter inculcabant̄/q̄bus prænotis ad seruandū legē/ad declinandā idolatriā & cætera mala ꝓuocarentur animarenturq;: Idē & in euāgelica lege cuius umbra quędā erat & imago lex uetus/eminētissime cernit̄/in qua ꝑ Iesum christum deum & hominē aptissime/& extra omnē ambiguitatē/& ęterna fœlicitas seruatoribus promittit̄/& incredulis & cōtemptoribus sempiterna incendia interminant̄/& quāq; religionē in uniuersum rectū dei cultū/ꝑ prieq; & cōsumate christi legē intelligamus nihilominus & ꝑticulares sub ip̄a lege chr̄i/uiuēdi formę/quę religiones dicunt̄ cōi loquēdi usu/& ab Anshelmo & Io. Gerson facticię appellant̄/ea forte de causa/ꝙ quāq; deū primariū habeāt auctorē/ab hoībus nihilominus introductę sūt/& pōtificia lege firmatę/& a fundatoribus suis potissimū denoīatę: hę inq; ꝑticulares sub christi lege uiuēdi formę seu religio a prænotionibus pariter dependent. Siquidē ex prænotiōe diuinaq; reuelatiōe suā traxisse regulā/ quo minores fratres instituerent̄ Franciscus de quo supra diximus asseruit: Idem quoq; dominicū fecisse notauimus/Sed & ip̄a Brigida satis proxima seculis nostris affirmat̄/ præter alia innumera etiā prænouisse/dictante angelo/quinā uiuendi modus sui ip̄ius fratribus & sororibus seruādus esset: Cæterū & apud gentes quę plures deos & introduxere fallaciter/& coluere fallacius: ex prænotiōe malorū & bonorū euentuū/religio est introducta/quę nō religio sed sup̄stitio dicenda est. Cur enim falsę ip̄i religioni incubuissent gentes/nisi ab ip̄is quos autumabant deis/ & bona expectassent & formidassent mala. Vñ illud a poetis tractū est/timorē fecisse deos: Et Cicero de natura deorū questionē habens/eam inq̄t & ad animi agnitionē esse pulcherrimā/& ad moderandā religionē necessariā. Impietati autē ip̄i & nefariæ sup̄stitioni fauebāt ip̄orū dęmonū/qui deos credi uolebāt/oracula/spondebāt q; & minabant̄/prædicebātq;/tū boua/tū mala/de bellis/de uictorijs /quibus forte fortuna aliq̄n impletis deorū sibi auctoritatem/qua ratione possent arrogarent quē admodū ꝑ historias & litteraria gentiū monumēta cōspici potest. At ea quę dicimus magni illius Antonij herēmicolę sentētia firmari possunt/q apud Athanasium de diuinatiōe dęmonū multa disputās/hęc inquit gentilitatis fuere principia his ꝑsagiorū dolis apud delubra dęmonū quondā credebant̄ oracula/ quę in aduentu domini nostri Iesu christi indicto sibi silentio obmutuerūt/suosq; perdidere captiuos:

Non eodem modo ex prænotionibus pendere & religionē & superstitiōes falsęq; & bonę leges deq; earum differentia: Caput decimū

p

PRenotiones autē ex quibus/uel bona a dęmonibus illis/uel mala expectabant̄ cōfusę & nutabundę erāt/sicut & ip̄a quę ex eis pendebat/ incōstans/uacillaus/prophana/noxia/nō religio sed sup̄stitio. Ex quibus autem constans/solidat salubris/& pia religio fluxit/stabiles atq; clarissime fuere: qua de re alijs in libris latius agendum/ Cæterum si uocabulorū signi-

ficationibus recte uti uoluerimus/quę de falſo pendent/cultu minime religiones
dicendę ſunt: Vnica enim uera religio/quę unum deum habet auctorem / de qua
ſequenti capite tractabitur: quę ab hac diſſentiut diſcordantq;/ ſuperſtitiones ri
te nũcupande: Nimirum ut firmianus inquit: Religio ueri cultus eſt: Superſtitio
falſi: tam & ſi apud celebres gentium ſcriptores falſo deditos cultui/& ſuperſtitio⸗
nis/& religionis mentio facta eſt: Vnde apud Maronem legitur: uana ſuperſtitio
ueterumq; ignara deorum: & Cicero ſuperſtitioſos primo putat eos dictos qui to
tos dies præcabantur & imolabant ut ſui ſibi filij ſuperſtites eſſent: Firmianus a
Cicerone diſſentiens nomen ſuperſtitionis deductum ex ijs putat: qui uel ſuper⸗
ſtitem memoriam defunctorum colerent/uel parentibus ſuis ſuperſtitibus cole⸗
bant imagines eorum domi tamq; deos penates. Vtrum malueris ad falſum pro
culdubio cultum ſuperſtitio pertinet. Namq; & imolare totos dies dęmonum
ſimulachris/ut poſt parentes uicturi eſſent filij/defunctorum item memoriam in⸗
ter deos reponere/uel uiuorum imagines domi tamq; deos colere damnate ſuper
ſtitionis titulum præfert. Nec ſecus deorum plurium religio/ſuperſtitio eſt/quan
doquidem falſus cultus eſt deorum plurium cultus. Falſum enim in uniuerſum
id eſt quod uero aduerſatur & falſum ꝑticulare dicimus/quod ideę rei cui reſpon
dere & quadrare deberet minime conuenit: Quemadmodum falſum appellatur
aurum/quod ideę ueri auri non conuenit/nec ueram auri formam eſt conſequu⸗
tum: Verus autem cultus/cum uni debeatur deo (ut monſtrabitur) falſus erit qui
neq; uni ſoli & uero præſtat̃/ſed pluribus & falſis deis mancipatur. Amplius reli⸗
gionem Cicero in deis pluribus colendis uerſari & perperam quidẽ definit. Qui
autem inquit omnia quę ad cultum deorum pertinerent retractarent & tamq; re⸗
legerent/ hi dicti ſunt religioſi ex relegendo/tamq; ex eligendo elegantes & ex de
ligendo diligentes & ex intelligendo intelligentes. Aduerſatur Firmianus Inqui⸗
ens/Si in ijſdem dijs colendis & religio & ſuperſtitio exigua/ uel potius nulla di⸗
ſtantia eſt. Atqui ſi recte ſupra firmiane definiuiſti religionẽ ueri cultus eſſe ſuper
ſtitionẽ falſi/nulla ꝓfecto diſtãtia ẽ: Diſtare enim aut ſeperari a ſuperſtitione non
poteſt ea religio/q̃ circa plures deos/hoc eſt falſos deos/ & ueros dęmones uerſat̃
non ſolum enim pertinet ad falſum cultum ea religio/ ſed eundem ipſum &
peperit & auxit: Falſę igitur religiones ſuperſtitiones rectius quam religiones
nuncupande ſunt. Siquidem unius & ueri dei unica & uera religio/ ſiue eius no⸗
men inde ſit tractum ut Firmianus putat/ꝙ hominem ſibi deus religanerit & pie
tate conſtrinxerit/quia nos ei ſeruire ut domino/& obſequi ut patri neceſſe eſt/ſi⸗
ue quod Auguſtinus uoluit ut ipum deum eligamus/uel potius reeligamus/ quẽ
negligentes amiſeramus /ſiue ut arbitrantur alij/ ꝙ ad unius dei cultum relige⸗
mus animas noſtras/ſiue ex ordine hominis ad deum/quodlibet enim detur ue
ri cultus eſt ipſa religio/ſeu a deo reeligendo/ſeu ab eo nos ſibi religante/aut a no⸗
bis animas ei religantibus noſtras/Idem enim uidentur quodammodo/nec re ip⸗
ſa & fine differre/ quandoquidem & nos ei animas religare noſtras non poſ⸗
ſumus/niſi ſua ipſe gratia animas ſibi noſtras prius religauerit/& quamq; aliquã⸗
do dictum appareat ſuperſtitionem religioni aliqua ex parte cõuenire/ uerbi cau
ſa/Cum eam nõnulli religionẽ ſupra modũ ſeruatam eſſe putauerint/reuocare eo
debemus mentem/tranſlatione quapiam ſolere aliquãdo uſurpari uirtutũ nomi
na & uiciorum/& interdũ aſtum prudentiã dici/furentem hominem fortem no⸗
minari/ Verũ ſi proprię atq; exactę pẽſata fuerint/nõ modo eadẽ illa ipa: ſed & ad
uerſa atq; pugnãtia iudicari/uarie tamẽ & utiq; diſtincte ex prænotõibus deriuãt̃
& bona religio/& ꝑnitioſa nõ religio ſed ſupſtitio quãq; ei in hoc cõueniũt ꝙ oẽs

timent/sperant oẽs ex prænotiõe quadam/uel expectati boni/uel formidati mali/duplici tamen differentia secernuntur/namq; timet superstitio/quę timeri nõ debent. Sperat quę aut minime aut certe non eis ipsis/quibus utitur intermedijs cõsequetur/contra religio & quę sperat suis/quos in usu habet medijs adipiscetur/ & quę formidantur ab ea nisi cauerit incurret: Supstitio item a falsa/ religio a uera pendet prænotione. Illa enim mentitur & decipit/utpote quę mendacij parentem dęmonem/uel expresse/uel suppresse colit/ hec unum & uerum deũ/ a quo ueritas oĩs/ueneratur ꝙ si quãdo a falsa prænotione/ hoc est a superstitiosa prænotionis causa ueritas prodit/meminisse debemus Aristotelẽ naturaliũ philosophorum principem in dialecticis probasse/ex ueris non nisi uerum pendere posse/ex falsis autem prodire quandoq; posse uerũ/& in sacris christianis litteris nostris scriptum esse de dęmone ꝙ cum mendacia profert ex proprijs loquitur/tam & si uera quãdoq; dicit/ut cum christum dei filium esse & alia pleraq; testatus est Cum autem id facit non sponte sed coactus/malo ue id fine facit/ aut enim dei uirtute cogitur aut putat credibilius mendacia suscipi sua/si ueris interdum admisceantur. Cuius studium in perdendo/pro uiribus humano genere uersatur: Non secus de legibus decernendum/quę tam & si omnes prænotionibus quibusdam & sperant & timent/quę falsę tamen sunt: aut eum qui ius eas ferendi nõ obtinet falso colunt/aut præpostere. s. formidant speranda & formidanda sperant. Cum uere non nisi ueros & legitimos positores colant & recto rationis ordine proposita & procurent bona & declinent mala:

Prænotiones omnes fide fulciri/Item unicam tantum esse religionem quę ab una unius dei fide dependeat/ Deq; origine religionis & superstitionis uereq; & falsę prænotionis sub arboris figura: Caput undecimũ.

OMnes autem prænotiones huiusmodi siue a uera atq; unica religione/ & probatis legibus/siue a superstitione prauisq; & illegitimus legibus dependeant ab una nihilominus fidei prænotione fulciuntur: Omnes enim credunt & quodammodo fide prænoscunt/nisi eñ crederent euẽtura/uel bona uel mala frustra timerent/frustra sperarent. A fide igitur & religiones quodammodo pendent/& leges: a uera fide uera religio & uere leges/a supstitione falsę omnes emanarunt: Et quãq; non nisi unica & uera fides est/sicuti & religio una atq; uera/ut nuper ostendemus/ Verum tamen & falsa fides communi loquendi usu appellatur/Sicuti & falsę religiones/quę etiam ex proprijs quãq; falsis fidei suę principijs dependent/ueluti effectus ex suis causis educitur/ Nõ incongruum tamẽ putandum a nobis dictum esse/Prænotiones fide fulciri quoniam certitudinem maximam prænotioni/que per diuinum fit lumen adscripserimus qnę alioqui fidei numeris omnibus nõ cõpetit cuius certitudo non euidẽtię/sed inhesionis dicatur habeaturq;. Sed cõsiderandũ est cũ ipa certitudine hoc modo/& fidẽ stare posse/&(ut ita dixerim)cohabitare: quia tam & si lumẽ illi affatim adfulgeat/hoc tũ ueluti principio niti omni prophetę cõuenit/ deo & diuinis reuelatiõibus credendũ esse ꝙ ni ita prius animatus erit atq; dispositus/ quõ fulgore collustrabitur dinino: Adde ꝙ non semper & usq; a deo collucet fulgentissimus ille radius/quin & fidei lumen ipsi se consociet aliquando. Subnecte & illud: eodem lumĩe monstrari prophetę/& uera esse quę ostenduntur & prouenire a deo cui penitus homo se credere/fidere/atq; committere debet. Sed de his diligentius sequenti libro disputabitur sub fide igitur prænotiones quodammodo continentur falsę sub falsa/uerę sub uera. sed hęc unica & mansit & perpetuo mãsura est/ radici ueritatis innixa. Ille & falsę & plures in adulterinos & translati-

tios mille ramos morbido se humore diffuderunt: quod quo effectum sit sub arboris figura declarabitur. Sed quo facilius & exactius id prestare possimus rem paulo altius exordiemur/ De unica religione & fide fundamenta solida iacientes: Deus unus est/ ueritas una/ que deus est. Ego enim inquit sum ueritas/ sed & ueritatis obiectum est: seipsum enim cognoscens deus & prima ueritas est/ & ueritatis obiectum primum: Qui a deo discedit ab unitate discrepat/ a ueritate discordat: In omni ueritate prima queritur ueritas: id suadente & quodammodo cogente natura sicuti & in omni bono/ summum queritur bonum. Queritur inq̃/ sed a bonis recta semita & quibus potest inueniri modis a malis uero distorto calle/ cõfusaq; indagine: dum & in malum adumbrata quadam boni specie feruntur/ & mendaciũ falsa ueritatis imagine obsignatum suscipiunt: Nuda uero/ atq; aperta cognitione puroq; amore boni/ ipsi & ueritatem asciscunt sibi/ & bonum sequuntur apprehẽduntq; falsitate abdicata/ maloq; posthabito/ omnis ueritas/ omnisq; bonitas rerũ a deo manant: cuius participatu sunt: Ille per essentiam uerus & bonus/ participatione tantum cetera: Vnde & in euangelio scriptum est/ Nemo bonus nisi solus deus/ Deum solum bonitatis fontem designans/ sine quo nulla aut fuit unq̃/ aut esse poterit bonitas/ Omni quippe bonitati diuina bonitas inest/ que si subtraheret se nihil bonum esset/ imo nihil existeret/ reciprocant enim & commeant/ conuertunturq; inter se ens & bonum/ ut philosophis etiam notissimũ. Religio autem & ueritate & bonitate subsistit: alioquin & mala & falsa (ut idem sepius repetamus) non religio sed superstitio: Veritatem & bonitatem religioni propterea inesse necesse est/ q̃ & cognitione recta/ & sincero amore freta religio ipsa ad fœlicitatem tendit/ perducitq; cultores. Fœlicitas uero pura atq; integra perpetuaq;/ in solo deo omnibus remotis impedimentis & cognoscendo & amando consistit. Religio itaq; & ueritate & bonitate fulta unicum & bonitatis & ueritatis obiectum habebit/ Deum uidelicet/ quem omni errore falsitateq; repudiata recte cognoscere/ omniq; aduersa cupiditate reiecta/ pure diligere/ magis indies ac magis ardebit. Ex obiecti autem unitate humani animi actus & habitus unitas pendet. Cæterum cum religio uirtus & sit & habeatur in scholis probatiorum theologorum/ statim colligetur & eam habitum esse animi. Quandoquidem in definitione uirtutis habitus ponitur/ Deq; ea primo & per se prædicatur. At cum ex uno specifico habitu/ non nisi unius eiusdemq; speciei actus profluere perspicuum sit: liquebit aperte unam tantum & esse & haberi religionem: que in unum deum uerum & bonum ueritate & bonitate ab eo participata feratur: Dei uero recta & ad fœlicitatem ducens cognitio cum haberi nisi per fidem nequeat/ quam sue dono gratie largitur (ut alij multifariam & ipse quoq; in meis de fide & ordine credendi theorematibus deo fauente recẽsui) nec item nisi una sit fides iuxta illud Apostoli: Vnus deus/ una fides/ unũ baptisma/ Cui etiam de unitate obiecti superius adducta ratio suffragatur: Colligemus dubio procul ueram & unicam religionem ab una fide que ab uno itidem prouenit deo eiusdem connexione pendere. Que uero siue fides siue religiones dicantur huic uni religioni & fidei non concordant: tamq; false maleq; superstitiones repudiande abijciende & exterminande sunt: sueq; ipe malicie inditium & ex uarietate/ atq; inter se discordia preferunt: Vno enim modo bonum contingere/ malum autem pluribus theologi atq; philosophi præiudicatum habent: Veritas quoq; unitatẽ/ falsitas pluralitatẽ & diuersitatẽ emulatur/ sibi cõstãs/ & itrepida sp ueritas est: Nutabũda uero & meticulosa falsitas. uirtus unitatẽ imitatur/ uicia pluralitatẽ diuersitateq;/ cũ iter oppositoꝶ uicioꝶ tenebras unice ꝟtutis emicet splẽdor. Auaricia ei & ꝓfusio nimia liberalitatẽ circũstãt/ fortitudinẽ timor & audacia

sepiunt/ & reliquas pariter uirtutes aduersa eiusdem generis uicia ambiũt: quod latissime ab Aristotele ad Nichomachũ i ethicis ē declaratũ. Sed iã nimis fortasse multa/ quibus præmissis ueluti eruta plantandę nostrę arboris scrobe ipsam iam erigamus alte figentes radicē/ alentesq́ donec ad perfectum ducamus/ Sed & concidentes adulterinos & insititios ramos/ ueritatis cultro/ & superfluas ac emortuas frondes ueritatis turbine excutiētes. Imaginari igitur possumus arborem in cuius radice Adamus positus sit primus non solum hominũ/ sed & religionis quodammodo & prænotionis parens/ Abeoq́ iustum Abel exurgere/ & quasi trunci basim super radicem insidere/ in Adamo aũt & clara prænotio & pia religio. Prænouit quidem reuelante deo Euam coniugem ex eius costa productam. Vnde illud. Hoc nunc os ex ossibus meis/ & caro de carne mea/ futurũq́ ut proles mascula relictis parentibus uxori adhęreret: prænouit christum de suo semine nasciturũ propria imposuit nomina creatis animantibus quod nisi ex prenotionę eorũ naturę didicisset facere non exacte facturus erat/ coluit deum/ & de inobedientia condoluit. Filius Abel religiosus adeo/ ut iusti nomine appellatus a deo sit ex primo genitis gregis ob pietatē religionēq́ deo sacrificans & typũ Christi in imolatione gerens: Ex hac radice Chaim quasi ramus quidã exijt/ obliquus tamen/ nec trunci rectitudinē sapiens ex quo & arbor supstitionũ omniũ excreuit/ Fx quibus fratribus duas quoq́ cōstitui aduersas ciuitates præclarissimus ille Augustinus præcellenter ostēdit/ ex Abel dei/ ex Chaimo dęmonis/ Damnatus hic ille Chaim qui & malę religionis & falsę prænotiōis inter homines auctor haberi potest: Namq́ & de peioribus terrę fructibus offerebat deo: cui etiam mentitus est: ac necis in pium fratrem perpetratę cum a deo ipo argueretur quasi impiorũ prophetarum princeps superbe contumeliose falsoq́ tulit. Maius esse peccatum fraternę cædis q̃ ut ueniam mereretur. Truncus nihilominus ex radice & basi processit. Namq́ & pro Abel succiso pullulauit Seth. ex eoq́ Enos progenitus. Tumq́ ut in sacro Geneseos libro scribit: Cœptum est inuocari nomē domini. Ab hoc multi ad rectitudinē altitudinemq́ ueri stipitis nati/ & pius deniq́ Enoch qui cũ deo ambulauit/ & iustus Noa qui diuina prænotione salutis arcam fabrefecit propagati sunt. Hec trũci stipitisq́ proceritas per Sem Noe filiũ eiusq́ prolem maximopere aucta: ex qua magnus ille pientissimusq́ Abraham/ totaq́ fere eius progenies in altum perduxerunt: Nam & ex eo Dauid & reliqui & tandem pfecta & absoluta omnium consumatio Christus/ religionis doctor præcellentissimus & omnium qui prænouerunt unquam prænoturiq́ sunt princeps & ipse deus qui Apostolos discipulosq́ suos quasi ueri arboris ramos per uniuersum orbem diffudit: ex bona enim radice & boni utiq́ pullulant rami: Namq́ ut inquit ad Rhomanos apostolus: Si radix sancta & rami. Cham uero Noa filius & frater Sem/ Chaimi potius q̃ Abeli sequens uestigia/ flexi & incurui stipitis obliquitatem imitatus deuiauit a trunco: ex eiusq́ semine & Nembroth & philistijm & Chananei & Sidonij & ęthei & Iebusęi/ & cętere impię nationes/ idolorũ cultibus dedite/ & dęmonicis superstitionibus mancipatę/ quasi adulterini & illegitimi rami arborem Chaimi compleuerunt: Namq́ & religionis arbor est/ est & superstitionis & non una solum superstitionis: sed plures: singulęq́ suos obtinent ramos/ & ita nominasse nos diuinatricem Astrologiam arborem superstitionis/ in argumento in libros patrui aduersus eandem meminimus. Verum præcipua hęc Chaymi & quasi aliarum mater & Alumna. Hinc uaria prænotio/ & uarius ex ea dependens cultus bona in paucis quasi recto procedens stipite/ falsa in ramis exorbitantibus & uarijs/ qui suas singuli arbores adolere nixi sunt ex radice translati/ &

in plures partes fisi: boni unitatem stipitis/falsi pluralitatem sequuti sunt: Incurui autem & morbidi superstitionis rami uero stipiti infesti/de arbore quandoque excisi sunt/& alio tralati/qui boni aliquid tanque truncum agnoscentes: mali plurimũ uti ab eo deuiantes gesserunt. Sic ad supstitiones & falsę doctrinę/ prænotionesque omnes: quę si speciẽ aliquã colorem ue ueritatis pręse ferrent/uix substinerentur a malis/alię plus/alię minus/ueluti cum aut magis aut minus a trũco/hoc est fidei & religionis & ueritatis unitate deflectunt. Ita & omnes postea hęreses a trunco Catholicę ecclesię/uti incurui & noxij rami euelluntur & marcent. Quẽadmodũ prius ex uera unius ueri dei religione prænotioneque sincęra/ idolorum adoratio & obscęna sacra falsęque diuinationes & millegentiũ plus minus insanię/adulterina specie translate sunt: Nec secus ex nature rectę agentis ritu/praui mores impietatis/nec aliter ex puro diuinorũ eloquiorũ fonte innumeri terrenę sapientię gurgites obsordes in decursu cõtractas cęno si defluxerunt/quãquã inter idolorũ cultores & præstigias dęmonũ inuenti sunt/qui uniuersitatis dominũ sincęra pręnotione depręhenderent: ac purę atque integre uenerarentur: Exemplo sit Iob ille pręclarissimus & in aduersis eximiæ tolerantiæ specimen:

De speciebus prænotionis. Caput. Duodecimũ.

i Am ipsum prænotionis genus in species & quasi corpus in membra partiamur / quod facientibus nobis illud succurrat in primis (ut diximus) commune esse/& quasi: ita dixerim: uniuersalissimum nomen prænotionis. Cum ad diuina naturalia dęmonia referri posse docuimus / hę quodãmodo differẽtiæ sunt / quibus ipm genus ad suas species cõtrahit ijsdemque ipęmet cõstituuntur. Ex obiectis igit principijsque prænotionis a qbus naturã suã/& speciẽ actus ipi habitusque sortiunt/prænotiõis spẽs puestigabimus cõstitutionẽ usque: quę alias sub se cõtinebũt spẽs ut opis decursu apte liquebit/Erũtque hec(ut philosophorum uocabulis utar)subalterna genera/q & generalissimi uidelicet/erũt species generis/& suarũ ipę specierũ genera habebunt: Cõparata em ad prænotionẽ ipam supremũ genus/dicent spẽs: Ad iferiores uero q sub eis cõtinent spẽs collata/genera appellabunt/q ut uestigari cõstituique cõmodius possint/hũc in modũ exordiemur. Quicqd præsentire præcognoscere añ capere u e possumus/aut in hoĩe ipo causam atque: ut ita dixerim: obiectũ mouens habet: aut sub ipa uniuersitate corporali atque uisibili/rebusque sub ea cõprehẽsis ortũ ducit: Aut ex inuisibili & incorporeo uniuerso trahit originẽ. Necesse est em effectũ omnẽ/aut ab hoĩe/hoc est minori mũdo/aut ab uniuerso mũdo corporeo/aut ab incorporeo & spiritali mũdo pendere. Spiritale aũt & incorporeũ uniuersum pręter deũ/q causa omniũ est/ & utriusque tã corporeę quam incorporeę uniuersitatis princeps creator & rector: in bonos & malos angelos diuidit: q a philosophis seperate mẽtes/& inmateriales substãtie nũcupant: In horũ etiã numero nõ usque quaque absurde defunctorũ aĩę corpibus sperateę cõputarent: Et quãque platonicis philosophis uidet/nec displicet theologis quibusdam habere angelos. i. spiritales mentes annexa & quasi congenita sibi quędam corpora subtiliora/peripatetici nihilominus & theologorum posteriorum schole pręiudicatum habent immunes eas esse & sua natura separatas a corpore & omnino expertes/nisi dum dei aut iussu aut permissione sumunt sibi corpora uisibilia/quo & cerni & corporea exercere quandoque opera pro tempore possint: Sed de his alias. A causa igit tota spiritali/deo uidelicet angelis bonis uel malis: a tota corporali cęlo elemẽtis/mixtis siue ea impfecta/qualia quę generant in sublimi meteorologica propterea nũcupata/

ſiue quę ꝑfecta dicuntur.ut plante:zoophyta.Bruta animantia: Ab homiue item
ꝑtim corporali/partim ſpiritali(mediũ eñ & quaſi nexus utriuſq; nature eſt)pen⸗
dere & deriuari prænotio poteſt/ſi adeo & bonis angelis aut impetrabitur/aut ex
inſperato concedetur prænotio: Diuina proculdubio & erit & habebitur: A bo⸗
no enim deo nil niſi bonum/nil niſi diuinum prouenit.Sed nec beatę illę mentes
deo iugiter & intellectu & uolũtate inhęrẽtes/aut uelle aut moliri quicq; poſſunt
quod ab optima dei uoluntate non pendeat. Si aũt a malis angelis habebitur aut
expreſſo/aut tacito/cum illis inito cõmertio/ ſupſtitioſa dicet̃/& noxia: namq; ex
male affecta deprauataq; eoꝝ uoluntate/nil puri ſinceriq; boni expectandũ:Si ue
ro a natura naturalis erit/modo nature limites nõ excedant̃. ip̃a aũt quæ a natura
habentur/quãq; ex ſe ſunt nõ mala/non tamen aut diuina aut ſupſtitioſa:neq; eñ
ſupra naturã eius obiectũ eſt/cum ex eo quod excedit naturã: ſi bonũ eſt diuinũ
ſi malum ſupſtitioſum fluit.quare tertia prænotionis ſpecies educetur/ſi in naturę
terminis conſiſtetur.pari pacto quæ ab homine deriuatur prænotio naturalis erit
In quis tamen ip̃is ſi nõ rectus ſit finis curioſa quit prænotio ſuboriri: cuius genus
quoddã poteſt de fine quærendi quoquo modo trahi/quippe:cũ ex finis ratõe ha
bitus actuſq; humani ſuã nanciſcunt̃ ſpeciẽ/Qua propter dum ea pręſciri cupiũ⸗
tur & petunt̃ quę uel ex fine uana ſunt/uel ſupflua nimis/ uel ne petant̃ prohibita
uel indigna inquiſitione.curioſa tamen prodit prænotio/que tribus alijs inmiſce⸗
re ſe quodãmodo poteſt/ qñquidẽ non ſolũ a dęmone:ſed & a deo/ & ab angelis
ea cupi & peti poſſunt/quę & quæſitę rei/ & quærẽti/ & ei a quo quęrunt̃ indigna
ſunt/& a natura etiã peti poſſunt quæ nequeat illa preſtare.Tres igit̃ ex cauſis ob
iectiſq; trahunt̃ ſpecies prænotionis/ aliud genus ex modo & fine ip̃o proficiſcit̃
De prænotionibus aũt quę ab animis mortuoꝝ petunt̃ aut concedunt̃ mentionẽ
in partitione nõ fecimus: cum & ſub angelorũ partitione uel hac ratione compre
hendi poſſunt/ꝙ & ip̃e ſi apparerent/aut quoquo modo reuelarent ex ſuperioris
imperio aut ex miſſione cõtingeret quẽadmodũ ſeꝑatis ſubſtantijs obtigit/ꝗbus
ex hoc miſſionis officio nomen impoſitũ eſt angeloꝝ hoc eſt nunciorũ. Quibus
iuſſa diuina complent̃:quãq; in libro de cura ꝑ mortuis agenda ſubdubitare Au⸗
guſtinus magnus uidet̃/an angeli in beatoꝝ martyrũ ſpecie in corporibus aſſum
ptis appareant/uideanturq; animę olim annexę corporibus/cum tamen ſeperate
mentes & angeli ſint.Sub angelorũ item diuiſiõe concludi poſſunt/iuxta dogma
platonis putantis animã ꝑ ſe ſe exiſtere/& corpori aſſiſtere. Verũ ſecundũ Ariſto
telẽ cõprehendi ſub hominũ partitione deberent/quoniã animã uoluit corporis
formã eſſe & potiorẽ hominis partẽ.Rectius tamẽ & cõſentaneæ magis ſub ſpiri
talis & incorporei mundi diuiſione cum angelis dum ſeparatę manent reponunt̃
Quattuor itaq; ex genere ſummo:prænotionis ſubalterne ſpecies deducent̃: aut
ei obiectũ a quo petit̃/naturale eſt/aut ſupernaturale/Si naturale id coiectat̃/quod
natura ſuis limitibus ſepta præſtare poteſt/Hoc uero aut inditũ a natura ſolũ/quo
genere & bruta pollent/aut arte rationeq; naturã ip̃am iuuante comparatum eſt:
quod bifariã quoq; diuidit̃/in rude genus atq; protitũ/inq; eruditũ & exquiſitum
illius & ignarũ quoq; uulgus eſt particeps:Nam quiuis e medio poſt ueris tem⸗
pus futurã ęſtatẽ pręcognoſcit/Huius compotes primi medici gubernatores cõ
ſiliarij ſunt/ſi uero ſupnaturale/aut bonũ aut malũ.ſi bonũ uera diuinaq; præno⸗
tio quę a deo boniſq; angelis ducit̃/Si malũ ſupſtitioſa/q̃ pendet a dæmone: Hinc
Pythię:Dodonides/ tripodes/ Augures/Haruſpices/Aſtrologi diuinacl̃i/ pytho
nes/Geomantici/chiromantici/& cęteri generis eiuſdẽ/ſi uero finis quærẽdi ꝑpo⸗
ſterus obtendit̃ curioſum genus effundit̃: Multe aũt ex his ſpecialiſſimæ ſpecies

dependent cum sub diuina prænotionis specie/ ueluti in subalterno genere inclu/di possit diuinũ imissum lume/ & absoluta cõdictionataq; prophetia/ & apparitio & uoces/ & somnia/ & quicquid demum ad ueras diuinasq; reuelationes pertinet Ita in superstitiosa specie; quãq; hęc ei difficultas deest/ de lumine ipso quo nõ participat. Facilius enim in suas specialissimas diuideretur ex diuersitate recipiendę obseruandęq; superstitiõis/ ut posset aperte monstrari. Hęc sane in se claudit quęcunq; & pietati & religioni in deum aduersantur/ siue ad inordinatum dei cultum seu ad idolatriam uel ad uanam obseruationẽ diuinatiõemue pertinent/ hinc Auguria/ hinc diuinatricis astrologię deliramenta/ hinc magicę uanitates demũ ariolatio/ auspitium/ Geomantia/ pyromantia & cætera id genus / uel uana nugamenta uel noxia figmenta a nobis procedente opere & irridenda & confutanda quasi flumina atq; torrentes ex uno superstitionis fonte ducuntur. Comprehenduntur quoq; a naturali prænotione dies aut serendis agris/ aut plantãdis uitibus idonei de quibus/ Agricolationis scriptores/ multi & celebres/ pręcipiunt/ quę tamen sine ulla superstitione & obseruari possunt & debent/ cum in suas naturales causas recta linea referuntur/ & repetitis diuturni usus experimentis comprobantur. Marinas item obseruationes/ & de statu & mutatione aeris/ traditas regulas/ & quęcunq; item hominis prouidentia principijs naturę nixa de futuris coniectata est/ naturalis pręnotio continet. Innumera uero in se curiosa prænotio concludit. Nam dũ optat quis & querit ex quibus nõ oportet/ quę nõ oportet/ propter quid nõ oportet/ plusq; oportet/ quando/ & ubi non oportet/ quęrere quę uariari multis modis possunt/ Emergit semper uel latenter/ aut noxia aut certe uana curiositas/ funditq; se (ut diximus) & irrepit in cęteras. Ex ipsis autem quattuor prænotiõis subalternis speciebus/ duę bonę & diuina & naturalis; duę non bonę superstitiosa uidelicet & curiosa fluunt; Sed eo leuior curiositatis iactura/ q̃ superstitionis/ q̧ a dęmone per se non ducit originem/ & impetum nescio quem a natura ipsa noscendi cupida (tã & si non recte) quodammodo trahit quare in eam & facilior est lapsus & facilior uenia. Fieri enim uix potest/ ut qui scire aueant in curiositatis decipulam nõ pedẽ impingant/ qua de re late a nobis in fine operis q̃tũ deus maximus optimus opẽ tulerit disputandum. Admonendus autem mihi lector es diuisionem prænotiõis in suas species me apud neminem philosophorum uel theologorum (q̧ meminerim) legisse; Apud quosdã philosophos de speciebus ipsius non nulla colligi possunt; uerũ uariant dissentiuntq;/ apud nostros theologos absolutius uisuntur; Aristoteles pauca de somni diuinatione disseruit/ nec eius sectatores plurima Plato in uates & prophetas uaticiniorum interpretes/ Diuinatiõem in Timęo diuidere uidetur; In phedro uaticinium in quattuor furores partitur; quos Apollini/ Dionysio; Musis. Amori dicatos dicit. Iamblichus platonicus in naturale/ artificiale/ diuinum/ præsagium omne/ uaticiniumq; distinguit. Naturale id esse dicit/ quo animalia pollent in procellis terremotibus & cęteris huiuscemodi præsentiendis/ quod si hominibus competat/ non omnino confirmat; Artificiale id esse quod ratione/ signorumq; obseruatiõe comparatur/ Veluti cum a medicis febris uentura prędicitur ex rigore contracti pulsus/ præsagita. Diuinũ quod dij inmittunt hominibus hęc summatim Iamblichus q̃ a cõsectaneis appellat̃ diuinus; nullã ille de curiosa nullam de superstitiosa prenotione mentionem habet/ & q̧ ille artificiale/ naturale nos appellauimus/ ex naturalibus principijs & ratione obseruationeq; comparatum. Sub quo & id quod naturale ipe appellat cõcludi quoquo modo potest/ eius diuinum nos superstitiosum dicimus. quia a dijs gentium hoc est dęmonibus fluit. Quare q̃tum ad rem nostram pertinet de superstitiosa ipę dumtaxat/ & natura

li prænotione loquutus est: quas tamen & diuinas & naturales appellat: artificialem addit/ quę sub naturali uel hac ratiōe ꝙ de natura fluit/ nec eius egreditur limites collocatur: sed de his iam satis De prænotione igitur & quid eius nomine indicetur/ & ꝙ sit/ & quid sit: & quibus legitime conueniat/ quibus non: & cur hominibus data/ & ꝙ ea humanū stimuletur genus & ex quibus radicibus desideriū pullulet prænoscendi. De usu quoqꝫ illius/ & abusu/ & ꝙ religiones & leges ab ipa dependent/ & quomodo & de earum differentia/ & ꝙ sub fide continetur prænotio/ & quot eius species sunt hoc ipo uoluminis libro deo opem ferente declarauimus

IOANNIS FRANCISCI PICI: MIRANDVLAE DOMINI LIBER SECVNDVS DE PRAENOTIONE DIVINA:

Quid deinceps agendum: Item de nomine prophetię: uisionis/ reuelationis apparitionisqꝫ. Caput primū.

[S]uperiori libro in diuinam/ naturalē/ superstitiosam/ curiosamqꝫ speciem prænotionis genus diuidi cōstituimus/ quę suo loco particularius tractarentur. Nā de genere imprimis agendū fuit/ mox de speciebus suis/ subalternisqꝫ generibus recto doctrine ordīe discutiendum. Nunc tempus expostulat/ ut propositū exequamur. Sub diuino diximus uerorū prophetarū denunciationes/ apparitiones/ uisionesqꝫ contineri. Naturali uero cōprehendi/ quod aut agricolatio pastoralis ue res aut nautica/ aut medica præcipit: Et demū quicquid hominis prudētia de futuris arbitraret̄ superstitioso complecti/ reuelationes dęmonum falsas noxias ue idolatriā Auguria/ Diuinatricē astrologiā/ magica nugamenta & quęcunqꝫ pietati/ & religioni aduersarēt: curiosum ambire plurima/ & in multos modos findi. De diuino igitur genere in primis/ postea de naturali/ mox de supstitioso & curioso disputandū/ & quidem recte ut mea fert opinio: quādoquidē ex habitu priuationē eius cognosci & rectum sui pariter/ & obliqui esse iudicē Aristoteles declarauit: Hęc autē ubi confecta fuerint/ regulas quibus cognosci dirimi & secerni a superstitiosis & curiosis prænotionibus diuina & naturalia possint/ eliciemus. In primis autem de prophetia uisione/ reuelatiōe & apparitiōe quępiā prelibanda. Prophetiæ nomē ab eo ductum est/ qui uideret & maxime futura etiā a se uisa prædiceret. Id em̄ (ut quod iam diximus repetamus) ꝓphetia apud grecos quod apud nos prædictio: Nāqꝫ & προφημι prædico significat ex quo & προφητεια Vn̄ ex ignoratōe grece linguę celebrati aliqui ex posterioribus theologis non nulli nescio quid alienū de nominis etymologia sanxerūt: Quā tamen (si grecę ipi ignorabāt) ex magno Gregorio pōtifice disci dabatur: scribente in cōmentarijs Ezechielis ꝓphetiā ideo dictā ꝙ futura prædicet: Ab hebreis quoqꝫ diduci a Naua monstratū supra quod locutionē denotat & hoc est naui ꝓphetā significat uisionis nomen ad cognitionem omnē promendā & explanandā desumptū est. Sed latius pressiusqꝫ/ ut mox apparebit sensibusqꝫ & intellectui pariter cōuenire posse putatū est: nec aliud inuentū nomē/ quod ea cōmunius & indifferētius ambiret: Dignior em̄ prę ceteris habet̄ sensibus ipe uisus/ Certiorqꝫ altior & spiritalior/ qua de re ipa uisio nō de corpali solū/ sed de imaginaria & intellectuali dicta est: futurorū itaqꝫ supernaturalis uisio: ad exteriores internosqꝫ sensus & ad ītellectū quoqꝫ referri potest/ seqꝫ uidisse futura quis potest asserere: cui de huiuscemodi quidpiam ꝑ exteriora signa uel ꝑ sensiles species in imaginatōe afformatas/ uel ex inditis in ītellectu

notis/reuelatum fuerit:reuelatio autẽ eorum quæ uidentur cognitionẽ infundit/ eorum enim quę reuelata erant & abſcondita noticiã affert/additq; ipſi uiſioni intelligentiã apprime neceſſariã. Vnde & ſcriptum eſt in Daniele: Intelligẽtia opus eſt in uiſione. Quid enim prodeſſet uidere imagines rerũ: quid earũ notas infundi/quid in aſſumptis corporibus oſtendi uel ſeperatas defunctorũ animas uel angelos/quæ apparitio dicitur: niſi pariter adeſſet cognitio reuelareturq; apparitionis ſignificantia. Apud Danielem legitur a Balthaſare babilonio rege in pariete ſcribentem manũ uiſam eſſe / nec quid ſibi uellet eum intellexiſſe/ Donec ipſe Daniel qui eius rei ex reuelatione perceperat intelligentiã declararet/ea regis exitium & regni diuiſionẽ portendere. Syrus iſac ille cuius laudes apud magnũ Gregoriũ pontificẽ multę explicãtur. Scribit inter reuelationẽ & uiſionẽ hoc intereſſe/ ꝙ reuelatio ſępenumero de ambiguis: ꝙq; uiſio omnis reuelatio nuncupatur/ nõ ecõtra: multiq; ab eo uiſionũ explicãtur modi quorũ alibi mentionẽ facturi ſumus. Reuelationẽ aũt ipſe bifariã partitus fuerim/cũ aliud ſit qd apparitiões viſiões ue/ aut infuſæ notæ ſignificẽt intelligere: aliud nouiſſe vtrum uera ſit & a deo deriuata ſignificatio/an potius falſam & cõmenticiam malus Dæmon ſuggeſſerit. Sed hoc ad diſcretionem ſpirituũ proprie pertinet / coniungũturq; ſæpe & eodem lumine manifeſtantur/De quibus in ſequentibus pertractandũ. Nunc quot modis quis & qui maxime propheta dicendus eſt/diſquiramus.

Quot modis/quis & qui maxime dicatur propheta Caput Secundũ.

PRophetã ueteres hebręi dixerũt eum qui futura uideret. Vnde & in primo Samuelis libro ſcribitur/qui dicitur nũc propheta uocabatur olim uidens/& Saul ipſe necdũ inunctus in regem domũ uidentis perquirit/ ipſe quoq; met Samuel percunctanti reſpondit Sauli. Ego ſum uidens. Sciendũ tamen & cõmuni modo: ꝙ ijs quos citauimus locis uidere licet & ꝓprio magis in hebrea litteratura uidentẽ ſignificari/Nam hic a .i. ara deducit/ Alibi vt apud Eſaiã legi poteſt choxe quod a chaxa deriuatur/ idq; exacte diuinã viſionẽ ſignat. Sic & apud eum quãdoq; quodquidẽ .i. zafa fluit quo ipſum pręuidere plane indicatur uerũ/quanq; in ſacris litteris creberrima uiſionis mentio/rara tamẽ uidẽtis/ ſed frequentiſſima ꝓphetę/ quod nomen & gentes quoq; uſurpauiſſe inuenimus: phanorũ enim antiſtites & oraculorũ interpretes (ut feſtus inquit) prophetas appellabant: Plato quoq; in Timęo ꝓphetarũ meminit/ ut primo libro diximus: eos docẽs iudices eſſe uaticiniorum diuinorũ/nec uates eos ꝓprie uocandos / uerũ interpretes illorũ eſſe qui ſcilicet furore diuinãt: Vates autẽ non furẽtes/ſed interpretes auguriorũ & ſomniorũ Curtius appellat. Sed & apud noſtros uates aliquando ꝓphetarũ ſumuntur loco/ Vnde illud de Ioanne baptiſta in hymno canit eccleſia: Maxime uatũ. Apud Iamblichũ/bytis ꝓpheta legitur mercurialiũ librorũ explanator. Apud Proclũ/Apud Porphiriũ: apud Syneſiũ ꝓphetæ nomẽ eſt/apud alios etiã fœmine προφήτιδος Hippocrates quoq; uetus medicinę patronus in ſuo de ꝓgnoſticis libro/nominis ꝓphetę meminit. Apuleiuſq; & ipſe platonicus in ſuo aureo Aſino ſenẽ introducit ita dicentẽ Zaclas adeſt/ęgyptius ꝓpheta primarius/qui mecũ iã dudũ grãdi pręmio pepigit reducere ab inferis ſpiritũ/corpusq; iſtud poſtliminio mortis animare: prophetã appellans ſceleſtũ magũ/qui lucri gratia ueneficijs incũbebat: & alibi quoq; apud eũ ꝓphetę habeẽ mẽtio/ quin & carmẽ illud Epimenidis poetę/cuius partẽ poſtea Calimachus uſurpauit in hymnis iactatum in Cretenſes: Apoſtolus Paulus in eoſdẽ citans inquit: ꝓprius eorũ ꝓpheta dixit. Cretẽſes ſemp mẽdaces/

male beſtiæ/ventris pigri: & quanqꝫ Apoſtoli ſenſus eo videatur tẽdere/vt verum
Epimenides expreſſerit/ quod apprime cõuenit ꝓphetis. Quãuis item vt putauit
Thomas ad inſtinctũ interiorẽ poſſit referri & eo dictũ ꝓpriũ ꝓphetã ꝙ eoꝝ cõdi
ctiones ꝓprie deſcripſerit: quamuis illud quoqꝫ Athanaſij in iſtius expoſitione te/
xtus inter alia præclara animaduerſum quadrare videatur Epimenidem ſcilicet
mordaciſſimũ fuiſſe inter eos ꝗ habiti ſunt ſapiẽtes apud Grẹcos/ & rebus veſanis
& deteſtabilibus carpẽdis admodũ intẽdiſſe/ita vt uera prẹdicere & vaticinari ſit
viſus/ſi tamen in Apoſtoli ꝓfundiſſimo ſenſu latere adhuc nõ nihil putauerimus/
cur Epimenidẽ ꝓphetã appellauerit/ & Ciceronis primũ de diuinatiõe librũ ꝑlege
rimus/tertiũqꝫ Ariſtotelis rhetoricorũ volumẽ examinauerimus/ eo potiſſimũ lo/
co ubi de cõfirmatione agit/facile adducemur vt cogitemus Apoſtolũ eo ipſo uo
cabulo Epimenidẽ nuncupaſſe quo Cretẽſes utebant̃/ Ab eis em̃ ex ꝓphetarum
cœtu nõ expulſus eſt: Qua de re Cicero ipẽ de ijs ꝗ per furorẽ vaticinabant̃/mẽtio
nem habẽs inqͭ/ vt Baechis boetius/vt Epimenides cres/vt Sibylla erythrẹa/ & id
qd' primo quoqꝫ libro ex Ariſtotele meminimus/ ſatis indicat eorũ ĩ numero Epi/
menidẽ habitũ/quanqꝫ alia ratione/Docuit em̃ illũ diuinationẽ futurorũ reſpuiſſẽ
amplexatũ uero eã quæ prẹteritorũ erat & occultorũ: quibus de rebus apud ſuos
ꝓphetæ nomẽ eũ obtinuiſſe minime mirandũ: tantoqꝫ minus quanto etiã authore
Diogene multa prædixit futura Epimenides/quẽ Apuleius fatiloquũ & quidẽ in
clytũ in floridis appellat. Erãt itẽ in creta vt eſt aput Euripidẽ Iouis ꝓphetẹ/ ꝗ mira
abſtinẽtia viuebãt/cuius hac in re teſtimonio vtit̃ btũs Hieronymus cõtra Iouinia
num: Prophetarũ itẽ cũ Baal tũ Lucoꝝ in Regũ libris frequẽs mentio/ Et in ſacro
itẽ Nũeroꝝ libro de Balaã ſceleſto arioloverba fiũt/ꝗ ꝓpheta appellatus eſt. Quã/
doquidẽ & de chriſto celebre illud prẹdixit: Oriet̃ ſtella ex Iacob. Corpus etiã He
liſei mortuũ atqꝫ oſſa itẽ Ioſephi poſt mortẽ ꝓphetaſſe in libro ꝗ Eccleſiaſticus di/
cit̃ ſcriptũ inuenimus Hierophetæ quoqꝫ nomen apud Orpheũ in libro de lapidi
bus quõdã legi. Itẽ & hypophetæ ſunt apud eũdẽ/ꝗ ut ſtrabo inqͭ miniſtri erãt ꝓ/
phetaꝝ: qd' nomẽ ad ſuos deos gẽtes rettulerũt: vt apud Orpheũ videre dat̃ ꝗ mer
curiũ quẽ prius Iouis angelũ nũcupauerat mox erga hoĩes ratiõis ꝓphetã appel/
lat. Sed & ꝓphetiã naturalẽ & diuinã & ꝓphanã legimus quãdoqꝫ appellatã. Cũ
itaqꝫ ꝓpheta ut narrauimus/ a prẹdicẽdo ſit dictus/nec oĩs tamen ꝗ prædicit ꝓprie
ꝓpheta habeat̃/nec oẽs etiã ꝓphetẹ veri ſint ſed aliqui falſi: Itẽ ex ijs ꝗ vera effant̃/
numeris oĩbus ſemꝑ nõ intelligãt explicẽtqꝫ quid proferũt/Sed ambigue alij: Alij
ſub ænigmatis & inuolucris verborũ figurarũqꝫ: Alij clare & apte: cunqꝫ ex cõdi/
tione quadã non autẽ ex integro ꝓphetia atqꝫ ꝓpheta quãdoqꝫ ſũmat̃: Propterea
diſquirẽda ad præſens ea ſunt/ob quæ intelligẽda & enũcianda ꝓprie/ & maxime
ꝓpheta qs dici poſſet. Inuenio igit̃/eos ꝗbus ſimilitudines futuroꝝ offerunt̃/etiam
ſi ea quid ſignificẽt minime intelligãt quadãtenus/nõ autẽ ꝓprie dici poſſe ꝓphe/
tas/ſed mãcos & imperfectos. Horũ in numero fuere Balthaſar/Pharao/ & Nabu
chodonoſor reges: Iſtis em̃ ſtatua illa oĩs generis metallorũ/ & ſpicæ/ & uaccæ illẹ/
modo obeſo corpore/modo inedia cõfectæ per quietẽ oſtenſa ſunt: Illi aũt per vi/
giliã ſcribens in pariete manus monſtrata eſt: Viderũt hi oẽs viſaqꝫ protulerũt/
viderunt inqꝫ ea quæ futura ſignificarẽt/quæ ſupra hominẽ erãt/quæ conferre ſa/
luti poterãt: Significantia nihilominus illarũ rerũ eos latuit/ qua de re/non ueri &
exacti prophetæ fuere. Ita & qui voces de futuris prolatas hauriret/ & cui in imagi
nationis organo futurorũ ſimilitudines afformarẽtur/ modo earum intelligentia
deeſſet/quãtum ad hoc pertinet munus/pares illis regibus eſſent. Veri prophetæ
nihilominus fuere/ & Ioſeph & Daniel/qui ſomnia illa & delineatũ litteris parietẽ

interpretati sunt/ hausta per propheticum spiritū intelligentia: tam & si ea sibi aut per somnium/aut per vigiliam ostensa prius non fuissent. Illustratio nanq; illa mētis & occultorū superna reuelatio(vt declarabitur)prophetā constituit/etiā si exteriores notas minime viderit. Eos etiam qui prophetas exponūt/ & qui operantur miracula/ & qui sacras in ecclesia litteras proferūt/ quoquomodo prophetas dici posse reperio/qua de re late Thomas & in theologica summa & in cōmentarijs in epistolas Pauli præsertimq; in primā ad Corinthios edisserit. Qui laudes itē deo canit non absurde prophetam quoquomodo nominari posse inuenio. Legimus item/ex inspiratione futurorū euentuū/ex officio/ex consuetudine prophetas appellatos/quid? q & propheta dicitur / qui profert futura nesciens ipse quæ pferat/ aut alio q̄ accipienda sint sensu/quanq; prauo/vt de Cayapha pontifice sacra euāgeliorum narrat historia. Predixit enim expedire populo vnum hominē mori/ ne tota gens periret. Verū quidē protulit/sed ipse minime vere intellexit: mens enim ei erat interficiēdū esse christū/ne Romani miraculis ipsius & doctrina moti in hebræorum gentem sæuiret. Vnde & in euangelio habetur ex iudæorum persona. Quid facimus quia hic homo multa signa facit: venient Romani & tollēt locū nostrū & gentē. Predicunt & alij interdū cū nihilominus nesciāt ipsi quæ proferant/ cuius rei Themistius quoq; peripateticus meminit duodecimo libro Metaphysices: Formas inquiens & proportiones in natura positas esse educiq; eas ab illo q agit/ & generat/ q̄uis idipsum agēs ille & generās minime intelligat/ quēadmodū aliqui loquuntur futura nec de his quæ loquuntur intelligūt/ ut Auerroys recitat quanq; implicite atq; cōfuse/ sed explicatius & exactius Themistij opinionē ipse percepi ex proprio ipsius volumine/ubi additur pphetæ expressa mentio/quę ab Auerroe nō fit:sed de loquēte dūtaxat futura: Vnde autē sit ut futura proferantur a quopiā qui ea nō intelligat putauerim ego euenire illud ex altiori causa/vt Themistius ipse videtur innuere: potest & casu contingere vt in insanis & pueris / sed ex occulto/verius atq; superno instinctu proficisci: quibus de rebus alibi peculiarius agetur. Verū enimuero ille proprie exacteq; & maxime ppheta intelligitur: qui visionū apparitionūue/aut notarū menti inspiratarū significantiā ex reuelatione percepit/ea proferēs cum tēpus expostulat: quippe cum duo ad cognitionem cuiuslibet rei necessaria sint/ acceptio videlicet eius seu præsentatio per similitudinem sui & iudiciū qd' intellectualis vi luminis fieri conspicuū sit. Cūq; naturale lumen ad futura contingentia per se pprieq; nequeat extēdi/supernaturale infundi illabiq; lumen necesse est: ex quo iudiciū profluit atq; futurorꝫ clara cognitio/quæ reuelatio dicitur. Quapropter reuelationis supra mentionē fœcimus/ & meminimus pariter visionum apparitionūq;/& notarū menti illapsarum/ quoniā nō vno modo prophetia euenit/sed interdū extrinsecus quid offertur / interius quandoq; & intelligibiles etiam note imprimuntur aliquando menti/quibus si illustratio adfuerit vera prophetia constituitur/quæ sine diuino illo infuso lumine nō est / si aūt lumen adfulserit/quanq; aliæ desint corporeæ similitudines/prophetia non deest. Infunditur enim quandoq; intelligentia ex lumine absq; specie vlla sensibili: sicut Danieli Iosephoq; euenit/ & Dauidi etiam & Solomoni & Apostolis creditur adfuisse. Augustinus super Genesim eum maxime prophetā putat/ qui vtroq; excellit vt & videat in spiritu corporaliū rerum significatiuas similitudines/ & eas viuacitate mentis intelligat. Nobilissimus autē modus & altissimus est sine aliquo corporaliū adminiculo diuino lumine futura prospicere atq; hic propinquus beatis gradus/ qui ad diuina intuenda corporalibus nō egent imaginibus. hęc autē verba ea proferens/cum tempus expostulat/duobus de causis addidimus/ tū quia ex

vera ratione uocabuli propheta vt diximus a prædicendo est dictus/ quanq; a se visa semper non proferat/ sed aut dei mandatum/ aut vtilitas/ temporisq; cõmoditas expectetur. Tũ etiam ꝙ prophetam esse quẽpiã vulgo dignosci non potest/ nisi visa aut reuelata protulerit. Hinc colligi posse puto/ præter tritas illas ac vulgatas & alia quoque expono/ cur & Ioannes baptista & Amos/ prophetas se esse negauerint & cur Cayaphas apud euangelium prophetasse legatur: illi enim tum nõ prædicebant quare nec prophetabant: ideo se prophetas idest actu prædictores negabant/ hic autem prophetauit/ idest prædixit/ nesciens tamen quid diceret christum scilicet pro salute hominum esse moriturum.

¶ De essentia vere reuelationis propheticæ. Caput tertium.

e X his quæ dicta sunt opinor satis esse manifestũ quid sit vere ꝓphetica reuelatio nihilominus vt exactius etiã noscatur & repetenda quædam & alia subsumẽda esse opere precium putamus/ quanq; præfandam veniã ducimus/ si qua cũ alibi tũ maxime ijs quæ ꝓxime sequentur admixta censebũtur/ quæ minus latio donata sint: Nam & difficile admodũ existimari potest/ quæ nullius ante trita solo/ ea ita sternere ne pes uacillet/ tũ & illud obseruandũ/ si nimio cultu morosiores rem a sua natura diuertamus euenire posse/ vt Barbari Arabesq; illi in quos post paululum sumus disputaturi/ se defraudatos quærãtur/ utrũq; fuerit boni queso lector consulito. Diximus ꝓphetiã supnaturali lumine exactã haberi/ quo illustratur ꝓphetæ mens ad ea noscenda/ quæ postmodũ alijs inuulgant/ tã & si quãdoq; quod videt non proferãt/ semper eñ nõ expedit quanq; semp benificẽtissimus deus/ ꝑ reuelatiões ipsas/ aut in vniuersum aut in particulari hominũ saluti consulat/ nõ futura modo/ sed & pręsentia & ꝑterita patefaciẽs. Cassiodorus aũt ꝓphetiã definiẽs futurorũ solũ ob id meminit: ꝙ ꝓprie id & nomen/ & ratio ꝓphetiæ significare videtur/ tã & si ad õmia tẽpora/ & ad res oẽs ꝓpheticũ lumen & reuelatio extendatur/ quẽadmodũ late ꝓbat beatus Thomas aquinas scd'a parte scd'i voluminis theologicæ summæ/ nec solũ bonis sed & malis quandoq; cõceditur/ vt in sequẽtibus dicitur. Quãdoquidẽ ad intellectũ pertinet/ non ad voluntatẽ/ qua homines cum fiunt/ tum denominãtur boni ob charitatẽ videlicet cuius quodãmodo sedes est ipsa voluntas. Lumen igitur ipsum ad intellectũ pertinebit/ quoniã & cognitio ad intellectũ pertinet. cõsentaneum quippe/ vt si ipsa cognitio intellectui cõpetat: & id quo cognoscitur lumẽ intellectui pariter conueniat: ob manifestationẽ enim faciendã lumen datur: Manifestatio autẽ iure optimo suo lumini quadrat/ per quod fit & iusta proportione respondet veluti effectus ꝓprie causæ: iam lumen ipsum nõ corporale sed spiritale/ nõ naturale/ sed supernaturale est: Nanq; ad intellectũ pertinet quẽ a corporeo lumine collustrari non posse clarum incontrouersumq; est. Alia ex parte spiritale lumen naturale atq; cõgenitũ cognitionẽ humanã nõ superat. Suphumana autẽ est omnis cognitio futurorũ/ quæ causam non habet in natura determinatã/ sed a dei voluntate/ & ꝓuidẽtia dependẽt: quare conficitur/ supnaturale esse omnino id lumen oportere/ quo abscondita hęc/ & multo post tempore futura reuelantur: ut cum de bellis quæ post multos annos eueniunt ꝓphetæ pronunciant. De regum item nominibus/ a quibus fient/ quorũ nec post multa secula parentes eorum extitere: Sic apud Esaiã de Cyro per ducentos etiã annos anteq; nasceretur scriptũ est. Hec dicit dominus christo meo Cyro cuius ego apprehendi dexterã. Et de Iosia itidem euersori idolorũ tot seculis ante prænunciatũ est per aliũ ꝓphetã. Hęc quip

pe nec ulla humana cognitio nosse potest:nec vlla astrologorũ deliramenta ꝓmit-
tere:Neq; em̃ quicq; de futuro regũ nomine pollicentur astrologi/cũ nec eius aut
signũ aut causam in cœlo somniare possint:Etiã si vera esset astrologia/quæ a Ioã-
ne Pico patruo cõfutata his etiã in libris a me suo loco retundetur. Sed quæ de di-
uinis/de corporati uerbi mysterijs/de sacramẽtis ꝓphetæ præcinuerũt/quomodo
id astrologia præstiterit: quando & bonis angelis/vt theologis multis persuasum
est/anteq; fierent perspecta oĩo non fuerũt:quibus tamen quia spiritales substan
tiæ sunt/& ordo celestiũ & naturales causę perspiciũtur. Sed & ipsos malignos de
mones/postq; peracta fuere/latuerũt aliquãdo:vt martyr Ignatius in suis epistolis
aperte testatur/& ex Dionysio & Bernhardo colligit/cum tamẽ suapte natura ne-
quã illi spiritus naturaliũ omniũ rerũ per inditas concreatasue species scij gnariq;
sint.Sed cur nostros cõmemorẽ theologos/ quãdo & Porphyrius ipse/nostrę reli
gionis hostis acerrimus/scribit. Dæmones cũ ex astrologia respondebant fallere
solitos/quoniã fallax diuinatio/quæ ex astrologia dependet: Diuini ergo luminis
omnia etiã futura cernẽtis ꝑticipatio quedã est.ꝓphetiæ lumen certa mensura,ꝓphe
tis cõmunicatũ. Ita Thome consentientes arbitramur qđ & ꝓ multis theologorũ
placuit/quanq; diuerse ꝓlatũ/sed nec putamus aliud intellexisse Nicolaũ/cũ in cõ
mẽtarijs in Danielẽ scripsit reuelationẽ impressionẽ quandã esse diuinę scientiæ.
Hoc autẽ lumẽ quo perficitur/reuelatio intellectui quidẽ per se nõ immanet/perfi
ciens eum vt forma quædã vt habitus ita ut ꝓ libito ꝓphetæ semper futura præui
deant:sed inest eorũ menti vt passio quępiã transiẽs/vt impressio subitaria/vt affe-
ctio discedens/deest em̃ ꝓphetiæ spiritus aliquãdo ꝓphetis/nec semper eorũ men-
tibus præsto est:quatenus cum hunc nõ habent/ se hũc agnoscãt ex dono habere
cũ habẽt/ queadmodũ Gregorius sup Ezechielẽ edisserit:Ita Heliseus ꝓpheta ce-
leberrimus Sunnamitis fœminę mærorẽ nõ agnouerat dicẽs: Anima eius ĩ amari
tudine est/& dominus nõ indicauit mihi. Et Nathan quoq; ad Dauidẽ ꝑtinere cre
debat/vt templũ strueret domino:qđ & ipsi regi affirmarat/ donec reuelatiõe edo
ctus Solomoni id munus incũbere præcognoscens palinodiã cecinit.Cõparat ꝓ-
phetæ mentẽ diuus Thomas discipulo / nec dum artis principia adepto/quẽ dere
bus singulis oporteat erudiri/Cõparat & aeri qui noua semp illuminatõi indiget.
Imaginor ego ita euenire sicuti cũ ĩ obscuro qs iacet adcedẽte lãpade illuminatur/
recedẽte ea cæcutit in tenebris/redeunte iterũ collustratur vicissimq; ꝓ accessu lu-
minis & recessu itellectũ eius illuminari & tenebrescere. Siquidẽ cum intellectus
noster infimus sit in genere intelligentiũ deq; potestate in actum euadat fallaturq;
plurimũ per ratiocinationẽ ipsam atq; discursum: impediaturq; & quodãmodo
remoretur/a ueritatis cognitione/Ob accidẽtia rei substantiã velantia/ ob ignotas
rerũ differentias ob incertitudinẽ abstractiõis conceptiõisq;/ cum exacte nesciat/
dũ intelligẽti affirmantiq; conceptũ animæ respõdet aliquid in rerũ natura distin
ctum ab alijs/an sola ratiõe cogitatiõeq; separatũ. Crepusculi ꝓpterea vicẽ gerere
videtur/noctis vero cũ ad futura cõtingentia cõparatur/quæ ꝑ se atq; primarie so-
li deo sunt nota atq; ꝑspecta:Huic illud petri cõsonat. Habemus ꝓpheticũ sermo-
nẽ cui benefacitis attẽdẽtes quasi lucernæ lucẽti ĩ caliginoso loco/Et illud Micheæ
ꝓphetæ:Cũ sedero in tenebris dominus lux mea est. Hac luce futurorũ impræsse
notæ ꝑspiciũtur & dijudicãtur quæ scilicet præsentes ipsę sunt:aliqn nõ essent:qm̃
quod futurũ dicitur nõdũ est. Et qđ est præteritũ fuit/ nõ autẽ est/quoniã inq; sũt
præsentes/& rerũ earum quæ nõ dũ sunt indices: anxiam de illis disputationẽ ha-
buit Augustinus in.xi.suarum confessionum libro:vbi dat intelligere modũ/quo
deus prophetas futura docet ab eis ipsis solum compræhendi. Nimis inquit lon-

ge eſt modus iſte ab acie mea inualuit ex me non potero ad illum/potero autem
ex te cum dederis tu dulce lumē occultorū oculorū meorum. Sed illud nobis ſatis
eſſe videatur: ꝙ futurorū ſigna & notæ hauriūtur a prophetis/& qđ (ut diximus)
multifariā per intellectū/per phantaſiā/ per ſenſus exteriores / quæ ut vere ſint/ut
a deo manarint/eius beneficio luminis manifeſtantur/ quod & experimentalis co
gnitionis nomine/& guſtus indicatum eſt/& etiam intimi ſaporis : quemadmodū
ipſe Auguſtinus in. vi. memorati voluminis libro narrat : Matrē monicham dice-
re ſolere ſe neſcio quo ſapore diſcernere quid intereſſet inter animā ſuam ſomni-
antem & deum reuelātem/cōmunius tamen & vt mihi videtur ſignificantius no-
mine luminis innoteſcit: iuxta illud: Illuminas tu quidem mirabiliter a montibus
eternis. Et ſane diuini luminis participatio quędā eſt/ſiue tum cōmunicata ꝓphe-
tæ per ſe/ſiue lumine fidei ſuperaddita : quod olim ſubdubitare viſus eſt quidam
hoc patiens/& mecū de huiuſcemodi lumine diſputans/clariſſime vt ipſe teſtabatᷣ/
cernebat futura: affirmabatqꝫ ſe poſſe magis de primo illo ſupremoqꝫ pro fato du
bitare: ꝙ de eadem ſcilicet re ſimul & affirmatio & negatio uera non ſit/ꝗꝫ uera nō
eſſe quæ de futuris percipiebat: & nihilominus extra controuerſiam minime co-
gnoſcebat quid proprie eſſet lumē illud quo ſibi illa ipſa manifeſtabanᷣ. Accede-
bat tamen vt crederet idipſum lumen creari a deo cum infunderetur / diſtinctūqꝫ
prorſus eſſe a fidei lumine nec a ratione profecto abhorret/ vt certitudo fidei quæ
inhærentię dicitur/diſcreta ſit & prorſus alia ab ea quæ in ipſo propheta euidentię
cuiuſdam certitudinem parit/in his vero qui non vident/ ſed videntibus aſſentiun
tur fides itidem & inhærentię eſt non euidentia: nanqꝫ certa a deo fides eſſe nō po
teſt ut exacte cernat & euidenter/alioquin minime aliorum auctoritati inhæreret/
& fides non eſſet. Verum prophetiæ lumen ad diuinam eſſentiā intuendam mon
ſtrandāqꝫ non peruadit: id enim luminis glorie quod perfectius eſt & fidei lumi-
ni ſuccedit / officium eſt/ quod exuberanter deus beatis elargitur & tum prophe-
tia euacuatur. Nec ſane agentis intellectus lumen ad diuina & contingentia futu-
ra noſcenda protenditur cum id ad propheticum pertineat lumen/quo affulgen-
te futura quibuſdam ſimilitudinibus vidētur. Præſcripti enim cuiqꝫ termini ſunt
preſtitutique a deo omniū conditore qui etiam aliquid luminis gloriæ hac in vita
& Paulo & Moſi ut in ſequentibus oſtendet/ſed tranſeunter/ ſed momentanee fe-
re impartitus eſt. Hinc puto quod & alias alibi ſcripſimus colligi poſſe/ quattuor
ſpiritaliū luminū principalia genera intellectus fidei/ꝓphetię/gloriæ/quoꝝ oīm ſi-
cuti corporeū lumē ſimilitudo q̄dā eſt/ita illa oīa pr̄is luminū tenuis q̄dā repręſen-
tatio. Sed occurrit de ipſo ꝓphetiæ lumine a quo ſcilicet infundatᷣ/ſubtilis admodū
lis & forte adhuc ſub iudice: quoniā nec plane theologi omnes inter ſe cōſentire vi
denᷣ/ nec ſinguli ſatis explicaſſe ꝗd ſenſerint: Videᷣ em̄ hinc a deo mediantibus id
angelis dari: cum Dionyſius areopagita ſummus olim philoſophus/ſūmus poſt-
ea theologus & martyr celeberrimus/putet reuelationes fieri a deo angelis inter-
medijs: Argumento illud eſt/ꝙ quæ a deo ſunt/ordinata ſunt/ordo autem videtur
poſtere vt a primo ſupręmoqꝫ intellectu ad poſtremū & infimū ꝑ media deuenia-
tur. Inde autem apparet dari a deo ꝙ in ſacris litteris quandoque eius ſit mentio/
nam & ſi habeatur / ſæpe apud prophetas . Et angelus domini qui loquebatur/in
me & ſimilia/habetur etiam ꝙ dominus conſulebatur: & illud : Audiam quid lo-
quatur in me dominus. De Moſe item/quem dicit ſcriptura facie ad faciē loqui ad
dominum conſueuiſſe & quanqꝫ exponi non uno / ſed multiplici ſenſu & modo
auctoritates huiuſcemodi poſſint/in rationibus ipſis difficultas ĩnaſcitur: nanque
ſolius dei munus eſt creare/ ut theologis omnibus confeſſum atqꝫ probatū. Qua

propter id angelis conpetere non poteſt/vt lumen infundant/ſi in anima prophetæ per creationē inmitatur nouã. Si vero abſq; creatione noui luminis id fieri poſſet/videtur nõ repugnare angelicę poteſtati. Sed ẽm mota quodãmodo atq; trãſlata difficultas/nõ autẽ ſoluta propterea videretur. Nam tam & ſi angeli ipſi conſenſu omniũ theologorũ in ſenſum poſſint & phantaſiã/eamq; afficere & ĩmutare queant:atq; ad hunc modum & Dionyſij ſenſa & quæcũq; probare videntur per angelos reuelationes fieri exponi & declarari valeant/nihilominus in intellectũ & mentem illabi poſſe angelos minime clarũ incontrouerſumq; eſt. Sed dubiũ & uarijs plenum argumentis:Nãq; & diuus Thomas/cuius ſententia eſt in ſecunda parte ſecundi voluminis theologicæ ſummæ.queſtione.clxxij.Diuinas reuelationes angelis inter medijs fieri qui in noſtrũ poſſunt intellectũ imprimere. Sequenti queſtione eiuſdē voluminis ſcribit propheticam reuelationē fieri quandoq; per ſolam luminis influentiam/quandoq; per ſpecies recenter impreſſas vel aliter ordinatas.Subditq; paulo poſt ſimilitudinē intelligibilem interdũ immediate a deo imprimi:quandoq; ex imaginatis diſſultare formis:ſecundum adiutoriũ prophetici luminis cum ex eiſdem quæ iam conceptę ſunt formis ſubtilior conſpici poſſit veritas ex illuſtratione luminis altioris.In prima uero parte ſummę/ illuminari homines per angelos aſſerit ſimilitudine ſenſibiliũ/cum intelligibilem veritatem nudam capere minime poſſint.Sed & conſentaneæ Dionyſio decernit ſcribenti.Impoſſibile nobis aliter diuinũ radium/quam ſub ſacris velaminibus illucere. Hinc apparet in ipſum intellectum angelos non poſſe/quandoquidem ſenſilis ſpecies non in intellectu imprimitur / ſed in ſenſu.Intellectus enim & a materia & a materie condictionibus abſtrahit.In ſecunda tamen parte(vt diximus)in intellectũ angelos poſſe affirmat.Rurſus per angelos fieri & in prima & in ſecunda parte reuelationes dicit:Et ſecunda eadē parte quandoq; a deo immediate imprimi ſpeciem intelligibilem aſſeuerat:Ne autem ſublime a deo virum & præcellentē ſibijpſi contradixiſſe credamus:varie atq; nõ vno modo fieri reuelationes poſſe ſenſiſſe eum opinemur/modo ab angelis modo ab ipſomet deo præſertim cum de lumine mētio fit/in intellectũ autē ipſum p̱ ſe angelũ non poſſe/ſed ſecũdario quaſiq; dixeris ex accidenti: Quandoquidē & alibi ſcribitur:Non poſſe angelum intelligibilem ſpeciem quæ in humano intellectu iaceat per ſe cognoſcere:Item prophetiam ipſã & per influxum intelligibilis luminis fieri/quo proprie atq; formaliter conſtituit/ & per immiſſionē intelligibiliũ ſpecierũ/& per ordinē eorum quæ in imaginatione afformata ſunt/& per ſenſibiliũ rerũ ſimilitudines.Ioan.Scotus / quanq; in alijs fere innumeris & in aliquibus etiam quæ in ipſis a quibus hęc tulimus queſtionibus Thomæ aduerſetur/nihilominus quantũ ad hoc pertinet nõ diſſentit a Thoma.Opinatur ẽm in quarto cõmentariorum operis Anglicani in ſententias.xlv.diſtinc.que.ij.Deum in reuelationibus quæ in ſomno & ecſtaſi fiunt intellectum immutare:Et in ſecundo libro eiuſdem operis.diſtinc.xi. conſtãter aſſerit nec vllam actualem intellectionē nec intelligibilem ſpeciē in noſtro/hoc eſt humano intellectu efficere angelum poſſe/vt totalis cauſa/cum ſtatui vite mortalis naturale ſit/vt nõ poſſit noſter intellectus ĩmutationē/recipere ĩmediate ab aliquo actu intelligibili/ſine phãtaſmate/ & p̱ corrollariũ ſubinfert nõ poſſe angelum rapere ad intellectualē viſionē hoĩs intellectũ. Idē in ſcd'o libro reportationũ Pariſienſiũ eadē ſentit:cum omnis noſtra cognitio oriatur a ſenſu/affertq; illud nec poſſe angelum nouam ſenſationem (vt ſuis verbis utar) indere ſenſibus niſi ſenſile nouum præſens fiat: cum nulla forma naturalis obediat angelo niſi ad motum localem. Magnus vero Albertus in libro de quattuor coęuis.xi.queſtiõe & articulo quar⸗

to affirmat: Deum solum non autem ullam creaturã in voluntatẽ hominis posse:
Angelos vero bonos in intellectũ/ Dęmones autẽ in sensum & phãtasiã dũtaxat:
qui & supra intellectũ / quẽadmodũ & boni angeli potuissent nisi ex auersione a
primo lumine ꝓpter peccatũ eorũ ĩtellectus fuscedinẽ cõtraxisset/ quẽ ob id a Dio
nysio dicit phantasiã appellatã: Henricus ex hassia affirmat spũs loqui posse homi
ni ꝑ imediatũ influxũ specierũ vel actuũ etiã in potẽtiã intellectiuã: quanq̃ hoc di-
cit increato solũ spiritui possibile esse de cõmuni vt inquit & naturali cursu: quã
quidẽ sententiã quilibet ꝓ sua trahere opinione posset/ sed primi facilius. Sane qui
tueri Albertũ vellẽt aliorũ rationibus ita obsisterẽt nõ repugnare homini hoc pa-
cto supnaturaliter intelligere sine adminiculo sensus aut phãtasię nõ enim obsta/
re dei voluntatẽ/ qua de re nil cõtra possent afferre nõ angeli condictionẽ qd' ipse
met Scotus eis in locis quos supra citauimus fatetur aperte/ nõ animę naturã quã-
doquidẽ nec albertus naturalẽ cognitionẽ eã appellaret sed supꝑ humanã supnatu
ralẽq̃: Sed nec statui ipso mortali repugnat vt aliquãdo homo intelligat nullis aut
internorũ aut externorũ sensuũ officijs vtens. Siquidẽ & ĩmediate deũ imprimere
in intellectũ supra/ & a Thoma & Scoto affirmatũ/ & de Pauli raptu clarissimũ est.
Scientiã quoq̃ Salomoni infusam/ & Dauidi futura christi reuelata mysteria scri
bitur/ per intelligibiles species/ Qua de re nõ omnino extra dubitationẽ videtur.
A solo ne deo/ an ab angelis bonis (de malis enim nil dubiũ) ꝓphetica reuelatio ꝑ
intelligibiles species & lumẽ sine sensuũ adminiculo ĩmittatur in animã/ cũ Scotus
id munus angelis neget. Albertus tribuat/ Thomas hac in parte neuter appareat:
vtcunq̃ sit diuinitus fiunt/ siue a deo ipso ꝑ sese/ siue a deo angelis intermedijs vt
tamẽ a solo deo idipsum fiat/ nec lumẽ illud quo ꝓprie atq̃ (ut ita dixerim) formali-
ter vera ꝓphetica reuelatio constituitur/ ab angelis esse possit: ipsa reuelatiõis clari
tas me magnopere mouet. Siquidẽ certitudo maior ea quę primis intellectus prin
cipijs tribuit/ qua nulla omnino in natura maior videt̃ haberi ab alio non posse/ q̃
ab authore naturę. Sed certior quis ꝑ ꝓpheticã reuelationẽ (ut diximus) rerũ etiam
futurarꝫ fit q̃ primorꝫ cõceptio principiorꝫ/ ꝑ lumẽ ĩtellectus agẽtis: Sed & certior
q̃ practicorũ: Manifestũ hoc in abraã/ qui ex practicis principijs optime nouerat
humano sanguine sacrificari nõ debere / nec innocentẽ quẽpiã interficiendũ esse:
quãto magis innocentẽ vnicũ dilectũq̃ filiũ nõ imolandũ/ reuelatiõe tamẽ moni-
tus ad occidendũ eundẽ filiũ se ꝑparauit uir iustissimus & piẽtissimus. Necesse est
igitur fateri/ nisi eũ aut iniustũ aut impiũ dicamus leuitatis ue aut stulticiæ dãna-
re velimus: Necesse inquã fateri lumine alio Abraã didicisse & extra omnẽ cõtro-
uersiã certiorẽ effectũ se rem aduersam illi quã naturę lumine nouerat facere opor
tere: Lumẽq̃ ipsum nouũ & naturali pręualere lumini/ & clarius illucere & certi-
us etiã atq̃ securius: quo fretus naturę lumẽ minime sequendũ iudicaret ea in par
te quo nouo ipsi diuinitus infuso lumini videret̃ aduersum. Sed & ipsa fides nr̃a
qua sanctis & auctoritatis vtriusq̃ testamẽti ꝓphetis obstringimur quõ certa esse
posset: nisi illi ipsi quibus ea innititur certiores & extra oẽm ambiguitatẽ fuissent:
Quibus oĩbus colligimus verã ꝓpheticã reuelationẽ lumẽ esse ꝓphetæ intellectui
diuinitus instar passionis trãseuntis infusum saluti consulẽs & maxima cũ certitu-
dine earũ notas rerũ ostendẽs/ quę humanę potissimũ cognitiõi naturaliter occul
tant̃. Siquidẽ hõ suapte ꝓprietate huiuscemodi futura nõ ꝑspicit: ut Vergiliũ (si id
voluit intelligi) nõ ĩprobemus cũ scripsit Nescia mens hoĩm fati sortisq̃ futurę.

Propheticã reuelationẽ nullo pacto haberi posse vel ope nature uel studio: cõ
tra Auicennã/ Algazelẽ/ Auẽroem/ Rabi Mosen ægyptiũ/ Narbonensem & alios.

Caput quartum.

e X his quę diximus liquet apte/nec studio/nec natura haberi propheti
cam reuelationem posse/quando & a bonis etiã dari angelis/ quãtum
ad ipm lumen & intelligibiles species pertinet a plerisq; negetur. Non
nulli tamẽ:tũ ex obstinatis hebreis/ tum ex impijs Maomethensibus
quos forte & ex nostris quidã:si tamẽ ex nostris sunt:qui exierunt ex nobis p erro
ris deuia/ sequuntur/ autumarũt/ & natura & studio aquiri ab homine posse/ ad⸗
uersus quorũ deliramenta priusq; ad alia transgrediamur/iusto & congruo ordi⸗
ne pugnandũ est. Auicenna patria hyspalensis:arabs lingua:& sexto naturaliũ re
rum libro.parte quinta:Et in nono suę Metaphysicę putauit & falso hunc ordinẽ
in seperatis a materia/& ab omni materię condictione intelligentijs haberi:ut secũ
da a prima:tertia a secunda:quarta a tertia & ita deinceps seruato ordine penderet
nec solum quo ad essentiam naturam ue/sed quo ad intellectionem etiam pertine⸗
ret:itaq; gradatim procedi donec ea quę infima esset humanam animam omneq;
eius intellectionem produceret/nec secus rationalem animam ĩtelligere nisi dum
se actu ipo ad superiorem/a qua scilicet penderet intelligentiam cõuerteret: adde⸗
bat pro animæ ipsius puritate effici posse ut ipi intelligentiæ a deo coniungeretur
ut hauriret arcana/ut futura præuideret/ut in subiectam materiam per appulsum
imaginationis polleret/ut ipsa etiam elementa ministerio ipsius imaginationis
quaterentur. Eadem uia processit Algazeles/in calce nanque suæ philosophiæ
de anima disputans postquam de fascinatione aliqua rettulit/Subdit:euenire pos⸗
se ut animam fortior in mundi materiam imprimat/caloremq; & frigus inmittat/
quod & miraculum dici asseuerat:paulo post infert. A deo clarificari posse animã
ut aptissima sit agenti intelligentiæ coniungi ita ut ei scientiæ infundantur/ eumq;
cui hęc reuelantur paruo tempore sapientissimum dici uel prophetã. Idem seque⸗
ti capite scribit coniungi animam seculo prescientiarum:Si fortis uirtus phantasti
ca fuerit/uigilantemq; eam solere & uidere & audire pulchras formas & emodu⸗
latas uoces/formam quoq; quę substantiæ illi nobili adsimulatur pulcerrimã esse
& eandem esse angelum quem uidet propheta. Hęc ab illis/ & quodam quasi sub
necessario compendio summatim excerpsimus aduersus autẽ modum quo pro/
duci intelligẽtias uoluit Auicenna minime disputabimus:quoniam hoc impletũ
abundanter a theologis multis quibus uno ore confessum. Creare solius dei mu⸗
nus esse/uanamq; & impossibilem haberi positonem Auicenne omnes conueni⸗
unt/Tam & si in improbando discrepent/& alius hac illa alius procedat uia ut in
cõmentarijs in sententias uidere licet. De miraculis item nõ hoc loco/sed cum age
tur cum de discernendis ueris a falsis prophetis pertractabitur. Q; autem ab intel
ligentia ipsa naturaliter haberi non possit reuelatio multifariam ostendemus. Ari
stoteles & qui eum sequuntur pro constantissimo habẽt/omnem nostram cogni⸗
tionem oriri a sensu. Item fieri non posse ut quis intelligat nisi phantasmata specu
letur:Si uero ab intelligentia ipsa seperata nansciceretur noticiam a sensu & phan
tasmate non oriretur cognitio:quandoquidem intelligibiles illa species inmitteret
quę sine sensu & phãtasmate sunt. Dices forte discrepare in hoc Auicennã ab Ari
stotele cuius philosophiã multis in locis ĩterpellauerit/& ex ꝓposito in plerisq; ali
ter senserit. At qui urgebimus/iterũ ratiõe Thomæ sequi asseuerantis frustra uni⸗
ri animã corpori/si aliũde q̃ corporeis adminiculis intelligat. Neq; eñ p se colliga
ri/cum forma nõ sit gratia materiæ/sed econtra/neq; propter operationẽ. Item uni
ri si cognitionẽ nõ haberet a sensibus:Quãdoquidẽ melius sepata quã coniuncta
puram illam intellectionẽ hauriret. Sed instat Scotus in secũdo operis Anglicani

queſtione prima undecimę diſtinctionis. plus ipam Thomæ rationem inferre q̃
oporteat/affirmans: Siquidem ſequi ut fruſtra etiam uniretur cum beata eſſet. Prę
terea ſecundum aliquos intelligere eam inq̃tum eſt ſupra corpus: non cõuenire
igitur ſibi inquantum ei unitur. Sed enim inſtantię iſthęc nõ officiunt/cum in bea-
titudine multiplex ei cognitio competat per lumen glorię/ per reſeruatas ſpecies/
per infuſas. Coniuncta uero corpori mortali alia intelligere (quę naturalis ſit) uia
non datur: cum uero intelligit eo id officij ſupra corpus dici poſſe ꝙ ītellectus mi
nime alligatus affixuſq; eſt organo corporeo/ quo tamen utitur in phantaſmatis
ſubminiſtrandis. Alia igitur ratio aſſumptę primę ꝓpoſitionis/alia ſecundę: quia
idem in utriſq; non continetur: proptereaq; hoc ex illo non connectitur & pendet
Supra corpus enim eſſe non ſignificat ſeperatã omnino eſſe a corpore/ ſed non al-
ligatam & inmerſam: Proptereaq; poſſe animam eas que ab imaginatione afferũ-
tur ſenſiles ſpecies/ab lumine intellectus agentis intelligibiles effectas & uniuerſa
les ſuſcipere: Qua propter ſtat Thome ratio contra Auicennam magnis nixa ra-
dicibus. Nec obſtat & illud a Scoto allatum in reportationibus pariſienſibus eadẽ
diſtinctione/non propterea inquiens animam uniri corpori/ſed ut fiat unum totũ
Vnionẽ autem eſſe propter perfectionem totius: & non propter perfectionẽ dũ-
taxat partis alterius. Atqui Thomas non inficias it/totius perfectionem perfectio
ni partis præſtare digniuſq; parte totum ipſum & eſſe & haberi/Nec item negare
debet Scotus ignobiliorem partem eſſe gratia nobilioris. Nam tã & ſi anima uni
ta corpori a ſenſibus noticiam nanciſcatur ſuam/non ſuperfluit ob id corpus dũ
beata in celis exultat: imo conueniens & opportunum eſt nec totum ipſum con-
temnitur aut poſt habetur imo perficitur & conſumatur propter digniorem nobi
lioremq; illius partem/cui ignobilior ſcilicet ſubſeruit & ancillatur/ & præcipue in
cognitione quę homini potiſſima. Affert autem cõtra Auicennam Scotus impro
bationes alias & illud in primis noſtram omnem cognitionem a ſenſu ortum du-
cere ut ab Ariſtotele in poſterioribus Analyticis & in phyſicis & in prima philoſo
phia ſtatutum: Sed Auicenne ſectatores dicerent ſuum auctorem illo non teneri:
Subdit & illud efficacie maioris cui nullo pacto refragandum cenſemus animam
in potẽtia eſſentiali ſemꝑ nũquã in accidentali ad intelligendũ futurã/tam & ſi ha-
bilitas quędam exurgeret qua ſe facilius ad intelligendum cõuerteret. Verum &
illud in Auicennam afferemus/ut nec memoria in parte ītellectiua poni poſſet ul/
la ſi noſtro in arbitrio non eſſet/ſemper intelligere quę ante intelleximus: experi-
tur autem quilibet ex conceptis iam formis/ſuper eaſdem ſe ratiocinãdo reuolui
& in alia proſilire atq; diſcurrere abſq; ulla huiuſcemodi cõmenticia & inani con
uerſione: Alia quoq; ex parte experiri quis poteſt ex ipſa conuerſione ad ſupera
non poſſe in actum cognitionis erumpere/niſi ſpeciem quãpiam aut in imaginati
one ſenſilem/aut in memoria intellectilem contemplatus fuerit: Cæterum fruſtra
in homine rationatio/fruſtra diſcurſus/ſi ſimplicem rerum intelligentiam nanci-
ſcetur anima ex conuerſione ad ſupera/ Ab ea enim quicquid oporteret traheret
ſimplici actu/nanq; agens & paſſum iuxta proportione conueniunt: ut autem il-
la ſine diſcurſu intelligit ita hunc intelligendi modum per iugem illapſum animę
cõmunicaret: Inde quoq; recta connexione penderet/ut cecis ab ortu naturę ſciẽ-
tia colorum poſſet illabi. Rurſus quia Auicennã & totam animam & omnẽ eius
partem atq; potentiam a proxima creari intelligentia putauit: idem quantum ad
uoluntatem pertinet ſentire eum oporteret/ quod de ītellectu pariter ſenſit ad hęc
& ratione & experientia conſtat uoluntatem ſui actus eſſe dominam liberumq; ei
eſſe producere cum uelit nec ne: Qua propter ab intelligentia illa ſuperiore pro-

ximacꝫ uoluntarius actus minime pendere poſſet/Sicuti nec intellectus: ut ſupra
mōſtrauimus:Si autē nec minimā ab ipa intelligentia noticiā ſine ſenſibus & phā
taſmate naturaliter anima habere poteſt/quāto minus haurire poterit arcana & ſe
illi intime coniungere/ ut Auicenna & Algazeles autumarunt/ quācꝫ hic ob id ꝙ
phantaſticę hac in parte uirtutis meminit/non adeo exorbitet/ quoniā fatemur &
nos poſſe ſepatas mētes in ſenſibus & phātaſmate nouas uidere ſpecies : Sed hec
nec naturalis/nec ordinaria hominis cognitio putatur/ Verum ſupernaturalis po
tius aut ſpecialis noticia/nullo autē modo ꝓphetica reuelatio proprie & exacte di
ceretur(ut ſupra ſatis patuit)quę & lumen ipſum diuinitus immiſſum/ & intelligi-
biles ſpecies influxas requirit. At qui neſcio ego/quo pacto recte cōſiſtere opinio
hec Auicēnę queat:quin ab alia eiuſdem antiquiore preſſa dilabatur: Putauit em̄
ab vno non poſſe niſi vnum prouenire: Quomodo igitur / ſi ab vna intelligentia
vnicum pendere actum intelligendi decreuit:quomodo inquā ꝓphetia quę mul-
tifariam variatur/& ea maxime quę de futuris contingētibus aſſeritur quibus cer
ta & decreta cauſa in rerum natura non uiſitur ab illa intelligentia proficiſci pote-
rit. Sed Auerroys & ipſe Arabs lingua/patria Cordubēſis multis in locis commē
tationum ſuarum coniunctionē cogitatiuę noſtrę potentię/cum proxima intelli-
gentia quē agentem uocauit intellectum ſomniauit/& forte ebrius ex qua abſolu
ta fœlicitas penderet. Voluit enim inſtar Auenpacis ſubſtantias ſeperatas poſſe
homines ex natura intelligere non eo autē modo quo ille finxit. Sed nec vti puta
uit Alexander quācꝫ eodem poſtea recidat:Facilius em̄ ſibi quod nō ſecus & ope
roſum & impoſſibile uidebatur:ut poſtq̃ ſpectatiuos oēs & practicos habitus
aquiſiſſemus continuaretur cogitatiuę noſtrę virtuti ſuperior intelligentia/eamcꝫ
ueluti forma materiam perficeret. ad abſolutam autē fœlicitatē pertinere uidetur
futurorum cognitio:fœlix em̄ eſſe qui poſſet ignorās quę ſibi in futurum occaſu
ra ſint:Hunc ſecutus Moſes ęgyptius hebręorum doctor/opinatus eſt ad fictam
hanc Auerroys adeptionē/prophetiam ſequi:Moſes quocꝫ Narbonenſis hebrę-
us in cōmentarijs in librum Abubacchor quem iuniores Iudęi ceruam appellāt
ſcribit aperte prophetiam/coniunctionē eſſe intellectus poſſibilis cū ſepato/aqui-
ricꝫ a nobis poſſe/quā ſtulta autē & impoſſibilis noſtrę naturę ſit/& Auenpacis &
Alexandri & Auerroys opinio/monſtratum plurifariam eſt/pręſertim a diuo tho
ma in tertio libro contra gentes/& in prima parte theologice ſummę:Nobis ſit ſa
tis quātum ad præſens attinet negocium cōſiderare quis ille philoſophorum fue-
rit/qui omnes tam ſpectatiuos q̃ practicos habitus nanciſci poſſit/cum infinita fe
re ſint in rerum natura/quę & ipſe Plato & Ariſtoteles ignorauit/ & de multis ipſi
met ingenue confiteantur/ut hic de quadratura circuli/ de numero orbiū cœleſtiū
& motu eorum ac multa relinquat ualentioribus ille deorum filijs ſine ratione etiā
credendum dicat & fidei multa comittat: Tum ſi hoc daretur quomodo inde aut
prophetia ſequeretur quę ut ſupra oſtendimus a deo pendet illuſtrante/aut qͦmo
do abſoluta deriuaretur fœlicitas/quę non ſolum intellectum ad quem illi perti-
nent habitus/ſed voluntatem omnino perficit & ſatiat/quod ſoli deo conuenit ef-
ficere/ſoli humane voluntatis principi. Sed quo pacto poſſes Auerroys propheti
am ex tua coniunctione poſſidere/ qui opinaris in commentarijs tuis de ſomno
ſcientiam ſpectatiuam haberi ex reuelatione non poſſe:ꝙ ſi cuipiam id continge-
ret equiuoce eum eſſe hominem/imo angelum magis q̃ hominem aſſeueras : aut
ſi poſſes quomodo eam mutuare uelis qui de diuinatione per ſomnum diſputans
aſſentiris diuinorum cōpręhenſiones ſomno poſſideri / aliacꝫ nominari ſomnia/
alias diuinationes/alias prophetias/ac ab angelis ſomnia / Diuinationes a demo-

nibus/prophetiã a deo pendere aut aliquo aut nullo medio:Item prophetiã ipſam
deo & angelis attribui:quid ergo aut tu ipſe aut ſectatores tui comminiſcuntur/&
præcipue Narbonenſis epiſtolę illius tuę de continuatione intellectus expoſitor
& explanator:Iam miror quo pacto & ægyptius ille & Narbonẽſis & alij pleriqꝫ
aut iuxta Auerroys doctrinã/aut ſecundũ ſacras ueteris teſtamenti litteras opina⸗
ri potuerint ex illa cõiunctione mendicari debere prophetiam/cum & coniunctio
ipſa ſit impoſſibilis.Et aliunde Auerroys prophetiã petat/& quę dicunt ipſi ſacris
etiam litteris aduerſetur.Nanqꝫ ut mittã quãtum repugnet pietati/non ſolum no⸗
ui/ſed & ueteris teſtamẽti/quod ſolum hebręis recipitur / vnicum illum Auerroys
agentẽ intellectum & fictam ab eo connexionem.Sane manifeſtum eſt fuiſſe pro
phetas celeberrimos olim/qui nec ſpectatiuos omnes nec practicos habitus con⸗
quiſiuerunt/ſicuti Dauid paſtor & rex belliger non litterarius/ſicuti Amos paſtor
uellicans Sycomoros/ſicuti Hieremias puer/ut ipſe de ſe inquit & neſciens loqui/
Sicuti & alij pleriqꝫ pauci profecto aut nulli potius prophetę fuiſſent eſſentqꝫ/ ſi ꝓ
phetia per ſtudium acquireretur.Aiunt item ipſi adeo Auerroys memores ut he⸗
breę diſciplinę obliti ſint.Aiunt inquã non prophetare ſenes ex debilitate imagi⸗
natiuę virtutis:Falſum id quidem/& ſacris litteris aduerſum : in quibus em̃ uirtus
imaginaria uel ſiccitate organi nimia/uel exuberanti humiditate in iuuenta fuerit
contumax/in ſenecta ad iuſtam conueniẽtemqꝫ temperaturam poteſt reduci : qđ
miror Auerroys etiã Medici tam ſtudioſos aſſeclas latuiſſe.Sed & Moſes ſenex ꝓ
phetauit.At dicet Narbonenſis:cogitatiua ille præcellenter utebatur/quod illi pe
culiare fuit/non autẽ imaginatiua cuius uſus cõmunis alijs:Scio illud a pleriſqꝫ ne
gari & ex aduerſo contendi cogitatiuã ab imaginaria non dirimi tũ ſi detur Abra
hamus certe & Iſaac/qui ut tute putas imaginatiua utebantur ui.ſenes ambo / Sed
& Iacob & Ioſephus non ſenes modo/verum & prope morientes prophetarunt.
Quibus om̃ibus patere poteſt quã uana eorum ſit opinio/qui aut natura aut ſtu⸗
dio prophetiam acquiri poſſe putarunt.Quę a ſolo deo magna erga homines be⸗
niuolentia proficiſcitur.Perſpectio nanqꝫ rerum futurarum ut in ſeipſis manẽt ſo⸗
li deo competit/& cui reuelare ipẽ voluerit/quę uero in ſuis cauſis ſunt futura quã
qꝫ deo perſpecta eorum tamen multa naturalis prænotio ſibi uendicat /qua de re
& ſupra dictum & infra pro uirili dicendum a nobis prudentia.Nanqꝫ & medici⸗
na & res ruſtica & nautica pleraqꝫ de futuris prænoſcunt diuturnis experimentis
& coniectura naturali adiumentoqꝫ illi eſt plurimũ imaginarie uirtutis perfectio
& intelligentie claritas/Tam & ſi iuxta Platonem arbitrati non nulli ſint animã ex
ſuis initijs naturalem quandam præſciendi diuinandiqꝫ obtinere vim/ nec ſolũ na
turali coniectura & frequenti uſu atqꝫ obſeruatione prænoſſe/præſenſionem par
ticipatione idearum animę ineſſe putabant quę obnubilaretur ex corporis cõiun
ctione/ Verum cum Auguſtinus/tum Thomas obſtant quandoquidẽ anima di⸗
uinationem habere nequit ſemper cum vult/etiam ſi ſenſus quo ad fieri ab ea po⸗
teſt abdicentur:Preter id ꝙ Ariſtoteli & peripateticis omnibus ipſa opinio repu⸗
gnaret volentibus decernentibuſqꝫ animã cum corpori iungitur inſtar eſſe puræ
nudęqꝫ tabellę/in qua nihil pictum/nihil effigiatum ſit nec ordinaria vi naturę co⸗
gnoſci quicqꝫ ab ea poſſe niſi ſenſu & phantaſia intermedijs

¶ Propheticam reuelationem nec dormientibus nec vigilantibus
de ſyderibus illabi/& contra Rogerium/ Bachonem/ Arthephiũ
& alios: Caput Quintum.

p Er astra quoq; haberi ꝓphetiã non posse satis notũ ex his/quæ de essentia ꝓpheticę reuelatõis disseruimus: Si eñ ꝑnotio aliq̃ haberet ex astris naturalis forte/diuina autẽ uel angelica nullo modo dici posset: Et quæ naturalis ẽ prænotio dici ꝓphetia nõ potest nisi inproprie & quoquo modo: Sed nullã inde pẽdere nec de futuris rerũ in terra euẽtis haberi sciẽtiam ex cœlo posse/queadmodũ diuinatores fabulant̃ astrologi/ Quinto huius operis libro deo uolẽte clarissime ostẽdemus. Atq; dicet alius tecũ eqdẽ sentio/ut ab astris noscendorũ euentuũ ars trahi nequeat/q̃lis apud genethliacos prædicat̃: Sed minime absurdũ putari ut futuroꝝ notę/quæ in syderibus esse putant̃/ ab Astrologis illabãtur sopitis & dormiẽtibus: falleris tu quidẽ quicũq; es/nã futurorũ ibi notæ nõ sunt queadmodũ cõminiscunt̃: Nec si essent utiq; possent sopitis illabi quibus primũ sensoriũ impeditũ ẽ/ob iugẽ reciprocationẽ vaporis naturali calore sublati quo ad cerebꝝ ꝑlato & refrigerato fit ut cor ubi sentiẽdi regia locata quodãmodo frigus ꝑsentiat/ Vnde somnus obrepit in quo sensus oẽs habent̃ inmobiles/ ut ab Aristotele & sectatoribus ꝓbatũ. Hec cũ ita sint nulli dubiũ fuerit/falsam esse opinionẽ quã supra in vniuersum cõfutauimus: Sed multifariã quoq; & particularius idẽ ipm testatũ relinq̃mus/hinc maxime sumẽtes initiũ: aut eñ lumẽ iprimeretur: aut species. Si lumẽ/corporeũ id esse manifestũ ẽ/cũ a corpore fluere spiritalis & incorporea qualitas nequeat: Corporeũ autẽ lumẽ ad sola corporea demonstranda porrigit̃: & ea quidẽ singularia atq; incõplexa/futura uero simplr̃ appræhẽdi nequeũt ꝑterq; sub cõplexu(verbi causa)me facturũ iter/me non facturꝝ iter/ hoc ad spiritale intellectus lumẽ ꝑtinet/cuius ẽ cõponere & diuidere/prædicatũ subiecto tribuere/aut abiũgere/hoc ẽ affirmare atq; negare: q; si species dicas a stellis ifundi iterũ de illis quærendũ/in intellectu ne an in ipa imaginatõe iprimant̃/an magis in exterioribus sensibus: hoc vltimũ respõdere nequis/cũ quiescãt prorsus ab eorum officijs per quietẽ. Sed nec primũ dices/cũ intellectus corporeũ quicq; nõ recipiat q̃ corporeum ẽ/nisi prius per lumẽ agẽtis intellectus depuratum sit ab oñi cõditione materię: Neq; hoc nisi phãtasmate intermedio. In imaginatõe igit̃ recipiet̃: At sane huius potẽtię officium est recipe dũtaxat/ seruare & cõponere corporeas res ut corporeę sunt/sed nullo cum iudicio. Quãdoquidẽ ad intellectum id pertinet/nec illud vere potest afferri/ut ab eis quæ in imaginatõe/aut ex integro/ aut q̃quo modo iprẽssa sunt/sumere quidpiã itellectus possit/quo scilicet negocietur in somnis/atq; dijudicet. Nanq; ut illa potest intellectus ꝑspicere/quæ iã quoquomõ delata ꝑ sensus ad phãtasiã fuerũt/Ita nullo pacto quit in somnis haurire ex astris quicq;/aut itegrum/aut ex ꝑte/nisi ꝑ sensus ipsos quasi ꝑ hostiliola quępiã inuecta fuerint/quæ sopore cludi & ab officio ꝑ quietẽ cessare ꝓbauimus: Ad hęc quo pacto defendas nõ uideo vt corporea ulla qualitate de cœlo affletur imaginatio: quoniam naturæ is est ordo/ vt per extrarios sensus rerum simulachra ferantur ad ipsam: Hij sane per quietẽ officio suo minime defunguntur(ut diximus)oculi potissimũ quorum sunt partes corporeã haurire lucem/aures illam proprie non suscipiunt/sed sonum/sed verba/quæ sydera non demittunt/pari pacto nec ad olfactum nec ad gustum/nec ad tactum futurorum pertinent notæ/ nec illa tibi prodest de somno a nonnullis facta diuisio/vt alius vniuersalis/particularis alius habeatur: & illum contingere dũ exteriores sensus & interiores cum ipso pariter intellectu quiescunt: Ea ex causa quæ ab Auicenna explicet̃ in primo suæ medicinæ cannone/ hunc vero trifariam euenire/ut putatum ab Henrico dicitur in cõmentarijs in Genesim/cum sensus oñes sopiuntur uigilante intellectu/cum exteriores ligãtur per quietem solutis interioribus/uel dum econtra hij vigilant solutis illis/& liberis pri

mū diuiſionis articulum/impoſſibilem multi putarent ob phantaſiæ miniſterium
ſpeculanti intellectui admodum neceſſarium/quod tam & ſi fieri poſſet nil emolu
menti eueniret ei placito/ quod cōfutauimus cum planum in controuerſumqꝫ ſit/
cœleſtem vim ullam non poſſe ſequeſtratis ſenſibus per ſe intellectum afficere. Se
cundum vero ſi conceſſermus cui propterea refragari nolumus/quando hominē
ipſi nouerimus qui ſopitus omnia pene uigilantis opera moliebatur: Si inqꝫ con-
ceſſerimus nihil aduerſum nos obtinebit aduerſarius/quando ſupra ſatis oſtendi
mus ſtellarum defluia ad intraneum nō peruenire ſenſorium in exteriores ſenſus
quaſi fores quępiam reſerati per uigiliam fuerit/& oculi potiſſimū/ ad quos lucis
pertinet hauſtus. Tertium tam difficile factu uidetur ꝙ quod maxime/nam & or-
do naturę uidetur inuerti ſi exteriori ſenſorio ſopito/cui iugem nauant operam ꝗn
qꝫ illa exteriora receptacula: ſenſibilium imaginum notas deſumat intellectus ex
ſeſe/quod per illius ceu canalicula forinſecus aduenīūt foribus ipſis interioris ſen
ſus occluſis/ꝙ vero cuipiam ita olim obtigerit tam falſo potuit Henrico referri/ ꝙ
vere a nobis refutari: Sed eſto vigilent exteriores ſenſus/vigeat & intellectus / ſopi
tis interioribus. quo pacto fiet ad vltimum ſine medio tranſitus/quo pacto ſpecies
intellectilis abſtrahetur nullo concurrente phātaſmate. Iam finge admitti cœleſte
quidpiā per exteriorum munia ſenſum ad phantaſiam & intellectū dum ſomno
tenemur: quid tādem illud erit/ediſſere: quæ iam cōfutauimus afferre non potes.
Cōtendes tamē ſpecies de ſtellis illabi. Sane illa quæcunqꝫ ſit ſpecies impræſſa/aut
eius a quo depromitur rotundi. ſ. corporis figura & ſpecies erit/ aut illarum quas
fingunt in cœlo imaginum Spectrum aliquod ſeu ſimulachrum: aut actio lumi-
noſa & irradiatio fuerit/ſi rotūdi erit corporis ſpecies nimirum aliud ꝙ corpus ei
ſimile a quo deprompta eſt/non præſentabit: quo fit ut nullum inde iudicium pē-
deat: Iam cœleſtes illas imagines imaginarias prorſus eſſe & fictas/ non autem ve
ras/& natura conſtantes quinto huius operis libro monſtrabimus. Si luminoſam
actionem dixeris in idem quod te mox trudimus incōmodum recides. Præterea
ſi iſthęc irradiatio effectrix etiam putatur eorum euentuum quæ portendi reris/il
lud queſo declares quo pacto portendent ſomniantibus: Quādoquidē prius tū
ordine naturę/tum tempore recipi debent/ꝙ effectus ipſe producatur: Quod aūt
recipitur (vt Ariſtoteles docet) recipi oportet iuxta modū eius rei quæ recipit. Sed
hec ſi rectę affecta non fuerit/ aut nullus / aut ſane alius ꝙ expectabatur effectus
prodibit in lucem. His omnibus ita diſputatis atqꝫ cōfectis colligi poteſt ab aſtris
prophetiam pendere non poſſe/aut ex configurationibus ſyderum eo pacto pre
beri ſopitis hominibus/ſicuti accidit ex diuina reuelatiōe eius luminis beneficio
quod futura monſtrat diſtinguit atqꝫ dijudicat. Per ꝙ inſigne autē Rogerij Bac
conis delyrium fuit putantis de ſyderibus arte quapiam duci poſſe prophetiam
ſuperſtitioſis artephij machinamentis fretus/quibus affirmat illum mille & uigin-
tiquinqꝫ annis vixiſſe/eiuſmet Artephij auctoritate in libro ſuę philoſophię cui nō
mirum ſi credendum exiſtimauit/quoniā & auium etiam linguas interpretari do
cuerit: Sed & viuere tum cum ipſe ſcribebat autumauit quoniam paucos antea an
nos in germania uiſus fuiſſet qui adhuc præ ſe ferret iuuentam nec ætatem anno-
rum triginta exceſſiſſe indicaretur: Ita in libro ſex ſcientiarum experimentaliū ſcri
ptum reliquit. Baccon aſſeuerans eadem arte uideri poſſe futura præſentia atqꝫ pꝫ
terita/& ea quidem occulta: ac regis filium ipſius artephij diſcipulum futura & oc
culta proſpicientem prophetaſſe: Id autem patrari primum Chymiſtica doctrina
quæ præparet corpus æquale: Poſtea & Geometria & ꝑſpectiua diſciplinis opus
eſſe quibus inſtrumenta fiant cœleſtes radios cōgregātia per ſpeculū Almuchefi.

Aſtrologo demũ utendum qui fœlices diligat ſtellas/quorum defluuijs fortunentur omnia/& non ſolum homo ipſe;Sed quemadmodum inquit & cibi ſtellificentur & potus: hac arte complexionem alterari ait/& intantum(ut eius utar verbo.) vigorari intelligentiam/ut ad ea quæ diximus perueniatur:tantum apud eum valuit auctoritas Artephij/quem in libro alio cui titulus Compendium ſtudij theologię/peragraſſe omnes orientis regiones affirmat/exquirendę ſapiẽtiæ gratia: & ad Tantalum perueniſſe in aureo throno ſedentem/deq; cœleſtibus/de natura/de moribus docentẽ/qui nihilominus ab Artephio ſit edoctus:Hanc ob cauſam Artephij/Rogerijq; aſſectatores/Artephium eundem eſſe qui Apollonius Tyaneus dicitur/mecum lõgis ambagibus diſſeruere/Libroſq; Philoſtrati de Apollonij vita prorſus explodunt.Ad quos tamen Hieronymus in epiſtola ad Paulinum ſe refert/quantum ad Tyanei peregrinationem pertinet. At non Tantalum ſed Iarchã adiuit Apollonius de phiala ad imaginem Tantali fabrefacta potantem.ita inuertunt omnia:qui ſe dicant ſuperſtitionibus.At iam quid ſpeculum & ſtellarũ vires ad prophetiam conferre poſſint diſcutiamus.Bellum utiq; inuentum curioſis hominibus foret/ni prorſus & natura & ratio refragarentur.Ex libris eñ Ioannis patrui aduerſus aſtrologiam & ex noſtro/qui hoc in opere quintum locum obtinebit/ſatis aperte patebit eas futurorum notas inde non poſſe deduci. Adde huc ꝙ radij ſtellarum præterꝙ ſolis & lunę pertenues habentur: & imbecillioreſq; ut inſignita queant refrangi.Quãobrem eos aut nihil/aut certe parum Almuchefi ſpeculum iuuaret.Nam ſi ad terram huiuſcemodi non pertingunt radij ut eã queant afficere/quod probabile uideri poſſet/cũ non perſentiantur a nobis:fruſtra ſpeculum conficietur.Si vero quoquomodo pertingũt/aut tenuiores ſunt ꝙ ut eis inſit ius reſiliendi:quare nec ſpeculo etiam erit opus:aut ſi reflectuntur reſiliuntq; & refraguntur terræ ſuſcepti:neceſſariũ quoq; ſpeculum non uidebitur:Nanq; ſi eorũ reflexu afficiũtur corpora/ cur ſpeculum fabrefacis? Dices ut colligantur ad vnũ radij ut reflectantur inſignius & hominẽ & quibus uti debet/eſculenta/ potulentaq; fortius & efficacius afflent.ut omnia tibi ſimul concedantur.Mechanicus inſignis quid quæſo demũ conficit?Num aliud colligere potes ꝙ ut intentius feriat & afflet qđ alioquin remiſſius afflaſſet:ex intentione autem & remiſſione/ ſpecifica diuerſitas inferri nequit:quapropter ſi fœlix erit fœliciorem fortaſſe aliquanto reddideris non fœlicem ex infœlici.Demere utiq; infœlicitatẽ aut fœlicitatẽ afferre tuo iſto cõmento non potes:Sed nec excipere fœlices influxus uales/& ab infœlicibus aut minus fortunatis ut ſomniaſti ſecernere.Fieri eñ minime credendũ ut ſpeculum ulla in parte collocare poſſis/quin ab omni ſtellarum multitudine quæ ſupra hemiſpherium noſtrũ uiſuntur/quorum proprietates(ut vultis)diuerſę atq; aduerſæ ſunt pariter afficiantur/qđ finge te poſſe:Certe illud non poteris quin aer iam afflatus atq; affectus ab omni chorea ſyderum non recipiatur in ſpeculo/ nec refrangatur luminis impulſu / quoniam eo ueluti medio cœleſtia illa defluia iam peruenerunt ad ſpeculum. Mitto ꝙ ſemper in aerem & fœlicium ut contenditis/ & infœlicium ſtellarum deriuantur influxus/ſemperq; aere ipſo ſpeculi ſuperficies tangitur.Tacebo ꝙ terra inſtar puncti/& in ea tanq; in centro per diuerſas lineas irradiationes uarie ſuſcipiuntur/ſpeculumq; ipm quo eos excipere ſatagis terræ collatum nihil fere ſit. Prætereo genituræ thema qđ præponderare debet cuicunq; aduenticię & emendicatę colluſtrationi. Sed & alia pleraq; mittenda exiſtimaui quibus dogmatis uanitas monſtraretur/quoniam quinto libro ſpectari poterunt.A tractanda quoq; difficultate de corpore ęquali multis & doctis hominibus exſibilata ſuperſtitio.Quas ob res ſuperſtitionum huiuſcemodi laqueis eru-

endi pedes / qui si pensi etiam aliquid haberent nihil tamen magis inde colligere tur/ut prophetia tanq̃ de uase aliquo scaturiret/q̃tum uis enim præpares corpus quantum uis id animæ famuletur/prophetiam tamẽ inde ne speres: quæ nisi a spiritibus demittatur eius munere non pollet anima.

¶Cur morientes præuideant q̃ q̃ a mundi exordio non defuere prophetæ: Caput Sextum.

s I quando uero proxima morti aut minime sensibus præpedita subtilitate suæ naturæ minimas etiam impræssiones percipit non ea certe prophetia censenda est/si uirtutem naturæ ea cognitio non superet. Et forte hanc subtilitatem & liberationem a sensibus Plato intellexit cum in R. P. narrat. Animas morientium acutius intelligere uel senectę debilitate/uel quia loco quo sunt migraturę propinquiores fiunt. Potest aũt & sæpenumero euenit ut in ipso etiam transitu / aut ante paululum utpote uinculis corporis non omnino obnoxia reuelationes nec difficulter percipiat anima: Sicuti & in uigilia/& in somnis quæ & a malis spiritibus se immiscẽtibus turbari potest/& a bonis iuuari. Diuina autem reuelatio non nisi a bonis angelis & deo prouenit/nullo autem modo/aut a malis/aut a natura. Neq̃ eñ ut inquit Apostolorũ princeps /uoluntate humana allata est aliquãdo prophetia: sed spiritusancto inspirati locuti sunt sancti dei homines: quãq̃ (ut diximus supra) fieri aliquando possit & factum sit/ut etiam mali hoc ipso munere uera scilicet prædicendi ex diuina reuelatione polleant: Raro tamen id contigisse inuenimus/ordinarium eñ (ut sic dixerim) ut per prophetas ueros & bonos uere & habeantur & prænũcientur reuelationes/qui nunq̃ a mundi exordio defuerunt/nec ut desint in posterum/& consentaneum est rationi/& a celebratissimis theologis creditum. In lege naturæ notũ est fuisse prophetas/eaq̃ Abrahamo nuncupatio est in libro Geneseos: ipsius aũt scriptæ legis promulgator propheta præcellentissimus habitus est/& toto fere legis decursu uisi prophetæ eo potissimũ tẽpore quo reges imperabant: Iam in euãgelica lege post christum qui etiam qua homo ꝓphetas excelluit omnes eius apostoli & Agabus & filiæ philippi prophetarunt succedentibus quoq̃ seculis multi diuinas reuelationes habuerunt uti Carpus ille Cretensis episcopus de quo Dionysius ad Demophilum meminit. Et Cyprianus martyr ut de se ille semel atq̃ iterum fatetur: Et Antonius & Benedictus: & Ioãnes anachoryta: cuius hoc in opere sæpe mentio fit: Et Franciscus quoq̃ & Dominicus/ Sed & Brigida & Catherina senensis/aliiq̃ fere innumeri tum mares/tum fœminę floruere. De quibus diligentius tractabimus.

¶De speciebus ueræ reuelationis propheticæ Caput Septimum.

s Ed postq̃ de essentia propheticæ reuelationis egimus/eãq̃ nec a natura nec a studio proficisci disseruimus. Atq̃ inter disputandum nõ nullas quæ contra nitebantur opiniones repræssimus & confutauimus consentaneum uidetur: ut iam de speciebus ipsius propheticæ reuelationis quępiam afferamus/qđ ut commodius facere possimus reuocandum ad memoriam est paulo ante dixisse nos/futura ipsa considerari posse/& qua in seipsis suaq̃ natura sunt immanentq̃ / & qua in suis causis cõtinentur a quibus fluunt: quæ primi ordinis habentur soli deo & cui uoluerit ipsæ reuelare nota esse. Secundi uero ordinis que in suis uidelicet causis clauduntur/tam & si hęc ipsa deo nota sint/eorum tamen aliqua & experimentum & sagax conjectu-

ra sibi uendicat; Sicuti ex medicina & agricolatione notissimū. Cæterum scire nos conuenit/ neq; omnia quę in suis causis sunt prænosse nos posse/ uel coniectura/ uel arte/uel prudentia. Latent em̄ plurima & altiori noticiæ reseruātur/ & quę possunt etiam præcognosci extra omnem controuersiam non præuidentur. Siquidē humana ratio & coniectura uacillat/ut inter operis initia meminimus / Qua de re sæpe etiam de ijs quæ suis septę sunt causis/ex prophetiæ lumine reuelantur hominibus. Hęc autem omnia in diuina sunt cognitione etiam anteq; res ipsæ sint: Iuxta illud Ioannis. Quod factum est in ipso uita erat: dei quippe noticia rerū causa est; Sicuti econtra res ipse n̄ostræ cognitionis/& sunt & habētur causæ: quia em̄ ille sunt/eas iccirco intelligimus/& quia eas intelligit deus/iccirco sunt. Sed quāq; multa atq; diuersa imo infinita in eius cognitione sint/vnico tamē eas intuitu/ vnico actu/& quidem distinctissime intelligit. Quod igitur futurum ē/quodq; ꝓprie & principaliter spectat/prophetia quę humanam scilicet facultatem exuperat/bifariam in diuina esse cognitione intelligimus: aut ueluti in suis id causis a quibus profluit & continetur: aut ueluti in seipso idipsum existit faciēdumue ab ipo met deo. Duplex hæc & bipartita obiecti ratio/duas prophetiæ species constituit /nāq; de formalis ratione obiecti habitus non modo/sed & actus diuersitas/& formalis ratio desummenda est. Hinc absoluta & quæ sub condictione est prophetia q̄ condictionata nuncupatur ducit originem/quę alijs etiam nominibus appellata est præscientię scilicet uel prædestinationis/comminationis promissionisue. Quæ condictionata est non impletur semper/ordo enim causæ ad effectum ex ea præuidetur prænunciaturq; qui præpediri transmutariq; alijs superuenientibus potest: veluti cum propheta Ionas magne illius a Nino Assyriorum rege constructę ciuitatis euersionem deo mandante prænunciauit; Ita incolarum flagitijs exigentibus/quibus ueluti causis/ per ipsius regis & eorum qui suberant pęnitudinem succisis consentaneum fuit ut desolationis etiam & euersionis effectus aboleretur Sicuti quoq; cum Esaias Ezechię mortem prædixit affecta morbo eius natura id uolente; qui fusis & prece & lachrymis uiuēdi spacium impetrauit/quod nondū aula egressus Esaias domini iussu promulgauit/celebriq; miraculo vaticinium illius confirmatum est sole retrocedente. Quæ uero absoluta dicitur omnino impletur. Nam quæ prædestinat deus & omnino uult fieri/dubio procul eueniunt Itaq; ostendere deus ꝓphetis potest q̄ uētura sunt/aut hac aut illa ratione / de qua duę(quas assignauimus)prophetię species fluxere/quorū noticiam uel de lōginquo subodoratā agentibus & suis prædictoribus inaniter attributam ut putem illa me Maronis libro quinto Aeneidos verba mouent: quibus seniorē nautē inducit præbentē Enee responsa/seu q̄ portenderet ira Magna deum / seu q̄ fatorū exposceret ordo: Per iram quippe videtur cōminationis ipsius timorem/per fatorum ordinem prædestinationis effectū ęmulari uoluisse. Alias assignare species possemus/si lumen ipsum propheticum ueluti genus quoddam summeretur/qd̄ diuerse per suas quasi dixerim differentias contraheretur ad species ipsas constituendas/ut alia esset quæ in somno ex ipso lumine oriretur/alia quæ in uigilia eodem lumine exurgeret. Alia quæ ex lumine & intelligibilibus notis constaret: Alia quæ ex eodem lumine & imaginarijs formis speciebusue conflaretur. Alia quæ hauriretur in ecstasi. Alia quæ afflatu instinctuque constaret. Alia quæ ex eiusdem luminis participatu & circa sensus exteriores insolita & minime naturali præsensione consurgeret: & hæc quidem differret / vt alia figurarum & colorum / alia sonorum diceretur / Vocum alia uel clare significantium/ uel in parabolis occulti quidpiam occulentium. Hij autem modi uerius aut gradus

prophetiæ/quã species haberentur/quando diuinum illud lumen animę infusum omnibus ueris & proprijs reuelationibus adsistit/ueluti forma quędam atq; perfectio cuius ope ipsæ apparitiones & uoces & signa/siue in somnis siue in uigilia perpenduntur: Nisi em̃ adesset quo collustrarentur aut uana aut inutilia/aut certe dubia & incerta hominibus quæcunq; offerentur manerent. Sed nec difficulter alię assignarentur species/& ex medio & ex determinata luminis intentõne remissioneq;. Enimuero & illud dicere possemus lumen ipsum iuxta diuersitatem receptionis adumbratę magis uel minus diuersas species constituere/ ut em̃ magnus quidam author diuersas colorum species arbitratur/cõstitui ex diuersa adumbratione luminis in opaco recepti/ita nos de spiritali lumine quiremus decernere/certe aut ex ipso obiecto/aut medio/aut fine uariari ipsas species notum est: ex obiecto supra tres contraximus: constituimusq; subalternas illas quidem & earũ q̃s quærimus genera/vnam autem ex fine: Ita ex medio possemus non difficulter/ & istas trahere & constituere. Illud autem aduertendum non incongruum uideri si rei ipsi reuelatę iusta proportione respondeat reuelationis claritudo/ Verbi causa/ Si prænotioni de futuris olim christi mysterijs gradus luminis decimus responde bat qui minoribus vnq; rebus non daretur: Prænotioni de euentis rerum infimarum secundus aut tertius fortasse gradus/de bellis quartus & ita deinceps: Quæ quidem tam bonis quã malis (ut diximus) reuelari possunt. Sicuti de Balaam ariolo in sacro Numerorum libro legitur. Nanq; prophetæ dęmonum/de quibus secundo ab hoc libro agendum a nobis/non semper ex dæmonum reuelatione p̃dicunt/nec semper falsa/Sed uera aliquando & ex diuina interdum inspiratione. Malis enim hominibus ad bonorum utilitatẽ sæpe utitur deus: Sed raro id factũ inuenimus: ut prophetæ dæmonum prædicant uera: Sæpissime nanq; loquũtur ex dæmone/qui cum mendacia profert ex proprijs loquitur: Veri autem prophetæ qui dei reuelatione futura promulgant: non raro sed semper prędicũt uera/nec interdum falsa: sed nunq;. Qui enim fieri potest/ut falsum aut mendacium suggerat deus/in quo nec ullum esse potest/nec ab eodem ullo pacto edoceri: in quo oĩs ueritas: imo ipse summa & ipsissima ueritas. non tamen ipsæ omnes omnibus uel singulis prophetis ueritates insinuat: Sed quas & præuideri & prænunciari summæ ipsius sapientiæ libet/ & per quos item libet: quos inq; nec naturæ dispositio/ nec morum bonitas efficit/ut ad id officij deligantur: disponit nanq; ille dũ vult/& dispositos perficit/deq; rudi pastore/ægregium sapientemq; prophetã mox constituit/& quãq; animæ quies eleuandæ conducat menti/nihilominus uolũtas affecta uitijs prophetiam non impedit/quę non uoluntatem spectat nostrã/sed intellectum/qui sicuti naturali cognitione ex lumine intellectus agentis patitur (nanq; Aristoteles tertio de anima libro/Intelligere quoddam pati esse docuit) ita patitur intellectus ex illustratione diuini luminis in cognitione prophetica / quæ non ad ipsius duntaxat uidentis: uerum ad aliorum utilitatem concedi solet

¶De uarijs modis & gradibus diuinæ reuelationis habende Caput octauũ

t Riplex uero potissimũ propheticæ reuelationis modus se nobis offert si cognitrices earum susceptiuasq; potentias considerauerimus/ aut em̃ per auditum scilicet & uisum/exteriora prophetæ offeruntur obiecta/ quæ rerum futurarum signa notæue sint: aut menti imprimũtur/ collucẽtq; aut medię. s. inter sensum exteriorẽ & intellectum imaginarię potestati se intus insinuant: Quorum exempla multifariam apud sacras litteras est videre/ &

apud earum eſtimatores illuſtres. pauca nobis afferre ſat fuerit. Vidit Daniel ſcri-
pturam in pariete Audiuit Samuel uerba mentis intuitu. Moſi futura monſtrata
ſunt. Dauid quoq; intellectu chriſti myſteria perſpexit. Infuſe Solomoni intelligi-
biles rerum ſpecies fuere. Zacharias equos & quadrigas imaginarie cōtēplatus
eſt. Succenſam ollam Hieremias vidit. Fictorem locuſtę & cęmētarij trullā Amos
inſpexit. Sed alia quoq; exempla huiuſcemodi in nouo teſtamēto reperiuntur / in
euangelijs/in Pauli epiſtolis/in Actibus apoſtolorum/in Io. Apochalypſi: In hoc
autem imaginario modo ineſſe gradus & differentias perpendi poteſt/ Aut enim
per quietē/aut per uigiliam oſtenduntur rerum ipſæ imagines portendentes/ aut
per verba/aut p̨ exteriora ſigna/quorū omniū aut non videtur author aut videtur
Præſtat ſomno quæ in vigilia fit. Maior em̄ prophetici luminis exigi uidetur ius
in tollendo quopiā ſenſibus occupato implicitoq; ad ſupnaturalē ueritatē perſpi-
ciendam/q̄ ſoluto & minime p̄pedito ſenſibus per quietē. Tolli autē multifariam
quis poteſt ad diuina p̨cipienda/nulla etiam a ſenſibus abſtractione facta/ cum lu-
men ipſum vel intelligibilis infunditur ſpeties/vel extrinſecus quid offertur. Ve-
rum per abſtractionē a ſenſibus in imaginaria quapiā viſione quis tollitur/ idq;
bifariā euenire poteſt/vel ex parte remanentibus/ſcilicet aīæ officijs/quæ corpo-
ri cōmunicat/nō tamē plene diſcernat/quæ exterius percipit ab ijs quæ imagina-
rie cōtuet: Vel ex toto/cū nihil omino ſenſibus propheta percipiat. Atqui nō nū
q̄ alienatio naturæ inordinatione contingit/veluti in arrepticijs/et ijs qui in furo-
rem vertuntur/vt ſequētibus libris dicetur a nobis/Ordinatis autē cauſis ecſtaſes
ſeu mētis exceſſus prophetis ueris eueniūt/aut in ſomnis/aut in vigilia/vel excō-
templationis uehementia/uel ex diuina rapiente uirtute. Illud quoq; ſciendū ver-
ba ſi quæ afformentur diuinitus intelligibilē veritatē exprimere explicareq; ma-
gis/quā muta ſigna. Sed & altior gradus ille habetur ſi cū mutis ſignis: quæ pluſ
tamē minusq;/hoc eſt exquiſitius & exactius portendere ſui natura magis expli-
cante poſſunt/aut cū verbis ipſis hauſtis monſtrantē aliquē ſigna ipſa colloquen-
teq; p̨pheta perſpitiat. Supremis uero ſi dei ſpetiē p̨ſonā ve gerere qui apparet vi-
deatur: quēadmodū Eſaias qui dominū ſedentē ſuper ſoliū excelſum ſe vidiſſe ret-
tulit. His oībus imaginarijs gradibus pręſtat ille quo intellectilis & ſupra natu-
ræ facultatē exaltata ueritas abſq; oī imaginaria uiſione monſtratur. Intellectus
enim aperta & nuda cōtēplatio potior eſt/& beatificæ uiſioni proximor magis:
ſubſtant vero quæ exterioribus dūtaxat ſenſibus offeruntur/ ſiſtuntq;/ nec ultra
procedunt: Superior enī interior quā exterior ſenſus & his oībus eminet intelle-
ctus. Graduū autē huiuſmodi ab aliquibus olim mētio facta eſt ut de generibus
prophetiæ. Ab aliquibus etiā prophetici influxus nomīati/cū tamē & modi ſint
quibus ipſa prophetica ueritas inſinuat̄: & alij alijs ſuperiores digniores q; ſint &
habeant̄. Multorū āt atq; minutorū huiuſcemodi graduū Rabi Moſes ægyptius
ſcrupuloſe meminit. Primus ē cū rei exēplū/ſiſitudoue/nude atq; ſiplicit̄ cōſpicit̄
Scd'us cū pari pacto loquēs audit̄: hos nihilominus ad p̨phetiā diſpoſitiōes veri-
us haberi q̄ graduſ cenſet/Tertius quē primū inter p̨phetales gradus opinatus
ē/cōſtituit̄: Dū p̨pheta in ſomno uidet ipſis cōdictiōibus ſiſitudinē: ſiſq; eodē ſō-
no quid ſibi velit exēplar illud ſiſitudo ue declarat̄. Quartus ſi ī ſomno quicq; au-
diat nec uideat loquētem: Quintū uero cōſtitui putat/ſi quiſq; in ſomno prophe-
tali loquat̄ ſecū. Sextū ſi loquat̄ angelus id ipſumq; p̨phetis vere oībus euenire
ſolere. Septimus ſi Deus loqui videatur in ſomnio. Sed & totidem quoq; eſſe in
vigilia gradus. Octauum eſſe uoluit cum in uiſione exemplar uidetur. Nonum
ſi verba auſcultet. Decimum uero demum eſſe ſi hominem qui loquitur uideat/

quemadmodum & Abrahamo cōtigit/& Iosue dum esset in hierico. Vndecimū haberi decreuit/cū ad se loquentē angelum propheta uidet: Sicuti Abrahamus filiū Isaac imolaturus: atq; hunc inter alios altissimū appellat gradū: quāq; his omnibus imaginarijs prestare illū dicit/quo vsus ē Moses/quē inquit: Duodenū & sibi propriū gradū constituere: Triplicē quoq; gradū Algazeles Arabs posuit ī libro de anima iuxta elongationē prophetarū minorē maiorēve a deo & angelis quos inter deū & prophetas medios esse arbitrabatur. Fallebatur autē vt supra ostendimus naturalē homini autumās istiusmodi cognitionem quę industria/ studio / diligētia posset aquiri. Cæterū & alios iuenire possumus gradus/si proximū nō autem vltimū reuelationis ipsius finē cōtemplati fuerimus/quorū hic nihil aliud ē q̄ rei cognitio/sicut & ille dei est prouidētię executio: cognosci aūt possunt & præterita & pręsentia/& futura/per reuelationē propheticā: Item & naturalia quę etiam secundū naturæ lumē potuissent cognosci: tam & si non ita comode atq; perfecte. Atqui de supernaturalibus quoq; & cōtingētibus rebus futuris/ quæ humanam oēm cognitionē exuperāt proprie & peculiariter prophetia pronūciat: Neq; eī in seipsis/cū soli deo sint nota/nec etiā in suis causis/cū ad vtrāuis cōtradictionis ptem priusq; producātur ęque se habeāt/Pręuideri ea ab nostro intellectu queunt Reuelantur aūt & apud Ioannē in euangelio legimus: Dominū Iesum cū ad discipulos loquereē/& de paracleto spiritu veritatis mentionē faceret eū ipm ventura illis annunciaturū spopōdisse. Cæterū si cognitionē & lumē quo gignitur ipa cognitio spectemus/diuersorū graduū se nobis discretio insinuabit: Quęcūq; eī p quodpiā lumē declaratio fit/ad oīa illa protēdi potest/ quæ ipsius vi luminis subijciūtur: Diuino aūt lumini cui p̄phetica declaratio innititur subijciūtē vniuersa. Ambire igitur atq; cōplecti vniuersa potest cognitio prophetica. Cōfirmari hęc possunt exēplo corporei luminis/cui oīa colorum genera substāt/& ab eo collustrātur/qua de re fit vt corporalis visio: quæ illo p̄ducitur lumine potēs sit oīa colorū genera cernere: Pari pacto & animæ nostrę naturalis cognitio ad oīa pertingit/quæ nostri intellectus splendore illuminanē: Nec secus spiritale illud superne demissum lumē suos quasi dixerim radios quocūq; dirigere potest. De diuinis igitur & humanis/ de spiritalibus & corporalibus / de spectatiuis & practicis/ de præteritis/de futuris/de præsentibus arbitrari prophetica reuelatio potest: cū oīa ipsa diuino lumini præsentia pręstoq; sint. Trahi de sacris litteris exēpla possunt plurima: queādmodū de vniuersis prophetę sacri prænūciarint: quorū theologi meminere: præsertim diuus Thomas/diuinę veritatis doctor illustris. Quę igitur de rebus diuinis in prophetica reuelatione agnoscūtur altissimū obtinent gradū quo ad ipsius cognite rei dignitatem spectat/Futura item maxime contingētia cū prænoscuntur nobiliorē sibi uendicāt locum/q̄ præterita atq; præsentia: quando quidem & sui natura cognitu digniora habentur/& peculiaria propriaq; prophe ticæ cognitioni. Item & quæ præsentia sunt/præterita præcellunt: Sed & ea quę naturalis vi luminis cognosci possunt si reuelentur/inferiorem nihilominus obtinēt sedem/nec futuris contingentibus possunt equari. Siquidem hæc hominum per se cognitioni præstant/substant illa/cum autem prophetæ magis proprium sit vt cognoscat q̄ ut operetur: Infimus erit prophetię gradus quē quis exterius expresserit: Veluti cum de Sampsone in Iudicum libro legitur irruisse in eum domini spiritū/ & vincula quibus erat reuinctus ita dissoluta dissipataq;: Sicuti ad ignis odorem solent ligna consumi. Verum enimuero & alius habetur gradus diuinæ reuelationis: qui & ad prophetiam alia ex parte pertinet/& ad beatitudinem ex alia. is est ad quem tum Mosen/tum Paulū diuina eleuatos ui/ & diuus Augustinus tā

in libro de uidendo deum/ꝗ in.xij.super Genesim/& diuus Thomas tam in secunda ꝑte secundi voluminis theologicę summę/ꝗ in questionibus de veritate & alij theologi pariter asseruerũt. Viderũt hi diuinã essentiã lumine glorię/q̃ beati ꝑfundũtur: Viderũt inq̃ nõ ut beati in q̃bus veluti forma quępiã: illud ipsum residet lumen & vti quidam habitus perficit; qđ illis duntaxat affulxit instar passionis subitarię/affectionisq; transeuntis. Itaq; donatus hoc munere Moses/ donatus & Paulus/ille iudeorum/hic gentium doctor/ille dum dei regeret populum/hic dum raptus est ad tertium cœlum & audiuit arcana uerba quę nõ licet homini loqui. Addit autẽ ecstasis excessusq; significationi. Raptus ipse uiolentiam quandã: violentiam inquã(si raptus ille diuinus fuerit)non noxiam sed utilem/ sed saluti plurimũ conducentem. Accidere eñ & ecstasis& raptus potest/cum ex corporea causa ob morbũ & affectionẽ temperature noxiam/tum vi & opera dęmonũ/ut infra monstrandum est: tum ut diximus uirtute diuina/dum ad supernaturalia contemplanda abstractione a sensibus facta mens spiritu diuino perducitur: ita de se Ezechielis scribit: Spiritus eleuauit me inter me inter cœlum & terrã/& adduxit me in Hierusalem in visione dei/sed excellentissimus ille raptus fuit qui obtigit Paulo: quandoquidem non ex similitudinibus accedente illustratione prophetici luminis diuina perspexit/ut Ezechiel/ut Petrus/ut alij/Sed ut diximus ex lumine gloriæ obiter / & uelud in transcursu participato diuinam intuitus est essentiam abstractus a sensibus præcellentissime.

¶De modis reuelationis diuinę proferendę Caput Nonum

PRoferri autẽ multifariam prophetica possunt/nec verbis dũtaxat / aut scriptis/neq; vni tantũ/aut pluribus populoq; : sed factis ipsis / q̃ signa sint futurorũ exprimi atq; doceri/exẽpla capere de sanctis & diuinis libris licet. Multi eñ non scripserũt ipsi quę pronũciauerũt: quẽadmodũ in regũ historia uisitur: Chartis alij mãdauere: sicuti & Esaias cui præceptũ ut scriberet: Sicuti prophetę. Alij qui ea quę diuino hauserãt lumine litterarũ monumentis rettulere. Nõnulli quoq; ꝑticularibus hominibus & Regibus aliq̃n dei iussu futura prędixerũt/ut Esaias ipe Ezechię præcipiẽs/ꝙ domui disponeret suę/ꝑpterea ꝙ amplius uiuẽdũ sibi nõ erat: eideq; cũ p̃ces & lachrymas deo fudisset/ mox prorogatũ ut diximus uitę spaciũ promulgauit: ut Natham quoq; qui Dauidẽ / iussu dei de peccato in Bersabeã & Vriã patrato redarguit/ut Heliseus Achabo & Assyriorũ regi. Sed & aliq multitudini: Qđ & ipi etiã Esaias & Heliseus effecere: uentura ꝓnũciarũt. Factis alij nõ solũ uerbis nũciauere futura/ quẽadmodũ Hieremias/ qui ex dei p̃cepto lumbare in Euphrate flumine posuit indeq; putrefactũ extraxit futurũ significãs ut eius populi superbia putresceret & plecteretur. Idem cathenas collo circũdedit: misit eas ad reges qui essent regi babylonio seruituri: Ezechiel itẽ diuino mãdato plurima fœcit quę in eius libro posita sunt/quibus futura nũciarẽtur: & factis igitur & uerbis/& scriptis/& vni & pluribus diuine possunt reuelationes proferri. Cęterũ & ipsa prophetę mens/bifariã a deo moueri ad prædicẽdum potest/aut eñ expressa & certa reuelatione illustrat̃/ de q̃ supra satis sumus loquuti/aut instinctu quodam occulto ducitur/& in utroq; etiam gradus habentur. De primo igitur in primis loquamur: Manifestum uidetur iuxta intentionem luminis: & remissionem dari gradus posse/quare lumen illud propheticum cuius fulgore extra omnem dubitationem clarissime reuelantur abscondita/ intentius aliquando esse: aliq̃n remissius a ratione non abhorret/ cum pro exuberãtia/parcitateq; luminis id euenire facillimũ sit: sicuti in lumine quod manat de corporibus liquet / & sane maioribus rebus & creditu alioquin difficilioribus intentius requi-

ri lumen consentaneum est/ ꝙ minoribus: & quę scilicet credi scirìq; durum atque per arduum omnino non sit/ cum magis quadrent respondeantq; per se se lumini naturę/ nec multa cum disquisitione. Quis em̄ ambigat Abrahamū ad imolandū filium non inductum/ pręterq; affluentissimo & exuberantissimo infuso lumine/ quo extra omnem dubitationem cernere posset ita a se fieri debere/ quāq; aliud sibi esse alioquin agendum naturę lumine monstraretur: pariter & promissa in filio magna hęreditas diuturnaq; posteritas: multis videri posset refragari. Sed & ipse ego allocutus uiros pręuidentes sum/ qui aliqua clarissimo sibi lumine ostensa dicebant/ aliqua non a deo intenso/ ut citra dubietatem certiores essent. Pro dispositione item prophetę/ uaria uarie interdum in eis lumen recipitur: Pro rebus item quę aut prope aut longe.i. aut cito aut tarde futurę sunt: inde fit ut nō vno semper modo/ sed multis loq̄ & pręnūciare possint: Nec secus falli quis posset imprudēs propheta/ ac imprudens ciuis: Si em̄ ille/ de eis quę in sua aut ciuitate/ aut uilla aut domo sunt sensilibus ferre iudicium uellet alio sensu ꝙ proprio vniuscuiusq; sensibilis deciperetur: quippe cum sensus & obiecto cōmuni/ & obiecto ex accidenti fallatur/ & proprio quoq; si nimia distantia cernatur / vt ab Aristotele in secundo de anima libro declaratum est: Pari pacto si de eis quę per se particulari lumine minime monstrātur pronunciaret propheta falli posset. Instinctu autē quandoq; certo ducitur propheta/ quādoq; ambiguo/ minime videlicet secernēs proprio id an diuino spiritu cogitauerit: Instinctus autē ipse imperfectū quiddam est (ut ait Thomas) in genere prophetię & augeri (uti de lumine diximus) & minui potest. Cum ipsum instinctum interdum etiā humanę patiuntur mentes: Quēadmodum.xij. super Genesim volumine scribit Augustinus/ quē si bonus alioquin & uerus propheta ambigue quandoq; sequeretur/ atq; ob id deciperetur/ statim corrigeretur a domino: Exemplū de propheta Natham perspicuū in sacris Regum libris legitur qui proprio spiritu cum Dauidi consuluisset ab illo prius ipse consultus: Vtrum deo construeret templum/ consuluisset inq; construendam omnino quā excogitauerat domū dei/ correctus mox ab illo recantauit. Non sibi id munus inquiens fabre faciendi templi eo ꝙ ampliter humanum fudisset sanguinē/ Sed filio Salomoni delegatum: Quāobrem de prophetis loquens magnus ille Gregorius scribit: Ne tamen error ex hoc possit accidere per spiritūsanctum citius correcti ab eo q̄ vera sunt audiunt/ & semetipsos quia falsa dixerint repręhendunt: Ob duplicē igitur hunc & bipartitum in animis eorum motum dupliciter prophetę pronunciāt/ expressa reuelatione scilicet & instinctu/ ac pro intentioue remissioneq; uel luminis/ uel instinctus intente/ remisse ue: Verbis item scriptis/ factisq;/ & vni & multis quemadmodū supra monstrauimus/ quāq; hi qui ad pręnunciandū populis futura deliguntur prophetę/ clarissimis reuelationibus illustrātur/ quo fit vt libere audacter atq; intrepide pronuncient: Scandalum em̄ & pręiudiciū maius si falsitas publice doceretur/ nec si postea palinodiā caneret omnes eam intelligerent qui asseuerationi interfuere. Animaduertendum quoq; (uti Thomas sapientissime meminit) prophetę mentem a spiritusancto moueri/ ueluti instrumentū: quod quidē ad principale agens relatum mancum imperfectumq; est: Ipsamq; mentē prophetę/ non modo ad apprehendendū cognoscendumq;: sed etiam ad loquēdū & operandum efficiendum ue moueri/ & interdum ad tria hęc simul/ ad vnum aliquādo ad duo non nunq;. quodlibet autem detur: non perfectum sed mancum aliqua ex parte instrumentū habetur: neq; em̄ oīa cognoscunt prophetę/ quę in eorū aut visis/ aut verbis/ aut factis author prophetię spiritussanctus nouit/ Sed & solum rē illam quę monstratur aliquando norunt ipsi/ quandoq; & rem ipsam cognoscūt/

& eandem simul a deo sibi reuelatam apprehendūt: In loquendo autē interdū/ q̄d ex verbis significari: scilicet spiritus voluerit percipiūt: Sicut Dauid apud secūdū Regum librū dicit: Spiritus domini locutus est per me. Interdum etiā is cuius mota est mens ad quæpiā exprimenda verba/ quid nam per ea significari spiritu sancto libuerit minime cognoscit/ Veluti impio sacerdoti Cayaphe cōtigit. Interdum etiam cum aliquis eodē spiritu ad quidpiā factis portendū mouetur significatum nouit: vt de Hieremia & Ezechiele meminimus. Fit etiam vt moueri quis possit ad agendum minime quid facto ipso significetur intelligens: vt milites qui christi vestes diuiserūt: dum aūt uel visis uel factis uel verbis significātia diuinitus nectitur/ is proprie ꝓpheta ꝓprieq; illa ꝓphetia dicenda est: Si nullum uero significatū nouit qui illa ipsa patitur id ad pfectā prophetiā non pertinet: verum ad propheticū quempiā instinctū referri debet. Sed iam satis quantū ad secundū attinet librum diuinæ prænotiōi dedicatum/ nanq; de eius nominibus/ deq; prophetis: quot modis quis & qui ꝓprie ea appellatione censetur/ & de essentia veræ reuelationis ꝓpheticæ & q̄ naturalis ea esse nequeat/ nec acquiri studio possit/ & de speciebus illius: deq; modis & gradibus habende ipsius & proferendæ: & de alijs quæ ab ijs quasi necessario nexu dependent: Satis actum videtur a nobis/ nunc tertio libro in quo de naturali prænotione disputabitur manus admouende sunt.

LIBER TERTIVS DE NATVRALI PRAENOTIONE.

¶ Quid agendum disputandūq; hoc tertio libro: Item de speciebus naturalis prænotionis. Caput primum.

IN vltimo primi libri capite cum de speciebus prænotiōis differerem & ad illud esset deuentū/ vt prænotionis eius quæ secundum naturā est/ meminisse oporteret/ quæ ad supræmū genus prænotionis collata species haberetur: genus vero si conferretur/ ad eas quæ sub se cōcluderentur species diximus decreuimusq;: Naturalē prænotionem ipsam id tantū coniectari quod præstare posset natura suis septa limitibus. Duplicem autē modum in huiusce rei consideratione findi/ cum alia essent a natura dūtaxat indita quo genere & bruta pollerent: alia quæ & ars & ratio quibus iuuatur natura/ & quasi fouetur cōpararent nobis: Hoc ipm item bifariā distinximus/ dū rude & ignarū vulgus partē sibi uendicaret: pars eruditis hoībus seruaretur/ illius esset prænosse Verno tēpori æstiuū successurū/ æstati Autumnū/ autūno Hiemē subsecuturam: Hinc & alia quoq; per multa iure meritoq; darentur: Nanq; non modo omnifariam philosophi & rerū plurimarū consulti coniectātur atq; prænoscunt. Sed & naute & agricolatores & medici præsagiunt sæpenumero & prædicunt de aeris statu & mutatione/ de frugum prouentu/ de salute egroti atq; pernicie demum & quæq; ars propria pollet eruditione. Hec nobis particulatim hoc libro singulatimq; tractanda non oīa quidē nec plurima/ quæ ad artes illas pertinent/ sed pleraq;: alioquin vt de ceteris taceā vniuersam medicinā exarare oporteret/ quæ tota fere prænotionibus absolueretur. Nam vt prognostica ipsa prætereā & signa & causas magna illius portio scrutatur atq; considerat/ quæ autem signa vel ad iudicium vitæ & mortis vel ad rimādas causas nō ascendūt: quæ rogo causæ iam explorate atq; perspecte de salute de obitu coniecturalē ferre sententiā ne-

queunt. Mitto ꝙ de præsentibus/ præterita medicine consultus indagat/ & ad futura peruestiganda accingit se se. Qua propter nōnulla notabimus/ ut in reliquis considerandis & peruestigandis. detur postea nobis perpendere. Vtrum naturæ satis consideratio faciat vtrū eo pertingat ratio: Hinc autē quæ nā & qualia in vniuersum considerari queāt/ summi ratio poterit: Nam ad ea quæ omni fere animāti inscita/ & quorū etiā prænotione pollēt bruta pauca ad modū dicenda sunt. Sed nec plura eorum quæ ad vulgus pertinent ex eis videlicet obseruatiōibus quæ cōniuentes etiā & somniculosi nō examinare nō possumus quæ vero artē cōcernūt ita partiri possemus: Naturale siquidē hominis lumē/ aut eas causas & signa spectat quæ supra se posita sunt/ sicuti cœlū/ & ignis & aeris spheras aut quod in ipso homine est/ id vel ad animā spectat/ uel ad corpus pertinet/ aut quod infra se iacet/ aquam/ terrā/ aīalia/ plantas/ lapides: aut quæ ad corpus conducūt. Si primū dederis cum ut scriptum est posita sint astra in signa & tēpora & dies & annos/ ex illis agricolæ plurimū (non fabulatores astrologi) coniectātur/ futura: & ex statis anni temporibus/ quid noctu agendū/ quid interdiu cōpræhendūt. Indeq; tēpora & serendi & metendi/ & colendi deniq; agri ex varia solis & lunæ potissimū peregrinatione docētur: quibus advictū suppetat alimonia ex ignis sphera nihil omino ꝑ se/ sed ex aere ob contiguitatē cōiectari nōnulla datur/ dū inflāmatiōes aerię & coruscatiōes & fulgura & vētorū turbines/ & pluuię & tēpestates/ & grādines inde ꝓueniāt: quorū prænotio & agricolatoribus & pastoribns & nautis magno vsui est. Si uero eorū quæ animæ cōueniūt perpēsio fiat/ prudētia inde oritur/ quæ omnium quæ agi debent & possunt recta ratio nūcupatur. si uel sanitas uel ægritudo cogitetur medicina prodit: si vel aquæ vel terræ mentio fiat/ & nauigatiōis itē & agricolatiōis præsagia suboriūtur. Si vero quæ corpori solatiū afferāt & comoda uestigemus/ reliquarū artiū machinis vtendū/ vnde & mechanicæ dictæ partem trahemus/ quarū quæq; suis præsagijs pollet/ Sed hæc inter se artes prænotionibus cōmunicant/ ob id forte ꝙ ab vna omnes vel prudentia/ vel arte ducuntur: omniū enim agendorū prudentia/ omniū faciendorū ars parēs & dux/ Alter vtra uero & vtraq; uel ad animi uel corporis emolumēta/ tā cœlo & elemētis (vti solet) quā ijs qui de eorū mixtura coalescunt/ multæ autē obseruationes litteris traditæ/ ex quibus quædā quasi prænoscēdi facultas conflatur atq; colligitur: & ꝓgnostica ægritudinū & sanitatis apud medicos/ apud agricultores & nautas serenitatis & pluuię/ ac cæterorū id genus: multe uero memoria magis quam librorum monumentis seruatæ atq; repositæ.

¶ Quinq; modis naturaliter præcognosci. Caput secundum.

m

Vltifariā autem naturalis prænotio cōparatur a nobis/ quicquid enim antequā eueniat cōiectando præcapimus/ aut ex noticia causæ/ aut ex perimētis aut vtroq; simul id fit/ Si quidē & causa cognita de illius effectu præscire & p̄nūciare nulla iniuria possumus/ & ex multa quoq; memoria & experimētis ars conficitur. Alij hoc illo: Alij in conijciendis euentis itinere gradiuntur: Alij vtroq; freti certius exquisitiusq; præsagiunt: bifariam vero cognosci causa potest/ aut eius scilicet natura & qualitate perspecta de qua talem effectū naturæ ordine deriuari cognoscimus: aut quanq; occulta sit & latēs eiusmodi tamē est vt eā rei illius effectricis ꝓductricisq; depræhēdamus: quanq; euētus aliqui de sua causa pene semꝑ ducantur/ raro alij & incerte ad modū visuntur/ ꝓnunciunturq;: ex manifesta ignis qualitate prenouimus si lignū illi pro⸗

pinquetur/comburendũ esse idq; nulla controuersia spectamus identidẽ subor-
tis nubibus & flante Austro quãdoq; deijcitur humor / quandoq; dissoluatur &
euanescit ex occulta magnetis proprietate/præscimus ferrũ illi connectendũ & co
pulãdũ si prope adsit & absit Adamas: cur autẽ tãtũ ea ferrũ trahat inter inexplica
biles questiones soli deo cognitas Alexander Aphrodisæus in exordijs proble-
matũ reposuit. Quinq; itaq; modis hisce naturaliter prænosse homines possunt
duce ratione quæ & causas manifestas rimatur quorũ aliæ certæ / incertæ aliæ &
occultas quoq; indagat de qbus euentũ conijcit: præter id quoq; effectũ sæpenu-
mero nulla causæ cognitione/ sed experiẽtia dumtaxat depræhendit. Demũ tam
cause noticia q̃; experimẽtis simul iunctis aliquando præsagit.

¶De præsagio irrationalium animantium. Caput tertium.

a Nimantes vero quibus phantasia pro ratione est: impetũ quendã a na-
tura sentiũt/ quo ducuntur ad comoda/& ab incõmodis abducũtur: nã
cũ eis liberũ non sit in alterutrã se partẽ vergere/& sua mutare ꝓposita/q̃
propria sunt rationis officia/fit illi pro ratione instinctus impetusq; na-
turæ: Quaꝓpter euenit vt prænosse/ & ita dixerim/ariolari ea autumarit antiqui-
tas: Vidẽtes eñ hirundines/turtures/luscinias exacta vix hyeme/cũ primum inte-
pescere annus incipit/atria nostra/nostras arbores/nostra spineta petere: putarunt
vernum eis tẽpus esse præcognitũ/easdẽq; dum aeris teporẽ consectẽtur / ad nos
alis pernicibus aduolasse/quos videlicet tepidi regelasset aura fauoni: Vidẽtes itẽ
maris & stagnorũ accole q̃ incurui delphines vellicarẽt aquæ summa: & q̃ siccũ
Mergus amaret/ uaticinari eos quodãmodo de futura maris tempestate putarũt.
Videntes quoq; riparias hirũdines præter solitũ aduẽtare & murales apodes pro
prijs caueis derelictis/ignotas turres remigio alarũ petere/statim opinati sunt vo-
lucres istas aduenas & ꝑegrinas cõmotionẽ aeris & turbines nobis portendisse/
Sicut & Delphin & Mergus vexationes æquoreas. Tria hæc exẽpla adduximus
telluris/aeris/aquæ/satisfactura pro multis: quæ hinc inde summi & coaceruari po
tuissent. Nãq; apud Aratum Vergiliũ/ Ciceronẽ/Lucanũ/alios visuntur plurima
quorum idem iudiciũ ferri potest qđ in nostris hisce ferendũ est. Fallũtur sane qui-
cunq; putãt pręnotionẽ aliã auibus & bestijs inesse pręter instinctũ illũ impulsũq;
naturæ. Nam cum plurimũ hirundines nostrã regionẽ petũt nostras domus plau
su cantuq; salutãt/impulsu quodã aeriæ tepiditatis id faciũt / quã præ hominibus
deprehendunt/& præsagiunt magis/ hoc est acutius sentiũt minori siquidẽ impe-
dimento plumatæ animantes aerio victu assuete & paruo corpusculo spirantem
Zephyrum exceptãt/ eoq; fortius afficiũtur. Nos autem id rei latere certũ est. Sed
eñ Alexander huic nostrę fauet opinioni qui libro solutionũ docet. Vẽtũ sæpenu
mero vehementẽ excitatũ/quẽ videlicet nõ persentiamus/quoniam crassa & duri
sensus corpora nacti sumus. Multo certe minus placidũ & viuifico veluti tepore
mulcentẽ/qualẽ Zephyrũ dicimus paruulis illis volatilibus notum persentiemus
Sed & aliæ præ alijs eodẽ in genere sagatiores animantes/ideo inter summa initia
uernantis aeris aduentu quoq; celeriores. Vnde illud in æthicis apud Aristotelẽ
scriptum puto: ex vna hirũdine vernũ tempus pronunciari nõ posse: qđ iam diu
in prouerbiũ cessit/ cum alia aliã qua diximus ratione ꝑueniat. Turturis quoq; &
lusciniæ par in aduentu ratio/ nã quanq; ille in aere muscas & culices nõ prędent
ad pastum/quæ post hyemis rigorẽ ꝑ aera spaciantes diuagantur/ lũbricis nihilo-
minus & uermũculis vescuntur / ac minutilis germinantiũ arborũ flosculis assue-

scunt/quæ turturibus/ philomenis/ alijsq; cōpluribus auitij generis subministrantur/tēporis eiusdē tepore quē & ille quoq; acutius sane quā homines q̄ fere bestię præsentiunt: q̄ uero delphin se dorso celerrimis illis iactatibus ostentet cum futura tēpestas impēdit. q̄ siccū mergus udo relicto aduolet imminēte ꝓcella. id ꝓpterea fieri sciamus/ q̄ delphino tēpestatis ortus nobis alioquin ignotus iā deprætensus est turbatis in imo aquis & harena cōmota ventorū turbinibus/ fugit ille inimicam sibi cōmotionē/qua pisces etiā quos ille venatur quibusdā ueluti latebris occulūtur & summa petit/nō adhuc violētioribus ventis infestata. Ita mergo contingit cuius victus in capiendis piscibus/ qui se facillime ab eius aspectu proripiūt iactatis & turbatis æquoribus: Vnde in præda lassati terras petunt. Inde factum vt dum hic udū relinquēs se confert in siccū / illo relicto profundo/aquarū supficiem petit/littorū accole/& pelagi nautæ/portendi tempestatē obseruauerint: sentiunt illi verius q̄ præsentiūt. Sed initia vel parua tēpestatū quæ homines terris q̄ aquis assuetos magis donec ingruerint delitescūt: illis em̄ præsentiūt nō sibi qd iā est q̄uis paruo initio sensere/nec alia ratione/ Apodes insoliteq; aues cū ad nos migrāt vel recedunt ad alios tēporū mutationes insinuāt/vi nanq; ventorū deferūtur/cui cōtra nare præ imbecillitate nō datur. Quapropter cū se se nostris aspectibus offerūt: violentiā flatuū expectamus: Quā illæ nobis sua quasi fuga nunciarūt/ Alij præsentire eas putasse videtur: alij nil certi hac de re se habere mōstrarūt / vt Iāblichus qui opinatur naturale præsagiū euenire vel ab acumine sensus/uel ab Sympathia uel alia quadā cōmotione viriū naturaliū/quod ante putauisse Vergiliū existimarim cū in primo Georgicorū scribit. Haud equidē credo quia sit diuinitus illis: Ingenium & quæ sequūtur: Nos autē nec abre vt putamus disseruimus sentire irrationalia sibi tantū/nobis vero si dicere liceat præsentire. His em̄ similibusq; de causis ex irrationabilibus nobis præsagire con cessum est/ cū & horū animantiū effectus/& quæ futura ex eis quodāmodo nobis portēduntur ab eadē causa perueniant: Exempligratia ex violentia ventorū/atq; ex animaliū illorū fuga & tempestas & procella deriuatur: ex propinquatione uero solis ad nostrū verticē tepiditas aeris prodit/ex qua & aduentus hirundinū & vernū etiā tempus ꝓcedit. Sic & crocitatus & garritus auiū naturalē non superstitiosam prænotionē pollicetur cum motu quodā naturæ animātes eiusmodi/vel de cōmodis aeris & victus quodāmodo gaudeāt/vel de aduersis tēpestatibus & cibi penuria lamentētur: nō tam sibi q̄ alijs quę participāt eadem specie. Sileat igitur Melāpus/ & Pythagoras de linguis volucrū interpretādis: Sileat Apolonius & quicūq; alij voces auiū obseruauerunt & interpretati sunt/quasi magnū aliquod & arcanū ꝑcepturi/ Nā sicuti apud Hieremiā scriptū est: Miluus in cœlo cognouit tēpus suū: Turtur/ Hirundo & Ciconia custodierūt tempus aduētus sui: Ita & cantus edūt aues & garritus proprij animi signa non mutationis rerū prognostica/ aduersus quā vanitatem/ sexto nobis libro est disputandū: Qui autē portēdi vel bona uel mala nulla ratiōe ducti obstinatissime autumarūt: potuerunt certe erroris cōmoneri ex infantibus quibus nullus arbitrij vel ratiōis usus ridēt: tamē & vagiūt/nec illud aliūde manat q̄ ex leticia/hoc nō nisi ex mærore doloreue ꝓuenit. Sed viri pietate præcipui/nō in vanitatē & superstitionē/ verū in religionē idipsum rettulerūt cogitātes ab ipsis volucribus quasdā ceu reddi gratias deo: ita impellēte natura: vt quæ volūtate/nō possent/suo tamē modulo vniuersitatis dn̄m venerarētur. Cæterū inter aīaliū præsagia nō parū aduertendū est: quædā magis/minus alia præsentire idq; ꝑ diuersitate naturæ & ꝑfectiōis euadere: Nā quāto magis altius hoc est ꝓpinquius ad humanā prudentiā scandūt/tāto exactius p̄sentiūt & præuidēt: ea sunt quę sublimio

rem absolutioremq́ phantasiam nacta fuerunt: Multa sunt eorum genera: multi gradus iuxta elongationē a stupida natura plantarum/ ostrearūq́ & propinquitatem ad hominē: Ad hæc autem inuestiganda obseruatio illa satis semper non facit/ut quæ disciplinę quodāmodo participes sunt/ac homini quodammodo subseruiunt & famulantur: ut Elephantes/ut Canes/ut multa auitij generis quibus in venatione utimur ea præsentiant magis & prouideant sibi: Nam formica & apis quæ nec magnitudine pares/nec hauriundę disciplinę idoneę sunt/exquisite præsentiunt & quadam ceu prudentia utuntur: Nanq́ & hec sibi domunculas reędificat miro ordine & suum sequitur regē: & mortuas effert socias/ac liquido distendit nectare cellas/illa uero uenture hyemis memor & ęstatis transiture exit in cāpos furatū grana/eaq́ singullatim ore trahit in caueam subterraneā/uel in excauatæ arboris reponit scrobe/vnde sibi suppetat alimonia dum deseuit hyems/dū nō tractabile cœlum. Ducuntur tamen ad id impetu etiam & quodam impulsu naturæ/non discursu arbitrioue quando & semper eodemq́ modo prouident nec alias aliter: Sicut etiam hirundines/turtures/palumbes/ciconię eodem ordine modoq́ nidificant/nec euariant. quibus vero ratio phantasię dominatur libero pollent arbitrio quare modo sub diuo degunt/modo in domibus/modo ruri sunt/modo in vrbe/mō hoc/ mō illo modo domuū māsiōes fabrefaciūt/modo venant/modo quiescunt/modo quicq́ amore prosequūtur/quod mox odio acerrimo insectabātur. Fallunt autem & decipiūtur sępenumero cum nec dei sequātur instinctū nec naturę dictato pareant & innatam prouidentiā aspernētur/ Vnde puto inertes & somniculos ac veterno marcentes diuino præconio verbis istis excitatos: Vade ad formicā o piger/quasi monuerit ita uacuo bonorum operū homini prospiciendum sit ne spiritali non procurata alimonia moriatur æternum: quēadmodū formicæ ne temperario pereat ciborum inopia granorū acerui stipandi sunt: qđ clarius a christo domino cū alias/tum ibi expræssum cū monuit nos: faciēdos nobis esse amicos de mammona iniquitatis / vt cum defecerimus recipiemur in æterna tabernacula.

¶ De pręnotione vulgi & prudentum quod omnis naturalis prænotio quandoq́ fallit Caput Quartum.

c Aeterum cū supra naturam & cognitionē irrationalium animantium q̄ homini competit & natura & notio collocetur: sequens est ut eorum etiam præcognitioni pręstet hominū prænotio/Diximus secundo capite quinq́ modis hominē naturaliter præcognoscere: Nunc hominū genera quod & supra tetigimus distinguendum: cum alij rudes: eruditi alij: & sint & habeantur: Eruditū autem genus rudi præstat/quemadmodū & brutis/ rude præest vulgus: quāq́ proportione dissimili: Nanq́ inter se homines tam ignari q́ sciētes specie conueniunt/eademq́ illis essentialis differentia constituit uerum indiuiduationis(vt aiunt)principio dirimuntur & qualitatibus corporeis uariantur / & affectionibus animi secernuntur. A brutis uero distant specie cum rationalis & irrationalis differentia genus ipsum animalis diuidat: & quasi secet in partes: quorū potior quæ ratione pollet hominibus brutis altera condonata est cū aūt quę inferior ordo possidet ea eminētius cōtineat ordo superior: fit ut rude vulgus/ & quod sui propriū est obtineat & eis q̄ inferiori brutorū naturę largita sunt polleat. Quēadmodū eruditis euenit: nā pręter id quod illis studiū & industria suggessit: quæ vulgo etiam præcognoscunt/explorate exacteq́ pręnouerunt: vulgus autem ipsum quāq́ multifariā partiri possemus: huic nihilominus nomini angustos ad pręsens

poſſeſſionis terminos præfigimus ut nil ultra protendatur q̃ ignorantię ſepes cõ
cludunt nec ullo pacto uel ſapientiũ atqꝫ ſcientiũ uel peritorum etiam artificũ me
chanicis operam nauantiũ inmiſcere ſe audeat/quos omnes ad præſens prudẽtes
appellauerim/cũ duce prudentia/ ſuas quiſqꝫ prænotiones ĩdaget: ob id puto ab
Homero quondã tributũ fabro ſapientię nomen & ob hanc & altiorẽ etiã cauſam
Paulũ dixiſſe apoſtolũ quaſi ſapiens architector fundamentũ poſui: vulgus autẽ
ipſum quãqꝫ ignorans/quanqꝫ ubera doctrinæ laboris tedio nõ præſſit aut ſuxit/
hauſto tamẽ naturæ lacte adoleuit adeo ut quãuis infans pręnouerit/tamẽ & effa
tus fuerit hyemẽ in qua frigore uexamur in ęquali autumno calcem urgere: hye⸗
mi ſucceſſurum placidum ver/in quo aeris fœcunda tranquillitas: ęſtatem exacto
vere ſecuturam/quo tẽpore æſtus moleſtiam pariat: poſt quã iterum autumnus:
pręnouit item fœminã prolẽ parituram: quã geſtandi uteri grauidam conſpiciatur.
prænouit quoqꝫ futurum/ut fameſcat ueſperi qui mane aut nihil aut minus come
derit euenturũ pariter præſagit: ut non multo poſt moriatur: qui iam ſenio confe⸗
ctus atqꝫ decrepitus nonageſimũ annum exceſſit: & ſi qua ſimilia animaduertit: q
rum aut iã manifeſtas deprædendit cauſas/ex quibus effectus prodeunt/aut nul
lam cauſarum noticiam adeptus/ita nihilominus euenire ſolere crebris experimẽ
tis obſeruauit: ea item ſeruanda prænouit quę formica ne pereat hyemẽ p̃noſcẽs
operatur/quod ni fecerit pereundum ſibiipſi pręcidit/quare accingit ſeſe ad cõpa
randam qua ratione poteſt alimoniam: ad ſtruendas manſiones q̃bus ab ęſtu gla⸗
cie niuibus: & quibuſcunqꝫ uel hominũ uel beſtiarum peregrinis iniuriis munia
tur: Prudentes autem uiri præter ipſam naturæ faculam cornea teſta concluſam/
cuius beneficio non offendit vulgus: maiori etiam lumine pollet: nam ipſam pru⸗
dentiæ lucernam adhibent qua & longius & exactius uident: ea eñ procuranda
ſibi prænoſcunt quibus etiam indiget vulgus & præterea proſpiciunt prænoſcũt
q̃ quid ſue arti conueniat/ut bene ſibi & familię ſit: quid ęgro ſi medicus/q̃d agro
ſi colonus/quid exercitui ſi militiæ dux/quid populo ſi ciuitatis aut prouintię pri
ceps/ quid proprię demũ arti & facultati/ Si uero ſapiẽs & philoſophus fuerit qui
ſpectatiua parumper diſciplina ſequeſtrata/ad practicos actus monendos cõuer
terit ſe/pręnoſcet non ſolum & pręſcribet quid ſibi & familiæ/ſed quid ciuitati/ q̃d
regioni futurum ſiet & profuturum: reliquis prudentibus eo præſtantior/ ꝙ ma⸗
iori lumine colluſtratus plura vniuerſaliora / remotiora cũ certius tũ perſpicatius
intuetur/huc prouecta naturalis pręnotio bene ſibi actum putat. Sed pręſtat huic
veri prophetæ pręnotio prudenti & philoſophica excellentior multo q̃ illa vul⸗
gari/eo eñ pręſtabilior ꝙ ſupra naturam dei munere largita/& proſpicit exactius
& nobis quoqꝫ ſalubrius conſulit/& cautius pręſcribit/& certius manifeſtat/ nãqꝫ
pedibus noſtris lumen dei & lumen ſemitis noſtris/nullus in hac error/nulla dece
ptio/in naturali uero multa errata contingunt ſiue ad brutorum & vulgi/ ſiue ad
prudentum præſenſiones prænotionesue reſpicias. Nam ſæpenumero hirundi⸗
nes pęnitent (ut ita dixerim) aduenisse cum ueris initio uel exuberantiores pluuię
deciderint/uel uenti truculentiores & gelidiores quã conſueuerint excitentur/Sed
neqꝫ eadem ſemper temperie omne uer pollet/nec eodem ardore æſtates omnes
excrutiant/nec pari algore quæcunqꝫ hyemes rigeſcunt: horum cauſa libri quinti
decurſu patebit/euenit eñ plerumqꝫ quod & hac ipſa æſtate contigit/ut Iunio mẽ
ſe quo exſudare identidẽ ſolebamus/aliquot diebus alſerimus/Quare fit ꝙ tam &
ſi ſtata illa ſint tempora/ſtatæ mutationes/ſtati uolucrum illarum aduentus: ex ac⸗
cidenti tamen uariatio ſuboriatur: Atqui nec parit ſemper fœmina tumore vẽtris
grauida/cum ut aborſum mittam: & concluſus uentus/ & retenta menſtrua & in⸗

utilis mola pro fœtu & prole sæpe virũ ludificent: Nec itẽ uesperi semꝑ famescit/q
non comederit mane/regio in causa potest esse/potest & interior humor/potest &
virtus superior condonata. Nã in ægypto duobus uel tribus diebus ab esu potu
ꝙ omni abstinere nec mirũ nec molestũ putabãt a monachis. Sũt & nostris ĩ regio
nibus/quibus ea in stomacho exuberat humiditas ut nunꝗ pene famescãt/idq; in
ægris identidẽ uideri datur quorũ plurimi ob putridorũ humorũ exundantiã se-
mel etiã uel minimũ in die comedere molestissimũ fuere qui integros etiã ãnos ab
omnibus esculẽtis & potulentis labia coercuerint. Nostra tẽpestate Colũba reati
na uirgo perusie sexenni uixit inedia/nil omino substãtię corruptibilis in cibũ sũ-
mẽs/sola christi cõmunione cõtenta. Vidi ipsæ & per interp̃tem allocutus sũ fœ-
minã in augusta uindelica morantẽ/q̃ quadriẽniũ ita publica in regione fama: ita
domestici testabãt ab omi cibo abstinuerat. In cõpendio studij theologię scribit
Rogerius baccon suo tpe in Anglia fœminã quãdã nil ꝑ annos. xx. comedisse/ id
ille in stellas refert (ut solet alia) quod certe ridiculũ ẽ. Cæterꝝ nec oẽs nonagenarij
paulo post moriunt: Vidi ego cẽtennes/& paulo ante obijt nõ longe qui tertiũde
cimũ supra cẽtesimũ euaserat: ꝙ si citetur antiquitas nonagenarij uix tũ pueritiæ
terminos egrediebãt. Nã ut mittã primũ hoiem q nõgẽtos & triginta uixit ãnos
& Mathusalẽ qui eo ãnis nouẽ & trigĩta lõgęuior. Multi etiã post diluuiũ adeo ui
uaces ut nostra decrepitas ꝓ iuuẽta illis fuisset/hinc manifesta uanitas apud petrũ
Aponẽsem dep̃hendit/seu ut ille se cognomĩat paduanẽsem dicere maluerimus:
detis hãc loquẽdi ueniã grãmatici: detis & rhetores/nõ em̃ patauinitas hęc q̃lis in
facũdissimo scriptore Liuio notata/sed paduanẽsitas ita em̃ hec a paduanẽsi ut il-
la a patauino iusta analogię ꝓportõe deducit: hinc risus cõcitat hic dolor dũ & su
ꝑstitiosi q̃dã & ignari apud ĩperitos adeo colunt & obseruant ut noceãt & q̃bus-
dã ueris epotis multa simul falsa deglutiãt: hũc patruus libẽter redarguit/ ego for-
tasse non minus si q̃n se facultas obtulerit taxabo/quãꝗ iustus & integer liber ex
eius erroribus seorsũ colligi posset: Is igit aponẽsis ĩ libro q ab eo Cõciliator inscri
bit differẽtia nona tãta blatterat ut ĩ ꝓmptu nõ sit q̃d ĩprimis & magis redarguen
dũ/cũ multa ad rẽ de q̃ nũc tractamus ꝑtineãt. adducã ꝓpria illius ṽba Quępiã de
annis humanę uitę ꝓpter secũdũ inq̃t sciendũ q̃dẽ qđ ut resonãt sermones legum
& Nosacę p̃cipue natura humana debilitata ẽ/ab eo ꝙ ãtiq̃tus existebat/cuius q-
dẽ signũ ẽ q̃m audiuimus hoĩes a mũdi generatione & citra productos lõgeuissi-
mę uitæ existentes: Sicut ex Mose colligitur Genesęos libro: Adam em̃. 930. uixit
annis. Mathusalẽ uero. 969. Noe uero. 700. cũ Abrahã & alijs cõsequẽter etiã ab
illa lõgeuitate minoratos/uelut Mosen Dauid & Aaron cum Leuiticis/sicut ꝑ eũ-
dẽ ibidẽ apparet dicentẽ/non permittã spiritum meũ in homine. quia caro ẽ ultra
centum & uiginti annos. Hec nanꝗ est uita naturalis/secundũ etiam Astrologos
tot em̃ sunt anni solis maioris. Hęc petrus ex apono in quibus si recte ꝑcipiantur
multa delirat/sed nõ singula ꝑsequẽda. Errat quidem dum naturalem uitã illo spa
cio pręfinit: Neꝗ em̃ minus naturalis primi temporis uita ꝙ ea qua post diluuiũ
homines uixerunt imbecillior forte/nõ naturalior/ꝙ post diluuiũ fuit. Qua enim
philosophia didicit ut centũ uiginti annorũ vita naturalis sit: nũ ergo & superior
& posterior p̃ter naturã? Sed hęc mittamus: Errat itẽ insigniter diuina verba citãs
& ĩsignius aberrat in sensu/nã spaciũ cẽtũ &. xx. annorũ ad uitã ꝑtinere hominum
putat quę ultra non portenderetur/falsum id quidẽ & sacris litteris aduersum / cũ
post diluuium multi tercẽtos etiã annos uixerint/& aliqui quadringentos exces-
serint/Sed & Isaac q multa post sæcula ęditus centũ & octoginta uixit ãnos patrẽ
quinꝗ ãnis superãs q perperã ab Aponensi cũ Mathusalẽ & Noe cõputat: cũ nec

Cataclysmi tempore nec numero annorum conferendus sit: quippe qui eluuione iam multis seculis peracta floruerit/Sed nec diuina illa sententia: non permanebit spiritus meus in homine in æternum quia caro est/eruntq́ dies illius.cxx. annorũ/ eo spectat/ut ex illa scilicet hominum vita.cxx. annis notarent in posterum / verũ & indignationis dei & intercidentis more cataclysmi mentio facta quasi vitam illius seculi eo tempore præsignarit/ cum post annos centũ atq́ viginti ruptis omnibus fontibus abyssi magnæ/& apertis cœli cataractis ac dierũ quadraginta totidemq́ noctuum pluuia demissa altissimos montes quindecim cubitis aqua ꝑcelluit: Vnde omne illius seculi animatum genus / his exceptis quę intra arcam Noe conclusa fuerant/eluuione perierũt. Atqui nec Astrologicũ illud dogma etiã si uerum sit quicq́ probat. Si em̃ annis solis nostros annos gubernas/cũ ille non solum maiores/sed & maximos & minores/ut Astrologi uolunt/Nec tu diffiteris habeat cur de maximis ita/aut minoribus humanã uitam non deducis? Multa preterea falsa ibi cõminiscitur inter quæ illud qđ pertinet etiam ad annos fuisse commentatorem Auerroẽ Anno gratiæ centesimo quinquagesimo/ita illũ in secundũ cœli librũ innuere. Parum erat Aponensi isti in theologia/in philosophia delirasse / ni & in historia quoq́ temporũ exorbitaret Cõmentatorẽ ex Maomethis Arabis secta fuisse nemo ẽ fere qui nesciat/Is aũt Heraclij principis tempore fuit quo cũ etiã cõflixit. Heraclius vero post virginis partũ annos circiter .630. principatũ adeptus est. quid quod Auerroys filios / vidit Romanus Aegidius beati Thomæ discipulus qui forte non amplius annis sexaginta præcessit Aponensem. Hic em̃.M.ccc. tertio suũ cõciliatorẽ cõpilabat Aegidio ducẽtesimo octuagesimo vel circiter defuncto. Sed cur moramur in remotis si Auerroys ipsius cõmentaria ꝑlegerimus/ in eundẽ librũ quẽ citat inueniemus utiq́ in enarrationis particula in decima supra centesimã/semel eũ atq́ iterum meminisse quo tempore scribebat / Nã primo quingẽtos triginta/deinceps quattuordecim supra quingentos a Maomethis prędicatione annos enumerat. Opposita huic uanitas de Artephio circũfertur q̃ se annos mille & uigintiquinq́ vixisse dũ scriberet testetur. Quẽ Rogerius miris tollit pręconijs (vt superiori libro mõstrauimus) Idem narrat quingentis annis quẽpiã uixisse vnctionis cuiusdam beneficio/ut iam minus mirum uideri possit Plinij testimoniũ de eo qui foris oleo intus mulso vtens centum annos supgressus fuerit. Sed iam nimis multa ne in vanis scrupulosius redarguendis vani ipsi uideamur: Redeamus igiť vnde diuertimus colligẽtes nullã esse aut brutorũ animãtium aut vulgi prenotionẽ quę aliq̃n nõ fallat/Sed neq́ prudentũ omnes quadrant cũ om̃e lumẽ naturæ prophetico lumini comparatũ crepusculũ sit/ne noctem dixerimus Hoc igiť lumẽ quod a sancto Bonauẽtura superius appellať nunq́ fallit. Fallit exterius quod mechanicæ arti tribuit. fallit inferius quod sensitiuæ cognitioni congruere dicit/fallit interius quod philosophię coaptat de sensu notissimũ qui ex accidẽti/ex obiecto cõmuni/ex nimia etiam erga propriũ & peculiare obiectũ distãtia fallitur: Sicuti apud Aristotelem claruit de philosophia ipsa compertum. Cum & ipsi met eius authores sæpe in præcipiendo & sæpius in faciendo delirent/Siue liberales artes quæ mixtę sunt ut visilis musica & Astrologica in alijs em̃ cur ꝑnoscas siue philosophię spectatiuæ munera/seu moralẽ etiã attigeris/nam ex visili linea quandoq́ obtutus fallitur/Nec sonori numeri semper complent aures: nec sydera statos ad vnguẽ cursus obseruant/quando indepræhensi motus sunt: Sed & rerum proprietas inmersa materie scrutatores suos fallit / De morali uero notissimum/ circunstantias uirtutum difficulter seruari / quis enim prudens semper utitur prudentia? Quæ item prudentum prænotiones & consilia quandoq́ non

vana: Ingens hec res volumẽ expoſceret/ſi uel minimã eorũ: quę nouimus portionem notare vellemus: Sed neqꝫ noſtræ eſt imbecillitatis docere prudentiam/q̃ dei donũ eſt ab ortu naturæ inſertũ animę/quanqꝫ eius abſolutus uſus aut nunqꝫ aut raro niſi ſeris ab annis. neqꝫ pariter prudentũ errata colligere inſtituimus/hoc eſt obſeruare quotiẽs qui prudẽtes exiſtimati ſunt prudẽtia duce ſua munera nõ obiuerint. Sed tantũ vel oſtẽdiſſe uel innuiſſe oẽs humanas prænotiões nõ ſemp euẽtis cõuenire/& quantũ eis uti liceat/vel de longinquo monſtraſſe qđ in alijs diximus in mechanicis quoqꝫ dictũ pariter intelligi velim: Hę ſeptẽ ab Vgone & alijs numerant Lanificiũ/Armatura/Agricultura/Venatio/Nauigatio/Theatrica Medicina: Sed ſint plures/ſint pautiores/ neqꝫ enim hęc ad pręſens neceſſaria aut opportuna diſcuſſio/De agricultura & medicina quid illius decernunt authores. an ſuo cum Hippocrate vniuerſa medicorũ caterua nõ clamat experimẽtũ fallax: iudicium difficilæ: An cum de tẽporibus obſeruãdis nitidiſſimus agriculturæ præceptor Columella/verba facit/monet in diſciplina ruris ſcrupuloſitatẽ eſſe reijciẽdam atqꝫ vt erat in prouerbio/pingui vtendũ minerua/verũ quoniã ſtata eorũ pręcepta/ſtatæ regule & ex prudentia & iugi obſeruatione poſite/ raro euenit vt fallant de quorũ prænotionibus nõnulla quantũ ad præſentem librum ſpectat diſſeremus: Agricole primũ & paſtoris/mox nauigatoris ac medici aliorumqꝫ operariorum attingentes præſagia.

¶Da prænotionibus Agricolæ. Caput quintum.

i Taqꝫ ſi ſtatis temporũ & cœli regulis prænoſcere prædicereqꝫ voluerit vel Agricola/vel nauta/vel paſtor/aut nunqꝫ decipietur/ aut nõ frequẽter. Attingemus pleraqꝫ vt idẽ ferri de reliquis iudiciũ poſſit: Id potiſſimũ curantes/vt quas illarꝫ artiũ ſcriptores rerũ cauſas ꝑtermiſerunt vel innuamus ipſi vel ſubſignemus: ne aut diuina aut ſupſtitioſa huiuſcemodi ꝓſagia exiſtimẽtur/q̃ ſuũ in ipſa natura principiũ obtinẽt/ quo cognito & q̃ ab ipſo fluũt dignoſcũtur: Ita experimẽtis ratio adſtipulabit. Idibus Ianuarijs vẽtoſam tẽpeſtatem & incertũ ſtatũ expectari ſcribũt: q̃ de agricolatiõe præcipiũt: & ꝓcipue Columella libro. xij. q etiã. xviij. Kľs februarias putat tẽpeſtatẽ incerte. xvij. Kľs Africũ interdũ Auſtrũ cũ pluuia: ita multas vľ tẽpeſtates vel pluuios dies Ianuarij menſis obſeruandos monebat/nullã afferẽs rationẽ/cur ea eueniret/ experimẽtis dũtaxat cõtentus. Verũ & ratio nobis ad modũ ſuffragari videť: quoniã bruma tum pene conſumitur & annus extremo illo rigore depoſito paulatim incipit tepeſcere/ & invernũ tempus inclinare: Inter finẽ autẽ rei cuiuſpiã & exordiũ alterius ſi diuerſę illæ naturæ fuerint & inuicẽ alternæqꝫ ſuccedãt pugna quædã oritur & cõflictus contrarijs earũ rerũ viribus inter ſe certãtibus. Porro hyemi ſuccedit ver illa frigidę humidęqꝫ naturę eſt qđ ex eis depræhẽditur q̃ parturit pene ſemꝑ & parit pluuijs/pruinis/niuibus/ob ſolis elõgationẽ ab ea parte cœli quę noſtris capitibus inminet: Veris aũt natura cũ humida calidaqꝫ & ſit & habeať in ea em̃ tẽpore iã indito corporibus animantiũ ex ſolis reditu ad noſtrũ verticẽ in ꝓpagationẽ ſobolis vniuerſa concitãtur: idcirco euenit vt humor iſte tepẽtior & viuificus calor gelide illi humiditati/& humidę frigiditati aduerſetur/vt vincat vt obtineat illa cõtra ne pellatur ne ſuperetur reſiſtat naturæ ordine ſtatuto vt inter ſe cõtraria ſi proxima fuerint altercentur & bellent/ videre id in viridi ligno omnibus datur cui fiat proximus ignis: pellere hic contrariam ſibi frigiditatem humiditateqꝫ non deſinit quoad materiam illam ſibi ad inhabitandum præparauerit/ contraqꝫ humiditas & frigiditas ligni poros quaſi fores occludit/vt excludat hoſtem/ qui ſi valentius

aggrediatur & uires exacuat cedunt aduersarij & iam patet aditus hosti: hinc ille quasi querulę & gemebũdę voces ardẽtis ligni/ hinc humiditas victa guttatim decidens quę/ ita dixerim/ mærore confecta lachrymabunda disperit. Tepor igitur aduentatis veris cum frigida humiditate confligens tẽpestates excitat & aeris pa rit inconstantiam. Venti enim ex conflictu illo generãtur trahente & euocante ad se materiam sole/ qui directius iam nostrũ aeria ferit vnde tolluntur vapores seges nubium ventorum & pluuiæ: Sed obstiterit fortasse quispiã nõ ita esse cõtendẽs vt cõfligat eo tẽpore exordiũ ueris cũ finę brumę & alias quoq͂ & eas q̃d astrolo gicas a Columella innui causas tempestatũ & pluuiæ / eũ enim quanq͂ nõ in omnibus in aliquibus tamen mutationibus aut occidẽtis aut oriẽtis cuiuspiam signi cœlestis siue imaginis mentionem facere/ vt Leonis ut Cancri/ Delphini quoq͂ & fidicule non satisfacere/ Itẽ rationem alatam particularibus illis mutationibus dierũ peculiarium/ ex ea enim sequi vt toties hæ fieri mutationes debeant quot inter initium & exordium temporũ illorũ ueris scilicet & hyemis intercidũt dies oportune obijcitur. Sed statim diluemus obiecta interstiõiũ illud veris & hyemis nõ aliũde/ quã ex ipsomet authore desumpsimus: quanq͂ nõ me latet diuersa esse temporũ initia iuxta diuersa scriptorũ dogmata/ sicuti & varias annorũ mensuras est reperi re. Sed & diuersa etiã secula de quibus Censorinus multa disseruit veterũ colligẽs opiniones. Monemur autẽ ab ipso Columella principiũ ueris nõ ita a rustico quẽ admodũ ab Astronomo obseruandũ esse: quoniã inquit consumpta bruna iam intepescit annus permittetq͂ clementior dies opera moliri / & postq͂ semestriũ illud primũ tẽpestatibus annotatis percensuit: ad hunc modũ subdidit. Itaq͂ ab idibus Ianuarijs quod habetur tẽpus inter brumã & aduentũ Fauonij / si maior est vineæ vel arbusti modus / quicquid ex autũno putationis supersit repetendũ est: confinia igitur notauit vtriusq͂ tẽporis/ quanq͂ nec extremũ illius/ nec primũ omnino istius temporis diẽ subscripsit/ exactius hoc præcedentis libri de cultu hortorum his versibus declarauit. Post vbi rhipheæ torpentia frigora brumę. Cãdidus aprica zephyrus regelauerit aura. Sydereoq͂ polo cedet Lyra mersa profundo. Veris & aduentum nidis cantauit hirundo Sane siue extimũ siue citimũ finẽ prin cipiũq͂ & brumæ capias & hyemis/ conflictũ etiã pugnantiũ qualitatũ frigoris & caloris capias necesse est/ nullãq͂ omnino diuersitatẽ aliã inuenies/ quã intentioris remissiorisq͂ pugne/ siue cito finias hyemẽ & actutũ uer exordiaris seu longũ hye mi præfigas terminũ/ & serum etiã ueri pręscribas initiũ. Vanitati autẽ astrologicę tam fauere nõ potest Columella q͂ qui eam magnopere impugnauerit. Meminit enim eodem libro suæ aduersos astrologos lucubrationis qua inquit exigebatur id quod improbissimæ Chaldęi pollicentᷣ / vt certis quasi terminis ita diebus statis aeris mutationes respondeant: cum autẽ orientiũ & occidentiũ imaginũ meminit non ideo dictũ affirmemus vt eas rationabiles causas aeriæ mutationis putauerit verum quia eis tẽporibus mutationes ille eueniũt: Contigere etiam imaginẽ hãc oriri/ occidere illã & sub nostrũ finitorẽ delitescere/ q͂ si ea significare interdũ tẽpe states interdũ facere uelle videatur/ si eũ ab errore defendere voluerimus eo modo quo diximus signum eo modo causam intelligamns: vt non per se causa non per se signum/ sed ex accidenti & quadã quasi cũ ꝑfatione ueniæ nuncupetᷣ/ qd̃ simul tamẽ/ quanq͂ diuersis ex causis cõuenit & ab eadẽ etiam causa quanq͂ diuerse ꝓ ficiscitᷣ/ nã solaris motus causa est/ vt diximus aerię illius mutatiõis/ neq͂ etiã ab ea abest causa q̃ fidicula occidit/ & delphinus exoritᷣ/ si recte astrologi solẽ ducẽ astro rũ appellatis: si uero eũ refugitis ducẽ & causã certe motũ sũpiorẽ/ seu octauæ seu nonæ sphæræ & mobilis primi/ non effugetis vñ oĩbus motus inuehitᷣ. Vñ sol ad

nostrum defertur uerticē. Vnde pariter fidicula & delphin & exoritur & vt aiūt poetæ in equore mergitur. Alioquin falsa cum plerisq; sensisset qui cœlū eius rei signū esse posse crediderūt cuius causa non sit/quā quidē opinionē late in quinto huius operis libro confutabimus:his de rebus ita decernentes nihil oīno a patrui doctrina desciscimus: Nam præter alia cū de solis opibus tertio cōtra Astrologiā libro dissereret/has notauit causas/illudq; immiscuit:admonēdū esse lectorē oportere hanc tēporū varietatē ab his qui rem rusticā & nauticā scribunt ꝑ occasum & ortum stellarū fixarū denotari/vt Arcturi Vergiliarū/Hyadū cæterarūq; similiter nō ꝙ ipse sint quarū influxus cauētur/vel expectātur/alioquin nec astrologi hoc dicerēt qui ꝑ se illas præsertim nisi cardines teneant/ esse volūt inefficaces: Sed ut magistris illarū artiū illiteratis indoctisq; visibile signū sit quo tēpus illud dignoscatur qđ neq; perpetuū simul & cōspicuū inuenire melius quā i emersu occasuq; stellarū viderētur. Cæterū & ꝙ tertio nobis obijciebatur/facile tollitur: Nam minime colligitur ꝓpterea quibuslibet diebus mutatiōes fieri/ quia obseruatū sit easdē aliquibus contingere:satis eñ nobis fuit rationē reddere eorū quæ fieri experimēta docuerūt. Cur autē non fiāt alia pariter:multa esse possunt in causa/Si quidē & consumpta iam sublata materies ob pluuiā frequentem: & violentior ventus alio nubes abigēs/ id potest efficere: & multa similia accidere facile est/de varijs materie condictionibus identidē ꝑscatentia:Que confirmari eternū possunt ex ijs quę ab eodē Columella deinceps enarrātur:nā sequēti Februarij mense/Calēdis inq̄t fidis incipit occidere/vētus Eurinus/interdū Auster cū grandine/ tertio nonas fidis tota & Leo medius occidit/Chorus autē septentrio/nōnunq; Fauonius. Sane aliunde nō possumus has diuersitates eruere/præterq; ex inferiori materia: Nam fidis occidēs ventū Eurinū parare nequit & interdū austrinū cū grandine. Si enim ex natura imaginis cur modo Eurū humidū ventū modo Austrū etiā siccū & cum eo grandinē frigidæ siccæq; naturæ suscitaret/ & nō semꝑ eundē magis tenorem seruaret/& vbiq; terrarū/neq; eñ conuenit/vt ab eadē causa naturali qua talis est & satis patrando operi/diuersa cōtrariaq; perueniāt. Atqui nec grādi nisi ex materiæ condictione demittitur ipse qui paulo ante quintū & trigesimū annū excessi nunq; memini aut nostris in oris aut in vicinijs/Mutinensis ferrariensis/ Mantuani Bononiensis/agri vel Calendis Februarijs/vel toto illo mense vidisse grandinē/ sicuti nec post septenbrem sensisse fulmina/ vel fulgura conspexisse. Romæ vero dum essem anno ab hinc septimo:tertio Calendas nouembres non nisi suspicione periculi/fulminis crepitum sensi quo icta est Hadriani moles & extima pars in tyberim & subiectos campos deiecta/fit hoc illa in regione calidiori & alia sub cœli inclinatione posita/quod nobis non accidit quibus nec tam cito accedens calefacit sol/nec tam sero recedēs frigori exponit/quanq; inter huius anni exordia qui a christi ortu q̄ntus supra millesimū &.ccccc.voluit/ ipso mēse Ianuario p̄ter motū terrę quo & Bononiæ multa ædificia corruere etiā violæ florere/ Coccyx etiā & Cicadæ cecinerūt/& ordea & frumēta spicas: sed & flores & gēmas & folia arbores emisere qđ & rustici pariter & urbani supraq; dici potest demirati sunt: quæ quidē nullā astrologiæ arrogāt fidem / vt suo loco monstrabitur. Nūc redeamus ad ventos a sole suscitatos:qui modo nostris/modo alienis capitibus imminēs/ ex varijs terre halatibus quos ex sui natura euocat & in sublime tollit/ interdum Euros excitat / interdum fauonios:ob hæc aliquando aqueus humor euocatus in altum ex conflictu frigoris / qui superiori illa excalfacti aeris tepiditate conclusus/& ideo interpugnandum collectis viribus fortior factus coit & congelatur in grandinem:Ita & Corus & septentrio & nō nunq; Fauonius eadem causa Nonis

febrnis perflant/ pro diuerſitate ſcilicet ſublate materie/nā ſi eiſdem in regionibus
quibus pari diſtantia ſol proximus ſit/ eiſdē etiā ſtatiſq; temporibus/ modo ſpirat
Fauonius/ modo ſeptētrio furit/ille humidus & calidus/hic ſiccus & frigidus/non
ſolum fidiculæ id & leoni occidentibus quibus ſuſcitādi ventos potentia non in-
eſt cum hominum ſint inuenta & excogitate imagines quæ ſi vtiq; ineſſet excita-
rent potius cum emergunt & oriuntur noſtro hemiſpærio/quam cum ſub eodem
merguntur & occidunt: non ſolum inquam fidiculæ id & leonis imagini / ſed nec
ipſi ſoli per ſe referri acceptū poteſt/ſoli dico omniū quæ i ſublime tolluntur quaſi
dixerim parēti:Sed terre potius quæ ceu mater agenti illi diuerſos quaſi filios par-
turit & parit ꝑ diuerſitate ſcilicet vaporū qui loco ſeminalis materiæ duci poſſunt.
Quandoq; igitur exhalationes tolluntur frigidæ & ſiccæ/quādoq; humidæ & ca
lidæ.Solem eundē cœli punctū obtinente/ hinc fit ut quo tēpore lenis & placidus
Fauonius ſpirare ſoleba t/ eodē trux & impetuoſus Boreas a ſeptētrionibus irrū-
pat:hic ſterilis rhipheo frigore exſiccatus & gelidus / ille humore & calore viuifi-
cis apprime fecūdus/vnde a Gręcis Zephyri nomen quaſi vitā afferētis obtinuit/
In quo miror Pliniū ſiccisſimū eum ventū appellaſſe cum ea qualitas per ſe nō per
tineat ad vitam cui ille maxime fauet/ vnde Fauonij quoq; nomē accepit/ ac vt is q̃
nobis nil minus cogitātibus interſcribendū excidit verſus exprimit. Qui toto ſpi
rat fœcūdi tēpore ueris.ꝙ ſi ꝑcunctatus fueris cur modo hæc/modo illa in ſublimi
bus ſeu ſi græce dixeris meteoris materia feratur / nil recte tibi aliud reſpōderi po-
teſt/q̃ ſi in varium materiæ fluxū cauſa referatur cui pro mobili ſua & affectioni-
bus pene omnifarijs ſubiecta natura euenit/ vt non ſolū a ſupremis illis corporeis
cauſis patiatur/ ſed a multis & fere innumeris infra celū identidē affecta mutetur.
Sole ipſo eiuſdem non ſolū naturæ:ſed qualitatis ſemper manente/nullāq; præter
locorū & variorū cœli punctorū in ſua peragratione viciſſitudinē patiente/huius
calori per lucē effuſo cuncti indiſcriminati vapores aſſurgūt/calidi celerius ob na-
ture cognationē & cōuenietia quod Sympathie nomine ſignificari ſolet a græcis:
frigidi vero tardius & quaſi a Symboli fuerint repugnantius ex hac radice perci-
pi poteſt qua de cauſa aliquo in loco tēpeſtas excitetur/ vigeat in alio tranquillitas
citius aliqua in regione ſtrepāt tonitrua citius per terre faciāt fulmina/nam præter
illam cuius ſæpenumero meminimus / Solis appropinquationē ad punctū cœli
noſtro uertici aſſiſtens ad perpendiculū quo vehementius ferit & remotionē ab
illo quo mitius irradiat : Materiæ quoq; diſpoſitio plurimū in cauſa eſt / quæ ali-
quando mittendis vaporibus præparata & idonea/aliquādo contumax & mini-
me conſentiens inuenitur/quæ item ob eius ꝑticulas varie affectas modo frigidas
exhallationes emittit/modo ſiccas/modo humidas/modo calidas/modo frigidas
& ſiccas/modo humidas & calidas/Mixtimq; varias & varie cōpactas. Vnde etiā
obuenit vt quæ nunc terræ & aquæ particula ad generandū vaporē apta fuerit/
paulo poſt inepta reddatur contraq; ea quæ hoc ipſo momento inhabilis fuerat.
Accedētibus ſecūdis & inferioribus cauſis affecta mox habilis diſpoſitaq; reddat̄
Vnde hoc die magis q̃ illo/illo q̃ alio/tonitrua/ fulmina/uenti/pluuiæ/& cetera id
genus ꝓueniūt/ quorū in meteorologicis Ariſtotelis libris crebra mētio facta eſt/
Ex iſtis quæ quaſi in trāſcurſu ægimus / ſolui omnes dubitatiōes poſſunt quæ de
mutationibus aeris & tempeſtatibus ſuboriri qūeūt legēti libros Agricolationū:
exorſi enim ſumus a Ianuario & Februarij quoq; obſeruatiōes villicas attigimus
quibus mutatiōes aeris prænoſci atq; portendi Columella definit. Ita ad reliquas
diſſoluendas ſtrata videtur via / nam ꝙ Calēdis Martijs Africus/ interdū Auſter/
cum grandine/ pridie Idus Martias argo nauis exoriatur : Fauonius aut Auſter/

interdum Aquila spiret Nonis Aprilis: Fauonius aut Auster cum grandine portendatur/ꝙ Calendis Maij septentrionales uenti: ꝙ Calendis Iunij & quarto Nonas tempestas uentosa & interdum pluuia significetur non alias naturales causas asciscamus ꝙ quę supra narratę sunt: Q, item idibus Iulij tempestas/Calēdis Augusti ethesię & septimo idus nebulosus ęstus expectentur & si qua eiusmodi longo decursu ab illo explicata pariter eodem referenda sunt/ Obseruarunt agricolę ea fieri causam minime norunt/quia altioris hoc opus indaginis/eam autem physica ratione ipse monstraui quæ singulis huiuscemodi nō difficulter aptari potest.

¶ De prænotionibus pastoris & nautæ Caput Sextum

hAbent & pastores prænotiones suas/habent & nautæ / nec ab illis ipsis abhorrent quibus utuntur agricolæ/ Crebris em̄ experimentis didicerunt prognostica tempestatum: quibus illi suis armentis & pecoribus/ hij & sibi & suis nauigijs consulant. Ac ne quis miretur pastoris prænotiones distinxisse me ab agricolarum præsagijs aduertat diuersas iure prænotiones illis competere/quāꝗ in aliquibus etiam communicent cum diuersæ eorū artes sint diuersa officia & plerumꝗ contraria. Columella quē supra citauimus non inficiatur contrarium esse pastoris propositum/& agricolæ/nec sine ratione prudentes quosdam agricolas pecoris abnuisse curam. Hę ipsę artes ab initio generis humani cum solæ essent/duoꝗ tantum homines nati fuissent/ut sacre littere docēt unam alter/alius alteram coluit. Abel em̄ ouium pastor erat: Cayn autem agricola quāꝗ hic altius lateat mysterium de quo minime hoc loco differendum. Pastores itaꝗ cum agricolis & nautis in prænotione hoc pacto cōueniūt/ꝙ omnes pariter obseruant tēpestates & ventos & pluuias/quāꝗ diuersæ/hic uentos illi frequentius pluuias timent atꝗ horū alter uentos magis metuit: Alter pluuias sępius exoptat/uicissimꝗ nota aliquando cōmutant. Igitur de pastoris & nautæ prænotionibus non nulla disputemus: Lunam illi obseruant freqūēter ex qua cientur tempestates & uenti pro diuerso eius ad solem habitu & configurationibus uarijs qbus magis & minus terrena patiūtur lumine ille magis minus ue subiectā materiam afficiēte. Vnde alia ratio plene/alia silentis/alia cornicularis/alia nouacularis/alia diuiduę. De hac obseruatione agricolationis etiam scriptores præceperunt/ præsertim Varro & Plinius/quāꝗ ille pauca/neꝗ hic plurime qui etiam tantū abfuit ut superstitioni astrologorum hac in parte faueret/ut aliquo in loco naturæ in dicta persona clamauerit: Cur sydera queris rustice: Iam te breuiore somno fessum præmunt noctes: Ecce tibi inter herbas tuas spargo peculiares stellas. & iterum / dedi ecce tibi herbas horarum indices/& ut ne sic quidem tuos oculos a terra reuoces/ helitropium ac lupinum circūaguntur cum sole/cur etiam nunc altius spectas ipsumꝗ cœlum scrutaris: habes ante pedes tuos ecce uergilias/in certis eę diebus ꝓ ueniunt durantꝗ fœdere syderis huiusce: Verꝫ tota fere varronis & plinij lunaris obseruatio paucis constat/ut decrescente scilicet luna frumenta metantur cedātur ligna/tondātur oues & capilli/verres/iuuenci edi/arietes emasculentur. noua luna supponantur oua/calcentur musta cum luna sub terra/seminaria cum supra est fiant & si qua similia/horum autem omniū sicuti & tempestatum & uentorū quæ in lunam referuntur/causa est luminis eius multitudo & paucitas. ea em̄ natura caloris ut cum debilis est humiditatem non moueat aut trahat/ cum adauctis uiribus fortior factus fluere faciat eoꝗ potentius quo ille potentior: quāꝗ fieri potest ut tantū inualescat ut eam quā fluere faciebat humiditatē penitus consumat quo fit

ut tum exsiccet non humectet. Lune uero calor utpote ualde tenuis haud unq̃ ex siccat humefacit potius sed diuerse. quo eñ plus habet luminis plus efficit humidi tatis/ nã ex multitudine luminis multitudo profluit caloris: Igitur postq̃ luna ple na fuerit donec semiplena est humectat magis/ minus uero immo quodammodo desiccat cum ea quæ ex illa deriuabatur cesset humiditas dum proxima fit ad solis congressum: quippe quę tum lumine ea ex parte qua nos spectat destituatur/ qua re rectę luna decrescente prenosse potuerunt & nautæ & pastores & agricolæ q̃ ceduntur ligna duratura esse/ tum enim ędificandis nauibus/ struendis casis fabre faciendis armentorum stabulis materia paratur quæ humiditatis copia/ ob demi nutionem lunaris syderis destituũtur defendũturq̃ ob id magis a carie cuius ma ter & alumna est humiditas putredinem passa: prænouerunt item pastores si luna lumine destituta oues totunderint fore ut citius lanam promant/ cum illa adoleue rit/ si eadem silente frumenta metantur & calcentur musta/ prenouit agricola con seruari ea & perennare diutius/ eadem in omnibus ratio/ quã q̃ ab illis minime co gnita sed experimentis comperta/ minus eñ tineæ & blattę quę de humore scatu riunt infestant grana cum sicciora suis in cellarijs congesta fuerint: & musta inno centius a marcore seruantur/ Sicciora uero sunt quemadmodũ supra significaui mus si luna decrescente metãtur calcenturq̃: Siquidem cum luna (& quę in granis uigebat) decrescit humiditas corruptioni obnoxia & uuaceus humor excrementi cius redigitur ad temperiem. Humiditatis item effluxus quia castrandis animali bus timetur: ideo qui idipsum efficere cupiunt siccam lunam expectant & siccum etiam per se anni tempus quare in autumno sicciori alijs tẽporibus castrari uitu los iussit Hesiodus. Sationẽ autẽ plantationemq̃ prospere fieri presagiunt/ Si ado lescentis lunæ tempus expectetur tum eñ semina atq̃ radices largiore humore fę ta velocius adolescunt. Crescente igitur luna humidi fit accessio/ decrescente immi nutio. Verum nec lumen eius solum/ sed & motus quoq̃ ad augmentũ & decre mentũ operatur quo circa/ dum a solari congressu discedit/ donec media illumine tur plus humiditatis & caloris demittit in terras/ q̃ cum tantũdẽ luminis possidẽs ad congressum tendit. Illic eñ lumen augescit/ hic deficit/ Illud uero fortassis hoc lo co examinare oporteret: quod ab Aristotele in libris de animaliũ generatione di citur/ tempora uidelicet decrescentis mensis humidiora & frigidiora esse/ quæ uti q̃ res non congruere modo/ sed aduersari eis quæ supra diximus aperte cogno scitur ni dubitationẽ hãc & uere & docte. Io. patruus in tertio libro aduersus astro logiam cum alijs plurimis dissoluisset: docens duplicẽ esse humiditatẽ: aliam quæ uitæ magis conueniat/ cuius supra mentionem fœcimus: Alteram quæ ab elemen tis sit/ uiuidam illam magis succulẽtiorem atq̃ fœcundiorẽ haberi: Hãc uero aque am ni salutarem excrementiciã/ illam cum luna crescente pariter crescere/ uel quæ scilicet in corporibus præerat facta fluuidior/ uel uiuifica magis beneficio lunaris caloris: Sic apud Aristotelem ex lunaribus incrementis echinnos & id genus ani malia pleniora fieri & uberiore lumine fœta vitalius incalescere melius concoque re atq̃ inde succulentiora euadere: Hanc autẽ excrementiciã humiditatẽ crescere/ decrescente luna: Humiditatem inq̃ ab elemẽtis prouenientẽ inferioribus: qbus luna minus resistat & debilitata calore & sub finitorẽ maxima noctis parte demer sa: Hinc eodem Aristotele auctore fluere menstrua plenius propinquãte nouilu nio eodemq̃ tempore tolli uapores multos ad pluuias effundendas quibus fieri ut & crescente luna/ & decrescente alię atq̃ aliæ fluuiant humiditates/ crescẽte bo næ & uiuidę/ decrescente aũt excrementicię: Ex ijs quæ diximus reddi etiam cau sa potest uentorũ & imbrium quæ de lunæ aspectibus cum sole prænoscunt atq̃

pronunciant. Cum em̄ silet expectatur uel uenti uel pluuię frequenter. Nota ratio est: Insolescit em̄ & tumultuatur fluxa illa & excrementicia humiditas cum ad solis congressum luna propinquat: nam eius lumine præmebatur dirigebaturq́: atq́ (ut ita dixerim) perficiebatur. Siquidem apud Aristotelem luna principium est quasi alter sol quãuis minor/ & ad omnes generationes perfectionesq́ conducit: qua de re Hippocrates quoq́ in libro de octimestri partu scripsit eam cum plena lumine esset conceptibus utilem haberi & in mare & fœmina fœcunditatem iuuare almũ igitur sua natura lune lumen uitale/ fœcundum non frigorificum (ut rudes astrologi fabulantur) sed cum tristiori humiditati luna non resistit ruptis illa q̄ si frenis exorbitat: & quãq́ uentorum ac pluuię & tempestatũ sol causa est/ nõ ob id sua tollitur lune proprietas ut suo minus officio defungatur/ Nã ut Aristoteles docuit/ ambo sunt principia frigoris atq́ caloris: facit em̄ Sol per totum annũ hyemē & æstatem: idipsum facit luna per mensem/ non autem eodem modo solis accessu æstas fit recessu hyems/ cum inter cancrum semper & capricornum obliquo circulo feratur. A luna uero increscēte luce fit æstas: & decrescente hyems. Dũ em̄ illa cum sole congrediēs lumine spoliatur/ hyemē dicitur afferre & frigefacere ob id quod a nocturna frigiditate minus tuetur nos q̄ cum lumine plena radios suos eiaculatur in terras: Suscitantur & post plenilunium uenti ut scribit Proclus causa in lunam referri potest: adiecta nihilominus condictione materiæ/ nam tanta luminis intentio cum re aliqua potest conuenire iusta portione: quæ cum alia nõ cõuenie modo/ sed aduersabitur. Sic uarie obseruationes de luna natæ/ & cum litterarum monumentis/ tum memoria frequentissime repositę: tam & si in nouilunio & plenilunio plurimũ tempestates excitētur/ nam altero tēpore excessu altero defectu luminis fit: quare in utroq́ prudenter nauigationibus abstinet. In solē quoq́ suspecti nautici dies plurimi referuntur/ vt februarij sextus. xij. xv: xvij. xix. xx. Martij primus. vij. xv. xvij. xix. & xxv. Aprilis quintus. vi. vij. xij. xx. Aiunt enim his diebus magnas æquoris mutationes suscitari uel ad tranquillitatem/ uel ad tempestatem quare si in luminis lunę portionem cuius mox recordati sumus referre nolumus/ referamus in solem a quo secundũ sui ad nos accessus recessusq́ momēta & maris & corporum oīm dispositio mutat̄/ aliam trahamus causam ex aqua cum non sit ab re suos habere posse periodos oceanum quibus moueatur quēadmodum nostri corporis humores habent: Sunt & alia tempestatum pręsagia quibus rustici/ pastores/ nautæ diuinare vulgo uideantur/ eruditis autem coniectari: dicta em̄ ut Fabius Quintilianus ait. Coniectura a coniectu. i. directione quadam rationis ad ueritatem earum partem congessit Plinius/ partem tractabimus & rationem causę/ quã perinde non explicuit subsignabimus/ ut eodem pacto examinari cætera facilius queant. Tempestates itaq́ quo nomine grandines procelle & alia similia intelligũtur multis prænoscunt modis rustici/ nautæ/ pastores si orientē solem pallidum aspexerint/ hybernam pronunciant grandinem/ ratio in promptu est palliditas illa ex multitudine terrestriũ hallatuũ/ euenit scd'o in sublime tracti regionem illam orientalem & altiorem occupauerunt. Vnde & sol ex oriēs uaporibus circũfusus apparet: palliditas uero crudæ & minus concoctę materię habetur indicium/ hoc est frigorificæ nec salubriter humidæ quare ubi solis radijs in sublime lata coaluerit & una coierit constipataq́ fuerit/ nulla iniuria tamen hyberna grando ijsdem scilicet qualitatibus conflata prænunciatur concauus oriēs pręcicit pluuias inquit Plinius. Item uentos cum ante ex orientem eum nubes rubescunt/ q̄ si & nigrę rubētibus interuenerint & pluuias ratio præsto est ex eadē natura petita. Harum enim rerum causa ex eisdem hallatibus concitur/ ob dēsitatem

enim humorum concauitas illa/humorum inq; exhallantium qui magis ad orien
talem partem trahũtur cum ea cœli pars dignior & potentior habeatur / qui uero
uel crudi nimis & repugnantes magis prę ſua etiam multitudine fuerint ui tenuis
caloris & trahi non poterint & potentem illam vim & calorificam magis inſequen
tur. hinc etiam gemmæ & aromata & animalia quæ ualidiorem calorem exigunt
ut generentur vt uiuant ad orientem & auſtrum producuntur: Ex humorum igi⸗
tur denſitate ibi conglobata id euenit: nam cum a ſole ſupra finitorẽ delato ea im⸗
pellitur cedit & fluit in pluuiam: venti uero ex rubore nubis pręnũciantur cum ea
de quibus generantur uenti materia minime ſpiſſa & aquea quẽadmoduum quæ
pluuias parit & grandines: aeria igitur magis & rarior: ideo facilius ad ſublimẽ il⸗
lam puri ætheris regionem appropiat/quapropter & concolor euadit quadã qua
ſi participatione naturę: hinc rubor nubis ex qua uentorum turbines identidem
perflant. At ſi alterius nubis nigrior acceſſerit/etiam pluuię ratione iam poſita hic
puto ni fallor omniũ reddi ratio poteſt/præſagiorũ ab oriẽte ſole tempeſtatum/&
ex colore pallido/rubro item / & nigro & ex utriſq; dimidiato. Aduerſa his ſigna
tranquillitatis indicia haberi poſſunt ratione contraria: nam ex oriente puro mini
meq; feruente diei ſerenitas prænoſcitur/& ſi circa occidentẽ rubeſcunt nubes fu⸗
ture diei ſerenitatem pollicẽtur/ꝙ ſi ſol circulo cingetur in exortu / uẽtum p̃dicunt
ea ex parte qua ſe orbis ille diuidit: Ego circulum uentorum fore præſagium pu⸗
to ex ijs clarum eſſe quæ diximus/ea autẽ ex parte qua ſe aperit/id nullũ præſagi⸗
um exiſtimo/cum uerius tum perflare cœperit q̃ flaturus expectetur / Portio eñ
illa circuli minor quæ iam diſperijt: indicat materiam illam fuiſſe reſolutam in uen
tos tam & ſi forte non ita uehementes ut a nobis pſentiantur / cum uel remotiores
ſint uel om̃ino altiores quã ut auribus percipi poſſint/uerum hęc de ſole ſatis ſun
to/lunæ deinceps aliquot præſagia colligamus ſi ea cum fuerit quarta & puro ni⸗
tore exoriens fulſerit/ſerenitas deſignatur ſi rubicunda uenti/Si nigra pluuię por⸗
tenduntur/eadem quæ in ſole ratio ex terrenis hallatibus erui poteſt: qui cum a ſo
le euocantur non depelluntur a luna/in eius autẽ quaſi nouilunio excitantur ma⸗
gis lumine ſcilicet minus potente/quã ut a ſua eos facie pellant uel alio ipſi diffugi
ant/aut diſſoluantur & euaneſcant: cur uero nigror pluuiæ rubor uentorũ indici
um ſit iam explicauimus: qđ item in quinta obtuſis cornibus pluuiam erectis & i
feſtis uentos minetur/de uaporũ condictione prouenire putamus/obtundi nãq;
uidentur cornua ex impurioribus hallatibus & groſſioribus qui facilius uertũtur
in pluuiam/erigi uero & turbinari ex tenuioribus & purioribus arbitramur qui
aeream ſcilicet magis naturam ſapiunt atq; ut difflentur & diſpergantur aptiores
multo ſunt/cur uero hoc magis quinta q̃ quarta aut ſexta moliatur ĩ materię por
tionem/ut ſupra oſtendimus referendũ eſt. Cæterum ꝙ eius ex cornu ſeptentrio⸗
nali acuminato & in mucronem porrecto rigidum illũ uentum pręſagiant/ex infe
riori auſtrum coniectentur/non aliunde profluit. ea eñ ex parte perflant qua ſub
lati tractiq; ſunt: quare ex ſeptentrionali boreas/ex inferiori auſter expectandus:
Mucrone uero & acumine porrectũ ſe cornu illud oſtentat / quoniã frigidior illa
natura & durior in acutũ deſinit/vnde faſtigiata turbinataq; grando & glacies aq
lonis alumna. Ex ijs alia quę de luna pręſagiuntur ſoluere in promptu eſt: qm̃ de
colore/iam de figura/de luminis portione docuimus: Ita de orbe uel uno uel pluri
bus quemadmodũ ſupra de ſolis circulo ſtatuendũ: fallor niſi certæ regulæ tradi⸗
tæ ſunt quibus duci cauſæ queant omniũ quæ de ſole & luna petũtur ſingula nõ
perſequimur/tum quia minime nos urget neceſſitas occupatiores alijs in rebus/tũ
ꝙ ex ijs quaſi uniuerſalibus quibuſdam poſitis ſtrata uidetur & expedita via ad

enarranda reliqua quæ ſi minutatius explicare uoluiſſemus plures libri hoc ipſo implendo negocio ſatis no n eſſent. Mittimus & reliquarũ ſtellarum præſagia & terrenorũ ignium quorũ plurima ex eis quæ docuimns liquere poſſunt: pars leui or eſt ꝙ ut noſtram exigat curam. Præterimus quoq; multa & quadrupedium & auiũ & piſciũ prognoſtica cũ eorum non difficulter erui poſſit ratio per ea q̃ ſecũ do & tertio huius libri capite diſſeruimus. Ad monẽdũ aũt lectorem uolumus cer tam quod & innuimus ſupra prenotionẽ ex ijs non ſemper capi & in rebus ſupe rioribus illis a contagio & peregrina iniuria ſepoſitis cum multa fruſtretur mate- riæ contumacia/non apta ſemper uel ad euocantes ſolis radios ſurgere/ uel poſtq; ſurrexerint/aut cedere pellentibus illis/aut euaneſcere diſſoluentibus / tum multa cœli aſtrorumq; ſator a ſe peti quandoq; uult quę alioquin miniſtrę naturę demã darit. Scribit beatus Ambroſius in libro hexameron: cum ante aliquot dies fuiſſet ſermo de pluuia quę fore utilis diceretur expectatam illam de Nouilunio nullum tamẽ himbrẽ niſi ad p̃ces eccleſiæ demiſſum ut nouerimus non de initijs lunæ eũ eſſe ſperandũ/ſed de miſericordia clementiaq; ſaluatoris. hic ẽm quãq; poſuerit ſy dera in ſigna & dies & annos/non tamen ut Auguſtinus ait aſtrologos taxans in ſigna quę obſeruare uanitatis ẽ/ſed qualia nautæ & huiuſmodi artifices obſeruãt nec incerta adeo ſigna apud hoſce quin eius ꝓuidẽtię nutu cũ voluerit fruſtrẽtur.

¶ De prænotionibus Medicorum Caput Septimum

P Oſſunt & medici ex obſeruatione luminariũ de futuris ægritudinibus citra ſuperſtitionẽ non nulla prænoſſe: poſſunt & ex quattuor anni ſta tis temporibus præſagire/ poſſunt & ex corporũ affectionibus uel ſa- nitatis uel ægritudinis euentũ præſignare/ quicquid ultra porrigit̃ na- turę metam egreſſum ſuperſtitionis tangit confinia / cum enim aeris nos ambien tis condictio plurimũ demutetur/ex acceſſu ad nos ſolaris corporis & receſſu ex incremento & iminutione luminis in luna qua parte nos afficit fit ut ex illis conie- ctentur multa & operẽtur hinc incidendas uenas præcipiunt creſcente luna qui- bus tẽporibus uiuida magis uirtus & ſucculentior corporis habitus uetant cucur bitulas ne quia trahunt ille ebullientibus & expanſis per initia mẽſis humoribus plus forte ꝙ oporteat euocaretur materia: non id inciſione periculũ cũ non ea tra hantur/ſed expellãtur humores ita fit ut noſtri corporis humiditates modo fluant modo refluant/modo exſicentur & cõſtipẽtur/ modo diffundãtur atq; laſciuiant uarie. ſ. affectis humoribus ob ĩtermediũ aera quẽ cœleſti illo lumine & calore cõ ſtat afflari non particulari lunę influẽtia ueluti frigidę qualitatis auctrici ut aſtro logi ſomniant: contra quos quinto nobis libro diſputandũ: quos non ſolũ Ioãnis patrui rationes/non Ariſtotelis auctoritas/non alia pleraq; refellunt/ ſed ipſę quo q; Alexander in ſolutionũ libro diſplodit/afferens lunam calidã quidem ex ſe/ ſed quodãmodo ex accidenti uariare naturã pro diuerſis ad ſolẽ ſchematiſmis/ diuer ſa igitur luminis intentione diuerſe aer afficitur/qui cum ſæpenumero & amittat̃ ſanitas & amiſſa recuperetur: Ideo prudenter quoq; a medicis inter ſex illas præ- ter humanũ corpus cõſiderandas cauſas/aer ipſe reponitur: quattuor quoq; anni tempora ob eas qualitates quæ in ſingulis eorũ quaſi in proprio regno ius dicũt/ plurimũ ſpectant/uel ad ſanitatem uel ægritudinẽ in communi denunciãdã. Nã- q; ex humiditate atq; calore tẽpatis q̃bus præcipue qualitatibus viget uer eius temporis ſanitas indicatur: eas enim potiſſimum exigit uita quæ humido calido- q; ſeruatur atq; in illis ſuam quaſi ſedem poſuit Autumnus contra plurimũ inſalu-

ber oppugnantes illis qualitates/nam ſiccitas atqꝫ frigiditas quibus pollet aduer-
ſę dubio procul ſunt uitali humido atqꝫ calori/æſtas uero & hyems / hæc humida
& frigida/illa ſicca & calida/alteram utraqꝫ obtinet qualitatem noxiam/ſalubrē al-
teram quare ambæ poſt habentur ueri in ſanitate pręnuncianda/& præualent au
tumno quāqꝫ frigus hyemis & æſtiua ſiccitas autumnalibus qualitatibus intentio
res habeantur. Sed enim proprias quęqꝫ morborum ſignificationes habet. prędi-
ci eñ poteſt uerno tempori craſſaturam uitiliginem/quæ ſcilicet ſumma cutis pe-
tat ob humores ea parte anni redundantes/æſtate mentagrā quę de ſicciore & acu
tiore materia proueniat. Autumno lepram inuaſurā quæ de atra bile ſcaturit/hye
me lentigines quę de frigidioribus humidioribuſqꝫ ſuperfluitatibus prodeūt: p̄-
dici hęc inqꝫ poſſunt/ſed nō quibuſlibet recipi corporibus ſed male affectis & ad
peregrinas ſuſcipiendas iniurias idoneis/ita & alia pleraqꝫ de temporum qualita-
tibus/deqꝫ ſolis & lunę uel inter ſe uel ad nos ſchematiſmis uel configurationibus
præſagiuntur/non aliter tamen qꝫ affecto ab iſtiuſmodi cauſis aere ipſo quo ual-
lamur & identidē uelimus nolimus afficimur: Sic plura tum Arabum/tum Gręco
rum medicorum cōmunia prognoſtica in huiuſmodi cauſas iure meritoqꝫ referū
tur: ſic & apud Ariſtotelem in problematis non nulla uiſuntur/de corporeis quo-
qꝫ condictionibus multa uel uitæ uel mortis languentis ſigna ducuntur / Sed uel
omnia uel plurima in hoc conueniūt ut quę in decūbente ęgro condictiones uide
rint quibus dehoneſtari cadauera conſpicuū ſit/ea futuræ mortis indicia p̄noſcāt/
contra quę ſani corporis honeſtamenta ſint/in ægro depręhēderint ſalutis pręſen
ſiones putent. Ita apud Hippocratē in prognoſticis particulis: Apud Cornelium
Celſum in ſecundo de medicina libro legere datur atqꝫ colligere: Ex græcis unū/
ex latinis alterum præcellentiſſimos ambos elegimus: græcos uero Arabū turba
maximę ſequitur: aliqua hoc capite ſignabimus & uitæ & mortis & ægritudinum
ſigna & quorum cauſas neſcimus ab alijs explicatas/eorum nos rationē afferre cu
rabimus ut in cæteris iter ſternatur/tam & ſi Hippocratis prognoſtica Galenus ex
poſuerit/ſed ante Galenū Cornelius qui quāqꝫ ſequutus Hippocratē nō nulla eti
am uel a ſe uel ex alijs congeſſit: Hippocrates igitur præcognituro prædicturoqꝫ
medico pręcipit ſcrutandam ægri faciē/concaui oculi/frigidę aures atqꝫ contractę
arida frons/color uiridis/plumbeus niger & ſi qua eiuſmodi cadaueris ſigna dep̄
henſa fuerint mortis uicinia denūciauerint ni pręſertim aut uentris ſolutiones aut
vigilię aut ieiunia pręceſſerint: ita ex corporis quoqꝫ poſitione plurima trahit p̄ſa
gia non aliūde manantia qꝫ de cadaueris ſimilitudine: contraqꝫ bonā ſalutis p̄mit
tit ſpem ex colore/ex poſitu corporis alijſqꝫ cōdictionibus nō nullis quę ſanis cō-
ueniāt/nec ſolū mortis & ſalutis in ægris prognoſtica uerū & inſtātis infirmitatis
ſigna nō nulla memorię prodita ſunt quibus conijci poſſit indiciū futurę aduerſæ
ualitudinis. Signa inqꝫ nō modo ægrotantibus proxima ut ſi grauiora ſint mēbra
ſi calor pręter conſuetudinē intētior/ſi grauior ſomnus/ſi tumultuoſa ſomnia. Sed
ſi aliter quoqꝫ ſe corpus habuit qꝫ conſueuit/neqꝫ in peius tantū/ ſed etiā in melius
id Cornelius celſus inter prima ualitudinis aduerſæ ſigna conſtituit. Nanqꝫ ſi ple-
nior quiſpiam & ſpecioſior & coloratior factus fuerit is ſuſpecta habere bona ſua
debet/cauſam elegāter ſubſignat/quę inquit quia neqꝫ in eodem habitu ſubſiſtere
neqꝫ ultra progredi poſſunt fere retro quaſi ruina quadā reuoluūtur/quāqꝫ peius
eſſe ſignum affirmat ubi aliquis contra conſuetudinē emacuit & calorē decorēqꝫ
amiſit/quoniam in his quę ſuperant eſt ait quod morbus deuiat/in his quę deſunt
non ē quod ipſum morbū ferat. Alia ſubinfert prognoſtica quorum alioquin cau
ſam nec innuit quidem nos ueſtigabimus: Quale inter alia ſi animus marcet/ ſi lo-

qui & moueri piget:si saliua plenum est os/si genua quasi fatigata sunt. Primũ em̃ vt nobis quidem uidetur de putridis humoribus prodit/ qui aduersæ valitudinis initia sunt/eorum item multitudo corruptioni obnoxia loquẽdi mouendiq; diffi-cultatem affert/multitudo saliuę stipans ora.fluentem nimio plus humorem desi-gnat & aqueam illius naturam subindicat destillantem magis & ad cõprimendos corporeorum spirituum meatus præcipitem/fatigata genua & totius lassitudo cor poris quod signũ etiã ab Hippocrate notatur in aphorismis:de humoribus eiusce modi originem trahere possunt/qui loca iam petierunt ima & inter iuncturas q̃d dam quasi dissidium posuere fluctibus illis nimio plus & neruorum compagem debilitantibus.Sunt & suæ singulis morbis notæ/quibus & timor & spes conijci iure optimo possit/Sed medicinam nullo pacto docere hoc libro instituimus mõ strare tantum uoluimus prænotiones naturales medicis conuenire easq; de lumi-narium calore & de aere ab illis affecto diuerse quidem & præcipue secũdum va-riationẽ quattuor anni temporum erui posse/deq; ægroti condictionibus peti/ tũ in vniuersum ad uitam & mortem si decubuerint/tum ad ægritudinem si sospites fuerint/Tũ demũ ex singulis morbis singula pręsagiri commode posse

¶De promiscuis prænotionibus naturalibus Caput Octauum

r Erum illud quoq; dignum consideratione: nõ modo artem quamlibet suas prenotiones habere verum misceri illas inter se adeo vt ex frequẽ ti vsu & crebris admodum experimentis quisq; sibi promiscue & indi-scriminatim aliquas vsurpet/& modo cum medicis/modo cum pastori bus/modo cũ fabris/modo cum lanarijs/modo cũ militibus in prænoscendo cõ-municet.Apud antiquos de sole lunaq; præsagia passim trahi solebant. Vnde & dominus Iesus apud Matheum Saduceis & phariseis exprobat tanq; ex vaticinio prophetarum sui aduentus signa non deprænhenderint.Nihilominus futuræ sere nitatis & tempestatis indicia de cœlo coniectarentur/ facto inquit uespere dicitis serenũ erit/rubicundũ est cœlũ. & mane hodie tẽpestas.rutilat em̃ triste cœlũ. Idẽ apud Lucã turbas reprẽhendit:quia tẽpus eius nõ probauerant & cognouerant sicuti ex nube oriente ab occasu/uenturũ nimbũ/& austro perflante futurum estũ deprænhendebant/hec de his quæ ad pastoralẽ & rusticam spectant quæ omibus pene communia/sed & quotumqueq; reperies qui ex bellorum usu non præno-uerit Martiũ thoraca:militaremq; Galeam minus cessuram hostilibus ictibus & aduersum impetus duraturã/quæ tam & si tenuior & leuior sit/nobiliori tamẽ tẽ-peratura polluerit.quis etiã non ueteranus miles: sed fartor & lixa in exercitu nu-tritus/ex flexu hastarum dum cõfligere acies occipiunt/non prenouit stare uicto riam ea ex parte qua constantes cernit hastas / & fugam inminere & cędem qui-bus nutabunda pila tremulis in manibus conspicatur effeminatum animum in-dicant collidentes se eiusdem aciei lanceę/uel minorem omnino disciplinam quã ut conflicturis conueniat. Atqui multi & fere omnes passim quãq; non medici putridam febrem mox inuasuram prænoscunt / si rigescunt extrema corporis membra / si subtrahitur & quasi submergitur pulsus / non deest illis experimen-tum a quibus alioquin causæ notio longissime abest/ quæ pertinet ad eruditos. Petunt enim corporei spiritus cor / quasi arcem propugnaturi / in qua thesaurus uitæ repositus illis uero utitur anima ueluti ministris in obeũdis uitæ muneribus qui quãprimum eo contenderint extrema corporis a quibus migrauerunt ipsi ri gescunt/illuc stipati a noxijs uaporibus quod supantijs male affectis exhalãt pre-

cordia tuentur/nec discedunt/quo ad uirtus facta potentior igneam illam qualitatem ex putridis humoribus effumātem omnino restinguat. quiuis item e medio prænouit perennare magis uestem ex ea intextam lana quæ de britanniæ insula vehitur/quā quæ de transpadanis uelleribus cōficietur/propterea gallica lana. ita enim eam appellant in omnium est labijs qui uestes emunt: causam tenent pleriq; ignorant multi: longior & interior est Britānica/ideoq; textrinis fracturis minus obnoxia/& nodis quoq; absolutior est: quapropter maiore ui opus est ut pānus dissuatur. Mirandulani venatores nostri pestilentiam ouium prænoscunt/& eaꝝ pastoribus prædicunt viciato leporum Iocinnere inspecto/& ne credas Aruspisci nam edoctos procul hoc illis ab omni superstitione/nam præter id quod experiētia comprobat naturalis etiam ratio consentit: nanq; ex ijsdem herbis & lepores & oues nostro in agro uescuntur quæ aut ex grandine & alijs etiam causis noxie infici quandoq; solent: Venatum igitur euntes dum capti lepores reportantur domū ablatis intestinis purulentum iecur conspicati de morituris ouibus ferūt prognostica/quę paulo post cōprobat euentus: Siquidem quę in leporibus tabefacta humiditas nondum occidit oues præocupat non sua sponte degentes: Vnde & q̄ minus firmę & saniei putredinicq; generandę aptiores cateruatim appetunt. Sunt & præter hęc multifaria prognostica quæ inter confinia naturalis superstitiosęq; prænotionis locari queunt: Nam ex affectione nimia & amore in aliquem/uel futura nobis promittuntur bona uel sæpe formidātur mala & inter suspiria cræbra prædicuntur: Hinc puto apud Statium scriptum de Achillis matre: Nec uana parentum Auguria expauit uitreo sub gurgite remos: quāq; enim thetidos fabula ē non ab re tamen ut vir alioquin doctus huiuscemodi prænotionem subindicare uoluerit: potest in his occultus instinctus naturæ fortasse non nihil potest & ipensius ludificare nos spiritalis dęmonum improbitas/Ita de moribus hominū ex facie & reliquis corporum lineamentis prædicere superstitio est/nō solum sacris litteris interdicta: sed ab Satyro etiam taxata: vnde illud frontemq; manumq; prębebit uati/non nihil etiam naturalis causæ latitare potest: quā ab Aristotele cognitā credamus eo in libro qui physionamia inscribitur si tamen legitimū titulum putauerimus: a natura enim non abhorret ut affectionibus corporum quędā animorum affectiones consentiant ut si in corpore aliquo: exempli gratia: bilis rubra & sanguis præ alijs humoribus dominata fuerit ad hilaritatem hic magnopere propensus euadat/at cum hilaritate plurimū abutuntur homines ad luxus/& comessationes & res uenereas factum est ut pronunciatum sit qui tali tempatura fuerit ad quā tales oculos/tales crines consequūtur uenereis incūbant/ cum nihil minus tamen ad oppositam uirtutem eadem possit tempatura inclinari. id est ad laudes cœlestes ad iubilum de diuina contemplatione trahendum: Sed de ijs tum latius cum aduersus astrologiam quinto libro/& aduersum Chiromātes libro sexto disputabimus: Idem Aristoteles ex Platonis ingenij præcellentia Conijcit nullum ei per similem futurum: vnde in elegijs ad Eudemū cecinit. Nulla feret talem secla futura uirum. Tot igitur de naturali prænotione in uniuersum/deq; multifarijs illius speciebus & affectionibus & exemplis pariter quę pauca pro multis attulimus dixisse sat fuit. Nūc dādo opera est/ut uniuersam supstitionum caterū eliminemus

LIBER QVARTVS DE SVPERSTITIOSA PRAENOTIONE IN VNIVERSVM:ET PRECIPVE ADVERSVS DIVINATIONES OB APERTA FOEDERA DAEMONVM.

¶Quis ordo deinceps seruandus.Item quid Superstitio sit Caput Primum

p Ostq̃ igitur de prænotione in vniuersū primo libro disseruimus: eamqꝫ in suas cōstituimus species:Et secundo de diuina.Tertio de naturali q̃tū deus nobis & studiū cōtulit disputauimus/sequēs ē ut de sup̄stitiosa curiosaqꝫ disputemus quo & ꝑmissa & ordo ser/uetur:Demū quo pacto internosci diuina a naturali/heqꝫ a super stitiosa & curiosa queant pro uiribus ostendendū ē.Quarto itaqꝫ libro quē sumus exorsi/& tribus qui deinceps de sup̄stitiosa prenotione tractabi tur:Si eñ sup̄stitio omnis dæmonē habet auctorē uarieqꝫ demonibus se ob futu/rorum habendam notionem homines mancipēt aperto/occulto/& quod ex ipsis conflatur extremis medio modo.De aperto prius mox de reliquis agendum: de curioso postea genere & de regulis dignoscendi propositum exequemur: In hu/ius autem libris exordijs de ipsa superstitione non nihil discutiendū: qua & aper/to & occulto & medio diximus modo/aberrantes homines abuti.Licet autem pri mo in libro de ea cōpluria dicta sint ita postulante & prope exigente materia:tum cum illam ipsam a religione secreuimus/pendereqꝫ a prenotione falsa superstitio nem docuimus/sicuti vera & vnica religio/a uera atqꝫ diuina prænotione pende/bat/ac tum cum prænotionis ipsius genera subalterna distinximus/eorumqꝫ spe/cies insinuauimus/nihilominus locus hic efflagitat ut quid sit superstitio/ & quot eius species habeantur exacte magis atqꝫ ex proposito declaremus/de quibus po stea singillatim disputandum.Superstitionem igitur vitium dicimus oppositū reli gioni/nec naturæ quæ religioni famulatur consentaneum.Religio ipsa cum mora lis virtus & sit & habeatur/oppositis clauditur vitijs/quorum alterum excessu/ al/terum defectu damnatur:quemadmodū late ab Aristotele in ethicis ad Nichoma chum uideri potest:cum de uirtutibus ipsis quas uitia circūstant & quasi sepiunt mentionem habet:docens habitus eas esse consentaneę rationi/delectos & collo/catos in medio uitiorum.Religioni igitur & id uitium quod irreligiositas appella tum est & superstitio hinc inde adiacent ut eñ illa sua impietate freta nil colit/ita hec impendio uel id colit cui non debetur cultus/uel si id quod colere cōuenit ue/neratione prosequitur/a debito tamen & prestituto abstinet modo alio qui nō cō uenit subrogato.Fit igitur ut dei cultū exhibeat superstitio/ aut ei cui minime de/betur/aut alio scilicet modo q̃ oporteret/ut colligere possimus uitium eam esse re ligioni aduersum excessuqꝫ damnatum.

¶De speciebus Superstitionis Caput Secundum

e Ius species uitij habentur plurimę/quas & recensere/& quātum ad sum ptum pertinet negocium refellere operepræcium est/Ex obiecto duo in primis trahi atqꝫ constitui possunt Subalterna genera/quæ alias sub se continent species/aut enim uero deo exhibetur cultus/modo tamen præpostero atqꝫ damnato qui uariari plurifariam potest modis ipsis indebitis at/qꝫ peruersis mutatis:aut ipsa quæ dei ueneratione digna non est creatura colitur Et hic quidem in multas findi partes potest/Si diuini cultus ordinem & fines con siderauerimus quos superstitio ipsa peruertit.Itaque si reuerentiam debitam deo

atq; exhibendam ſpectabimus ad quam primo dicimus inſtituitur cultus ex ad
uerſo exurgere & oriri cernemus idololatriam / quæ creaturæ eum tribuit cul-
tum qui debetur deo / ſi dei erga homines conſilium inſtructio doctrina perſpi-
cietur (: equum enim ut ab eo qui colitur deo hæc expectentur :) diuinatrix falla
cie & prænotio ſuperſtitioſa prodibit / quæ in multa ſcindetur. Hinc enim diui-
natio falſa prophetia/diuinatrix Aſtrologia/auguria/milleq; inſanię / De quibus
& latius & peculiarius in progreſſu agẽdum/,ꝙ ſi humanorum actuum directio
deſiderabitur fluens ab eius dei qui colitur inſtitutis : tum ſuperſtitio quę præpo
ſtero incedit gradu/ obſeruationes uanas malaſq; adinuenit / ut ligaturas / uerba
q; rebus quibuſdam adnexa / ignotos characteres incantamenta noxia / & quæ-
cunq; ad prophanam damnatamq; pertinent magiam quæ mirabilia dęmonum
ductu opera pollicetur. In ueri igitur dei cultu pernitioſum habetur quid / cum ꝑ
ipſum exteriorem cultum falſi quidpiam ſignificatur / quod bifariam contingere
poteſt/& ratione rei ſignificate cui ſignum minime reſpõdet ueluti cum futurum
oſtenderetur quod factum eſt in quo perfidi iudęi pernitioſe delirant/& ratione q̃
q; illius qui colit & inſtituta diuina peruertit: Falſi enim crimine plectendus eſſet/
qui ſignum quo ſuos uti princeps miniſtros uoluit/alio ſubrogato peruerteret &
alienum aut aduerſum pro uero atq; legittimo promulgaret. Vnde nec in merito
cuidam placuit ſuperſtitionem tum eſſe cum humanę traditioni nomen religiõis
inderetur/Superfluus item alia ex parte habetur cultus ipſe/non quidem conſide
ratione abſolute quantitatis/cum quicq; tam magni facere queat nemo/quod mi-
nus eo non ſit quod debet illi qui ſe fœcit atq; conſtituit. Sed proportionis perpẽ-
ſione euenit: quoniam id omne eſt ſuperfluum quod fini ſuo non quadrat & iuſta
proportione reſpondet/alio uergens labore caſſo/nec ad finem ipſum recta ſemi-
ta conducens: hoc nomine damnari poteſt/quicquid ſumitur laboris in deo colen
do/fruſtra autem id contingit cũ id quod agitur uel ad ipſam dei non pertinet glo
riam/uel ad erudiendam non ſpectat mentem uoluntatemq; inflammãdam / quo
magis in eundem ipſum cultu interiori perferatur/uel in affectibus prauis frenan-
dis domandiſq; non prodeſt/uel probate per uniuerſam eccleſiam cõſuetudini re
fragatur/ex ſecũdo genere cultus qui creaturę impeditur/ tres diximus oriri ſpeci
es: Idololatriam/ſuperſtitioſam prænotionẽ/uanas noxiaſq; obſeruatiões: De pri
ma aliquid in præſentia dicendũ: quandoquidem ex ea ſuperſtitioſa prænotio q̊-
dammodo fluxiſſe uidetur quę peculiariter cum oĩbus ſuis partibus ſpeciebus
ue ſingulatim & pręſenti & ſequentibus libris confutanda. eius eñ eliminãdę gra
tia de ſuperſtitione eiuſq; ſpeciebus diſſerere cœpimus/ut ipſa ſola ſuperſtitioſa p̃
notio diligentius atq; cõmodius refutaretur/Dein obſeruationes uane : propha-
naq; magia explodetur quę non ſecus a ſuperſtitioſa pręnotione q; hęc ab idolo-
latria pendere putatũ eſt/quã mox cõfutari ſumus. Prius tamẽ de ſupſtitionis ſpe
ciebus particularius adhuc Sed ex Io. pici patrui inſtitutione diſſeremus

¶ De ſpeciebus ſuperſtitionis ex inſtitutione Io. pici. Caput Tertium.

s Olebat Ioannes picus patruus noſter ſupſtitionis diuiſiones afferre ali-
as/q; ij quos imitati ſumus inuexerint/illud ſupſtitioſum eſſe decernẽs
qđ neq; humanum eſſet neq; diuinum/naturã excipio inferiorẽ cuius
quodãmodo finis homo eſt/ex hoc fieri ut ſuperſtitioſa omnis ars iure
contemneretur/irrideturq; a philoſophis tanq; irrationalis blaſphemaretur & in-
terdiceret a theologis ueluti dæmonica. Merito igitur relinquenda cui diuina om

nia humanaq̃ꝫ reclamarent/quã confutaret ratio/damnaret experientia/ punirent leges/diuina prohiberet auctoritas. Demũ illud subinde nectebat/ queadmodũ scientia omnis bona uel a deo uel a ratione. Ita ab illis superstitiosa degenerãs/ uel a dæmone/uel ab irrationali phantasia deriuaretur/ Iustaq̃ꝫ hec sibi ꝓportione respondere. Siquidem irrationalis phantasia in minori mundo proxima natura ẽ rationi: sed minime illi obediens: sic deo proximã esse angelicam dæmonis naturam q̃ꝫ contumax est & suapte sponte rebellauit. Vnde illi ex sectatrici turbæ ab ariopagita Dionysio phantasia irrationalis tributa est: Differre autem docebat superstitiones/cum a diuinis/tum humanis/tum inter se/siue rem factam seu faciẽdi modum spectaremus/quod attinet ad rem ipsam ab humanis dirimi/ quoniam multa promitteret/multa procuraret/quæ ius aut studium hominum præstare nõ posset/A diuinis autem quod illæ bona/hęc mala & nequissima moliretur/quod vere spectat admodum eo ab utrisq̃ꝫ differre q̃ vi dęmonica & phantastica operaretur Inter se uero separari superstitiones ac diuidi instar humanæ doctrinæ quam scilicet perperam ęmularentur/& ad eas analogia quadam & proportione scanderet: Notoria ars /ars Bulaphiæ/ars Artephij logicę responderent: Diuinatio/ Theoricæ/Practicæ magia illa scilicet mirabilibus patrandis dedita. Cæterum ex quo futurorum contingentium cognitio soli deo per se competeret superstitionis proprium esset illam polliceri: Diuinationis autem partes ex rebus in quibus exercebatur colligebat/si cœlo abuteretur astrologia prodibat/si elementis pyromantia Geomantia/Aeromantia/Hydromãtia: Si animalibus/Auguria Auspitia & similia/si hominibus/Necromantia & sternumentorum & ominum ludibria / Si dæmonibus phialæ nugamenta vnguium circi & id genus noxia deliramenta/ quæ nos quoq̃ꝫ in operis progressu confutabimus: quoniam ille aduersus superstitiones pauca admodum scedis commiserat/præterq̃ꝫ aduersus astrologiam duodecim libros quos post eius obitũ publicauimus. Quapropter uolumini huic meo de rerum pręnotione/parum ęmolumenti ex illius operibus poterit accedere/preterquã in libro quinto qui de disputationibus eius aduersus astrologiam pene cõflabitur/Hęc autem paucula notare hoc loco placuit: sicut & in septimo libro non nulla uerba recensebuntur ut eius mens aduersus omnes superstitiones ꝑcipi queat/& q̃ flagranti animo subuertere illas animo destinauerat. quod aptius etiam patefiet si concesserit omnipotens ut imposita cum hinc tamen quibusdam uoluminibus alijs meis postrema manu. Demũ quæ imperfecta ille reliquit opera possimus absoluere uidebit opinor ætas nostra/unde miretur/unde sibi plurima commoda capiat: quod paulo post futurum spero. Primo eñ sua emisi/deinde q̃ mea sunt/postremo quę communia utrisq̃ꝫ/hoc est quæ sua iuuenta & adiutamentis q̃busdam nostris & quadam ceu paraphrasi cõplexa sunt edetur. Hoc genere psalmorum commentaria & alia cõplura quorum in libellis meis de studio diuinę & humanæ philosophię mentionẽ fœci/sed iam aduersus idololatriam ut ordo libri postulat & promisimus disputandum

¶ Aduersus Idololatriam Caput Quartum

I Dololatriam igitur qui uocabuli proprietatẽ & cõpositionem aduerteret seruitutẽ idolorũ hoc ẽ simulachrorũ spectroꝝ similitudinũ significare putarẽt/& q̃dẽ apostolo cõsentaneę: dicenti Idololatria q̃ ẽ idoloꝝ seruitus: hãc cœlo/stellis/dæmonibus/hominibus tribuebãt: Sicuti eñ uerus deus sensibilibus quibusdam signis/sacrificijs laudibus colebat/facta ipsius cultus translatione ad creaturas/eas postea figuris q̃busdã & imaginibus quas uo

carunt idola præsentabant: quibus supstitiosus huiusmodi cultus exhibebatur.
Quapropter cultus creatori debitus/datus creaturæ & eius adorandę prophana
noxiaq; institutio vno idololatrie nomine recte nuncupata ē. varie tamen atq; di-
uerse eiusmodi peruersus atq; damnatus cultus inductus ē/ nanq; alij simulachra
constituebant arte nepharia quibus inesse nō nihil diuinitatis putarūt/ aliquibus
effectibus cōmoti quos malignus se dęmon insinuans excitabat/quos em̄ pellice
re non potuit dæmon ad impietatē ut diagorā/prothagorā/epicurū alios impule
rat ad superstitionē eos & ad idololatriam maxime nocentiorē eius partem speci
emue cōpulit/& figmenta colenda suggessit: nec uno modo nāq; thure & frugum
primitijs non contentus & hostias poposcit & victimas: nec brutorum solum sed
aliquando hominū(qđ fecere olim carthaginenses & ipsi athenienses / aliquando
Lacedemonij item Rhodij Romani atq; alij: nec plebi solum idolorum psuasit cul
tum malignus sathan/sed & ipsum ter maximū Hermetē in hunc errorem pepulit
Alij non ipsis imaginibus/sed eis quorꝝ erant imagines creaturis cultū exhibebāt
atq; hi trifariam inter se diuidebātur: alij nāq; homines ipsos quorū idola uenera-
bantur deos putabant: Sic Iuppiter/sic Saturnus/ sic Mercurius / sic alij dij crediti
sunt: fuere hi reges qui uel potentia uel ingenio uel doctrina & artiū inuētione in
ter rudes populos excelluere/quo factū/ut siue ob admirationē uirtutis / siue ob
adulationem/siue ob susceptа beneficia cœli ceperint/& defunctis eis erigi simula
chra: Putarunt eos alij in cœlum conscendisse & cognominas stellas eorum aīas
haberi Iouem Saturnū Mercurium Solem qui & Apollo dictus/ & Lunam q̄ dia-
na appellata: alij eas uenerati/ob splendorem eximiū & cursum / Vnde græci The
os nomē a thein deduxere ut apud Platonē in Cratylo conspicuū & ab ęthin quo
q; deriuari: Hinc apud nos dei nomen fluxit quāq; nōnulli a πο ποῦ δ\εοῦ quod
græce Romane timor dicitur latinū dei nomen tractum uelint. Sed & demones q̄
q; ipsi non quia sapientes/sed ꝙ dimęnin/hoc est terrere solent appellatos probat
Eusebius/eorum autē planetarum nomina dęmonibus aptata multis inuenimus
Vnde in dialogo suo Seuerus author non inelegans Iouem & Mercurium dęmo
nes Martino uisos prodit & hunc illi magnopere fuisse infestū tradidit: Sic & mer
curius homo/& stella mercurius/& dæmon mercurius/ quibus om̄ibus diuinum
cultum perperam tribuerunt/alij mundo/cuius animā deum opinabantur esse &
omnibus eius partibus uenerationē exhibendā putauere / in hoc & grecorū aliq̄
& latinus Varro peccarunt: alij uero quemadmodū in platonicorū monumentis
liquido uideri datur/& apud ueteres theologos & ip̄m Augustinū in libro de ciui
tate dei aduersus multas eiusmodi insanias disputantē quem postea & diuus Tho
mas & alij posteriorū theologorū secuti sunt autumabant deo summo cultū debe
ri/postea secundis dijs & deinceps cœlestiū corporum animis inter se aūt non om
nino hac de re & sacrificijs platonici consensere: uarie itaq; & nepharie idolis præ
bebatur diuinitas ab hominibus qui alia putarunt ad physicam theologiam/ alia
ad fabularem/ad ciuilem alia pertinere/Sed omnia uerius ad damnatā spectāt su-
perstitionē quę aliquando etiā a Cicerone in libris de natura deorum concinne de
tecta est. Hanc idololatriā in authorē non satis certum referri posse opinio est: sunt
qui putent Achaimi exilio eam quasi de longinquo ortum duxisse: Alij a prome-
theo: Alij ab Ismaele cępisse affirmant/alij a Nembroth gigante/alij a Nino Beli fi
lio Assyriorū rege traxisse primordia putauerunt: quando hic patris imaginē/ille
ignem non solum coluerit/sed adorare cōpulerit alios: Referunt alij cultū idolorū
in Syrophanē ægyptium qui ob filij mortem doloris leuādi gratia defuncti simu-
lachrū constituerit: alij dixere deorum statuas a thelechinis primo fabricatas/Alij

alia finxiſſe ꝑhibentur & plures pro deis coluiſſe. Iuſtinus philoſophus & martyr
in libro gentium admonitorio orpheum πο λυθεοτιτου: magiſtrum uocat quem
forte ita nuncupauit ꝙ thracas ipſos cerimonias colendorum deorum edocuerit.
Athenagoras athenienſis philoſophus in eruditiſſima illa oratione ad Marcũ Au
relium Antoninũ: & Aureliũ cõmodum cæſares dum chriſtianorũ legatione fun-
geretur/ita de Orpheo & dijs gentium inter alia dicit/quę nos quoquo modo uer
timus in latinum. Orpheus autẽ nomina ipſorũ primus inuenit / & generationes
enarrauit/& de ijs quę ab unoquoq; acta ſunt diſſeruit/qui a gentibus creditur ve
ram theologiam tradidiſſe/quẽq; Homerus eis in rebus quæ maxime pertinẽt ad
deos ſecutus eſt: quãobrem & Iuſtini philoſophi & martyris & Athenagorę eiuſ-
dem philoſophi pariter & chriſtiani/cuius etiam inſigne extat opuſculũ de reſur-
rectione mortuorũ/cõuenire ſententiæ uidentur deorũ pluriũ cultum ab Orpheo
monumentis traditum/ꝙ ſi ita eſt non mirandũ ſi etiam auctore Ouidio in Meta-
morphoſi ille thracum populis primus fuit auctor amorem in teneros tranſferre
mares: Audiui olim a probatiſſimo & in litteris præcellenti uiro uitia illa ſe pluri-
mũ ſequi & impia coniunctione fouere/ut uitium contra fidem ueram unius dei:
vitio illi quod naturæ aduerſatur fędo glutine copuletur: cuius rationẽ perquiren
ti mihi & mecũ reputanti occurrit primũ apoſtoli auctoritas ad Romanos ſcribẽ-
tis. Id eñ ab eo clariſſime videtur expreſſum. Nam poſtq; idololatrię crimen dete
ſtatus eſt, ſubdit eos qui inquinati illo fuerant in paſſiones ignominiæ traditos ita
ut fœminę in fœminas & maſculi in maſculos turpitudinem operarẽtur. Occurrit
& ratio ut ſcilicet ordine naturæ perperam inuerſo dei colendi ordo diſſipetur cõ
traq; hoc effracto ad naturam demoliendã præceps ſit & facillimus lapſus: Nec
Adriani cæſaris exemplũ longe abeſt/quando fędo eſt Antinoi captus amore/ob
idq; mortuo illi & diuini honores deſignati & cognomina vrbs parata compoſi-
tis etiam & ementitis oraculis ut Spartianus/ut ex noſtris Athanaſius. Aure. Pru
dentius Euſebius alij prodiderunt. Sed & in ipſo lunæ circulo ementita ſedes ex-
cogitata: ut ſcribit Tacianus aduerſus gentes & innuit Prudẽtius quando ait illũ
cœleſti ſede locatum. Sed quid non idololatrę/nõ uani aſtrologi fingere potuerũt
quando inter monſtra plurima quibus cœlum mendaciter referſerunt & Ariadnę
coronam: Sed & Berenicis crines Ptolomei ſororis & coniugis Conon mathema-
ticus adulando confinxit / Deinde Calimachus & poſt eũ Catullus & Hyginius
fabulando rettulerunt atq; cæſaris quoq; thronũ auctore Plinio inter ſydera collo
carunt. Redeuntes igitur ad idololatrięriginẽ dicimus Iuſtinũ ipſum quãq; plu-
ralitatis deorũ magiſtrũ uocet Orpheum non eundem tum primũ aſſeueraſſe /qn
in primos homines idololatriam ille in uniuerſum rettuliſſe uidetur eodem ĩ libro
pro admonendis gentibus edito eodem inquã quẽ ſupra citauimus quẽq; in no-
ſtram e græca lingua cõuertimus cuius & Euſebius in hiſtoria/& beatus Hierony
mus in libro de uiris illuſtribus honorifice meminerunt piget mirum in modum
tot præclariſſimorũ auctorũ libros diſperſos & pene euanidos quos antiqui theo
logi noſtri familiares habuerunt/ Gaudeo ꝙ non nullos etiã qui minus olim noti
fuerunt inuenerim quos & hic & alibi quandoq; citaui nec querere deſinam ingẽ
ti illorũ præconij amore perculſus ingentibuſq; uirtutibus excitati/in illis eñ tum
eloquentia tum eruditio/ſed coruſcantis ardor fidei & chriſti amor pro quo non
nulli eorũ libentius fuderũt ſanguinẽ ꝙ atramentales litteras papyro crediderũt.
Sed ad idololatriã abijciẽdã reuertamur ad quã moti homines ſunt progreſſu tẽ-
poris partim ex ueri dei ignoratione & contemptu/partim amore prauo & uehe
mentiori/ad reges/ad parentes/ad filios/quorum uenerabãtur imagines & temere

ob suscepta beneficia inter deos reponebant: cum in uerũ deum a quo omne bonum fluxit semper & fluet eadẽ accepta minime retulissent: quanq̃ eorũ multi faciendum esse id non ignorassent: partim etiam q̃ rudibus populis de peritia diligẽtiaq̃ artificũ in expoliẽdis lignis atq̃ lapidibus tum admiratio erga fabrefacta exornataq̃ simulachra tũ ueneratio simul oborta est. Sed hæc oĩa iuuit consumauitq̃ malicia dæmonũ qui eos quos amauerãt pro dijs coendos suggerebãt/ut in Antinoo supra narratũ Hadriani seruo/ut in ipso etiã Hadriano qui nõ solũ Antinoo Lucio Ceionio plotine defunctis vrbem/statuas/ tẽpla/basilicã/ sed sibi etiã uiuenti tum Aram in Europa/tum in Asia tẽpla dedicauit/ ac eousq̃ profecta est Romana superbia/ ut in usum ueniret imperatorũ etiam scelestorum consecratio & inter deos publica tralatio quod apd' historiographorũ plerosq̃ cõuenit: Hinc etiam post elatum funus e rogi cacumine sicuti narrat Herodianus qui execrandam illam consecrationẽ monumentis rettulit mittebatur aquila quæ sacrilegam superstitionem apud vulgus confirmaret/ ea uero templa frequentabant/ postea maligni dæmones & se in idolis colendos exhibebant/deos mentientes & responsa de futuris pollicentes/sanitatesq̃ ac mirãda pleraq̃ hominibus in eruditis opera ostentantes / hinc & succubi & incubi dæmones quod nec theologi nostri negant/presertim Augustinus & Thomas: vt hinc facile quispiam suspicari posset/ tot olim deorum filios creditos/tot Nympharum dearũq̃ & hominum concubitu nuncupatos heroas non fabulis tantum fictos/sed dæmonum vel succuborum vel incuborum opera factos fuisse/quanq̃ ut ipsi recte decernũt theologi non dæmonum ipsi sed hominũ filij fuerint quorum semine abusi essent maligni ipsi dæmones in uiris uel fœminis libidine decipiendis/dei tamẽ illi vel deæ credebantur a gentibus cœlestes/terrestres: Sed & maritimi/ & fluuiatiles/ & montani/ Hinc panes/ hinc siluani illi/hinc Acheloi/ Cyrenes/Thethis/Napeæ/ Dryudes/ Oreades/ & si qua eiusmodi nomina poetis gentilibus celebrata & ementiti numinis donata: quæ sibi dæmones imponi gestiebant/ut pro dijs colerentur: ut hinc etiam recte psalmographum cecinisse cognoscamus: Omnes dij gentium dæmonia/quos toto opere prius Moses fuerat persecutus / imo per Mosen deus / vetans hebræo populo peculiariter delecto cultum illis omnino exhiberi: & apostolus Paulus/ ut est apud Lucam in actis apostolorum/cum Athenis expectaret incitabatur spiritus eius in ipso vidẽs Idololatriæ deditam ciuitatem/quã de re illos redarguẽs inquit: Viri Athenienses per omnia quasi superstitiosos vos video ad superstitionẽ quidam spectat vitium Idoli colendi / teste Augustino secundo de doctrina christiana libro cum scripsit/Superstitiosum esse quicquid institutum ab hominibus est ad faciẽda & colẽda idola uel pertinẽs ad colendum tanq̃ deum creaturã partemue ulla creaturæ uel ad consulationes & pacta quædam significationum cum demonibus placita/atq̃ fœderata ad quod genus ligaturas pertinere decernit/de quibus nobis in sequentibus pertractandum: q̃ autem nõ solum diuinis eloquijs eorũq̃ interpretibus aduersetur idolorũ cultus: Sed & ratiõi quoq̃ ipsi facile ostẽdi potest/cum nullo pacto rationi sensuiq̃ cõmuni conueniat/ ut id præbendum seruo sit/quod soli & summo debetur principi deo/cui omnis creatura serua subiectaq̃ est/At inquient consentaneũ esse ut superiores excellentioresq̃ ueneremur/ excellere autem & præstare hominibus seperatas illas mentes & orbium siue animas siue motores/quin & demones ipsos quos nunc etiã plurimos(prohpudor) consuluisse compertum est: sed falluntur cum ob id nõ sequatur/ ut idem illis qui deo debeatur cultus/cui eximia/ & supra quam dici potest ab alijs exaltata veneratio debetur. Non nihil utiq̃ putassent si uti nos credimus sensissent qui sanctos

angelos & beatas aĩas vti deo ꝓpinquiores honoramus optamuſq; ab eis & peti
mus/vt deum ipſum omnium principem & dominum nobis concilient/ ſed nihil
omnino dixerunt/ & damnabilius ſenſere/ cũ prauos dęmonas pro bonis angelis
coluerint/& in hoc antiquorũ etiã philoſophoꝝ pleriq; peccauerũt:qui ut inquit
Auguſtinus eadẽ ſacra cũ populis recipiebãt/& de ſuoꝝ deorum natura ac ſum
mo bono diuerſas cõtrariaſq; ſententias in ſcholis perſonabant. Quid:ꝙ Seneca
ipſe ſanctiſſimis moribus inter Stoicos creditus aperte aberrauit inquiens: Ado-
rabimus vt & meminerimus eiuſmodi cultum magis ad morem q̃ ad rem perti-
nere. Exterior enim cultus cũ interioris ſignũ & ſit & habeatur nõ ſecus damnan-
dus eſt ſi interiori nõ quadrat & conuenit. At ille iure meritoq; culpãdus eſſet qui
exteriora verba/ quę ſigna ſunt verboꝝ conceptuũ ve animi aduerſa oppoſitaq;
proferret eis quę in animo gereret qui litteras quoq; eorũ verboꝝ indices aduer-
ſo more q̃ ſuſcipi ſoleant delinearet/eiſq; vel animi ſui conceptionẽ/vel ordinari-
um verborum ſonũ rite concipi opinaretur/ ꝙ ſi forte contenderint ſacra ipſa &
cultum ad ſummũ illum qui pręeſſe alijs opinabantur deum fuiſſe referenda/faci
le reuincentur: nanq; vt mittam/ ꝙ vulgus eorum hac de re ignarum fuit illud ſa-
ne in aperto eſt/ in cerimonijs illis multa pacta honeſta minus q̃ ut mediocribus
hominibus exhiberentur/ nedum aut bonis ſpiritibus/ aut deo & ſpirituũ & cor-
porum principi agebant in templis & ſacris quę in lupanaribus agi dedecus etiã
inquinatis hominibus putaretur/a deo ſpurca/a deo obſcęna/eorum ſacra & ceri-
monię. Mitto uiuentium hominũ hoſtias & cędes a dijs ꝓ ſacrificijs petitas/ & ab
gentibus pro falſa religione cõceſſas: Pręteréo in theatris decantata ſuorum deo-
rum/adulteria/cedęs/bella/lites: Pręteréo vſurpatas ſibi de futuris prędictiões/re-
ſponſioneſq; in quibus multos fallebant/multa proferebant ambigua/ vt ab infa-
mia ſe falſi vendicarent. Multa aperte mentiebantur/multa ſuadebãt mala de qui-
bus antiqui & gręci & latini theologi/& ex poſterioribus aliqui ſatis abũdeq; diſ
ſeruerunt:& orbis olim inſanias oſtenderunt: a quibus chriſti virtute & ſuę legis
beneficio mundus reſipiuit. Pręteréo ſectas varias dæmonum/elementorum/ ho
minum colendorum inter ſe varias atq; pugnantes: propterea aduerſus eas nihil
vltra a nobis agendum: Reliquæ igitur ſuperſtitionis tractandæ/confutãdęq; ſpe
cies/& in primis ſuperſtitioſa prænotio/cuius eliminande gratia de indebito vni
us dei cultu deq; idololatria & alijs ipſius ſupſtitiõis ſpeciebus ægimus/dein ma-
gicas obſeruationes debellare nitemur. quæ ab ipſa plurimum ſuperſtitioſa præ-
notione dependent/ſicuti ipſa ex idololatria aut initiũ aut incrementũ traxit. Nec
incongruum videtur ſi dixerimus de idololatria ſuperſtitioſam prænotionẽ poſ-
ſe quoquomodo pendere/deq; prænotione ſuperſtitioſa idololatriã:ſeq; ipſas al-
terne mutuoq; fouere/ tametſi primo libro de falſa duntaxat prænotione ſuper-
ſtitionẽ dependere affirmauerimus/cuius idololatria ſpecies eſt. Sane de ſuperſti
tioſa quoq; prænotione dæmonum/idololatriã hoc pacto fluxiſſe conſiderare po
terimus/vt illi quo pacto maluerint coli hominibus ſignificauerint mendaciſſima
impoſtura/de qua in ſequentibus diſſeremus. De idololatria quoq; fluxit ſupſti-
tioſa prænotio: vbi enim in templis/ in antris/ in ſimulachris ſedem quaſi & regi-
am ſibi praui dæmones delegerũt dementes & ignaros homines multifariam de-
ludebant atq; fallebant ſuperſtitioſa prænotione/ quæ & ipſius ſuperſtitionis &
prænotionis ſpecies eſt/ & alias quidem multas ſub ſe continet: de quibus agen-
dum priuſq; ad ultimam ſuperſtitionis ſpeciem/quę in obſeruationibus magicis
conſiſtit explodendam deſcendamus.

De speciebus prenotionis superstitiose. Caput Quintum.

a Lia igitur superstitionis species/ de qua peculiariter agendum a nobis quanq; ut cōmodius absolutiusq; confutaremus/ multa de superstitiōe in vniuersum: alijsq; eius partibus (proxime diximus) in multas scindit species partesve/ quæ tam hoc ipso q; sequenti libro refellentur/ postea quæ ab his pendet obseruatio magica eliminabitur: & expresso & suppresso cū demonibus pacto & quod de ipsis cōstituitur extremis medio superstitiosa deriuari prenotio potest: expressum pactū Augustinus intellexit: quod cum demone ineunt aperte necromantes & huiusmodi ceteri familiaritate demonum delectati/ occultum vero atq; suppressum cū se ingerit demon superstitiosis hominū prenotionibus: quāq; hoc ipsi nō aduertant & norint. Medium vero nos dicimus quod de vtroq; conflatur & coalescit/ de quo septimo huius operis libro tractabit cum de supstitiosa magia disputationē habebimus/ quæ partim ad expressum/ partim ad suppressum pertinet fœdus: sed nec illi hoc peculiare. Multa enim sunt quæ ad alterutrū pertinent & a nobis quādoq; sub alterutro/ quandoq; fortasse sub altero numerabunt reijcienturq;. Cum extrema cognoscent/ facile quod ex ipsis conflatur mediū sese insinuabit. Itaq; si aduersi deo demones consuluntur respondeātq; palā & aperte vel inuocati/ vel minime citati/ sed suapte malicia assistētes/ pacto id expresso euenisse dicetur/ & falsa hinc prophetia prosiliet & diuinatio magna ex parte: nam de suppresso etiam pacto ipsa diuinatio depēdet/ quod fiet manifestū cum de illius speciebus agetur/ falsa ꝓphetia diuidi in tres partes potest: de triplici eorum obiecto pendentes/ aut enim quæ reuelāt hominibus ipsi demones suapte ea sponte & natura cognoscūt/ aut ex reuelatiōe superiorꝝ demonū/ aut ex bonis spiritibus erudiunt/ quare alia erit species q̄ a natura petita/ alia quæ a bonis angelis insinuata/ alia a superioribus inmissa demonibus ut sequenti capite declarabitur. Diuinatio vero quæ a persis allata credit apud gētes/ olim varie desumpta est atq; a multis probata. Nos autē diuinationē cū dicimus rem statim ꝓphanā noxiamq; intelligimus. Siquidem & beatus quoq; Hieronymus Micheam prophetā interpretans decernit diuinationē nō nisi in malam partem accipi debere vniuersamq; eam ex operatione demonū vel occulta vel manifesta prouenire decernit: huius species recensebuntur repellenturq; omnes adeo ut vel singulatim confutatas agnosci poterit/ vel si qua numerū censurāq; latenter effugerit oculos fortasse nō manū latuisse cōprehendetur: quādoquidē aut occluse erunt in illis quæ palā reiecte fuerint: aut sub aliarū nominibus appellationibusq; repulse. Cōmunicāt enim sepenumero sibi vicissim nomina superstitiōes huiusmodi. Sed nec vna etiā contente plures quādoq; sibi appellatiōes usurpāt. Hanc gentes in multa partiebantur genera/ nec inter se omnino cōsensere: Nostri distinxere aliter/ ut in huius operis progressu manifestabitur. De prophetia igitur sequēti capite/ mox de diuinatione disseramus/ atq; inter disputandum quæ inter se conueniant quæ differant ostendemus.

De falsa ꝓphetia & eius speciebus Caput Sextum

i Nter superstitiosas prenotionis species quæ ab expresso cum demonibus pacto defluunt falsam prophetiam posuimus/ quam diximus trifariam posse diuidi/ cum demones ipsi/ aut quæ reuelant norunt/ ipsi per inditas species/ aut a superioribus discunt demonibus/ aut a bonis eru

diuntur spiritibus. Sic & falsi possunt prophetæ diuidi: aut enim ipsi quandoq;
a bonis erudiuntur spiritibus/aut a malis qui vel ea quæ falso prophetę reuelant/
a bonis ipsi hauserunt:& id bifariam: aut enim duntaxat manifestant quæ spirita-
li eorum naturæ sunt cognita:aut quæ a superioribus edocti sunt. Primi generis
Balaam habitus est/cui dominus dicit fuisse locutus/ ut sacro scribitur libro Nu-
merorum/quanq; ꝓpheta esset dęmonū & Ariolus: quod nomē quanq; alij alias
interpretantur. Ecclesiastica tamē decreta putāt ab eo deductū ꝙ nepharias circa
aras idolorum preces emittebant: Pari pacto de Sibyllis dicerentur quoꝝ ex li-
bris tametsi ad varias quandoq; impellerentur insanias romani ut apud alios ple
rosq;/tum apud Zosimum visitur/cui multa citantur carmina gentiliū superstitio
ne plena. Plurima tamē christi mysteria pręcinebant/quandoq; dęmoniacæ igno
ta naturæ eius vero Sibyllę vel Erythreę vel Cumanę opus heroicis scriptū versi-
bus ita mundum erat idololatrię scęlere/ita christi pręconia declarabant:ut visum
Augustino sit eum ad ciuitatē dei pertinere/ dum eius decimūoctauū librum per
scriberet. Varia tamen varij sensere/ut ꝓcedente opere patefiet: varietatis causam
attulisse putauerim eoꝝ quandoq; in vnū congesta volumina/ut cūq; fuerit/quæ
ad gratię mystica spectabant:Eruditos etiam adeo aliquos ex gentilitate iuniores
theologi fatentur/ tametsi alijs in rebus eosdem dęmon fallere potuisset: ut narrat
Henricus ex Assia:qui tamen fœminis is numeris pręmaribus datū arbitratur: ꝙ
infirma mundi eligere deus consueuerit: qua de re philosophos supernam veri-
tatem celasse illum & fœminis cōmunicasse:euenisse quoq; interdū putat ut effati
quępiam fuerint/quę exacte alioquin nō perspexissent. Sed enim fieri potest ut &
ipsi falsi prophetę ex dęmonū inspiratione vera pręedicant:q̄nquidē & ipsi etiā dę
mones ex oraculis vera interdū respondebant. Multa enim sciunt vi naturæ/ quæ
reuelare possunt/alioquin hominibus incognita. Natura enim superiores sunt ho
minibus & intellectu ꝑspicatiores subtilioresq;: multaq; edoceri a spiritibus bo-
nis queunt/quæ ipsi a deo hauriunt. Nec eis hoc mirandum videri debet:qui ver-
sati sunt in lectione gentilium:quandoquidē cum alibi/tum apud Vergiliū in ter-
tio Aeneidos legisse possunt harpyiam æneę:nam sic ille fabulatus est vaticina-
tam fuisse ea quæ ab Apolline ipsa:ille a Ioue hauserat/ ita enim dixisse illā fingit.
Accipite ergo animis atq; hæc mea figite dicta: Quæ phœbo pater omnipotens/
mihi phœbus Apollo prędixit. vobis furiarū ego maxima pando:ordo enim insi
nuatur haustę/ quādoq; veritatis a malis vatibus/quem Maro ipse sicut prius Ho
merus/ Plato alij fecere/ quēadmodū Iustinus martyr Eusebius alij probāt/ex he-
brea fortasse disciplina ꝑcepit aut ex his qui res hebręas in ęgypto didicerunt suo
ipse ingenio deriuauit. Legimus enim cum alia tum illud in sacris litteris Balaam
Ariolum aliqua vera mysteria reuelasse ipsumq; dei colloquiū expetiuisse/ nā di-
uinæ prouidentię ordo ineffabilis qui malos etiam & falsos quandoq; & bona &
vera promulgari voluit: Vnde illud vulgatum compleri conspicitur. Omne verū
a spiritusancto esse:& quanq; ipsi fallere cupiant veritatem nihilominus/ut vendi-
bilius fiat mendatium/quandoq; proferunt:quam inuiti etiam sępe pronunciant/
& ab hominibus dei virtute coguntur effari vera cum alioquin sua ipsi sponte mē
tirētur/ & hinc inter falsos verosq; prophetas discerniculum in signe prodit: quod
veri lumine illo de quo supra diximus collustrati vera effantur semꝑ/falsi nō sem-
per falsi sunt/quia illi a spiritu & lumine veritatis semper/ isti nō semper a spiritu &
tenebris falsitatis instruuntur. Vtitur enim deus etiam malis ut bonis inde utilitas
eueniat: tum ut fiat veritas credibilior manifestiorq; cū ex aduersarijs hostibusq;
confirmatur/tum ut hi qui dęmonicis oraculis addicti sunt/veritate ab eis etiam ꝑ

mulgata/ ad eam pure atq; integre suscipiendam facilius perducantur/ ob hanc causam factum multi putant/ vt Sibyllæ ipsæ quibus multa habebatur fides agẽtibus de vero deo de christi mysterijs plurima ꝓmulgauerint/ ac dęmones de christo interrogati vera respõderint & multa in eius laudem protulerint: quod etiam noster acerrimus hostis Porphyrius aperte multifariamq; fatetur: quod & alias tetigimus & apud Eusebium & antiquos alios theologos fusius conspici potest. Sane possunt homines nulla aut malorum aut bonorum spirituum afflatione futura effari vel mendatio decipientes nihil scilicet edocti eorum quæ pronunciant vel a suamet ipsi phantasia decepti/ putantes omne id se vidisse quod aut cupiunt/ aut timent/ vana & delira somnia pro veris oraculis desumentes/ quibus de rebus suo loco: id est ultimo huius operis libro disseremus. Falsa igitur prophetia erit quocunq; modo eueniat/ si falsum pronũcietur. Et falsus propheta qui de futuris pronuncĩas vel mentit̃ vel falsum profert/ nisi id statim correxerit/ quod ideo dicimus quia fieri aliquando potest/ & olim factum est ut proprio spiritu propheta dicat/ aliquando minime clare secernens/ a propria ve id cogitatione eueniat an a diuina inspiratione profluat/ quemadmodum Nathan Dauidi/ quondam respondit/ de construendo templo Hierosolymis: Sed si ueri ij prophetæ fuerint/ alterum cõspicietur. aut enim mox correcti recantabunt/ aut deum id dixisse non contẽdent. Siquidem uel id ꝙ incuria quadam negligentia ve admiserunt/ statim explodent/ uel a seipsis id non afflatu aliquo protulisse depręhendetur / deo scilicet asistente/ nec ullo pacto patiente ut falsum pro ueritate ab eis prodeat: quos suę ueritatis p̃cones instituit: & quibus sæpe internitiem minatus/ si suas cogitationes tanq; diuina iussa hominibus suscipienda exposuerint. Proprię autem & exacte falsus propheta dicetur/ qui sciens & nolens falsa profatur: sicut & hominẽ falsum nominat Aristoteles in quinto libro primæ philosophiæ qui falsas rationes spõte prompteq; deligit. Illud autem animaduertendum fieri posse/ ut qui veri sunt prophetę falsi putentur nulla sua culpa: sed audientium interprętantiũq; vel ignorantia vel malitia ut ultimo volumine declarare curabimus: cum vel futuræ conditio rei/ vel tempus alio excipitur modo q̃ a deo & propheta promitur. Cæterum non secus falsa prophetia continget ac veram diximus euenire q̃tum ad gradus modosq; superi influxus hauriendi pertinet/ per somnum videlicet/ per vigiliam/ per corporeas & sensiles notas/ per imaginarias formas. Lumen autem illud eis deest proprium scilicet & peculiare veri prophetæ: cui scilicet intelligibilis veritas diuino lumine manifestatur: varijs item de locis dari responsa possunt falsæ prophetiæ: per oracula ut olim in templis Hammonis/ Dodonis/ Pythiæ/ per loquentes imagines per annulos/ per phialas/ per ventriloquas/ & cętera id genus in progressu operis explodenda. Sed prius ut de ipsa proposuimus diuinatione tractandum.

¶De diuinatione & eius speciebus Caput Septimum.

I Egimus apud Platonem in phœdro Socratem duas esse furoris species decreuisse/ alteram quæ ex humanis proficiscatur morbis/ alterã q̃ de diuina pendeat alienatione qua rapitur quispiam pręter consuetudinẽ institutumq; vitæ. Diuinæ autem huiusmodi partes assignat quattuor/ quibus & quattuor præsint: Dĳ vaticinĳ: Inspirationem tribuit Apollini: Dionysio concedit mysteria: Musis poeticam: Amatorium furorem Veneri & Amori. In

timęo vero diuinationem homini datam asserit/ eamq; in iecore quasi sedem sibi domiciliumq; delegisse. Neminemq; sane mentis diuinum & verum vaticinium ullum assequi/ob idq; deum humanæ dementiæ vim diuinandi tribuisse. Cui sententię Aristoteles in libro de diuinatione per somnium refragatur: Consonũ putans ut si a deo hominibus reuelentur abscondita id maxime sapiẽtibus fiat. Tum autem diuinationem fieri voluit Plato/cũ oppressa vis morbo/ vel prepedita somno/vel diuino raptu e suo statu dimota fuerit prudentis quoq; esse officium ea intelligere quæ a fatidico furenteq; ingenio/aut per quietẽ/ aut per vigiliam pronũciantur/non autem eius ipsius id munus esse qui furore tenetur/atq; hinc lege iuberi ut diuinis vaticinijs prophetę pręsint/quos vates falso appellatos decernit/cũ non vates sed oraculorum atq; visorũ quæ obscuris velaminibus inuoluuntur interpretes sint/quare nullo pacto eos vates esse qui vaticinia iudicant: sed prophetas vocandos. Vaticinium autem ipsum nec ab arte nec a natura fieri Iamblichus Platonicus censet/sempiternumq; eũ esse missum ad homines diuinitus/ & in medijs quidem ut inquit essentijs insertum. Idem ipse eisdem de rebus loquens tria ꝓsagiorum vaticinijq; genera definit: ut primo narrauimus libro/naturale artificiosum atq; diuinum: prima duo paruipendit/nec veneratione digna ducit/cum alterum etiam animalibus competat/ sensuiq; potissimũ nitatur/ alterum ratione duce progrediatur. De signis (uti in contractione pulsus contigit) cõiecturam sumẽs quare id humana dumtaxat & suspecta corporeaq; cõditione proficisci: diuinum magnifacit & multa laude prosequitur/eo preuisionem parari hominibus/ eosdẽ illius beneficio diuinos reddi. Sed & prophetas quoq; viros vna cum pręsagio facultatem ęternum ad cauenda declinandaq; incõmoda possidere/ quod autẽ prius negauit ab arte natura ve fieri posse vaticinium id asserit postremo sed minime id negasse eum quispiam forte cõtẽderet verum ea dumtaxat vaticinij dignanda nomine non credidisse/sed hoc illi ad præsens condonetur illud reprehensione dignum/quod quæ naturæ & arti tribuit solo naturæ nomine cõprehendenda sunt ut tertio libro a nobis ostensum id quoq; delirat ea ipsa floccipendens. Diuinum autem prænoscendi genus quod nos demonicum dicimus magnifaciens & oppido q̃ extollens. Cicero in suo de diuinatione volumine duo ipsius rei collegit genera: quorum alterum ab arte/alterum a natura penderet: ab arte diuinationem ꝑ exta/ per monstra/ per fulgura/. Astrologos item/ Augures/Sortes/sub arte cõcludit. Sub natura vero uaticinationes & somnia: sed hæc quæ ad artem spectare dicit ad occultum & suppressum cum demone pactum pertinent/quæ naturalia vocat expressum concernũt pactum/ & sane aberrat naturalia putans esse vaticinia & quam ipse somniorum cum vaticinijs societatem asciscit/ non satis plane perspicio. Hinc colligere aliquas possumus inter diuinationem/falsamq; prophetiã differentias quæ in progressu etiã clarius apparebũt: illa enim nullo pacto ab arte deduci deriuariq; posset/cum demones reuelẽt semper in falsa prophetia: in diuinatione semper non reuelent: hæc expresso & suppresso pacto male freta suas peragit superstitiões/ illa expresso dumtaxat pacto polluit. Diuinatio a demone aut occulto aut manifesto pacto/ministratur semper ut Thomas/ut alij volunt: falsa ꝓphetia non semper cum bonos diximus angelos aliquando posse & malis demonibus & pseudoprophetis reuelare secreta occultaq; patefacere: & hæc quidem ideo falsa dicitur q̃ a falso demone falsoq; propheta defluit/ tametsi idem vera quandoq; possint effari illa diuinatio eo dicitur a nostris q̃ diuinũ sibi arrogat & usurpat officium quæ tamen (ut diximus) a gentibus ob proprietatem nominis quod a dijs traheretur in bonã accepta nomẽclaturã est. Prophetia falsa in bonã

accipi partem a nobis nequit illa vaticinium comprehendit. Hæc iuxta Platonem ut ostendimus nequaquam cum prophetam interpretem vaticiniorum duntaxat dicendum moneat: sed & falsi prophetę quæ vident effantur ipsi & perperam quemadmodum boni & recte & sanctę pronunciant. Prophetię falsę tres assignauimus species sub expresso cum dęmonibus pacto contentas. Diuinationis autem species plurimę/partim de expresso/partim de suppresso pacto deriuatæ & inuestigatæ a nobis constitutęque in hunc modum. Aut enim dęmon sumpta figura quapiam apparet extrinsecus aut per somnum/ aut in vigilia solę voces aliquādo sine apparitione sentiuntur: sed & muta signa occulti cuiuspiam iudicia/quādoque ostētantur in phantasiam interdum illabitur & rerum imagines pręsentat intrinsecus: manente nihilominus iudicio sensuum nec ab acta omnino & amota ratiōe/rapit item a sensibus/emoto mentis officio/& in furorē vertit. Itaque si extrinsecus appareat/nec tamen perspiciatur plane quid sibi illud velit ostentum/& modo in hanc modo in aliam verti videatur formam ut deludat perstricta oculorum acie pręstigium vocabitur: cum vero pręstat seseque agnoscendū nō abnuit/apparitio dęmonica apertaque dici poterit. In somnis autem cū videntur ab ipso somno cui cōtigit/ diuinatio nomen sumpsit: quanque Aurelius Macrobius in cōmentarijs super somnum Scipionis quinque narrat diuersitates & nomina eorum quæ sibi videri dormientes videntur. Somnū visionē/ oraculum/phantasma/ seu visum & insomniū: de quibus suis locis dicturi sumus. In vigilia quoque contigere potest ut modo dęmones ipsi in assumptis corporibus appareant/modo animę defunctorum vel excitentur/vel excitatę magis videantur simulantibus dęmonibus se illorum esse animas ac vestes eorum habitumque corporis & vultum effingētibus: quæ a mortuis ducta diuinatio necromantia græce appellata est. Hanc arabs quidam ad astromicam magiam extendit/& ultra progressus Piccatrix pro rebus omnibus absconditis quorum causæ & productionis modus ignoratur stare necromantię nomē voluit/indocte ita nec non ridicule sicut alia eius dogmata non minus vanitate exsibilanda quam superstitione damnata. Eandem necromantiā phitonicam diuinationem quandoque nuncupatam puto ab hebręis quoniam Saul pro excitando Samuele phitonissam adiuit. Sed forte hæc sciomātia rectius quam necromantia nuncupatur quod ut quidā putauit eo differt a necyomātia quod illa excitat corpa hæc umbras dūtaxat asciscit. Illius autē Lucanus: huius & Homerus & Vergilius inter poetas meminere. Si vero voces pręsentiuntur/ oracula dęmonū vocitata sunt: occulebāt enim se dęmones in templis subque simulachris delitescebāt/reddentes oracula ambigua/ incerta rarenter vera/falsa plurimum/ in mutis etiam signis id contingebat in extis imolatorum animaliū/ in aris dęmonum/ vnde aurispicina deducta/irridēda ars & prorsus exsibilandum dęmonis iuuentum / qui & hoc & alia huiuscemodi noxia deliramenta signaque alia & quid & quomodo futura indicarent tam mēdaciter quam noxie superstitiosos homines edocuit: quibus ex diuersitate signorum diuersa obtigerunt nomina. Si enim in elementis visenda proponuntur a dęmone nomen inde trahere possunt/ut areomantia/ hydromātia/ pyromantia/geomātia nominetur. Geomantia inque non quæ bifariam diuisa in sacrilegam & mixtam sed ea quæ interpungit Abacum & ad pactum pertinet occultū. De quo postea pertractabit: ad elementa etiā ptinent fulgura & ostenta monstra prodigia. Nam & terręmotus & fulgura & cometæ & ex terra voces emisse & his silia quod ptim expressum/ptim suppressum cōcernūt pactū sub elemētis claudunt quod ad expressum ptinent generatim cōfutabunt hoc libro: quod ad suppressum sexto cū de fulguribus & ostētis aget. Si phantasiā vero dęmō illabat & ex cōceptis imaginibus pronūciet

vel vates vel propheta dicetur/aut manente aut amoto sensu quanque si amoueatur vel furens vates/vel arreptus magis nominabitur. Plato vatem dixisset. Epimenides quoque & Bacchis & Sibylla erythrea/qui per furorem vaticinabantur/vates a gentibus nuncupati sunt;unde & poetas vatum etiam appellatio secuta est;quandoquidē hi ipsi & furore simul agebant & fundebant carmina;sed alij id plerique essecere/nec plane constat quis primus carmen furore cecinerit: Plinius in Apollinis oraculum id referendum putat. Alij linū heroici carminis auctorē putant/siue furore ab alienataque mente siue stante & composita & quieta cecinerit. Alij carmen heroicum phemonoe referunt acceptum/cuius nominis vatis Lucanus in pharsalia meminit;& Statius;& Seruius Marois interpres Cumee Sibyllę phemonoes nomen fuisse referūt.Sed Iosephus affirmat Mosem antiquiorē omnibus qui extent gentium scriptoribus in libro aduersus Appionem. Idemque Iustinus martyr asseuerat.In antiquitatibus vero iudeorum prodit Iosephus hexametrum carmē Pharaone demerso a Mose compositum/quo fit ut hexametrū carmen primo omnium Mosi referatur acceptum:quod quidem ut sacra Exodi narrat historia:cecinit Moses & filij Israel/& postea Maria soror ante muliebrem cœtum cum tympanis & choris pręcinebat/qua de re in nostro ad sanctissimā Trinitatē hymno quodam loco ita cecinisse meminimus.Seu quod erythręo procudit littore carmen:legifer atque soror recinit non nupta puellis.Hebręis postque demersa ęgyptia pubes Aliud erat diuinationis genus quod partim ad idololatriam/partim ad necromantiā/partim ad scelestē ptinebat magiā.Nanque apud gallorum dryudes/quibus humanę victimę imolabantur/homines diuinationi destinati in tergo feriebātur & ex ipso impatientiæ afflictandique modo vaticinium desumebatur.testis est Strabo: Hunc morem/ut ait Lucanus sinistrum seu diram iuxta tranquillum immanitatē Tyberij abstulit principatus:auctore Plinio. Tranquillus ipsæ vetitam inquit ex parte sub Augusto illamque ipsam Claudium aboleuisse: hunc etiam tyberium agnominatum constat.Cymbrorum fœminę captiuis iugulatis diuinabant/ Hiber sacerdotes seruum afflatum numine mactabant lunæ:Dixi ad idololatriā ex parte pertinere qui per sacrificia vaticinabantur/quæ scilicet dęmon sibi exhiberi docuisset ad magiam.Item ex parte cum experimenti noxij quoddam genus id haberetur quibus plurimum prophana nititur magia: Adde quod Plinius in calce sextidecimi dryudarum etiam meminit ita ob amatas quercus appellatorum:eosque ibi vocat gallorum magos:quos Iulius cæsar in cōmētarijs pręter alia religionis interpretes dicit: ad necromantiā autē eo pertinet/quod diuinationi ipsi cedes quodammodo miscebatur;eo vero ab illa seiungitur/quod nō ex mortuis ducebat ipsa diuinatio/ sed ex viuis/ob inflicta vulnera & proximā fortasse mortē se afflictātibus/quæ apud Cymbros & in Hiberia fiebant ad necromantiā pertinēt magis;quæ autē de suppresso tacitoque cū demonibus pacto diuinationis species pendent ex cōsideratione videlicet & dispositione rerū naturaliū quas superstitio peruertit;hæc habētur potissimum in quibus se dęmon multifariā insinuat.In primis Astrologia/ huius generis/mater & Alumna est/astrologia inque/nō motuū cœli/non magnitudinū orbiū & stellarū quæ & Astronomia dicitur;sed futurorum quæ ad inferiora liberosque homines pertinent euentuū a sanctis a doctis hominibus/damnata semper & explosa;cuius cultores Astrologi/ Genethliaci/ Chaldei/ Mathematici/ Planetarijque vocati sunt.Genethliaci ex pfessione inspiciendę Geneseos: Chaldei vero ex gēte & natiōe. Ex diuinatiōe vero p planetas planetarij: quod ppria eorum noīa cū haberi odio inciperēt/alienos titulos inuaserūt/vt quoquomō honestarēt.Itaque astrologorum/astronomorum/& mathematicorum sibi nomē vsurpauere; in eorum inuidiā quod mathimata id

est disciplinas profiterentur/ & qui nomon id est legem & logon hoc est rationē astrorum tenerent: quanqꝫ ne illi qui motus stellarum & magnitudinem metirentur reclamarent/ Astronomos illos se vero astrologos duntaxat & mathematicos apud vulgus dixerunt/ quod equidē nihil eis profuit: tantũqꝫ abfuit vt ipso nomine honestarentur vt etiam eam quæ syderum cursus & magnitudinē contemplatur ars certe nobilis & suis terminis honesta cōmunione fere nominis infamarint. Damnati enim sub Constantino mathematici: hoc est circulatores illi/ nō qui mathematicas profitentur artes quæ in numerũ liberalium artiũ reponuntur: Damnata & in Cōcilio Tolletano mathesis/ dānati & Astrologi a philosophis & theologis: nec ideo ꝙ rationē tenerent astrorum/ sed ꝙ in astris augurarētur: eos enim propterea id nomen sortitos Augustinus asserit in libro de natura dęmonum: Talem igitur Astrologiam. superstitionem dicimus/ ex hac fluunt Chiromātia/ Geomantiaqꝫ: Vti enim illa ex planetarum positu/ & natura fabulatur assidue: ita & illa volam hominis in septem partitur regiones quas montes appellant/ planetis erronibus ve assignatos & hæc terreũ Abacum perforat punctis quibusdam temere infixis/ quibus de rerum euentis diuinationem colligere autumant. Cœlo igitur terra/ homine inspectis diuinaculi circulatores insaniũt/ alij plus/ alij minus. Nam Geomantia ipsa triplex habetur/ pacto expresso/ tacito & medio/ qui & naturam etiam aliqua ex parte sapit/ qualis apud Almadalem Arabem reperitur nō Almadelem ipso superstitiosiorem. Hic terrestres causas quandoqꝫ introducit sic & aeromantia apud eum & alia nō nulla qui superstitiones aliquas non omni ex parte superstitiosę docuit: hæc & ad exprędssum & ad supprę ssum pactum per se pertinere possunt/ atqꝫ vt sunt hominum ingenia misceri quoqꝫ naturalia quęũt atqꝫ ita mixtura quadam conflari & coalescere Auguriũ postea Auspitiumqꝫ psilit/ quod nec cœlo/ nec terra/ nec homine vt superiora illa abutitur: sed animantibus alijs Auibusqꝫ immoratur. eorum voces/ Garritus/ motusqꝫ perpendens/ sub ipso Augurio non difficile includeretur Spatule diuinatio quæ & colores & signa & pyxidem & vertebri ligaturam & alia quæpiam scrupulosissima superstitione rimatur: adeo ut eius vanitatis librum viderim qui notionem artis ad caruunculam ex lebete subtractam extenderit: Sed & sternutamenta & fulgura & membrorum saltus sub Augurio compręhendi possent/ quoniam generale nomen Augurij apud multos habetur/ quanqꝫ ex eisdem quædā ad aeromantiam & pyromantiam/ quædam ad Geomantiam elementalem pertinere dici possent: alia species oritur cum ex insperato quid euenit/ & ad futuri significantiam retorquetur/ omen gentes dixere/ nec fortuita id sed diuina prouidentia constare autumauerunt. Alia de occulto dęmonum pacto superstitionis species fluxit: dum serio quid homines per agunt quo diuinationem conficere procurant/ ad rimanda inquirendaqꝫ occulta: huc sortes variæ spectant/ puncta/ figuræ iactatæ/ Taxillorum iactus/ plumbeę figuræ in aqua proiectę/ in apertum librum repens oculorum intuitus/ occursus ex improuiso sententiæ/ quæ ad questionem conducat/ & alia innumera vesana nugamenta/ quæ vno sortium vocabulo concludi possunt. His igitur vel enumeratis vel indicatis singulas particulatim confutabimus/ eas primum quæ de exprę sso deriuantur pacto hoc libro claudentes. Quinto vero & sexto quæ de supprę sso fluunt eliminantes. Septimo magicas vanitates/ quæ medio se habent modo ex vtroqꝫ conflato. Octauo vt diximus: curiosam tractabimus. Nono quid tenendum/ quid reijciendum summatim pro virili docebimus & regulas quibus falsa a veris/ noxia ab vtilibus/ bona a

malis cognoſci ſecerniq; poſſint: q̃tum uires tulerint explicabimus. Sed nunc aduerſus ea quę recenſuimus in vniuerſum bellemus

¶ Aduerſus diuinationem in vniuerſum Caput Octauum.

d Iximus ſupra diuinationem olim gentibus probatam/ & in multa genera diuiſam /, damnatam autẽ a noſtris: eo enim decepta illa gentilitas & extimauit eam & prouexit/ qui a dęmonibus/ quos deos autumabat dependeret: Chriſtiani autem auctores noſtri eam propterea damnarunt & proſecuti ſunt/ quia diuinum ſibi officium (proprie videlicet futura præſciendi) uſurparet arrogaretq;. Neq; enim quos deus inſpirat ut futura prænoſcant prænuncientq; diuinos dicimus: Patiuntur enim ij potius diuina q̃ faciant: neq; ſibi quod dei eſt adſcribũt: Sed neq; eos qui de ijs quę aut ſemper aut ut plurimũ eueniunt & loquũtur & coniectãtur hoc nomine damnamus: Verum eos diuinos dicimus qui uel inita cum dęmonibus manifeſta ſocietate vaticinantur/ uel ſuperſtitioſis quibuſdam artibus quę de occulto cum dęmonibus pacto prodeunt mancipati idem efficiunt: Primi generis hi habentur qui dęmones conſulunt/ qui functorum uocant animas/ characteribus/ ſignis/ circis/ ueluti ſponſoribus intercedentibus: Secundi uero qui in aſpiciendis aſtris hallucinãtur ut alios exoculẽt & Marſupia ſuppilent/ qui cantus uolatuſq; auium cuſtodiunt/ qui exta pecudum rimantur/ qui fulmina/ qui tonitrus/ qui terremotus/ qui ſternutamenta/ qui ſpatulæ oſſa pro noſcendis futuris obſeruãt: qui terra/ aere/ aqua/ igne/ homine cæteriſq; cõpluribus abutuntur/ ut occulta futuraq; norint/ nulla quidem ratione atq; prudentia/ ſed ſtoliditate ſupſtitioneq; plurima/ & quãq; ſingulatim damnari & explodi poſſit iure optimo utrũq; diuinandi genus/ quod de expræſſo ſcilicet deq; ſuppræſſo deriuatum pacto eſt: Si & utrũq; per ſe/ & que in ipſis ſuperſtitioſe inſaniæ ſpecies cõcluſæ ſunt examinentur/ ut mox aliqua ex parte facturi ſumus: id tamen confeſtim apparebit/ ſi ipſa in vniuerſum diuinatio perpendat̃: ſi eius auctor/ ſi effectus qui inde proueniũt. Si diuina demũ oracula quę ipſam dãnauere conſiderentur. quid enim veſanius ſtolidiuſq; a creatura ſeu intellectuali ſeu rationali excogitari adſcribiq; ſibijpſi poteſt/ q̃ ut deo ſe æqualẽ ementiendo conſtituat/ hoc pacto q; ea ſcire ſe iactet quę ſoli deo ſunt nota aut cui uoluerit ipſe reuelare. Quis item non mentis emotæ dæmoni parenti auctoriq; mendacij ſecure confidat: ut de futura veritate percũctetur/ quã aut nullo pacto ſciat / uel quia eius naturæ minime nota/ vel quia ſuperne minime reuelata: aut ſi ſciat maligno aſtu mendatijs inuoluat: q; ſi puræ quandoq; eam proferat/ vel coactus id faciat/ vel ſi ſponte atq; libenter. Malo tamen animo peſſimoq; fine propoſito: ut ſcilicet pniciosius offendat in poſterũ & ueritate quapiã quæ in agendis rebus parum emolumenti allatura ſit aperte monſtrata/ demũ ſub alia (q̃ niſi puræ ſinceræq; noſcat̃ incõmodũ & internicies impẽderit) truculẽtius noceat ut mendaciũ deniq; ipſum ceu venenatã eſcã & exicialẽ hamũ tartareus piſcator abſcõdat. A malo igit̃ dęmone boni qcq; puri atq; ſinceri expectabimus: a fædifrago fidem & pacta ſperabimus ſeruari: & qui ipſi deo creatori naturæ pactum ab initio irritum fecit: hoĩbus quos acerrimo inſectat̃ odio pacta cuſtodiet: peſſimo igit̃ arbori ut bonos emittat fructus cõtra diuinũ euãgelicũq; p̃ceptũ fidẽ habebimus: Sed q fructus ꝓdant̃ q̃ſo aduertamus/ qs em̃ ad pacta cũ dæmone ineũda nõ ſtultus acceſſit/ nõ ſtultior/ ſtolidiorq; receſſit: Oẽs ſiꝑ hæc infœlicitas comitata eſt: ut ꝓ bonis opati indigna quępiã & ꝓphana fuerint/ qbus & bruta multa abſtinerẽt/ repugnãte & q̃ſi reclamãte natura / nedũ hoĩes ratõis limitibus circũſepti. Duos ad pręſens turba relicta adſciſcamus in

mediũ ſocietati dęmonũ tam mancipatos ꝗ qui maxime: Alterum philoſophum
ſi philoſophi tamē nomine qui ſtulticię uacãt dignãdi ſunt: Alterũ & philoſophũ
ſimul & imperatorē contēplemurꝗ/ſi aut eloquētia/aut rerum cognitio/aut roma
na potentia plus ualuit ut eſſent homines ut humano uiuerēt more ꝗ dęmonũ cõ
mertia/ut rationē ut humanitatē amitterent: Siquidē Porphyrius & in Academia
& in Lycio celebris famę philoſophus/poſt alias fere innumerabiles inſanias / ꝗs
de ſuis libris ob ſacrificia dęmonũ & oracula editis eſt colligere/eo peruectus ē ut
ſibiịpſi necem conciſcere uoluerit: Plotino magiſtro uetitus qui cum ad ſacra dæ-
monũ uocaretur tam ſapienter reſpondit ꝗ diſcipulus agebat ſtulte. cõuenire ma
gis illos ad ſe inquit/ꝗ ſe ad illos accedere: Priuatę aũt inſanię publicã hãc ſtolidi-
tatem iunxit Porphyrius: ꝙ eum quo ꝓcitus fuerat inferendarũ ſibi manuũ furorē
litterarũ monumentis rettulit: dũ Plotini pręceptoris uitam perſcriberet. Iulianus
autē cui apoſtatę cognomē tam litteris quibus fuerat imbutus/tam imperio roma
no cui pręſidebat abuſus eſt ut a ſacerdotibus dęmonũ in quęcunqꝫ uellēt delira-
menta & a regia maieſtate & a natura abhorrentia traheretur: quē finis poſtea mi
ſerrimus occupauit dũ chriſtianorũ ſanguinē uouiſſet dęmonibus/ſi de triũpha-
tis perſis uictor redịſſet. Diuino em̃ percuſſus miraculo infœliciter & imperiũ &
uitam hanc perdidit/Sed infœlicius demētiuſqꝫ futurã: quãdoquidē actus furore
ſtygio dũ moreretur quo iuſtam in ſe iram dei placare debuerat/eo crudelius atro
tiuſqꝫ iactatis in eum maledictis irritabat: Alios taceo principes nec paucos qui-
bus dęmonum conſulta non futurę ſolum/ſed pręſenti quoqꝫ uitæ fuerunt exitio
Sane apud hiſtorias non difficulter poterunt cõmoneri/qui exemplis aliorum re
ſipiſcere magis ꝗ deſipere cupiunt: diſcant ſtolidi principes ſi qui magos cõſulãt
& manes quid Antonino illi obuenerit/dum materniano ſcriberet/præciperet ſu-
perſtitioſe percunctari utrum imperio quiſpiã inſidiaretur: quando & hęc illius
cędis occaſio fuerit & deuoluti in Macrinũ imperịj/quē maxime uel Maternianus
ipſe uel magi/maneſqꝫ conſulti ereptum interfectumqꝫ uolebant. Sed inquiet for-
taſſe quiſpiã dãnamus & nos genus hoc diuinationis quod pendere de aperta dę
monũ ſocietate dicis & pari pacto falſam prophetiam prius dãnauimus quę ịjs cũ
dęmone fœderibus fręta de futuris uaticinatur verũ ſpecies illas diuinationis a te
ſupra narratas/quas nos a natura ab occulto dęmonũ fędere deriuari contendis/
nec proprie diuinationes credimus/nec eius cultores inſanos infœliceſqꝫ propter
ea putamus reddi: ut planetariã/geomanticã/chiromanticã & reliquas quas ſub ta
cito atqꝫ ſuppręſſo dęmonum pacto cõcluſiſti. Dicturi ſane ſumus claris & ſanis
oculis ſupra proſpectũ/tũ rationibus/tũ diuini eloquịj uerbis/tum Auguſtini au-
ctoritate in numerũ ſuperſtitioſarũ prænotionũ ea ipſa reponi debere. In ꝓgreſſu
autē operis non claris omnino ſaniſqꝫ/ſed nocturnis etiã & lippientibus perſpiciē
dum opinamur eiuſmodi ſuperſtitioſa nugamēta ſub damnata diuinatiōe eſſe cõ
præhenſa/cuius cultores inſanos & infœlices ita non agnouiſſem / qui miſerando
exitu diuinationibus huiuſcemodi vitã terminarũt & e magno culmine/ tum ho-
noris/tum opum eiecti cõtemptui ludibrioqꝫ fuerunt: Sed hęc mittamus ad p̃ſens
alio tractanda loco. Multifariam profecto in ſacris litteris diuinationes dãnantur
& qui eis incũbunt: Sed & ſub ipſa diuinatione Aſtrologia quoqꝫ a qua & Geo-
mantia Chiromantia dependēt aperte cõpręhenditur. Moſes iudęorũ populum
ab auguribus & diuinis conſulendis lege coercuit: quod in Deuteronomio libro
conſpici datur: & propheta Micheas aduerſus diuinos inclamat: Achinas autem
hebręorum doctor quemadmodũ præcellentiſſimus Ioan. patruus meminit in ſu
is contra aſtrologos diſputationibus. per augures intelligi eos uoluit: qui fœlices

& infœlices horas obſeruant ex propria dictionis ſignificantia id pertrahẽs. Sed & Auguſtinus noſter in libro de natura dæmonum: Aſtrologos eo dictos putat ꝙ in aſtris augurantur: eamq; artem per ſȩpe ſuperſtitionem appellat: apud Eſaiã quoq; aſtrologi augures dicti/ vnde illud: Stent nunc & ſaluent te Augures cœli qui contemplabantur ſydera & ſupputabant menſes ut annunciarent euentura tibi. Vbi vero apud Moſen diuinos minime audiẽdos legimus/ verbum eſt loco dictionis diuini in hebrȩo quod Abraam auenazra & aſtrologus & iudeorꝫ doctor cõmune inquit eſſe omnibus diuinantibus: ſed magis proprie aſtrologis conuenire. Sed hæc diſputatio ad ſequentem differatur librum quem aſtrologiȩ diuinationum omniũ quæ de pacto occulto prodeunt matri cõfutandæ abijciendeq; deſtinauimus. Satis fuerit oſtendiſſe diuinationem ipſam diuinorumq; conſulta ſacris litteris ꝓhiberi quas imitata eſt ecclesia catholica cũ in Tolletana Synodo/ tum in epiſtolis decretalibus/ quã ſecuti doctores eccleſiæ pari cõſenſu ſupſtitione ipſam condemnarunt. Quæ omnia ſequenti libro diligẽtius tractabuntur: nunc de eius ſpeciebus habere ſermonẽ oportet/ quæ ab exprȩſſa dȩmonũ ſocietate fluxerunt/ quas anteq; refellamus latius aliquanto recenſendas operepręciũ duximus.

¶ Aduerſus eas diuinationis ſpecies quæ de exprȩſſo cum dȩmonibus fœdere prodeunt. Caput Nonum.

PRȩſtigium primo nominauimus inter eas diuinationis ſpecies quæ dȩmonum auxilio fulciuntur eorũq; ſocietate & pactis cõſtant: id autẽ fit cum corporis & utinam non mentis oculos perſtringunt dȩmones: curioſiſq; hominibus pernitioſe imponũt. Ac certe quo facilius eos in opinionem ipſius quã ſibi arrogant diuinitatis inducant paulatim in admirationem ſuſtollunt nec quid ſint ipſi/ quidq; oſtentum illud portendat declarant ſtatim: ſed ex vno in aliud/ quo vendibilius noxiam mercem promant/ ſimulachrũ/ effigiẽq; ſe vertunt. Quemadmodum apud Homerũ legimus in Odyſſea de proteo ſe eo magis traſſormante variaſq; induente imagines quo magis cognoſcere eum Menelaus tenereq; tentabat. Sed & perſtãt quandoq; nec quã prius prȩtenderũt effigiem mutant: tũq; aliam diximus prodire ſpeciem quæ dȩmonica eademq; aperta apparitio cognominetur/ quales multȩ in poetarum libris deſcribuntur/ cũ dæmonas illos quos pro dijs gentilitas coluit introducunt miſſos a Ioue/ vel ſponte aſiſtentes/ ſe ipſoſq; & nomẽ & genus/ & aduentus cauſam explicantes: verũ nec ſolum ſub deorum: ſed & nympharum & muſarum quoq;/ & Dryadum/ & Oreadum/ Napȩarum/ Naiadum ut ante diximus non difficulter apparere dæmones poterant in rudi gentilitate ludenda qui philoſophis quoq; poſtea impoſuerũt ut multifariam datur cernere in ipſo etiam Iamblicho apud quem non ſolum angeli quod nomẽ ſȩpe etiã legimus apud Homerũ & græcos alios ꝓ ipſo officio & miniſterio referẽdi tributum multis: Sed & archangeli & principatus/ ſed heroes dȩmones/ dij nec cœleſtes modo/ ſed & aerei & aquei & terreni ꝗbus nulle fiebant p̃ſtigia. Et prius apud Orpheũ dij etiam terreſtres aquatiles & aerij dȩmones quos etiã punitores hominũ canit: Iam legimus apud Strabonẽ de Satyris/ Silenis/ Bacchis & Tytiris ꝗs inqt dȩmõas quoſdã deorũq; miniſtros Citretas vulgãt. Hi oẽs dȩmones erãt hinc manifeſti ꝙ dei ſibi cultũ ꝓcurabant obſcȩnaq; plurima veluti ſacra atq; diuina hominibus imperabãt. Animalia tñ fuiſſe q̃ Satyri dicerent/ in vita Pauli primȩ heremitæ ſcribit Hieronymus/ nihilominus & ſatyrorꝫ etiã inducit imaginẽ dȩmoni facillimũ & ſatyri quoq; nomẽ aſſumere: iſti tamẽ de quibus

Hieronymus ipse memoriã reliquit/ & loquebantur & rationis officia promebãt Nam & Satyrum quempiã Antonio quondam locutũ & gentiliũ errorẽ in se colendis animalibus damnasse refert/ eorũq; vnũ viuum olim productum in publicum affirmat: mox ad Constantinũ principem destinatũ. Sed enim malignus dæmon/ quanq; christi aduentu cruce & sanguine a principatu mundi deiectus est/ nihilominus priuatim fallere/ etiam in præsenti affectat multifariam: queadmodũ audiui in insula Nouergie ad oceanũ germanicũ vmbras sępenumero occurrere quæ tamẽ signo crucis effugentur: quibus & antiquus præstigiorꝫ error aperitũ & nostræ simul religionis efficatia monstratur. Quemadmodũ nostris temporibus in annulis/ cireis phialis de quibus sumus dicturi suo loco & euocantur quoq; spiritus qui se functorꝫ animas simulant: ut olim necromãtica supstitiõe fiebat/ cuius secundo loco mentionẽ fœcimus quæ frequens adeo antiquitus apud gentes habebatur ut nullum me poetam celebrẽ legisse meminerim qui eum quẽ præ alijs celebrat heroa/ vel non ciuisse manes fabuletur/ vel eum ipsum ad inferna nõ miserit. Sic Orpheum Euridicis cõiugis amore Plutonẽ adijsse & impetratam coniugem amisisse ferunt/ quod si quicq; veri & pensi hac ipsa in re fuisse putamus non ab re fuerit si suspicemur quod & Seruius existimauit ex necromãtica vanitate initium sumpsisse & Orpheum defunctæ coniugis animã euocare ꝓcurauisse/ quoniam in dæmonũ cultu frequens adeo fuit/ ut eius sit habitus magister/ qui forte visam pręstigio dæmonis umbrã quã scilicet ille se detẽturũ autumabat disparuisse lamentatus sit cui postmodum rei mille fuerint adnexa mẽdacia: sicuti accidit multis & a græcis ad nos manarũt. Si eñ quicq; veri in eis fuit/ tot postea fabulę coaceruatæ sunt/ tot nugamenta congesta ut recte ambigatur tota ne sint atq; integra mendacia: an aliquod fundamentum historię inanibus fabulamentis subiacuerit fingebant illi saltem uti diximus quæ similia veri ob frequentem usum credebãt. Sic & apud Homerum fingitur Vlyssem Circes consilio Thebani Tiresiæ animã & manis reliquos cõuocauisse: quod tamẽ ad sciomantiam ut diximus / q̃ ad necromantiam rectius pertineret/ cum umbrę dumtaxat non corpora vocãtur. Sic & Vergilius fingit Aeneam sacrificijs peractis ad inferos penetrasse/ sic Affricanum Sylius eo dimisit. Iasonem Orpheus cũ umbris diuersatum iactat. Sic Statius Thiresiam Mantho filia comitatũ aduocasse umbras fabulatꝰ/ sic alia diuersi poetę cõmenti sunt de necromãtica superstitiõe. Quam in Chaldea ortam Nicolaus in Esaię cõmẽtaria testatur/ nec ab hac opinione Augustinum abhorruisse putamus sicut & a Persis diuinationem fluxisse cõstat/ eam igitur vel horrore terterrimam vel malicia præcauenda/ vel ortu & regiõe principalem inter initia nominauimus Subinde Pythonicam diuinationẽ nexuimus. In sacris enim Regũ libris narratur fœminam olim pythonico spiritu possessam Samuelis prophetę mortui imaginẽ Sauli superstitiosa quęrenti monstrasse: De speciebus etiã ipsis quæ mutis signis constant ut Haruspicinæ/ Geomantiæ/ Hydromantiæ/ Aeromantię/ Pyromantię. De oraculis item & somnijs vnde etiam diuinatio deducta est/ & de furẽtibus demum vatibus meminimus: quæ postq; hoc libro confutauerimus: ad illas species quæ de suppręsso pacto pendent eliminandas explodendasq; manus admouebimus. Plus autem opere in illis nobis erit insumendum/ quoniã defensoribus multis furcillatæ adminiculatæq; sunt: harum autem quæ de expręsso pendent pacto plurimæ adeo inanes ut irridendæ potius sint timeriq; in eis confutandis Aristotelicum illud possit. Fatuum esse in refellendis opinionibus fatuis nimis diligenter incumbere. Quapropter impendio non insistemus/ q; etiã ex superiori capite horum omnium elici confutatio posset: Si enim abijciendam exterminandamq; di-

uinationem in vniuersum ex ijs quæ supra attulimus constitit: sequens est ut eius quoqꝫ species quas nominauimus & ostenta monstra/prodigia vniuersaqꝫ ab insanis exculta delirameta pro abiectis explosisqꝫ haberi debeant. Amoto enim genere/& eius quoqꝫ species amoueri necesse est quæ eo ipso includuntur & pendet sed paucis eas ne intacte particulariter videantur explodamus/ præstigijs nomen quod malam in parte accipitur rem ipsam cuius est nomen vel inuite condemnat/ Claudere enim stringere & obscurare præstigiũ notat/ & prestigiatores dicti qui oculorum aciem ita circũadstantibus obtenebrant ut non aduertant dolum/qui dam a styge & tenebris deduci putarunt cuius inuentorem Mercuriũ habuerunt Atqui fidere potest quispiam ei quod nõ constat: Sed modo huc/modo illuc vertitur mutatis identidem formis/ alijsqꝫ subinde varie sibi & mendaciter ad scitis: cũ enim & gestus habitusqꝫ corporis motuum affectionumqꝫ animi signa indiciaqꝫ habeantur: ex continua gestuum formarũqꝫ mutatione/ animorum quoqꝫ inconstantia deprehendetur. Qua de re astutum versutumqꝫ demona sapienti simplicitate fallet & capiet qui versipellibus & repentinis imaginibus deludi se credet. Atqꝫ hinc puto Protei nomen apud gentes(quanqꝫ futura canere putaretur) pro celebri ita nõ habitum vt eius frequenter oraculum adiretur/quemadmodũ Pythie Hãmonis & ceterorꝫ quæ venerata magis fuerint qꝫ constanter manerent vniformiterqꝫ futura asserere crederentur. Declaratur autẽ ex ipso Homero qualis quãtaqꝫ difficultas ab huiusmodi prestigijs vera subtrahere/ cũ Idotheam Protei ipsius filiam/introducit Menelao cosulentem ut patrem capiat insidijs: qui scilicet maris inuolueretur spuma qui dormiret in speluncis cauis/quem phocæ graue olentes cõmitarentur/utqꝫ in adeundo capiendoqꝫ sene meridiẽ obseruaret: quod quidem cõmentum in quarto Georgicorum libro Vergilius sub Aristei & Cyrenes persona mutuatus est: eamqꝫ a prestigijs hauriẽde veritatis difficultas insinuata id ipsum cõmentum in Metamorphosi in thetidem transtulit Ouidius. Constat aũt quæ ab Homero & Vergilio insinuantur omnia comprehẽdendi veri periculum suggerere & versipellis astutie fraudẽ subindicare prolate a proteo cui etiam vertũnus ut aliqui voluerunt nomen inditum fuit: de quo item canit Ouidius: proteaqꝫ ambiguum: tametsi plures ut xenophontis circumfert auctoritas protei fuerint Caspius: phœnix & hic de quo agebatur egyptius etiam a gẽtibus pro dijs habitus: de quo puto locutum Orphea cum illi in hymno maris claues attribuit & præsentium præteritorum futurorumqꝫ noticiam: cuius irridendi illud apud Homerum occasionem præstat: qꝫ qui gnarus futurorum putaretur proteus/ future in eũ ex filia & Menelao fraudis omnino inscius fuerit captusqꝫ sit nec p̃uiderit: sed nec effugere potuerit indutis a Menelao & socijs phocarꝫ pellibus/ q̃s idothea ipsa p̃parauisset. Cosulto igit̃ fœcerit is cui forte nolẽti simulachra huiusmodi apparuerint/si actutũ exploserit/noxiæ atqꝫ delire/q nõ respuerit: dementissime q aut q̃sierit aut oblata libenter susceperit. In omnibus enim insolitis apparitionibus percũctari & diligenter sciscitari conuenit/ quis & vnde nam qui cõspicitur venerit/ ut diuina a dæmonicis secerni queant/exemplo Mosis qui de rubo quæsiuit exemplo aliorum: ut in nono huius operis libro fusius explicabitur. Sed & in primis puro esse omnino oportet: cui præstigia non imponunt ob id Macharij oculos non perstrinxit dæmon/ ne mulierem esse non dijudicaret quam alij cõmento dæmonis equam autumaret: qui hoc ageret examinaretqꝫ & alterius quoqꝫ diuinationis laqueo non irretiretur: quod tenditur dum constanti se specie insinuat dæmon & se mentitur deum: sicuti a poetis sæpe introducuntur. Necromantiæ autẽ quis sapiẽs audiret? Quis inqꝫ putaret seperatas mentes/ suapte natura/ sapientiores ho-

minibus/potentiores hominibus/nisi id fallendi gratia facerent/precationibus figurisqꝫ quibusdam quasi ligaturis funibusqꝫ pertractas eisdē sese hominibus ad libitum præsentare/parere famulari. Defuncti quoqꝫ hominis induere imaginem aut illius animam excitare ab inferis. Vtrūqꝫ enim fieri potest/sed quid fiat probe nesciunt/quando etiam diuinum iustumqꝫ iudicium impietate hominū sic exigente occulte se immiscet ut puniat. Augustinus enim ad Simplicianum scribens fieri potuisse non neget ut non dominante arte magica vel potentia sed dispensatione occulta/quæ pythonissam illam necromanticam & Saulem latebat ostenderet se aspectibus regis iniqui:iusti Samuelis spiritus:diuina illum sententia percussurus. Addit nihilominus etiam euenire quiuisse ut non vere Samuelis spiritus a requie sua fuerit excitatus:sed aliquod phantasma & illusio imaginaria diaboli machinationibus facta apparuerit quā diuina eloquia Samuelē appellant/sicut solent imagines rerum suarum nominibus appellari. Allocutus ego sum plurimos qui vana spe futurorꝫ delusi/ ab apparente sibi dæmone:per inita pacta vocato adeo vexati ad finem sunt/ut optime sibi actum putauerint ne vitam amiserint. Alium audiui ab eiusdē socijs qui viuunt adhuc. A dæmone quinquaginta ferme ab hinc annis viuum asportatum nusqꝫ comparuisse/ dum curioso cuidā & male sano principi Troie oppugnationem repręsentare quasi in scena pollicitus esset/ Achillemqꝫ & Hectorem introducere pręliantes:& multis tamen id querentibus irritum negocium euenit. Affirmat Plinius ita Neroni contigisse sed & plura q̃ sint multiplicatis mendacijs vulgo afferuntur:Circūfertur enim de Petro Aponensi quem cōciliatorem dicunt ꝙ dæmonibus imperitabat:ipse autem acta in eū vidi ab inquisitorę heretice prauitatis formata cū impietatis esset accusatus inter quæ opponebatur ꝙ dæmones esse negabat/ nec ullo pacto in rerum reperiri natura credebat Respondebat autem ut in ipsis quęstionibus legebatur quo se ab hoc crimine expurgaret/fuisse olim se dum esset Constantinopoli ad fœminam quæ hac ipsa necromantia pollere credebatur ut de occultis quibusdam sciscitaretur/duosqꝫ discipulos suos citabat testes:subdens consonum videri se non interrogasse nisi credidisset:q̃tum ergo distat ut necromantes fuerit qui cōtrariorum vitiorum habitus sit/& mulierculam etiam de rebus arcanis consuluerit/superstitionibus alijs deditus. Sane fuit Aponensis tametsi necromantię non vacauerit ut nobis ostendetur cū aduersis magiā septimo libro disputabimus quo & hoc ipsam criminis spectat Ipsa autē diuinatio apud Mosen in sacris litteris aperta damnata est/ cū in Deuteronomio sanxit israeliticęqꝫ plebi pręcepit/ne Ariolos sciscitarentur/neue Pythones consulerēt ita illi appellati ab Apolline interemptor Pythonis serpētis eiusqꝫ sibi nomen sumpsere:quanq̃ alij Pythium dicerent Apollinē alijs de causis ut est a Macrobio in Saturnalium primo notatum. Idem inter alia nomina Loxias, etiā appellatione nuncupatus ꝙ obliqua scilicet ut Seruius ait oracula redderet/quod etiam dictum est a græcis:qui ob id quoqꝫ prodiunt loxiam nuncupatum ꝙ obliquum iter incederet quando eundem esse illum cum sole tradiderūt. Primo tamē id ei noīs impositū/ut ille inquit utpote τῶ λοξηνιᾶν πεμ πονΤι qui adoratus nihilominus & multo celebratus quo ad christus oīa simul dæmonia salutari sua p̄sentia & virtute prostrauit:Aruspicinę insania suo auctore refellitur/ suisqꝫ quibus freta decipiebat instrumentis irridetur exsibilaturqꝫ: hanc tages quidam docuisse traditur/quem fatua ęthruscorum monumenta narrāt in agro tarquinēsi de terra ortum repente comparuisse/& ipsius artis pręcepta tradidisse illū ipsum nec hominem fuisse/nec deum Cicero opinatus est:fabulam spernens & irridens potiusqꝫ confutans. Ego dęmonem puto qui & hoc & alia id genus plura inuenit/ut

& sibi honorem & hominibus damna cumularet. Hæc eadem etiam apud Lucanum obliquæ explodi videtur/cum tuscum Arruntem introducit hæc verba promente: dij visa secundent: & fibris sit nulla fides/ sed conditor artis finxerit ista Tages. Verum de hac alio etiam loco/que autem ex elementis cognominate diuinationis species facile refellentur si compertum fuerit ea ipsa terrā scilicet aquā/ignē/ aerem queq; in eis visuntur ut partes nō nullæ: sed quæ ex illis cōflantur & coalescunt sicuti monstra quæpiam/ostenta/prodigia/fulgura item coruscatiōes/ fulmina/tonitrua/ terręmotus & his similia quæ imperfecta mixta a posterioribus peripateticis nominantur nil in se nisi naturale cōtinere. Inde enim liquebit nec nisi naturale quidpiā posse per ea significari/ni dei voluntate ad quidpiam super naturā portendendum ordinaretur. Alioquin signum fallax & minime verum haberi ab omnibus deberet/cui scilicet id quod eo significaretur in ipsa rei essentia nō esset. Sane ipsa natura ad vnum quidpiam dirigitur terminaturq; nō ad utrūlibet/quare alteram contradictionis partem desumi ex naturalibus oporteret: quod omnino alienum ab ijs qui diuinationes de quibuscūq; rebus enixe vel promittunt vel quęrunt. Ceterum cū sequenti libro monstrauerimus ex cœlo diuinationē frustra superstitioseq; peti: quod tamen & natura dignius/ & loco superius/ & substantia incorruptius colligetur aperte vanum esse impenseq; superstitiosum si ab elemētis id ipsum petatur quibus absonum magis ut notę futurorū insculpantur/ quas tamē inibi vel esse vel suboriri maligni dæmones cōmenti sunt qui apertius quoq; in ipsis eorum templis/ antris fallebant/ & ex simulachris ferebant oracula quæ christi aduentu appropinquante cessare cœperunt. Nam Ciceronis tempore qui christi aduentum non multo pręcessit delphis cessabant: & pythia ut ille inquit iā euanuerat pythium videlicet oraculum cui pythia mulier pręsidebat vel ab Apolline pytheo vel a πυθω loco phocidis denominata illa quidē sedēs in tripodis holmo responsa reddebat in delphis de quo quidem tripode tam vana tam varia produntur a græcis ut & fastidiū & pudor sit si hoc maxime loco referantur/ quæ possunt cōmode apud poetarum græcorum enarratores legi. Sed & apud Diodorū datur cōmoneri q̄ inane principium delphici oraculi memorię proditum sit quādo etiam olido caprarum gregi quoquomodo referatur acceptum. Sic & initium Dodonei oraculum in bestias quoquomodo rettulit græcus auctor Paraxenus q̄ vero gloriosa delphici oraculi custodis siue ut ipsorū utar verbo προφητίδος exordia fuerint nō vacat referre quando ob impudicum amorem necesse habuerint: quibus cure oraculum erat: ut annorum quinquaginta virgines responsis reddendis pręficerent. Virginitatis enim flori futura quoq; illi peruia putabāt ne omnino vani censerentur. decreuerant quoq; abeuntes e templo coronatos incedere. Multis ergo seruos priuilegijs ut Apollo quem sapientię deum autumabāt (ita facile putarim) natura æquare homines diceretur. Verum eius ut diximus doli christo propinquante cessabant. Cuius rei nos ita in nostro ad christum hymno qui secundum in ordine locum obtinet mentionem fœcimus/nullos recinebat pythia cantus Delphica vaniloqui cātata oracula phœbi. Conticuere priusq; sacrū virginis almę. Clara puerperium sparsisset lumina mundo. Lumina tartareas propulsatura tenebras. Nec secus effugit q̄ quę pretexere cœlum. Occepit nubes claros hyperionis ortus. Attenuata fugit liquidasq; recedit in auras. Flāmiferi non dum solis vexata corusco: Cōgressu: ardenti nec dum conterrita curru. Sed paulo post ortum salutiferi partus regnante Hadriano Plutarchus percunctatur. Vnde nam euenerit ut oracula desierint. Vnius enim vel duorum dūtaxat vestigia conspiciebant: sed æquū utiq; erat/ut in aduentu lucis & veritatis/tenebræ mēdaciūq;

facesserent. Qua de re etiam nos in christi honorē plura cecinimus: se maligni dæmones deos pernitiosissime mentiebantur. In dandis enim oraculis/ conabantur affectatam insimulare diuinitatem ut sibi quod dei est: quo ad fieri posset arrogarent/ atqꝫ hoc ipso truculentius humano generi insidiarentur. Cultus potissimum exactisqꝫ carminibus curabant illudere/ ambigua promebant sensa ac generatim plurimum enunciabant/ quæ res ab Aristotele in tertio quoqꝫ rhetoricorum notata est/ id ipse putat propterea factum/ ut minus error appareret dæmones idem quod utile aut vniuersum aut particularibus hominibus videretur quādoqꝫ proponebant atqꝫ inde eorum sibi quasi inescata fide ruinam exitiumqꝫ consulebant: exempla huiusce rei ex historijs trahi plurima possunt/ verum eorum malitia claret impensius/ si quæ tradebatur ab eis religio/ si mendacia ab omni excusatione remota/ quæ suis imiscebant oraculis/ immo oracula pleraqꝫ ex toto falsa examinentur. Nanqꝫ ut de primo dixerimus in primis & incestus/ & stupra/ & rapinę/ & sacrilegia/ & mille alia obscęna spurcaqꝫ mandabant/ ut viuendi leges/ ut cœrimonias/ quibus diuinā aucuparent sibi apud homines beniuolētiam inde beneficia promererentur: suadebantqꝫ in templis in theatris cantari repręsentariqꝫ ea ipsa scelera/ a Ioue Marte/ reliquisqꝫ eorum qui colebantur dijs perpetrata/ ut impudentius ea ipsa homines efficeret deorꝫ suorum exemplo. Sed ab his supsedeo quādoquidem & ab Eusebio & Augustino & alijs quod & ante attigimus copiosissime & irrisa/ & confutata sunt. Nec non multorum oraculorum fallatię mendatiaqꝫ detecta/ quæ si quando vera intermiscebant/ vel coacti id efficiebant/ vel subdole & fraudulenter: quo scilicet uti diximus pernitiosius nocerent. Capere tamen in versis & flexiloquis sensibus conabantur: ut ni alterutram euētus partem veri esse videretur. Sic apud Chrysippum de Crœso fertur oraculum illud Apollinis vulgatum Crœsus halin pene transmagnā peruertet opum vim. Et de Pyrrho apud Ennium. Aio te ęacida Romanos vincere posse. Oenomaus apud græcos cum philosophia tum eloquētia clarus Delphici Apollinis reponsis ut ipse fatetur elusus illius oracula fallacia collegit/ & in ea inuectus est/ inter quę illud est Crœsi/ sed alio modo ꝙ̄ supra recitatum. Inquit enim intrepidus si Crœsus halin trāsmiserit amnē. Imperium perdet magnum regnūqꝫ superbum: Persarum ille intellexit/ sed lydorum hoc est suum docuit euētus. Sed & alij gentiū auctores in suos deos & Apollinem pręcipue inuecti sunt/ inter quos Aristophanes poeta maxime obliquę/ ut Lucianus rhetor aperte cauillati sunt & oracula ipsa subsannarunt a dæmone semper multo astu pretensa: Aeschylus quoqꝫ ipse quandoqꝫ in Apollinem inuectus est. His enim pręter alia dolis libenter incūbunt/ nec enim solum rem aliter quam est ostendunt/ aut præsens insimulant quod abest/ aut quod adest abesse dissimulant. Verum & fallatijs quoqꝫ sermonū illudunt nec paucioribus ꝙ̄ quæ in sophisticis Elenchis ab Aristotele citate sunt/ usus tamē hac ipsa Amphibologia frequēter est dæmon. Nec solum apud antiquos illos/ sed & posterioribus quoqꝫ sęculis inuenitur. Nam & fertur Manfredum regem simili decepisse loquēdi modo dum esset aduersus Charolum bellum suscepturus respondens nō nō gallus superabit Apulum: ex vi enim grāmatices affirmauerat/ quod ex cōmuni loquēdi usu negatum autumauit. Euam quoqꝫ ęquiuocatione moriendi ab eo deceptā nō nulli produnt. Alia pariter pro exemplo ducentes in medium quorū euētus aut latuisse dęmonem potuere/ aut ei quoquomodo coniectura patefieri. Multę enim apud eos prenotiōes ex doctrina supiore reuelātibus scilicet bonis angelis volēte deo ex reuelatione dęmonū pstantiorꝫ/ & ex ppria natura/ tum per suā essentiā/ tum p inditas rerum species. Boni autē angeli cognitione alia pclariori omnibus pollēt qua

scilicet & verbũ diuinũ & res in eo continentͬ. Hac autẽ priuati dęmones pręter reuelationes (ut diximus) naturalem possidẽt cognitionẽ: qua freti plurima pnosse consentaneũ est ꝙ abscondunt hominibus. Nam cũ rerũ naturas agnoscant: psciunt multa in suis causis priusꝙ humano intellectu pcipiant/ nec in suis etiã causis prenosse eos voluit magnus Antonius nisi ꝙ iam ex illis fluunt/ quippe cũ ita referente Athanasio decernit: nõ enim ea ꝙ nõdum fieri cępta sunt referũt/ quia dominus solus est cõscius futurorum/ sed quorum conspiciũt in actu initiũ eorum sibi tanꝙ fures apud ignaros vendicant notionẽ. Norunt quoꝙ & affectiones humanas inclinationesꝙ naturę/ ex quibus sępe coniectant & tanto hominibus exactius quãto sublimius eorum ingeniũ est. Experientissimi itẽ sunt a primo ęuo & indelebili rerũ memoria quo fit ut ex pręteritis inuestigare & conijcere futura minime difficulter possint. Dolo etiã sępenumero poccupãt & quasi dixerim anteuortũt hominum mentes/ ut ꝙ ipsi acturi sunt pnunciẽt prius quo pdictio videatͬ impleta/ ea item ꝙ iam facta sunt cũ subtilitate naturę pspicacitateꝙ intelligãt priusꝙ homines/ quos & tempus & distantia impedit locorum/ annũciant tanꝙ futura (ut veridici appareant) psentia enim ipsis sunt & iam facta: remota autẽ ab hominũ cognitione/ ideo ꝙ futura existimata. Sic & auctionẽ excrescentiãꝙ Nili aliaꝙ huiuscemodi nũciare solebant Antonio magno ut illi imponerent quẽadmodũ ipse discipulis enarrabat: expellebantur autẽ ab eo quorum cõmertijs implicari etiã si vera effarentͬ nolebat: docuit hoc illum christus dęmonas obmutescere: pręcipiẽs etiã cum in eius laudẽ vera vulgarẽt: quod Athanasius cõsiderãs scribit quãuis vera fateretͬ dęmõ cõpescebat: tamẽ christus eius sermonẽ ne simul cũ veritate suam etiã iniquitatẽ pmulget ut nos etiã assuefaciet ne talia curemus/ & si vera videantͬ. Nephas eñ ut cũ nobis adsit scriptura diuina a diabolo instruamur: nec repugnare huic putatũ velim/ ꝙ ipse christus dominus: ut quinto euãgelij Marci capite scribitͬ: a dęmone petierit quod sibi nomen: qui respondit: legio. Multi enim sumus. Neꝙ eñ/ ut ait Beda ut inscius id perquirebat: sed ut cõfessa peste quã tolerabat virtus curãtis gratior emicaret. Quandoquidem nephas nõ est publicę utilitatis gratia ab occurrẽte dęmone: qui ad vera promenda diuina potest virtute compelli quicꝙ inquirere uti sacri exorcistę/ adiuratoresve consueuere. Prophanum autẽ noxium atꝙ dãnatum crimen habetur/ si quis eum inuocauerit ad occulta noscenda. Quod autẽ nec habenda sit fides somnijs/ cum dęmones aperto etiã pacto ijs adstant ut reuelent abscondita: ex superioribus patere satis potest/ somnijs inꝙ insomnijsve aut phãtasmatibus/ aut visis vel oraculis. Inter hæc enim ut ante innuimus diuersitatem Aurelius Macrobius auctoritate veterum motus super somno Scipionis excogitauit. Somnium quod tegeretur figuris & uelaretur ambagibus: proptereaꝙ ad significantiam percipiendam opus esset interpręte. Insomnium cum ea se ingererent dormienti quæ vigilantem fatigassent. Phantasma vero quod visum Cicero transtulit tũ euenire/ cũ is qui dormire vix cœperit vigilare se existimat quodãmodo inter vigiliam & quietem positus. In quo genere Ephialtem reponi/ hunc latini dicimus incubum visionem esse cum id quod videtur in somnis eodẽ quo apparuerat modo in vigilia eueniet/ oraculum cum vel parens vel sacerdos vel deus aperte de futuris deꝙ agendis instruit rebus. Hæc autem enarrata Macrobiana placita: quanꝙ non nulli ex nostris amplexi sunt. Verumtamen & aliter quoꝙ capi possunt. Oraculum enim & vigiliæ & somno commune esse manifestum puto idꝙ Seneca definit voluntatem diuinam hominis ore nunciatam cui Macrobij finitio non conuenit: & visio quoꝙ non dormientium modo/ sed viuentium est/ eamꝙ cũ Chrysostomus/ tũ pleriꝙ theologorũ latinorũ tripliciter

diuiſerunt/ut ſecundo libro docuimus:in corpoream/imaginariam/& mentalem
Phantaſmatis vero nomen vigilanti intelligentiqꝫ conuenit.Somnium autem pro
inſomnio:& econtra poſſe uſurpari nõ difficulter monſtraretur/ quare nõ ita ſcru
puloſe hęc nomina ponentur a nobis aduerſus eorum ſignificatorum ſuperſtitio
nes diſputantibus: illudqꝫ Auguſtini de tempore in confeſſionibus differentis:
cum in hoc tumin pleriſqꝫ alijs præponendum arbitror. Pauca inquit ſunt quæ
proprie loquimur/ plura non proprie:ſed agnoſcitur quid velimus.Igitur ſi nullo
pacto acquieſcendum dęmoni:etiam ſe aperte in vigilia monſtranti:quãto minus
ſi ſomnijs inſomnijs/ viſisve affuerit/cum impediti ſenſus/& obtenebratũ iudiciũ
per quietem ſit/quando etiam ſi vera dicerent in ſomnis non ita capi internoſciqꝫ
poſſent res ipſe/uti cum vigiles experrectiqꝫ ſenſus fuerint/& iudicium rationis li
berum atqꝫ ſincęrum.Solebat hoc fieri in templo Aeſculapij ab eoqꝫ petebant in-
ſani vera imitti ſomnia:qua de re Apollonium etiam ſuum pręcepiſſe ſcribit Phi-
loſtratus/& qui lacedemonijs pręerant ut inquit Cicero in paſiphaę phano quod
eſt in agro propter urbem ſomniandi cauſa recubabãt:ſed illud quis nobis obijci
et conſonum videri magis ut nocte q̃ꝫ interdiu:ut in ſomnis q̃ꝫ ĩ vigilia ſuperna tri
buantur hominibus monita/& id quidem auctore Ariſtotele qui in libro de diui
natione per ſomnum pronunciauerit nocturnum aera percipiẽdis viſis accõmo-
datiorem eo ꝙ ſilentior & pacatior ſit. Ego autem aduerſarium refellam eo ipſo
auctore qui de naturalibus ſomnijs:non autẽ de diuinis aut dæmonicis eo loqui-
tur loco.Inquit enim ſomnia ipſa fortuito temerarieqꝫ incidere quãdoqꝫ/ſed & eas
cauſas eſſe poſſe actionum noſtrarum & ſigna etiam futurorum euentuum cau-
ſas cum id quod agunt egeruntqꝫ aut acturi ſunt homines per ſomnia cõtuentur
facta veluti via & motu quopiam ex diurnis crebriſqꝫ cogitationibus/ad ea ipſa ꝑ
quietem ſpectanda contuendaqꝫ:rurſumqꝫ fieri ut quę viſa ſpectataqꝫ noctu ſunt
in ſomnis principia ſint quodãmodo rerum quæ interdiu & ſecundũ vigiliã moli
mur/mente ſe ad eas ſcilicet actiones accõmodãtę quarum ſimulachra in ſomnis
verſauerit.Signa autem eſſentię ut per quæ affectiones aliquæ notantur: ea vero
tum pręcipue haberi ex motione humorum quorum veluti ſigno & in affectibus
& morbis corporum dijudicãdis medici utantur:abundantiã enim vel phlegma-
tis/ vel cholerę ex aquę viſione deguſtationeve aut ex ignis imaginatione perſen-
ſioneqꝫ caloris conijci poſſe/indeqꝫ plurimum cognitionem ipſam conferre & ad
ſalutem & ad euentus coniectationem.Morborum autem initia plerumqꝫ ſicut &
aliarum rerum cum parua ſint/ paruiqꝫ motus interdiu latere & exoleſcere inter-
uentu & concurſatione maiorum/ noctis autem ſilentio validius ferre & perſenti-
ri quoqꝫ inſignius idcirco noctis tempus coniectationibus naturalium ſomniorũ
accõmodatius & eſſe & haberi.Somnia autem mitti a deo/quanq̃ꝫ & ante Ariſto-
telẽ putauit. Plato forte Homerũ ſecutus ſcribentẽ καιγαρ τοναρ ἐκδιὸσ ἐστιν
etiam poſt eum credidit Auerrois.Ipſi tamen Ariſtoteli non placuit/vel his maxi-
me rationibus ꝙ & bruta quoqꝫ ſomniant & ſtolidum vulgus etiam pręſenſionẽ
futurorum hauriant per ſoporem & melancholiciqꝫ & ecſtatici itidem futura præ
uideant:id autẽ putat euenire ꝙ & ſtolidi mentẽ cogitationibus vacuã habeãt/ &
multiplicibus ac varijs viſis ac motibus pulſent menlancholicorũ animi/ ex vno
qꝫ in aliud volucri motu ꝓcurrant ita ut contingat etiã in futura incidere. Ecſtati-
cis autẽ ideo extraneos & peregrinos excipere motus ꝙ in teſtinis & ꝓprijs non
infeſtant ꝓptereaqꝫ fieri ut ſi deus mitteret ſomnia nõ huiuſmodi hoĩbus:ſed ſapi
entibus & vigilãtibus mitteret: exiſtimat aũt q̃dã ſomnia quãq̃ꝫ nõ diuina/natura
tñ eẽ dęmonia ſed de ſõnioꝝ diuinatiõe ipſa addubitauit plurimũ & q̃dẽ anxie ut

quæ fortaſſe videretur naturalem conſideratione͂ excedere/quod indica͂t antiqui
eius interpretes/cum de his qui in Gadibus & Boriſthene vaticinabantur ediſſe-
rit/& ipſe ſatis etiam ſi græce legatur explicatur ſe. Illud quoqꝫ huc tendit quod cu͂
de propinquis ſomnia tractaret deqꝫ ſomniorum interpretibus meminiſſet nil ni-
ſi naturale attulit. Multa autem & recte quidem decreuit quę ſcilicet naturę limites
minime egrediuntur. Qꝫ vero diuinitus non mitta͂tur ſomnia falſum eſt & hoc il-
li ex ignoratiõe veteris hebraicæ diſciplinæ obuenit/qua percepiſſet deum eiuſqꝫ
nuncios & in vigilia & in ſomnis ſanctos ſapienteſqꝫ homines ſępiſſime allocutos.
nec refert noctu id eis an interdiu obtingat ob lumen diuinum inmiſſum ſimul ꝗ
incertitudo omnis & ambiguitas effugatur. Sed nec quoſcunqꝫ ex vulgo tangu͂t
hæc ſomnia/ſed eos qui diuina volu͂tate ad ea ꝑcipienda ſunt delecti quę & reuela
ri ſcilicet & reuelare conueniat/ꝙ autem & ſtolidum vulgus & melancholici atqꝫ
ecſtaſim paſſi/ multa etiam ſępe pręnoſcant ſecundum naturam non placet Henri
co Albertum taxanti in cõmentarijs in Geneſim. Sane id & dæmonice & naturali
quadam ex parte ſi Ariſtoteli accedimus: ſed & fortuite quoqꝫ cauſæ acceptum re
ferri poſſe nõ abnuimus. Pręter id enim quod ex accede͂ti & temere poſſent ſom-
nia contingere/ cauſaſqꝫ item & ſigna haberi rerum futurarum. Putamus etia͂ nõ
vno modo ea ipſa rimanda eſſe cum multifaria eſſe poſſint. Nam & interior & ex
terior quęri poteſt cauſa. Interior autem duplex animalis & corporea cogitatio-
nes videlicet & humores corporei. Exterior item bifariam diuiſa in corporalem
hoc eſt ambientem locum & aeris qualitates/& ſpiritalem: & hæc quidem duplici
ter dirempta/ cum & a deo boniſqꝫ angelis/ & a dæmone ipſo prauiſqꝫ ſpiritibus
prodire queat. Signa autem pręter id quod ſupra allatum ab Ariſtotele eſt/ tum
recte perpenſa ſunt cum in aliquam reduci cauſam poſſit/ quæ ſit & ſomnijs ipſis
& futuris euentibus cõmunis: atqꝫ plurimum ſomnioru͂ pręcognitiones hoc pa-
cto fieri teſtatur Thomas. Nanqꝫ & humor ipſe in corpore excretus/nec habenis
naturę ſatis parens veluti ruptis frenis diuagatur, ꝓpterea in cauſa eſt: ut & ita ſom
nietur (ut diximus) & moribus ſomnum ſequatur: nec moueat ꝙ cauſam a ſignis
ſecreuimus antea/mox ſigni tanqꝫ cauſę meminimus. Nam huiuſmodi ſigna etia͂
cauſæ ſunt/ non ut ſit res & ꝗobrem fiat: ſed quia eſt/ quoru͂ diſtinctio in poſtre-
miſſ. analyticis ab Ariſtotele probata/ & in ipſo de diuinatiõe libro vel quoda͂mo
do indicata: cur vero figuris adumbrata nec euoluta ęnigmatis ſuperne mittantur
ſomnia ſi dæmonia ea fuerint/ minime mirandum/ſi diuina poteſt id multifariam
euenire: non tamen ex inuidia ut fertur Symonides cauillatus. Multa ſolent affer-
ri inter quæ illud placet magis: ut p̄ſentis vitæ ſtatus in cauſa ſit: ut diſpoſitio quo-
qꝫ recipientis non nihil efficiat: ut demum dei gloria manifeſtetur quemadmodu͂
in ſomnijs Pharaonis & Babilonij regis portento Ioſeph & Daniel prophetę cla-
ruerunt. Verum in ſomno & in vigilia diuinę reuelationes: ſi lumen affuerit nulla
dubitatione permixtę ſunt: noctu tamen & per ſoporem pręcipue demitti ſolent
quoniam quies ibi maior/nec diſtracta mens quin poſſit cõmode quæ immittun-
tur haurire diuina/nec audiendi aſtrologi fingentes imprimi ſpecies ſuperiorum
imaginum in ſomnis/piſciſqꝫ cancri & ſimilium/id enim aut falſum/aut caſu factu͂
cogitandum eſt/ſi quiſpiam ea ſomniauerit/putare quoqꝫ poſſumus ex irregula-
ri motu corporeum ſpiritu͂u & vaporum effumantium euenire: ſed & intrinſeco
ſenſu recto naturæ ordine recipi quippiam non poteſt niſi ꝑ exteriores quaſi per
fores aditus præſtetur/ ut ſecundo libro monſtrauimus/ poteſt tamen id ipſum
contigiſſe cooperante dæmone ad firmanda͂ ſupſtitione͂ ut Auguſtino viſum põt
& humana ꝓpenſio ut a͂n diximus in cauſa eſſe cur varia ſe offera͂t ſpectra ꝑ quie-

tem cœlo vel quadamtenus operãte ad afficiẽda corpora qualitate sensibili/ sed ni
mis fortasse multa quãtum ad propositum attinet nostrum/ cui hac in parte satisfe
cisse videmur/ probantes multomagis fugiendas esse reuelationes dæmonum in
somnis ꝙ in vigilia/ magis inꝗ non quia lędant magis/ in utrisqꝫ enim enorme de-
lictum: & apostolici præcepti transgressio/ quo vetamur ne cum dæmone societa
tem ineamus. Nolo inquit Paulus vos fieri socios dæmoniorũ/ sed eo magis quia
obscurius turbulentiusqꝫ deferũtur. Nanqꝫ præter dæmonicam fallatiam quę tã
in somnis quã in vigilia suos circũuenit socios/ temporis etiã incertitudo & cogni
tionis impedimentum non mediocri est adiumento falsitati multiplici percipien-
dæ/ non refert autem si diuina angelicave reuelatio fuerit/ ut in somnis fiat/ quãdo-
quidem ut diximus. Lumen illud diuinum & sensuum & intellectus nocturnas te
nebras dispellit consueuitqꝫ deus sępenumero noctu reuelatiões dare etiam dor-
mientibus nec solum prophetis testamenti veteris/ sed & ministris noui & ipsi etiã
Iosepho sanctissimo gloriosissimę virginis sponso/ & christi custodi/ ut sacra euã-
geliorum narrat historia/ sed si lumen ipsum aberit/ nec naturales causę vel signa
suberint/ tunc & diuinæ reuelationis & humanæ coniecturę facultatem egressa di
uinatio demonica superstitiosaqꝫ prodibit: cum alias tum pręcipue a Mose is Deu
teronomij capite interdicta plebi israeliticæ per hęc verba. Non inueniatur item
qui obseruet somnia. Verum de ijs iterum sexto quoqꝫ libro congruẽti ordine &
postulãte materia cum de occulto pacto disputaturi sumus: pari delirio & insigni
us forte exorbitabunt/ qui furentium se vaticinijs cõcrederent. Possessi enim a dę-
mone & in furorem versi/ cum mares tum fœminę quępiã de futuris ferebant ora
cula. Hos aliquando dicunt arrepticios/ alij phanaticos/ alij phitones pytheos/ alij
vates: quandoquidem & maligno arripiuntur spiritu & pytheo apolline/ hoc est
dæmone eo cognomine gaudente replebantur/ & in phanis dare solebant respõ-
sa emota & alienata mẽte/ quale illud de phemonoe apud Lucanũ in ꝗnto pharsa
liæ. Non vnqꝫ plenior artus: Phœbados irrupit Pean mentemqꝫ priorem: Expu-
lit atqꝫ hominem toto sibi cedere iussit: Pectore bacchatur demens. Apollini tamẽ
pythonis interfectori diuinationem accepta plurimum referebãt quod poetis fre
quenti usu eueniebat: qui per furorem vaticinabantur/ quorum exemplo poste-
riores quoqꝫ poetæ tametsi furore non acti fingebant tamen se Phœbeo spiritu re
pletos: vnde illud Claudiani. Iam furor humanos nostro de pectore sensus. Expu
lit & totum spirant præcordia phœbum. Imitati verbis & Cassandrã illam quæ fu
rens (vt ille inquit) facta atqꝫ infecta canebat: imitati & alios quos diximus ꝑ fu-
rorem prænunciasse carminibus/ ut Boetium Bacchidem & Epimenidem Creten
sem quem primo libro diximus auctore Aristotele de pręteritis dumtaxat vatici-
nari solitum: sed enim vates etiam a poetis introducuntur referre futura sine furo-
re quale illud apud Valerium Flaccum in argonauticis de Idmone memoratur.
Postqꝫ enim Mopsum furentem vatem meminerat/ mox Idmona sensus compo-
tem introducit qui erat ut ille fabulatur plenus phatis phœboqꝫ quieto. Nihilomi
nus crebrius & libentius furentiũ prædicta suis fabulamentis interserunt citantqꝫ
noiatim ut Cassandrã phemonoẽ ut ipsam q̃cqꝫ Erythreã Sibyllã. Sed & de Cuma
na Lucanus idẽ sensit/ ꝑ hæc carmina. Talis in euboico vates Cumana recessu/ in-
dignata suũ multis seruire furorẽ. Et Maro prius Cumeę Sibyllę furorẽ & rabiem
tribuerat/ vñ illud in sexto Aeneidos. Talibus ex adito dictis cumea Sibylla. Hor
rẽdas canit ambages antroqꝫ remugit: obscuris ꝟa inuoluẽs ea frena furẽti/ Cõcu
tit & stimulos sub pectore ꝟsat Apollo: Vt primũ cessit furor & rabida hora quie
rũt. Iustinus philosophus & martyr ĩ libro aduersus gẽtes a nobis ĩ latinũ cõuerso

inquit Cumeę Sibyllę carmina eo putari minus metrice scripta/ vel quia furēs illa ipsa effabatur/vel si prudens sciensꝫ ea proferebat ab excipientium nihilominus ruditate deprauata: quod sua tempestate urbis incolas putasse refert. Hanc quoꝫ insanam appellat Maro. Sed & idem Iustinus solitam eam asserit de solio parata indutaꝫ stola futura effari. Proditum autem memoriæ est/id non voce solum/ verū etiam litteris & signis effecisse ac in palmarū folijs scripsisse illam Varro cōmeminit. Ambigit Aristoteles in libro de admirādis naturę: an hęc Erythrea vel Cumea fuerit qui nihilominus in problematis instinctu lymphatico Sibyllas Bacchasꝫ in feruore scribit: idꝫ nō morbo/ sed naturali intēperie cōtingere quod & cōmune autumat esse omnibus qui diuino spiraculo instigari creduntur: Sane de Sibyllis varij varia produnt nec de nomine & patria satis conuenit: de numero fere constat ex antiquis auctoribus græcis Aristomeus & Apollodorus Erythreus ex latinis Varro & Fenestella: Erythream tanꝫ pręcipuam & nobilem pręter cæteras fuisse tradunt. Varro ipse decem numerat/ & aliam Cumeam/ aliam Cumanā dicit/quæ tamen cognomina pleriꝫ cōfudere. Harum quoꝫ & alij gentiū scriptores/ex nostris vero Augustinus Lactantius: alij meminere Suidas decē & ipse numerat & noīat inter alias nomen persicæ seu Chaldeę ponit/cui tamē alia ni fallor ab alijs indita appellatio. Idem & Cumeæ meminit quam Vergilius deiphobē appellat Lucanus phemonoē: sed eidem Suidas vel Amalthea/ vel Hierophile nomen fuisse dicit. Cumeam vero eandem quę & Chaldeam dicitur fuisse Iustinū philosophum & martyrem opinatum vidimus. Nam in Chaldea ortam & chaldei Berosi filiam Cumas autem habitasse prodit multas alias super Sibyllis dissensiones omitto etiam in ipsa nomēclatura quā Suidas latinā putat. Varro & Lactātius & alij pleriꝫ ęolicam asseuerant/ in hoc nulla dissensio de nostra religione Sibyllę carminibus & multa & pręclara fuisse pręnunciata/quanꝫ etiam deorꝫ plurium falsę religiones Sibyllinis qui Rome asseuerabantur versibus proueherentꝰ/ ut apud Zosimum quem supra citauimus & apud Macrobium & alios gentium scriptores plane conspicitur. Si quādo vero vel earum vnam vel plures de christo vera pręcinuerunt ad gentium id instructionē factum qui veris prophetis nō audiebant apud platonicos eam Sibyllam quę in delphis erat duobus modis impleri minime cōsuesse scribitur/vel spiritu quodam tenui & igneo/ qui erumpebat ex antro vel ex adijto dum in sede erat trium vel quattuor pedum sacra atꝫ dicata. In colophone fœmina quadā epota lympa vaticinabatur alia in branchis hausto vapore non nullisꝫ alijs superstitionibus obseruatis prophetasse fertur. Super quibus Porphyrius & Iamblichus desipuerunt. Diuinum putātes quod a multis falsorum deorum sacrificijs prodibat: tantoꝫ magis quāto procul a ratione magisꝫ remotius & insanie furoriꝫ propius accedebat quo exciri vel omnes vł plurimas huiusmodi Sibyllas & vates diximus. Insignis autem furoris species est furētibus & dęmone agitatis mācipare sese. Si enim dęmon eo ꝙ malignus/ eo ꝙ noster hostis/eo ꝙ fallax habenda fides non est/etiam cum proprie & exacte loquitur: habenda ne erit cū lingua dementis tumultuatꝰ: si emotis mēte & ab alienatis acquiescendum non est nisi forte vt cathenis ligentur & coerceantur compedibus/parendum erit cum dęmonis arbitrio loquuntur: & de futuris consulunt. Adde ꝙ insaniam istam peculiare hoc & insigne consequitur ut discernere nequeas quæ proprie a dęmone quęve a furentis homini p̄cepta consiliave tradantꝰ. Dissiluit adeo & confunduntꝰ omnia ita furor ille crescit decrescit quiescitꝫ. Sed iam satis de his Nunc species q̄ de occulto prodeunt pacto reijciendæ q̄ cum fere astrologica vanitate vel pariantur vel alantur eam in primis proximo libro destruamus.

LIBER QVINTVS DE SVPERSTITIOSA PRAENOTIONE CONTRA ASTROLOGIAM DIVINATRICEM

¶Quid pręsenti libro agendum & quo ordine. Caput primū.

d Iximus primo huius operis libro quę ad p̄notionē in vniuersum spectarent/quæve ad diuinā & naturalē ꝑtinerent ꝓ viribus secūdo & tertio explicauimus/subindeq̃ de superstitiosa agere proximo egimus libro. Iamq̃ de illis eius partibus speciebusve quæ de aperto cū dęmonibus fœdere prodeunt disputationē absoluimus. Nunc & tēpus & promissa postulant ut species eas quę de occulto pacto quasi de stygio fonte scaturiūt abijciamus disperdamusq̃: earum autē cū diuinatrix Astrologia princeps habeatur hoc ipso libro polliciti sumus aduersus eam bellū gerere. Subierat autem mentem anceps sententia ꝙ hinc & operis id exigebat ratio & promissa iurgebant ut in eam disputauerimus/inde vel hac ratione a ꝓposito auertebar/ꝙ succurrebat idipsum muneris a Ioanne pico patruo pręcellenter adeo impletū libris duodecim/ut aut superfluo aut ambitiose a me factum suspicari quispiam posset si idem tentarē: verū in hoc me reposui albo: ut si ego hoc vno libro in duodecim capita distributo potiori ex parte concluderē/quod ille centū quadraginta & amplius capitibus librisq̃ duodecim absoluerat/quæ omnia ipse octauo ab hinc anno post eius obitum quo pene & illa simul obierāt de interitu liberaui discerptos composui & publicaui/si inq̃ hoc facerem recta me iudicia non offensurū: quin & putari posse me & debite in parte satiffecisse modestiæ/nec mei voluminis ordinē disseruisse: potentem igitur illam patrui librorum eloquentiā multifariamq̃ rerū maiestatem & copiam quā mirari magis q̃ imitari possum prætereuntes conabimur/de eo q̃tum ad propositum opus pertinere visum veluti de in exhausto/ sed dulci oceano/quosdā ceu cannaliculos ad aridæ nostræ glebę usum deducere/sed & obiter inter miscebimus meditata quępiam nostra & nonnullas obseruationes non eo cōsilio ut quod ille minime fœcerit satagamus. Quis enim addiderit lumē soli: Sed ut quæ ipse veluti humilia forte & minora q̃ eum decerēt post habuerit/ assumamus interim nos inferioris notæ ingenijs ꝓ futura/ quæ sublimitatē scilicet illam concipere animo nō valerent: quandoq̃ item argumētorum ne dixerim an erratorum non omniū tamen ne verba prodigamus/sed minus leuium memores erimus quæ aduersus patrui libros nōnulli ꝓ tutando astrologico dogmate sparserunt: neq̃ enim aut minus semꝑ negocij nobis desumpsimus voluminibus eius vel recognoscendis vel etiam defendendis/q̃ in ijs quæ proprię mea sunt opera/ vel meditandis/vel conscribendis. Vix dum enim quidpiam elucubrare cœperā/ nec dum egressus annos adolescentiæ/cum illo ex humanis rebus sublato & eius vitam perscribere & eiusdem quoq̃ methaphysica nō nulla defendere opus mihi fuit/mox ad mea rediens & ea quæ recensui/& alia quępiā per aliquot annos cōscripsi. Iterum conuersurus operam ad illius cum in psalmos cōmentaria cū alia q̄dam præclara inchoamenta reparanda: quare cum meas partes esse ducam tanq̃ illius opera sunt & ab iniuria tempoꝝ & a calumnijs obliuioneq̃ asserere q̃ quæ a meipso & meditata & inuenta sunt stilo prosequi aduersariorum eius responsa refellam/quod etiam olim nos facturos promisimus. Sed Parisiensi stilo: idq̃ iam fœcimus aliqua ex parte hoc autem eo illi pręposuimus/ꝙ libri ipsi de prænotiōe rerū necessitate quapiā hac de re (ut ita differeremus) expostularūt. In primis autē quēq̃ non moueat Picum ipsum patruum & in quæstionū apologia & in elegāti

illa oratione quã romę fuerat habiturus/ Astrologiam nõ confutasse atq; eius etiã quandoq; testimonijs usum quoniam valde diuersum est/ si aliud agẽs quispiam alienum dogma proferat in medium. Aliud cum eo de dogmate quid sentiendũ sit ex proposito institutoq; decernit/ quare quod ille adolescẽs nõ confutauit am= nis sequentibus ob id maxime quia eo ipso religionem nostrã lesum iri aduerte= bat/ penitus aboleuit pręiudicio hoc mille auctorum defendi posset/ qui aliud ex florescẽte iuuenta/ aliud maturioribus annis edidere/ quin & in seipsos etiã scripse re suas interpretantes amplificantesq; sententias. Sed & easdem corrigentes & im probantes quod equidem clarum in Augustino sua retractante placita & in Na= zianzeno qui maximi philosophi laudes & vituperationes cõposuit: ut Ethnicos mittam Pollucẽ Dionysium rhetorẽ: Sed & ipsum Sosigenẽ qui de syderum quo= q; motu cum diligenter scripsisset semetipse correxit: taceo Hippocratem suos fas= sum errores. Sileo de Marco Tullio suos aliquos libros damnante: & Fabium prę tereo Quintilianum qui suam quoq; circa status causarum opinionem castigauit itaq; qui hoc te perfugio tueris & quasi purpurisso defensiõis astrologicæ frontẽ oblinis Lucio honestius tibi atq; salubrius si professiõe genethliaca posthabita ve ritati accessisses/ cum nec pręnosse nec pręuidere potueris tibi quin patria pulsus Arni pisciculos esitares nec delectis exeũdi hospitium horis quibus cõfidebas tu tari valuisti/ quin post paululum hostilibus gladijs aduersę actionis occumberes. Nullis demum martis fauoribus nulla astrologica vanitate protectus: cui abijciẽ= dę vndecim quæ sequentur capita destinauimus: & hoc ordine distribuimus/ ut quattuor prima rationibus eis quibus confirmari posset Astrologia recitãdis re= fellendisq; dedicentur. Duobus autem sequentibus auctoritates cum diuinas/ tũ humanas & quæ in eis fundari possunt rationes aptauimus: tribus quæ deinceps eadem Astrologia rationibus physicis & theologogicis prosternet. Reliquis ve= ro ex principijs dogmatis astrologorum/ quasi in hostili agro castrametati ipsam vanitatis & superstitionis arcem suis ipsis tormentis machinisq; deiectam aperte monstrabimus. Igitur ceu æra in pugnam vocati bellum inibimus.

¶ De rationibus quibus posset astrologia suis ab auctoribus confirmari
Caput Secundum

s Ex potissimũ freti rationibus inanibus quidem & nullius momẽti (nisi qđ a nobis ne forte querimonia fieret roborate: aliquãtisper sũt) Astro= logię diuinatricis patroni insaniunt. Non possumus inquiunt nõ audi= re philosophis theologisq; probatissimis qui astrologię fauent: quippe cum peripateticorum princeps Aristoteles in primo meteororũ libro scribat ne= cesse esse mundum hunc inferiorem superioribus lationibus esse contiguũ ut om nis eius virtus inde gubernetur: & illud etiam quo sua cõfirmet receptum asseue rant Augustini scilicet magni auctoritate inferiora hæc grossioraq; corpora subli mioribus subtilioribusq; regi atq; moueri: quo fieri ut a cœlo & stellis a quibus no stra pendẽt inferiorum effectus petantur: secundam rationem ex solis lunęq; mu= tatione varia mendicant/ quãdoquidẽ ex accessu ad nos: solis atq; recessu habitus & conditio viuentiũ variatˢ singulisq; diebus. Sole ipso qualitates aeris immutari/ meridie/ mane/ vespere/ plus minus calefaciente: sed & alio die plus minus alio/ aut torpere nos frigore/ aut urgeri calore. Nec non motũ lunę æstus marinos sequi & fluxus atq; reflexus produci qui lunę cursum imitentur: quo & Conchylia repleã tur/ atq; aduerso eius planetę positu vacue fiat. Crisimos quoq; hoc est iudiciarios

dies a medicis obseruatos luminarium ipsorum motibus regi/quibus & cieri ꝑsępe tempestates & humores incorporibus agitari solere pronunciant. Crebris autem exemplis huiusmodi quasi artem apud nautas & agricolas effectam/ut de solis & lunę positura vaticinentur de futuris: q̃to magis id sapientiores posse prædicant quibus & reliquarum stellarum vis & potestas cognita sit & explorata. Addunt tertio loco si status aeris tranquillitas tēpestasq́;/si frigus calor humiditas/siccitas a constellationibus pendet/sequens est ut ab eisdem & sterilitas agrorum/ & fertilitas/ & terręmotus/& pestilentiæ/& regionū etiam salubritas pependerit/quādo hæc ipsa a quattuor illis qualitatibus primis ortum ducunt/q̄ si hoc admiseris cur & illud non admittes/homines ipsos cum eisdem constent qualitatibus a cœlo pariter moueri/ab astris gubernari/ac regi ut salua scilicet arbitrij libertate/temperatura tamen corporis/quæ ex illis conflatur varie affecta/ad iram & contumelias vnde postea bella & lites & regnorum mutationes: ad mansuetudinem item & pacem cuius beneficio tranquille degunt urbes/& regiones nō excitentur. Hoc quasi honestamento fraudis usus Ptolomeus/ deriuari postea putauit eiuscemodi influxus qui reciperētur in homine/& quo & corpus & quo ad animum ad ea quæ exteriora sunt: sed quoddam quasi cōmertium cum illis gereret: ut uxor scilicet & facultates ad corpus/honor dignitatesq́; ad animum pertinerent/quibus ita dispositis in externa quę affinitatem cum illis habent deriuarentur. Nec ullam omnino in Astrologię patrocinium efficatiorem rationem affert Ptolomeus pro syderum efficientia vniuersali q̃ primarum qualitatum: quas scilicet producens cœlum/cętera quoq́; ob id consequēter producat. Occulte præterea stellarum vires ꝓ quarto veluti suffugio quæruntur. Cum eñ inquiunt excellentes singularesq́; dotes & ꝓprietates aliquarū rerū videmus ab alijs etiā terrenis rebus tantū exaltatas ut minime de elementali cōdictione coalitas existimemus/ cœli ea solemus munera arbitrari: quāto magis igitur cœlo ipsi vis & ꝓprietas peculiaris multimoda inerit/ q̃ in inferiorē mundū motu suo atq́; lumine illa ipsa disseminet. Subdūt & illud quo particularis efficientię ꝑstigiū rudioribus faciāt/idq́; a plurifario rerū humanarū cursu deducūt: nō posse nāq́; nō videri asserūt/ut causas alibi q̃ in cœlo habeāt ea quę supra vires nostrę mortalitatis fieri videmus/q̄ pręter rationē & meritū/q̄ pręter ordinē & institutū humanę cōdictionis eueniūt. Siquidē hunc ad philosophiā colendā natū videri/illū ad mercaturā/aliū ad arma tractāda ꝓpensiorem/ & inter hos etiā mirā esse diuersitatē/ut hic fœliciter/infœlicissime ille ꝓpositū negotiū exequatˀ. Aristoteles Plato/naturę secreta & penetrarūt ipsi & posteris referarūt: alij vel hebetissimi/nec excultata atq́; ꝓtrita intelligere queunt. Alexander orientē dicto ocyus & vidit & vicit. Fortis alius imperator inimicoꝝ telis occubuit. Ingeniorum quoq́; ipsam varietatē afferūt in mediū/ut hic sobrius/ille nequā/auaritiæ ille mancipiū sit/hic de illa triūphet/effectus sane diuersos nec plane respōdētes ortos de terra minime putādos/ut facinorosos quoq́; sępe vindicta pręterea t& iusti trucidētur. Postremo vulgus fremit eoꝝ qui scioli videntur sibi/multifariāq́; insultāt exempla ꝓponentes quibus astrologoꝝ ꝑdicta confirment. Instant enim atq́; inculcant plurimū quomodo ni ars vera/ꝑdictiones ex arte vere esse possint. Sic eñ ille ꝓnunciauit futurū & ad lineam euenit/sic alius euentura prędixit & confirmauit euentus atq́; ita ad numerū exempla non nulla quasi digitos ostentant quibus suos cōfirmare errores cum infirmantur possint.

Soluitur prima ratio & in Astrologos ipsos retorquetur. Caput Tertium

e

T sane facile ostendetur/nihil virium huiuscemodi rationibus in esse:q̃
etiam si validę putarentur non propterea sequeretur ut ex illis confici
posset astrologia/quod in operis progressu liquescet/ sed tanta est veri-
tatis vis ut erroribus qui eam occulere quasi tenebris nititur/nimio eius
fulgore occęcatus oberret irrisus. Non solum autem solui/eluiq; eorum argumen
tationes possunt. Verum in illos validissime retorqueri atq; eorum prima ratio in
eos ipsos hoc pacto quasi missile telũ repellitur. Nãq; & philosophi summi astro-
logiam irrident damnantq; eãdem multifariam Augustinus lacerat & insectatur/
ut cum alias hoc in libro/tum maxime capite quinto ostẽdetur. Sed & ipsa quam
adducunt Aristotelis & Augustini verba reprobant quod ipsi colligere cupiunt
non confirmant:ꝙ enim inferioris mundi motus a superioribus lationibus cœli
dependeat/colligitur inde falsa esse dogmata astrologorum/quandoquidem vul-
gatum apud philosophos atq; protritum est cœlum esse vniuersalem causam re-
rum inferiorum. Vniuersalis autem causa dirimitur a particulari/a qua scilicet effe
ctus distinguitur. Neq; enim cur hoc/aut illud fiat a remota & vniuersali/verum a
proxima & particulari causa queritur:exemplum in motu manifestissimum:nãq;
idem cœlestis motus & igni sursum ascendenti & terrę deorsum descendenti pa-
riter operatur. Vniuersalis igitur ille motus particulares nõ distinguit/ qui ut sint
tales a proprijs & particularibus causis habent: nec quicq; gignitur natura duce
quod pręter cœlum particularem quoq; in terris causam non habeat: cœlestis itẽ
qualitas qualitatibus omnibus elemẽtalibus asistit:ut quinto huius quinti libri ca
pite latius explicabitur. Si autem rerum inferiorum particulares & motus & qua-
litates a cœli motu & qualitate nõ pendent/nisi ut a causa vniuersali a qua hoc aut
illud non distinguitur:q̃to minus pendebit a cœlo particulariter quod cœlo pro
prie hoc modo non inest/sicut motus & qualitas/quare sileat lucius dum blaterat
& vniuersalem & particularem causam cœlum esse: cum propter alia incõmoda/
tum propterea ꝙ ea quam adducunt auctoritas vera esse nullo pacto possit/ si de
particulari causa intelligenda esset:quæ vniuersales effectus & motus nequiret in
uehere/nam quicq; tam particulare in cœlo non est quin terrenis collatum vniuer
sale sit. Sed enim sileat alius qui trifariam vniuersitatem induxit:nec semel deliras-
se contentus in anniuersarijs iudicijs id sępe repetijt/ indocte quidem conatus do-
cere/cœlum ipsum præter id ꝙ eo motus & calor viuificus turbe terrenorum vni
uersaliter secundum cõmunem operationem cõmunicatur id ipsum etiam agens
vniuersale haberi debere secũdum operationem propriam. Hoc vero cõmunem
in rebus generalibus ordinem turbari qui priori illa cõmuni operatione seruaba-
tur pro exemplo affert sextum qui manu adnascitur digitum:eum inquiens præ-
ter cœli cõmunem operationem/ præter cõmunem ordinẽ accidere: a propria ta-
men cœli operatione pendere. O rem ab omni eruditione prorsus abhorrentem/
nam defectui materie non effectui cœli adscribenda est manus ut ita dicam sedi-
gita:nec ibi aliter influit cœlum/q̃ motu suo & lumine/quo agẽs quilibet ad ope-
randum excitatur:qui si aut minus potest/aut ei materia nimis contumax est hu-
iuscemodi nascuntur monstra/quæ proprię cœli operatione tribuere insigne deli
rium est:quandoquidem supra quam dici potest absurdum/ propriam cœli ope-
rationem/qnæ ad seruandam fulciendamq; naturam pertinet/præter naturam ha
beri debere: eandemq; ipsam operationẽ ut propria est/cõmuni operationi & or
dini aduersari/quoniam ea illa monstra refugiat & hæc eadem amplexetur & pa-
riat/q̃obrem huiuscemodi nuge reijciendę cum nihil ab vniuersali illa causa/prę-
ter motus & qualitas fluant. Hoc in eis apertę videmus quæ diuersa sunt & natu-

ra & ſpecie/ hoc idem & apertius in illis intuemur quæ numero differunt indiui-
duis/quæ cum particularia ſint/ & originem ducãt a rudi materia/minus multo re-
ferri poſſunt in cauſam maximę vniuerſalem atq; formalem/ cœlũ enim cũ equo
equum generat/cum leone leonem/cum homine hominem/& humanę ſpeciei va
rie & diuerſa indiuidua/cũ eorꝝ indiuiduis parentibus gignit/ eadẽ conſtellatione
dum diuerſa/quod ipſis comprobari poteſt experimentis/quoniam eos videmus
ingenio/corpore/fortunis diuerſiſſimos qui orti ſunt/ſub eadem cœli inclinatione
a gręcis clymate nuncupata. Quid rogo reſpondebit Aſtrologus? Quomodo di-
uerſitatem hanc ad conſtellationem ſyderum configurationemve referet quã ean
dem eiuſmodi omnes habuiſſe diximus/ſcio quo ſe tuebũtur præſidio. Ad Nigi-
dij figuli rotam confugient cuius ob reuolutionis velocitatem nõ datur eundem
locum bis atramẽto ſignare/multo minus igitur inquient. Dari poterit in cœlo ſu-
pra q; dici poteſt ipſa rota velociori rapidioriq;. Atq ſi hoc dixerint latebras igno-
rantiæ ſuæ prodent. Nam cum tam rapidi momenti non poſſint ipſi differentiam
aſſequi/quo pacto de ijs quæ eiuſmodi infantibus euentura ſunt pronũciare po-
terunt. Si partilem ſcilicet momentaneũq; Horoſcopum/& q; eſt ſequens genitu-
re ipſius themata neſciuerint. Sed & obijcere aliud poſſumus quo explicare ſeſe
nullo modo queant. Nam cum gemini uterum exeant/alter poſt alterum/ ex ea q̃
intercedit morula occaſio prębetur aliqua reſpondendi; adimitur autẽ cum natos
eis obijcimus ſimul eodem momento ex diuerſis tamen parẽtibus & intra eandẽ
eiuſdem regionis & latitudinem & longitudinem: ut idem cœli punctum imagi-
narium quem Zenith vocat Arabes utriſq; reſpondeat. De his enim & idem the-
ma cœli deſcribere/& eadem omnino tam de ijs quæ intra maternum aluum/ q; q̃
poſt natalem eueniẽt horam pronunciare debet aſtrologus. Sicut enim eadem ho
ra natos/ita & eadem cõceptos conuenit extimari. Adimitur inq; occaſio cũ nihil
omnino hiſcere queat aſtrologus ut eorꝝ maximas diuerſitates & differentias vni
eidemq; omni ex parte cõſtellationi acceptas referri poſſit: quapropter ni captus
mente ſit fateatur oportet ſydereos illos afflatus vniuerſales / a proximis cauſis &
particularibus diſtingui & determinari/vnde rudis illa defenſio proditur qua cõ-
tenditur eiuſmodi natos diuerſis eiuſdem figuræ ſignificatoribus eſſe ſubiectos.
Qui enim varij poterũt ſignificatores eſſe/ ſi omnia penitus eadem ſunt: ut ſuppo
ſuimus & nullum prorſus in themate ſeu figura diſcrimen/ hinc liquet multo mi-
nus eos poſſe ex ſyderũ poſitu de corporeis & animalibus qualitatibus/ deq; for-
tuitis & externis decernere. Siquidem minus hæ a cœlo dependent indiuiduorũ
proprietates/quam quę ſub genere eodẽ eſt diuerſitas ſpecierum: ut nũc leo / nũc
elephas/ nũc homo pariatur. Nec enim differentiã proximæ cauſæ ſpecificam ſci-
licet ſequuntur non cœlum: ſic & corporeę indiuiduorum qualitates indifferẽtias
ſœminum referuntur. Sic animales ab ingenio & educatione arbitrij dependent.
Sic fortuite & externe ab facultate parentum ab electione propria a prudẽtia quo
q; & occaſione deriuãtur. Deſtruit igitur non aſtruit aſtrologiam peruulgata illa
ſententia/quam mundum hunc inferiorem ſuperioribus eſſe motibus cõtiguum
cenſuit. Nec magis illis Auguſtini citata illa auctoritas ſuffragatur quæ Ariſtoteli
cæ inſtar retorqueri in aduerſarium poteſt. Quam etiã hoc interpretari pacto poſ
ſumus/ut q̃to magis a materia & compoſitione recedũt res/tanto magis perfecte
& principes euadant quibus ſcilicet inferiora pareant. In ipſo enim deo ſumme &
infinitę perfectionis nulla compoſitio eſt minima in angelis actus videlicet & po-
tentiæ pauca in cœlo: maior in ſublunaribus. Quapropter ſicuti a deo angeli/ ab
angelis cœlum regitur/non ſecus reguntur mouẽturq; inferiora ipſa: utpote craſ-

siora ęculenta magis & cōpositiora per cœlum tenuius simplicius & purius. Hoc
autem nihil particulare cœlo arrogat/sed vniuersale quā atq; purius ac si dicere licet
diuinius. Itē & illud non nihil conducit/ꝙ & ipsa nostra corpora crassiora & mole
sua grauiora a subtilioribus corꝑibus & leuibus spiritibus scilicet corporeis mo-
uetur/quibus motrix animę vis nostra ad sua obeunda munera utatur. Q; si Au-
gustini mentem nos percepisse negent non expugnabimus si non Augustinum
ipsum loquentem audire noluerint: ac in tertio de trinitate libro ita disserentē. Sed
quemadmodum corpora crassiora & inferiora per subtiliora & potētiora quodā
ordine reguntur: ita omnia corpora per spiritum vitæ: & spiritus vitæ irrationalis
per spiritum vitæ rationalem/ & spiritus vitæ rationalis desertor atq; peccator per
spiritum vitæ rationalem pium & iustū: & ille per ipsum deū ac sic vniuersa crea-
tura per creatorem suum ex quo & per quem & in quo etiam condita atq; institu-
ta est: ac per hoc voluntas dei est prima & sūma causa omniū corporaliū specierū
atq; motionū. Nihil eñ fit visibiliter & sensibiliter qđ nō de interiore inuisibili at-
q; intelligibili aula summi imperatoris/ aut iubeatur aut permittat: sed ineffabilē
iusticiam pręmiorum atq; pęnarum gratiarū & retributionum: in ista totius crea-
turę amplissima quędam immensaq; republica/nec theologus ille sanctissimus at
q; in omni disciplina eruditissimus quæ obseruanda censeo cum per se quęstionē
diluant: tum ꝙ fœta sunt rerū multarū atq; magnarū. At si ex causa ipsa dicēdi eo-
rum quæ dicta sunt intelligentiam summamus: ut Hilarius voluit quarto de trini
tate libro: ut ecclesiastici de verborū significatione cānones ꝑcepere. Percipiemus
beatissimum & doctissimū Augustinum nil vnq; diuinatrici arrogasse astrologię
sed quibus potuit semper/ut mox videbitur rationibus derogasse: inter quæ illud
sit ad pręsens argumento ꝙ in libris de christiana doctrina/ dum ea de astrologia
quæ motus & magnitudines mensurat syderum mentionē haberet/ utpote q̄ vna
ex liberalibus artibus sacris intelligendis lr̄is famularet̄. Subdidit: sed ꝙ vicina est
errori fatua fata cantantiū salubrius honestiusq; contemnit̄. De Aristotele vero ꝙ
Astrologię nō suffraget̄ modo/sed refraget̄ aperte/eadē metiri possumus regula.
Ad elementa eñ dumtaxat ꝑtinet cū dixit inferiorē mundū superioribus lationi-
bus gubernari. Nam postq; dixit determinatū a se in libris de cœlo quattuor essē
corpora infra cœlum/ignē/aerē/aquā/terrā tum subiunxit/de eis se mox tractatu-
rum quæ ex illis constabat. Sed nec alius mundus est q; ipsa elemētoꝝ moles/qui
sit cōtiguus suꝑioribus lationibus/ nec alterius mūdi tractaturus erat assertitiōes.
Nam in libris ipsis metheorologicis nulla de hominibus brutis plantis mentio fa
cta est. Sed de his q̄ & aeris & aquę cōmunes sunt passiones: quorū ipse in proe-
mijs paulo ante pręfatus fuerat: quid? Quod nec pluuiarū/nec terremotuū causas
quęrit in syderibus/nec grādines/ nec tempestates/ nec eluuiones/ nec fulgura/nec
cometas deriuat a stellis/sed a materia: pro cuius diuersitate diuersa suboriantur:
eadem illa Aristotelis sententia vniuersalius etiam capi potest ob motū scilicet ca-
loremq; cœlestem/quibus omnia mouentur fouenturq;: cœlum quippe inter om
nia corpora naturalia perfectissimum/cui & motus perfectissimus hoc est orbicu-
laris competit: & supremus locus: & perfectissima sensibilium qualitas id est lux/
quod autem primū est in vnoquoq; genere reliquorum causa est/quę sub ea serie
continentur. Licet eandem rationē causæ nō omnia possideant. A primo igit̄ mo-
tu/cęteri motus: a qualitate prima cętere deriuant̄/ luce scilicet illa viuifica quā ca-
lor sequitur non aereus/non igneus scilicet cœlestis/omnia fouēs/omnia penetrās
non qualis elementalis: quanq; nomine cōueniat ille siquidem & frigus & omnes
qualitatēs cōtinent eminēti simplicitate/sicut motus cœli omnes motus: sicut cœli

natura omne corpus:ſicut lux omnes colores/ac ut pythagorici dicerent ſicut vnitas omnes numeros: quare omnis virtus ſub lunarium corporum & qualitatum ab iſtis & corpore & qualitate gubernantur.

¶Soluitur ſecunda ratio & in Aſtrologos ipſos retorquetur.
Caput Quartum

r Etorqueri pari pacto poſſumus eorum ſecundam rationẽ multiplices ingerentem difficultates ab operibus ſolis & lunæ petitas/quibus inferiorꝶ mutatiões exorirentur. Sed hoc in ipſius ſolis & lunæ qua naturales dumtaxat cauſæ ſunt naturam referremus/ nõ autem In ſtellas alias/ ſed nec in ipſa luminaria ea ex parte qua mathematici planetarijq; circulatores cõtendunt quibus cõfectis in eos ipſos arma mouebimus. Igitur anni variatio ex acceſſu ſolis atq; receſſu referri debet accepta in obliquitatem Zodiaci circuli: nõ in ſignorum naturam. Flagrat enim & exurit ideo nos in leone poſitus ſol: quia tum proximius fertur ad aerem quo vallamur minuſq; ſeiungitur a noſtro vertice ꝙ antea. Sed & in Cancro item exurit quia proximior ſcilicet defertur/ꝙ cum in Geminorum ſigno collocabatur/ pro diſtantia igitur maiori calefacit minus: non pro ſignorum natura & qualitate ut fabulantur Aſtrologi: quare explodẽda illa quã aſſignant caloris cauſa. Inquiunt enim excalefacere ideo nos ſolem in leone conſtitutum: quia ſignum leonis calidum eſt & ſolis domus. At queſo reſpondeant cũr ſole ipſo in Cancri ſigno conſtituto intenſus nos calor excruciat: Neq; enim ſolis domus eſt Cancer: non eius exaltatio: non igneum: hoc eſt ſiccũ calidumq; ſignũ cancer eſt: ſed frigidum humidumq;/utpote aquaticum quod & eorũ dogma preſcribit: pari pacto in ariete conſtitutus ſol/ veſtit humum floribus: quia tum foecundum teporem immittit in terras/non quia ſolis exaltatio ſit aeris/ut ipſi contẽdunt diuinaculi: ſi enim ideo id fieret quia ſolis exaltatio aries eſſet: fieri etiã illud idem deberet ubicunq; terrarũ. Cum enim cauſa hoc eſt exaltatio cõmunis ſit omnibus terris: cõſequẽs eſt ut eſt effectus: id eſt calor inde pueniẽs etiã cõmunis fiat: ſed hoc apprime falſum igitur & illud: vnde pendebat deducebaturq;: quãdoquidem ſol in libra arieti aduerſa idẽ apud alios facit populos: quod apud nos in ariete. Colligendum itaq; de ſolis radijs magiſq; & minus nos afficientibus/ id ipſum euenire/non de aſtrologorum fabulamentis. Tonitrus quoq; eadem illa cauſa veris tempore generantur: diſſoluta ſcilicet hyemali humiditate ob calorem aeris affecti a ſole: vnde ſurſum plurima tollitur euaporatio/quæ quia ſol non ad perpendiculum radios eiaculatur minus intenſus redditur calor ꝙ ut ipſam poſſit conſumere atq; inde tonitrua fulminaq; proueniunt. De hac eadem cauſa variæ pendent ægritudines ſtatis anni temporibus præcipue graſſantes vitiligo vere/ quæ ſummam occupat cutem ob humores ea anni parte maxime redundantes: Mentagra æſtate quæ de ſicciore ſcilicet aduſtaq; materia ſcaturit quemadmodum tertio libro nobis inſinuatum eſt. Autumno lepra quæ de atræ bilis infectione prodit Hyeme lentigines quæ de humidioribus frigidioribuſq; ſuperantijs generantur non igitur luna in ariete/ in cancro/ in libera/ in capricorno poſita: ut Ptolomeus ſomniauit/ ſed diuerſus ſolis poſitus quo magis minuſq; calemus/ in cauſa eſt/ ut hę ipſe ægritudines fiant. Quapropter concludẽdum ſtatam in anni temporibus diuerſitatem in obliquitatem Zodiaci ſigniferive circuli eſſe referẽdam ꝙ ſi quis obijciat eadem ſolis poſitura / & æſtates magis minuſve feruere & hyemes eundẽ ſemper rigorem non ſeruare & alios alijs calidiores eiuſdẽ æſtatis dies eſſe/ac eiuſ

dem pariter hyemis frigidiores quare ad cœlũ necesse esse hæc ipsa referre: ad cœ-
lum & ego (sed ut ad vniuersalem quod probatum est causam) libenter referam in
inferioris autem materiæ dispositionem uti in particularem proximamq; causam
id ipsum referendum contendam. Siquidem & Ptolomei testimonio & sensus ex
perientia varia materiæ dispositio plurimũ momenti & ditionis obtinet in ambiẽ-
tem nos aera. Quo fit ut inferior quoq; mutatio vel excitatio ventorum vel inun-
datio pluuię/vel huiusce generis quidpiam/etiã procul factum aerem afficere no-
strum possit quo deinceps afficimur. Cum enim sublunaria hæc semper in motu
sint/& continuo quasi fluxu tumultuentur potest alicubi concurrentibus particu
laribus causis/quæ variæ & pene innumerabiles esse possunt/reddi materia quæ-
piam generandis ventibus vel imbribus idonea tolliq; in sublime. Alicubi autẽ nõ
reddi ex defectu videlicet pticularis causę/quę vel nullo pacto vel minus q̃ opor
tet materiam pręparet. At si rursus assumas ut hę particulares causę hic moueant
alibi non moueant: cœlum in causa esse dices utiq; aliquid si memineris ante om-
nia cœlum esse vniuersalem causam & primum habere motum a quo reliqui de-
pendeant. Si illud quoq; secundo loco recordaberis sic institutam rerum naturam
a deo ut singula suum exequantur officium: quare vel a largiente motum/ vel a ge
nerante grauia & leuia inanimata moueri: vegetabilia a suis formis / bruta a fine
quam apprehendit anima: rationalia a voluntate quã liberã esse nec hostes astro-
logi negant. Inde fieri ut particulares huiusmodi & aliæ causę particulares in terris
effectus producant. q; si concesserimus pręter solem & lunam alios alijs planetas
calidiores/absonum minime putaremus: si etiam cõdonaremus illis ut qui minus
calent ex accidenti nihilominus dissolutis scilicet humoribus excitarent nebulas
pluuiasq; demitterẽt. Qui vero feruentiores siccitatem caloremq; proferrent: cum
scilicet nobis ꝓpinquiores aut directioribus radijs sicuti de sole diximus/ nostrũ
aera collustrarent. Verum si quid ab illis ad nos peruenit: pertenue id quidem &
exiguum quo ad istas inurendas sensibus qualitates pertinet. Estus autem ma-
ris & fluxus / refluxusq; in aliam causam q̃ in lunam referunt non nulli: q; si lu-
næ ipsa quoq; reciprocatio feratur accepta/ nihil minus inde Astrologia iuuabi-
tur. Adelandus quem discipulum Ammonij fuisse opinor/ causam reciprocatio-
nis putat: q; partes maris quas terra dirimit in vnum confluere locum & se contin
gere properent/quæ obiectu terrenę molis repulsæ iterum quo naturalis impellit
motus reuocentur: & confirmari vel hac ratione Adelandi opinio potest cum par
tes elementi ad suam integritatem ad locum proprium atq; congenitum natura-
li propensione ferantur. Q; autem luna in causa esse non possit inditio illud est/q;
nulla reciprocatio est in maribus torride Zonę vicinioribus: quibus tamen nec na
tura maris/nec lunæ deest pręsentia/sed terrena illis deest moles: cuius obiectu par
tes a toto repellantur. Putant alij vapores & venti ex aqua terrosa salsaq; concitati
tumultum excitare in mari quo accessus & recessus cũ subsidũt scilicet & eleuant̃
fieri produciq; possit. Alpetragius in motũ diurnũ eam rettulit quo mouent̃ om-
nia sed inferiora minus: ita ignis sphærã rotari in orbem: in aere autẽ inordinatum
nec omnino circularẽ gigni motũ qui in aqua desinat finiat̃q; in accessum atq; re-
cessum. Alij vnũquodq; elementũ in propria moueri sphera dicũt/ quare & aquã
pariter moueri & reciprocare. Rogerius baccon ex lunæ lumine id voluit conijce
re quã opinionem multis validisq; rationibus Picus patruus confutauit atq; va-
nam omnino ridiculamq; monstrauit. Alij non ad lumen sed motũ refugere lunę
quem tacito quodam naturę consensu oceanus imitaret̃: qui & cũ ascẽdente ascẽ-
deret/& cũ descẽdẽte descẽderet. Philostratus Apollonij narrat & ꝓbat opinionẽ

quam per epistolam indis explicasse cōmemorat in hunc modū:q oceanus a spiritibus sub aqua existētibus impulsus ex multis hiatibus quo partim in ipso/partim in terra circa ipsum sunt ad exteriora diffunditur ac rursus retrocedit:alij alia. Illud nobis sit satis in multas referri posse causas/ earūq; aliquas rationi consentaneas & ꝓbabiles quibus inde nihil iuuari possit Astrologia quin & cōfutari atq; repelli:cum in lunam si referētur:omnibus certe quibus & ipsa adsistit equoribus reciprocatio contingeret:aliqua tum esse in quibus nullus fiat accessus recessusve sed sit luna in causa quid sibi inde arrogat Astrologia/ cum nec motus/ nec luminis/nec influxus occulti vendicare sibi noticiam possit ad recipiendam reciprocationis causam:nanq; & sub imo posita terrę/cieret moueretq; aquas ad quas tamē eius radij peruenire non possint:Indici quoq; maris & persici ęstus neq; in lunam neq; in signorum qualitatem referri debent. Sed in solis positum conditionemq; materię. Persicum enim sole virginem ingrediente agitatur/ pręcipue cum peruenerit ad Sagittariū. Placidum vero est & tranquille quiescit cum pisces occupauerit & geminos/ contra indicū sub virgine & Sagittario tranquillum sub piscibus & geminis innauigabile est. Proinde utilis est non superstitiosa horum temporū obseruatio/ habita maris ratione quod nauigant a quibus etiā obseruati dies quibus abstinendum nauigatione prædicant. Causam autem habere aliunde in cœlo nō possunt/q̄ a sole/ quoniam stata de illis & perpetuā obseruatio est/ quare ad solem tantum potest referri cuius ijsdem temporibus eadem fere est habitudo ad alias constellationes nullo modo potest/quæ nunq; eadem ijsdem temporibus inueniuntur. Qꝫ autem Conchilium natura varietur ad lunam nihil astrologię sed naturę rerum accedit. Luna enim calida est sed parū:Caloris autē natura est quod tertio libro attigimus ut si debilis sit humiditates euocet/ nec consumat/ quod potentis caloris officium est:quanq; autem calida est/frigus quādoq; parit sed ex accidenti:sicuti & sol ipse luna calidior:utrūq; enim principium esse frigoris atq; caloris Aristoteles scribit/ verum sol hyemē & æstatem facit per annum ex accessu ad nos & recessu/luna per mensem/ ex augmento diminutiōeq; luminis calefacit igitur luna plena lumine/frigefacit eo destituta hoc est a nocturno nos frigore nō defendit:cum adolescit echini & id genus viuentia quod & ante ex Aristotelis auctoritate narrauimus:pleniora fiunt & succulētiora. Frigida enim cum sint & sanguine careant fęta uberiore lumine vitalius incalescunt concoquūt melius & fiūt habitiora/cū vero senescit/huiuscemodi siccātur humiditates vacuęq; fiūtq; Ostrea: contra vero alię crescunt humiditates quæ ipsa adolescente luna decrescebāt. Scribit enim idem Aristoteles in libris de animalium generatione tempora decrescentis mensis humidiora & frigidiora esse. Nulla autē in dictis contradictio:quæ alioquin minus consideranti ingereret sese. Nam luna crescente/ bone crescunt humiditates ut diximus/decrescente decrescunt q̄ scilicet lumine vigorē capiebant. Decrescente vero luna male humiditates exuperant non a luna sed ab elementis prouenientes: quibus luna minus resistit & calore debilitata & sub finitorem maximam noctis partem demersa. Vnde propinquante nouilunio plenius fluunt mēstrua teste Aristotele in historijs & de animalium generatione. Sed eedem humiditates prauæ ipsa crescente minus fluunt. Criticos autem dies in cœlum/ ut putant Astrologi/ & præsertim in lunæ motum non debere referri liquido apparuerit/ si opiniones ipse rationesq; examinentur. Galenus huiusce rei inter medicos auctor tertio libro de diebus criticis duplicis meminit lunaris influentiæ/ quarum alteram a sole dicit esse cuius lumen accipit luna. Alteram a circuli Zodiaci signis quæ proprio motu singulis pererrat mensibus:tum ponit ex astrologorum

ſententia quaſiq; comprobatum experientia. Lunam ipſam in oppoſitis locis atq; quadrangulis vel reſpectu ſolis vel ſignorũ magnas cõmotiones excitare. In quadrangulis autem locis a coitu diuiduã fieri/in oppoſitis impleri/ideoq; ſtatũ aeris immutare. Rurſus eaſdem mutationes accidere rebus cum peruenerit ad ſigna loca ve oppoſita aut quadrangula locis eis quæ dum ab ipſa occuparentur luna ortum res ille ſumpſere: verbi cauſa: ſi poſita in tauro luna res cœperit: eidem accidere cõmotionem: cum in leone aquario poſita fuerit quę ſunt loca tauro tetragona vel aduerſa/ quod auctoritate ægyptiorum cõfirmauit. Indeq; putauit criticorum habere dierum cauſam exploratam atq; compertam cum præcipue habeãtur critici. Septimus & quartuſdecimus dies. Luna autem peruenit ſeptima die ad ſignũ ab illo quantum quod tenuit inchoante morbo. Decima vero quarta ad oppoſitũ atq; aduerſum in quibus cum luna cõmotiones excitet fit ut ipſis diebus in corporibus pariter morbi tumultus excitetur. Ad mortem quidem ægritudine pernitioſa ad ſalutem proſpera. Cupiens autem Galenus oſtendere non vigeſimũprimum dũtaxat/ quod Archigenes putabat: ſed vigeſimum etiam diem criticũ eſſe ex curſu lunæ id aſſecutus eſt qui vigintiſeptem diebus adiectis octo horis conſumatur: qui menſis peragrationis dicitur hunc in quattuor partiens hebdomadas dies ſex & horas viginti cuilibet earum aſſignabat quo circa vigeſimuſprimus dies: id eſt hebdomaticus tertius in lunari curſu partim ad vigeſimum diem naturalem: partim ad vigeſimumprimum pertinebat. Nanq; duodecim eius primæ horę vigeſimum terminabant/reliquæ vigeſimumprimum inchoabant/atq; ita collegit criticam fieri cõmotionem die vigeſimo in diuturnioribus quæ ſcilicet per numeros diſcurrunt pares ęgritudinibus cum luna ad ſecundum quadrangulum in hebdoma tertia perueniſſet: rurſuſq; vigeſimoprimo die naturali commotionem criticam fieri in acutis morbis impares numeros obſeruantibus colligebat. Hoc poſtq; Galenus confecit quod quaſi proprium inuentum Petrus Aponẽſis rettulit excogitauit alia/quibus Archigeni contradiceret/ut non vigeſimaprima dies inter criticas reponeretur/ ſed tota vigeſima. Sumpſit ergo menſem non peragrationis cuius nuper meminimus/ſed eum qui vulgo ſimpliciter menſis dicitur/ & cõiunctionis apud litteratos appellatur. Eo enim ad ſolis coniunctionem reddit luna: hic ex diebus vigintinouẽ & duodecim horis conflatur/ hoc ſumpto dies tres quibus fere luna coniuncta ſolaribus radijs obruitur & occulitur nobis dempſit/ illi hac ratione motus quoniam tum ei vis non eſſet inferiora permutandi/ quoniam ſilens hoc eſt minime lucens eſſet/ quam rem latini ab oculis ad aures tranſtulerunt. Reliquit ergo ei menſi dies vigintiſex horaſq; duodecim: qui mẽſis a poſterioribus vocatus eſt manifeſte viſionis menſis. Hunc autẽ ei colligauit illum quẽ peragrationis vocauimus collegitq; ex eis dies quinquagintatres & horas viginti Horum poſtea dierum dimidio ſubtracto menſem conſtituit qui dies contineret vigintiſex/ & horas vigintiduas/ quem medicinalem vocant menſem fabrefactũ ex diebus quibus luna & a ſole illuminatur/& Zodiacum permeat/quaſi bis lunares complecteretur influxus/& qui a ſole & qui a ſignis prouenirent/ ex hac computatione voti compos fiebant Galenus / cum huius menſis hebdomadæ / conſtent ex diebus ſex & horis decemſeptem cum dimidia quo fiebat ut tertia hebdomas medicinalis in vigeſimam naturalem diem terminaretur/quattuor tãtum horis & dimidia parte horę ſuper ecreſcẽtibus: quę in vigeſimumprimũ diem referũtur. Hũc laborẽ ſibi gratis aſſumpſit/ cũ ex mora peragratiõis Zodiaci etiã vigeſima dies critica haberet̃ ut oſtẽdimus & ipſe etiã nõ negat vigeſimãprimã eẽ criticã poſſe ĩ acutis p̃ſertim morbis. Hoc aũt ideo diximus ne cũ mõſtrauerimus dies

critícos referri ad lunā minime posse siue a sole virtutē siue a signis consideremus
responderi posset/non plene satisfactum: quia mixtū quendam influxum quo di-
es excitarentur critici Galenus introduxisset: hoc aut forte ille non fecit/ aut si fecit
facere tamen rationabiliter non potuit quod multis rationibus ostendemus. Nam
si cōmotiones ut inquit fiunt/cum luna est in quadrangulis aut oppositis loco ali-
cui primordiali signis/rursusqꝫ cum quadrāgulis aut oppositis solis radijs illustra
tur. Non debemus hos euētus expectare a luna pręterq̃ his temporibus quibus
altero illorum modorum se habet: si de illis videlicet causis euētus expectatur. Sed
si a mense medicinali eiusqꝫ medietate & hebdomadis expectatur. Ab illis causis
non pendebūt quas parere scilicet & excire cōmotiones probauit Galenus tum
enim illę causę non sunt. Absurdum igitur nimis & fatuū misceri conflariqꝫ vtri-
usqꝫ constellationis virtutem illo tempore: quo illarum nulla constellationū inue-
nitur/quare si in hebdomadis aut medietate mensis medicinalis vis ista excitatrix
& critica queritur a Galeno: non autem in hebdomadis medioqꝫ mensis peragra-
tionis ipsius & manifeste visionis/in astrologicis influxibus nullo pacto inuenie-
tur. Neqꝫ enim ad quadrata aut opposita signa/neqꝫ ad quadrangulares aduersas
ve cum sole figurationes redigi potest/ sed neqꝫ conflari/ ut diximus conseruariqꝫ
poterit eo tempore quo ista non sunt. Præterea secundum Galeni mensem trede-
cima magis q̃ quartadecima dies critica erit. Illa enim tredecim horas: hec tantum
vndecim habet: quid ergo inquies Galeni defensor/ ut quartamdecimam cōstitu-
as criticam/dicens te peragrationis non Galeni uti mense/contra ut vigesimū criti
cum facias nō Galeni/sed peragrationis mense uteris. Præterea si quis ęgrotet pri
die q̃ luna coniungatur habeatqꝫ diem septimam criticā: nullo pacto hoc ex po-
testate vel a sole vel a signis recepta esse poterit: cum maximā partem eorum die-
rum delitescat & ipso auctore Galeno nos non afficiat. Mitto ꝙ omnino facticius
ille mensis Galeni nec naturæ moneta percussus. illudqꝫ claudit in se ꝙ tres dies a
sole obtegatur luna: quod falsum esse & Alphagranus testatur/ & experientia cō
uincit. Siquidem & vespere eius diei nouaculari facie conspicitur/ & mane etiā nū
priusq̃ sol exoriatur. Sequitur & illud ꝙ luna (si dies illi stati firmiqꝫ habētur) sem-
per eodem passu procedat/ non autem velotiore tardioreqꝫ/ quod a veritate alie-
num astronomicis supputationibus demonstratur. Qꝫ autem lunæ cursibus nō
regantur critici dies siue a sole siue a signis virtutem acceptam dicamus: ideo patet
quia si a sole petatur vis sequeretur nos semper in nouilunio morbis inuadi. Lu-
na enim die septima ægritudinis dimidia aliter esse non posset/ nec eius plenitu-
do luminis quartædecimæ morbi responderet: in quibus affirmat ex quadrangu
lari & aduersa cum sole configuratione humores excitari. Si vero a signis men-
dicent illam: ita argumentamur. Die septima iuxta te commotio fit rursusqꝫ quar-
tadecima: sed plerumqꝫ luna per hos dies in quadratis locis vel oppositis non est.
Igitᷓ a luna qua in illis est locis cōmotio ipsa nō pendet deriuatᷓve: quod posterius
assumpsimus ꝓ comperto habēt qui vel mediocriter lunares motus suppotarunt
Nam sexta quādoqꝫ die ad quadrata signa ꝑtingit/& decimatertia interdū ad op-
posita/aliquādo nō prius q̃ die octaua vel nona quadrāgulari fit loco. Nec tñ cri-
tici dies semper hunc imitanᵗ motum: & si imitarentur criticorū ratio dierum alia
q̃ præscribitur & esset & haberetur. Qua propter alij alias criticorum dierū cau-
sas assignauere nihil ad lunam recurrentes. Hippocrates quidem nusq̃ super hoc
verbum. Nixus autem est hunc ordinem referre ad numeros quos natura liben-
ter obseruet: quod & Asclepiades & Celsus notauere. Auicenna opinionem hāc
lunarem reiecit/ ut quæ multam contineret ambiguitatem/ quæstionemqꝫ reiecit.

Idem & Auerroys in Collig. effecit: neq; enim ad medicũ spectat perscrutatio cau se dierum criticorum: sed altioris id opus philosophiæ. Scire autẽ spectat ad eum qui dies critici sunt quoq; pacto tractandus eger est/ cum vel apparet/ vel preuidẽ tur. In hoc sequendus Galenus medicus precellens & admirandus/ in illo minime sed posthabẽdus: tum quia aberrauit ut ostendimus/ tũ quia eius in philosophia iudicium & auctoritas ab eiusdem in medicina fautoribus paruipenditur. Nam & Auicenna & Rabi Moses ægyptius tradidere plus eum scientiarum ramis q̃ ra dicibus inhesisse. Alijs quoq; in rebus plurimũ exorbitauit/ in dialecticis/ in natu ralibus/ de motu quoq;/ de anima. Sed & Astrologię eum minus peritum fuisse lu naris motus supputatio docet: neq; aliter eum Aponensis defendit/ q̃ ꝙ eius etate cœlestium motuum ratio comperta non erat/ quid? Quod & aperte negat rationẽ se dicturum/ cur in aduersis & quadrangularibus signis a loco lunæ initiali com motiones excitentur/ & egyptiorum dumtaxat auctoritatem pretendit/ quos ta men in sexto suo de simplici medicina libro taxat delirijq; condemnat. Sed nec ob seruari ab illis potuerũt qui lunę scilicet cursus minime fideliter nouerant. Primus enĩ Hippareus in Rhodo insula aliq̃to verius illos obseruauit: certius postea Pto lomeus: quem tamen taxat Hyspania. Neoterici autem postq̃ lunæ cursus explo ratus magis atq; compertus est rationẽ reddere de signorum natura voluere quæ tum nec ueritati nec Galeni dictis quæ sequuntur/ nec positioni quam tuentur cõ sonat. Signa inquiunt quadrata vel opposita cõtrarias habere qualitates/ quadra ta vel utrasq; vel agentes: opposita vero altera saltem qualitate discordare/ tum ad dunt/ quadrangulos aspectus & radiationes dyametras contrarias esse atq; pu gnantes: his sumptis inferunt: cum igitur luna ad loca illis quæ tenuit inuadente morbo inimica peruenerit/ inter morbum atq; naturã pugna suboritur. Nos au tem quanq; assumptum negare possumus/ suo tamen loco id differentes: ipsis ad præsens illud condonemus/ quo eorum opinionem destruamus suisq; met telis il los prosternamus. Criticos inquiunt eo fieri dies/ ꝙ si in tauro gratia exempli fu it luna morbo occupante naturam/ cum locum ei quadrangulare/ vel aduersum tenuerit. Hoc est Leonem vel Scorpium bellicũ canet/ morbo atq; naturæ: ex hoc inferam ego: idem: & magis etiam effecturam lunam/ cum geminos possederit/ qui a leone magis q̃ taurus discrepat/ cum libram quoq; occupauerit/ cui magis contrarius est taurus q̃ scorpio. Nec alia ratione q̃ ipsorum met Astrologorum/ quorum scilicet assumpto nitimur connexionem consecutionemve probabo. Si quidem iuxta eorum dogmata. Taurus siccum est frigidumq; signum. Leo siccũ & calidum. Scorpius frigidum & siccum. Geminorum signum calidum & hnmi dum. Dicent fortasse non esse inter hæc signa colligationẽ aspectus. Sed q̃uis nul lam hanc esse aspectus rationem idoneo libri loco probabimus: eo ad præsens nõ diuertentes: ita instabimus esse vt non colligentur aspectu contrarius locus est an ne? Negare non possunt/ quia sibi ipsis contradicerent. Si autem contrarius est: lu na contrarium primo effectum iuxta tuam positionem facit cum ad locum cõtra rię deuenit qualitatis. Peruenit autem ex loco frigido & sicco ad contrarium locũ humidum & calidum: & contrarium tamen effectum non fecit/ igitur positio cor ruit: ꝙ si forte dicerent in ipsis aspectibus vim consistere. Deberet nihilominus ex consequenti tenere lunam ipsam cum ad trigona signa peruenerit morbum con firmaturam: quoniam sicut quadrata signa discordãt: ita trigona cõcordant: quia sicut qnadrangula ex discordia qualitatis excitant morbum/ trigona ex concor dia nõ excitabunt. Hoc autẽ posito sequet & illud medicoꝝ regulis aduersum vn decimã diẽ inter noxias esse statuẽdã q scilicet ab eis inter salutares criticas nũerat

Quippe cũ luna vndecimo fere die ad trigona deferat̃: atqui fieri ne potest quod medici dicunt ut sextus & octauus inter alios dies/cõmotiones excitent malas: repugnat hoc Astrologię/quæ ut diximus per hos dies. Lunã ad ipsa tetragona deuehit. Rursus cur secundum medicos & decima & duodecima omnino male: quibus tamen luna non inuenitur in locis aspectu aliquo cũ ęgritudinis signo collocatis. Ceterum nec a luna/nec sole/nec a constellatione aliqua habere causam possunt ut modo pares/modo impares critici sint/ & ut p̃tereamus reliqua. Nunc eñ quadragesimũprimũ criticũ faciunt/post quẽ pares ascíscunt: ut lx. & lxxx. & cxx postea circuitum mensium & annorum. Constellationes eñ istis temporibus mirum inmodum variantur iuxta astrologos. Criticos autem dies statos perpetuos atq; vniformes decernunt medici/finem faciã q̃tum ad dies pertinet criticos/ si pudendum Aponensis errorem super ea causa recensuerimus diei sexte maliciã quã Galenus comparat tyranno/sicut septimã regi/ redigi ait posse in lunam quæ cursu velociori veniat ad tetragonum bonitatẽ vero septimę in ipsius tetragoni rettulit naturam quę scilicet morbi signo aduersaretur/ex quadrato igitur & maliciam sextę & bonitatem septimę simul deriuauit. Enimuero periodos hoc est circuitus ambitusve aut circũductus humorum Aponensis ipse ad sydera simul referre conatus est. Atrę nãq; bilis periodus tardissimus (cessat enim & quiescit duobus diebus) ad Saturnum relatus est/cuius etiam restitutionis motus tardissimus habeatur/rubra bilis Marti adscribitur/ pituitę motus Marti: Sanguinis Ioui: q̃ autẽ insulse hoc & infœliciter egerit disquiramus. Sanguis nulla pausa putrescit: eius igit̃ circuitus velocissimo planetę iuxta præscriptum dogma referri debebat acceptus non Ioui: qui si restitutionis tempus existimetur omnium tardissimus post Saturnũ. Pręterea multo ẽ velocior Saturno stella martis/cui rubra bilis assignata: paulo segnior atrę motu: cessat enim sex horis minus. Præterea si in præceptis astrologorum statur ut opera stellarum tardi motus diuturna sint iuxta tarditatis proportionem/debet rubra bilis diuturnus afficere q̃ pituita quia motus martis restitutio tardior q̃ lunæ/nihilominus diuturnior est pituitę q̃ rubrę cholerę afflictio hæc enim duodecim illa decem & octo horas affligit: q; item ad solam lunã referri non possit ut secundo loco opinatus est. Hinc patet q; ratio pituitę iam assignata/ sanguini conuenit magis: nam q; aquarum quæ paruula intercedente mora fluũt & refluunt imitetur motum: atq; hinc sex integras quiescat horas/ impensius aptatur cõuenitq; sanguini: cuius sicut aquæ cõtinuus ęstus: in quo morula accessum dirimens a recessu non bene sex horarũ interuallo respondet/quo totus agitur fluxus vel refluxus. Maior quoq; in sanguine similitudo cuius motũ insensibilibus intercipi morulis ipsi non pernegant/qui atrã postea bilem contrario pituitæ moueri non putant: quoniã ab eius natura plurimũ discordat. Atqui plus cõmunionis habet terra cum aqua q̃ cum igne/ seu motus/ seu qualitates eorum/ seu locus spectentur. Illa enim sicca & frigida: hæc frigida & humida/ignis siccus & calidus Vtręq; enim deorsum mouentur/ignis sursum: eius quoq; suprema est sphera/infima terrę: cui aqua proxima est/sicuti igni aer/igit̃ motus rubrę bilis diuersus magis esse deberet a pituita/ q̃ a bile atra/si ipsi debent humores ad elementa referri. Cur autem octauo nati mense fere statim moriantur/ in Saturnũ ut Astrologi fabulantur referri nõ potest. Aiunt enim singulis mensibus gerẽdi uteri ordine suo singulas pręesse planetas/cum autem septem sint/ & primo mensi pręsit Saturnus sequens est ut octauo etiam dominetur: est autem inquiunt natura frigidus & siccus ideo mortificat: quia qualitates illę vitæ cõtrariæ sunt. Sed traditę istę dominãdi vices/& planetę huiusmodi proprietas & natura alibi suo loco confutabitur: q;

si etiam illa planetę inessent quæ fabulãtur nullo pacto id esse posset in causa/ quã doquidem si causa esset cum stata illa & perpetua habeatur status etiam perpetu- usq; esset effectus/quod & Auicẽna & prius Aristoteles negauit. Nanq; & hic in ęgypto/ille in Hyspania octimestres pueros vixisse scribit. Sed rationabilis illa cau sa est/ ut quia in conatu mensis septimi leditur infans/octauo si noscatur debiliorẽ eum euadere/ q̃ ut viuax esse possit rationabilior Hippocratis qui in libro huic ipsi materiæ dicato/in grauiorem eo mense difficilioremq; uteri gestationem & in affectionem matricis rettulit: propter quæ bifariam opprẽssas matres & partus sci licet dolore & ægritudinis/non parere victuros. Restat ut illud reflectamus/quod in secunda ratione ultimo loco afferebatur / de nautis scilicet/de medicis/ de agri- cultoribus q̃ prędicebant: quare id ipsum atq; etiã magis astrologos posse. Nau- ta enim atq; medicus/& agri cultor/causas rei veras veraq; signa/ hoc est propria & particularia scrutatur. Ideoq; potest aliquando prędicere/non magis autem/im mo minus id potest Astrologus: qui causam tantum vniuersalem suspicit/ nec eã recte per vestigia naturæ rimatur: sed vane superstitioseq; / quid: quod & naute & agricultores prędicunt suis ex principijs procedentes: qui sępenumero Astro- logicis placitis repugnant/verã ergo illam/falsam istam esse oportet: quare nec p- batissimi agricultores nec antiq medici astrologicas adhibuere suis operibus ob- seruationes: ex lotio enim non ex astro/ex pulsu venarum non ex motu sphęrarũ prẽsagibant: nec inter Hippocratis libros de prognosticis/ usq; syderum mentio. Columella rusticę rei scriptor exactissimus Astrologis non modo adhibuit fidẽ in agricultu. verum & aduersus eos elucubrauit. Et periti gubernatores nauiũ nõ ex Ioue aut Saturno/sed ex vento/ex nubibus/ex omni aeris condictione de tem- pestatibus prẽsagiunt. Adde q̃ inter medicos/nautas/pastores/de eorũ preceptis conuenit inter astrologos nõ cõuenit/ut in libri huius calce copiosius ostẽdet. Ni mis enim fortasse hoc in capite sumus euagati: quare ut reliquas astrologorum re pellamus rationes/ pes conferendus est.

Solutio & reiectio ultimarum quattuor rationũ. Caput Quintum.

q Vattuor igitur ultimæ quibus astrologia roborari posse videbatur di- luendæ rationes restant/& in auctores reijciende repellẽdeq;: duas eñ primas iam retorsimus longo progressu: tertiam in qualitatibus primis fundabant auctore Ptolomeo: qui nec promissis stetit/nec professionis iura seruauit. De multis enim vaticinare posse docuit quæ nullo pacto de primis quattuor pendere qualitatibus possunt/ut ostendimus: sed nec ei tantũ erat labo- ris insumendum si a proposito non recessisset. Siquidem vna tantum aeris disposi tio/cum infans proditur in lucem/vnusq; corporis habitus erat inspiciendus: plus nanq; tempus anni/quo quis nascitur in fati sortitione polleret q̃ alia quelibet cõ stellatio/si fatum fortunaq; pueri de primis qualitatibus duceretur. Probatur hoc facillime: nam ad intentionem remissionemq; primarum qualitatum plus potest hyems q̃ calida constellatio plus ęstas q̃ quæcunq; syderum iuxta astrologos fri gidissimarum configuratio. Semper enim æstiui dies hibernis calidiores: etiã si in eis rigeat torpeatq; Saturnus/semper hiberni frigidiores æstiuis etiam/cum ardet mars medioq; furit flãmatus olympo. Igitur si differentia fati oritur frigore/calo- re/siccitate/humiditate: ab aere ita cœlitus per hyemẽ aut ęstatem affecto non a sy deribus ea petenda erit: quandoquidem a cœlo eam non a materia rimantur atq; mendicant. Rursus fortunæ & rerum externarum significatio petenda aliunde

non erit: ꝙ ab ipſo homine & a corporis habitu. Hinc em̄ externa omnia & ipſos
mores pendere affinitatis ratione putauit. Falſum igitur eſt quod aſſumebant/ pē-
dere ſcilicet hæc a primis qualitatibus quas ſyderum cōfigurati ōes largirētur. At-
qui nec in eis quas inde promebant couſecutionibus veritas eſt/ ut ſi mutationes
aeris a ſyderibus / inde etiam Cataclyſmi & exuſtiones & annonę caritas exinde
q; peſtilentię & corporum noſtrorū damna deriuarētur. Conſeruat enim cœlum
ſuo motu & lumine elementa vniuerſiq; ordinem & integritatem: nō ſecus ac vis
poteſtaſq; particularis in corde reſidens corpus particulare continet ac fouet: ne
defluat ne diſſoluatur. Errant igitur qui exceſſus elementorum vnde eluuiōes ex
uſtioneſq; proueniunt ſyderibus acceptas referunt: perinde atq; illi qui noſtri cor
poris morbos & vicia in ipſam regentem corpus naturæ poteſtatē referrēt/ cuius
eſt illa auertere non facere/ ſopire nō excitare. Aliud itaq; eſt qualitates primas cœ
litus fieri/ aliud qualitatum earū receſſus & detrimenta. Siquidem & aliud eſt iura
& magiſtratus omnes ciuitatis a boni principis originē trahere/ aliud quod in il-
lis delinquitur erraturq; ab ipſo principe deriuari. Philoſophorū quoq; dogma-
tis cōſentaneum eſt cœleſtis naturam regere & moderari elementa nę præſcripto
ſcilicet exeant & egrediantur fines: neue ab impoſitis legibus euarient. At inquies
ſi faciunt ſtellę alię frigiditatem/ caliditatē alię/ fiet aliquando ut frigidis ſtellis prę-
dominantibus frigida elementa inualeſcant: & calidis item dominio potitis calida
quibus ſi concurſus frigidarum calidarumve conſtellationum accedat/ euenire ut
aut cataclyſmo mergatur terra/ aut exuſtione conflaret: facilis & multiplex ad ob-
iecta reſponſio. De caliditate enim & frigiditate ꝙ inconſona & dubia, ne dicā va
na & fatua deſumant in ſequentibus oſtendetur: de dominio item planetarū atq;
ſignorum vanā falſamq; eoꝝ ſumptionē pariter demonſtrabimus. Sed nec ratio-
ni quoq; aut cœleſti naturæ conſonat ut imperet planeta cœlo ac ob id mundo &
prodigioſa & mala demittat. Rurſus elementis varijs ſi varia pręfecta ſydera ſunt
ideo pręfecta eſſe putandum eſt: ut perficiant/ ut ſeruent non ut demoliātur/ ut va
ſtent. Proindeq; tanto euadit elementum perfectius ꝙto potētior fuerit imperitās
planeta. Amplius ſi perfectio partium perfectioni totius non aduerſatur: imo ſi cū
toto partes ipſę labefactantur & pereunt non pertinebit ad elementi perfectionē
ut natura tranſgrediens ordinem occupet cętera. Sed tunc erit perfectum cum ab
ordine & pręſcripto non flexerit/ aut excedendo/ aut deficiēdo. Propterea nec Pla
to in Timęo/ nec Ariſtoteles in metheoris iſtas temporarias elemētorum tyranni-
des ad cōſtellationū vim ullam vnq; rettulerunt. Verum nec in humanis corpori-
bus propterea dominantur ut noceant/ quemadmodum nec vniuerſo pręeſſe ꝓ-
bauimus/ ut tumultus excitēt/ ut tyrannide vexent: vnde nec mors ipſa a cœlo/ ſed
a materia/ cū quęq; qualitas vitio ꝓprio ita degenerauerit/ ut pręfecti ſyderis diſci-
plinam nomine ſubſtineat/ vnde vel euagatur immodica vel remiſſa deficit: ut hac
in parte probetur Auēroys ſcribens: eum qui putauerit Martem aut Sydus aliud
quoquomodo diſpoſitū nocere corporibus aliena cogitare ab omni philoſophia
Hinc patere & illud poteſt nō pendere omnino ab iſtis qualitatibus ut ſomniarūt
ingeniorum morumq; varietatem: nam ſi calor inquiunt ſiccitas & contrarię his
qualitates a ſyderibus fluunt/ ſequens eſt ut quę ex ipſis cōflantur temperāturve
prodeant bilis rubra & atra pituita ſanguis. Igitur bilis incitabit ad iram/ ad ſegni
tiem pituita/ ſanguis hilariores/ triſtiores atra bilis efficiet. Sed hoc opido ꝙ gene-
rale eſt/ nec euidentię ſemper reſpondet: igitur & particularis eſſet quęrenda cau-
ſa/ cui effectus ſemper quadraret: ſi cauſa ſcilicet eius rei certa & eſſet & haberi de-
beret. Et pręterea non ſatiſfacit occultioribus quibuſdam & maxime proprijs in-

geniorum condictionibus. Est enim interdum inuenire homines temperamento corporis simillimos: studijs tamē & moribus nō q̄ fecit electio/ sed naturę ꝓpensio dissimillimos. Nāq; preter habitū corporis & occultas dispositiōes ab educatiōe ab assuetudine/ studiorū morūq; diuersitas magna ex ꝑte depēdet. A legibus plurimum/ quæ si rite ferantur mansuetissimas reddere ferocissimas alioquin natiōes possunt si perperam ex optimis reddere malas queunt. Vnde arbitrij libertas cōtra omnem naturæ necessitatem euidentissime declaratur. Infames olim fuere Galli puerorum amoribus auctore Ptolomeo & Aristotele: quod scelus nunc ita abhorrent: ut sub cœlo nulla natio magis/ idq; opera sanctissimi principis Ludouici & beneficio christiane legis/ que nō vnius dumtaxat populi correxit errorem: sed orbis totius mores & instituta mutauit: quæ scilicet a primis ędita fuerant. Potest autem & ad artes studiaq; capessenda regionis qualitas multum/ ut mercaturę videlicet nauigationiq; se dedat quispiam/ ciuitate in littoribus constituta/ sapientiæ incumbat/ litterarum gymnasijs, proxima militie vacet/ si infestis finitimis eadem vexetur/ aut ciuilibus intus factionibus agitetur. Sunt quos agri fertilitas & copia desides & voluptuarios/ exiguitas atq; sterilitas laboriosos/ industrios/ & diligentes facit. Illud autem quod ultimo loco pro tertia ratione afferebatur/ ridiculum nimis: ut si possunt sydera qualitates primas facere/ & quæ ex ijs coalescunt conflānturq; temperaturas: posse etiam bella seditionesq; facere/ externa auferre/ reddere vrbes euertere mutare imperia posse: nec minus ridicula ratio est/ qua primam cōsequutionem probare contendunt: excitata inquiunt bili in corporibus regum & principum ebullit ira: vnde auidiores appetentioresq; fiunt/ vel inferende iniurię/ vel reponendę: irridenda hæc potius q̄ confutanda: quandoquidem si deligantur pharmaca quibus rubra cholera educitur & bellicosis quibuscunq; principibus regibusq; propinentur/ poterit vniuersus orbis pacari: sed sępe in causa est auaricia magis q̄ ira: cupido item potiundi regni spes & occasio consequendi: simultates quoq; & odia alternę inter principes conflata/ quæ iuxta Astrologos a Saturno sunt potius q̄ a Marte. Interdum ipse amor iusticię bella suscitat atq; tumultus & sępenumero inest animis regum (ut sic dixerim) pro bile deus/ nunc bonos exercens ad virtutem/ nunc puniens malos ministerio sępe malorum/ quos ille carnifices in mundana R.p. & quasi visibiles dæmones habet. Consecutio eorum secūda ratione affinitatis a Ptolomeo roborabatur/ quę ridicula multo magis ea putāda est qua bella confecit ex bile: & inde transtulit imperia: Quæ enim ista affinitas Ptolomeę corporis cum externis/ ut hęc illius habitum condictionesq; sequantur dices biliosus ex Martis radio factus tractabit arma: inter quę habitat sæpenumero mors. At potius opus existimari syderum solet si homo mitis & in ocio degens obtruncetur: cōtraq; si bellicosus & seditionū patronus plenus dierum inter suos domi moritur. Cur igitur hic Marte calidior quieta obit morte/ ille pacificus oppetit gladio: De uxore vero diuitijs dignitatibus ꝓponit se in primo capite libr. apotelesmatum Ptolomeus dicturum rationem: nec tamen ullum facit verbum: sequēti vero inculcat eadem quasi de illis quoq; probasset. Forte falli putans posse lectorem obliuiosum cui scilicet allata ratio protinus excidisset. Quarta vero argumētatio quæ viribus occultis nitebatur dissoluenda reijciendaq; deinceps/ illud enim fere colligebāt si pęonia caduco laborantibus morbo fert opem. Si magnes ferrū trahit/ nec id ex temperatura fieri posse videtur: sed in proprietatem quandam peculiaremq; vim rerum earum referendum est. Cum hę ipse potestates primis materię affectionibus nobiliores efficatioresq; sint/ sequens videri non posse stellas virtutibus huiusmodi non abundare/ tum ꝙ hæc ab illis euenire putantur/ tum ꝙ

nobiliſſima cum ſint corpora nobiliſſimis etiam dotibus proprietatibuſq; pręditа eſſe conſentaneum eſt. Porro non corrogatur proprietates iſtas terrenorum indicare nobis proprietatem aliquam peculiaremq; vim ſyderum/ præter vniuerſalem illam atq; cōmunē motus/ atq; luminis influentiam. Fluunt enim Peonię/ magnetis & huiuſmodi cęterorum dotes/ a principijs intimis: hoc eſt ab eorum formis ſeu dicere mauis eſſentijs ipſorum corporum. Cœlum autē dare eas dici hoc pacto poterit/ quia formam ſcilicet dederit quam motus ille conſequitur: quarum tamen diuerſitas aduerſitate fit non conſtellationis / ſed mixtionis. Ex cuius varia proportione alia atq; alia forma diſſultat: ꝙ ſi particulariter penderet a peculiari vi ſyderum aliqua derogaretur cœlo: ad cuius dignitatē ſpectat ſimplici actu & eminentiore collecta ea poſſidere/ quæ ſub lunari machina in multitudinem diuiduntur. Nam nec ratio conuincit/ ut ſiccitas per ſe/ aut frigus ſtellis inſit præter ſuum illum viuificum calorem & lumen: ac ita qui contra ſentiunt interrogandi utrum contineat calor ille quattuor qualitates eminenter/ & cum ſecundis cauſis omnia producat inferiora ut putamus/ ex ſe vero ſeipſum dumtaxat fundat? An præter id calorem ſolum illis tribuant ipſi frigus autē ut rem diuerſam a calore de particulari alia ſyderis virtute deducant. Si primum reſpondent/ ſequetur ut ex ratione ſpecifica/ accidat aliquid cuipiam imperfectius eo quod ex cōmuniori natura debetur: quod nequaq; dici conuenit/ cum differentia contractior perfectionis gradum adiungat: nota eſt conſequutio: quoniam qualitas illa quæ omnem continet qualitatem perfectior eſt ea quæ caloris tantum eſt effectiua. Igitur ſi debetur illa ſtellis ut non diffitentur cōmuni quadam generaliq; condictione/ ſuum dein dogma reſcindat quo volebant ſolam illam & exſiccatricem influentiam ex propria ſyderis natura prodire. Si vero ſecundum pro reſponſo afferāt ex eo etiam ſequetur/ ut quidpiam alicui ex propria natura competat/ quod proprietatibus illis aduerſetur: quæ de cōmuni natura prodeunt: hoc autem abſurdum eſt. Nam cum homini quatenus animal eſt competat habere ſenſum. Eidem quatenus eſt homo/ ſtupiditas conuenire non poteſt/ manifeſta id etiam connexione deducitur. Nam ſi naturæ alicuius ſyderis peculiaris vis ulla ineſſet frigiditatis & ſiccitatis effectrix/ cum ſint vitæ contrariæ qualitates cœleſti naturæ aduerſarētur & calori illi ſuo viuifico/ qui quatenus eſt cœleſtis cœleſtem omnem naturam dubio procul adſequitur/ quare dici non poteſt vim iſtam coloris exſiccatricem peculiari proprietate vel caloris iſtius cœleſtis in vniuerſum aſſeclam eſſe vel frigorificā illam influentiam de propria ſyderis cuiuſpiam natura manare: hoc loco defenſores Aſtrologiæ extricare ſe libenter vellent: ſed tenatiori complicantur viſco/ q̃ ut vel ſuas illas dędaleę vanitatis alas exerere queant. Anteſignanus ille Lucius multa effudit vana aduerſus patruum quibus confirmaret ſe/ ut ait manus ferulæ ſubdidiſſe: ſed quæ ſatagit ſubduxiſſe manum ſignificāt logice primum innixus eſt: poſtq; nihil proficere ſe poſſe animaduertit/ maioreq; opus eſſe vi q̃ ut diſtributionis & comparationis termini examinaretur. Vniuerſaleſq; illas enunciationes patrui haberi debere nec labefactari poſſe/ accidentalia quædam protulit. Ac cum hoc quoq; ſuffugium ſibi demptum cerneret/ quoniam ſicut eſſentialibus (ut ita dicam) eſſentialia/ ita ea accidentalibus pari pacto conferenda eſſent. Imperfecta perfectis conferre ſatagit: id quoq; fieri non debere aduertens perfecta perfectis & imperfectis imperfecta conferenda tandem intellexit: quare nil ſibi exempla ſua & inductiones prodeſſe cognoſcens alio confugit: in hoc errans ꝙ naturas ipſas/ pro ijs quæ naturis competebant in argumentis ſumpſit. Animal enim & viuum quibus uſus exemplis ille eſt: ſunt ipſa natura communiora/ non autem

ratione cōmunioris naturæ cōuenientia: quęcunq; vero affectiones ad naturam sequuntur cōmunem imperfectiores etiam habentur ijs/quæ proprias naturas ad sequuntur. Probauit itaq; patruus non supposuit ut autumat Lucius nobiliorem esse eam qualitatem quæ omnes contineret qualitates/q̄ quæ tantum frigus pro/ducit: huicq; ipsi præstare quæ calorem gigneret. Sed & eorū simul resposionem refellit/qui Saturnum verbi causa contendunt habere a natura cōmuni/ ut calefa/ciat: a propria vero vt frigorifica influentia terrenam turbam informet: quare eius vel argumentationes vel responsiones nil colimant. Autumat præterea sicuti qua litates primę in sublunaribus ignobiliores habētur: ita & in cœlestibus haberi de bere/ parum memor dictum a patruo quæ in imis visuntur excellētiori modo ea in sublimibus contineri/ sane perfectior omnino iudicanda cœlestis qualitas illa/ cuius natura corruptibili omni condictione præstātior & eminentior quæ tametsi potens & intenta sit nulli inferiorum naturæ aduersatur: nec materiam consequi/tur/ nec in mixturam & complexionem venit/ut vana huic luci argumenta/ vel a mediocriter eruditis depræhendantur/ q̄ si etiam ignota aliqua & insensibilis (ut aiunt) qualitas e cœlo flueret adhuc pfectior ea ducēda esset: quoniā particularior eademq; cœlestis atq; viuifica. Quapropter stat ędificiū patrui validissimis ratio/nibus veluti naturę columnis fultum. Nec somniare oportebat Lucium viuificā illam stellarum lucem extrinsecus aduenire: quoniam id quod secundum naturā cōmunem competit intrinsecus competere necesse est. Quapropter siue a se siue a sole calorem illum & lumen sydera in terras demittunt nihil p̄iudicij nobis affer/tur: cū de lumine illo & calore cœlesti: quoniam cōmune omnibus syderibus fatē/tur verba fiant/seu id a stellis ex se seu a sole veluti a fontali principio cōmunis vis illa deriuetur: quanq; extra controuersiam non est stellas lumine proprio carere. Sed enim partem aliam se defendere profitetur Lucius qualitates alias a calore nō contineri videlicet viuifico illo lumine sydereo: sed a particulari alia syderis virtu/te defluere. Ad vim argumenti demoliendam satis esse putauit duplicis repugnā tiæ meminisse/ quarum altera contrariam expellat expellaturq; mutuo/ altera re/pugnātem effectum producat. De prima dicit intelligi non posse iuxta patruum Secundam nil efficere contendit: sed minus præclara illa sensa percepit q̄ ut esset idoneus de illis verba facere. Vis enim argumenti patrui hac basi nititur quod ali cui conuenit ratione specifica/ non repugnat illi quod conuenit eidem ratione (ut sic dixerim) generica: quo fieri ut cum frigiditas viuificæ qualitati repugnet/ non posse eam syderibus inesse: ut illi contendunt qui eisdem quoq; non negant ines/se viuificam illam & pręeminentem: omnisq; aliasq; præcellenter elemētales qua/litates eminentia simplici continētem. Nam si cœlestis illa a cōmuni stellarum vir/tute prodit qualitas quomodo in ea esse potest earum quas in se continet qualita tum repugnantia/quæ alioquin contingeret si frigorificę quoq; illius particularis fieret accessio: cuius scilicet natura viuifico illi lumini atq; calori aduersaretur lu/mini inq; sua adeo natura præcellenti: ut pugnam non sentiat earū quæ in se clau/dit ex cōmuni condictione cœlesti qualitatum. Sane pręeminentis hoc naturæ p̄/prium: ut q̄to exaltatior est a sublunari atq; terrena turba rerum corruptibilium tanto minus pugnæ sit expers: sic in deo ipso eminentissime simplici nō repugnāt ideę rerum suapte natura repugnantium. Colligamus igitur ut communis illa sy/derum vis quæ omnes continet qualitates controuersiæ particeps non fiat/quam inueherent qui aliam apponerent particularem eandemq; frigoris dumtaxat effe ctiuam. Fusius hoc loco responsa contra patruum refutauimus/quando & aduer

sarij non nihil satagerunt ut hoc bipartitum eius argumentum dissoluerent: quo
pene solo corruit Astrologia quoniam frigus & siccitatem cœlo deuehere nequit/
quas equidem qualitates a sublunari mundo petere oportet. Nec propterea sequi-
tur frigida elementa conseruari cœlitus non posse/ nisi frigiditatem influant syde-
ra: nec frigus ob id esse in vniuerso per accidens nec formas substantiales inferio-
rum corporum in cœlestium virtute non contineri. Nam cœlum calida non con-
seruat calore eiusdem naturæ & rationis. Sed omnia calida/ frigida/ humida/ sicca
sua illa qualitate fouet/ perficit/ regit/ moderatur quæ nulla est ex illis quattuor &
omnes claudit in se/ non quales in elementis sunt: sed quale quod multiplex est in
vnitate concluditur virtute scilicet principali: fallit autem nomen caloris quod ad-
uersum putatur frigiditati: calor autẽ cœlestis nulli aduersatur cui proximior qui-
dem est calor elementalis ꝗ frigiditas: sicut etiam perfectior quemadmodum &
color: quoq; albus luci proximior ꝗ niger: quanq; hic etiam ut conseruetur / ut
efficax habeatur/ candore lucis indigeat cęterum & cœlum ipsum per se nulla me-
dia causa calorem gignit alias qualitates ex accidenti: sicut & calor etiam per acci
dẽs frigefacit: id ipsum autem ut vniuersalis causa est cum secundarijs causis agit
per se tam frigiditatem ꝗ caliditatem/ tam siccitatem ꝗ humiditatem. Nam cum
aqua aquam/ cum igne ignem generat/ & cum his proprietates eas quæ elemento
rum substantias consequuntur: quãobrem cum aqua frigiditatem/ cum igne calo
rem facit atq; hoc modo tantum per se de cœlo pendent frigiditas & humiditas ac
inferiorum corporum substantiales formæ: ꝙ vero permutatio subita a calore ad
frigus frigidæ constellationis bis existimetur/ ꝙ item luna sub terras delata æstus
moueat quas lumen manifestum excire tum nequeat: ob idq; alia esse opus influ-
entia a calore lumineq; disiuncta/ non recte omnino putatur. Nam primum illud
pro dispositione potest materię contingere quæ Ptolemei auctoritate & experi-
mento sensus maximum habet in aere momentum pluuia. Igitur ventus ac huius-
modi permutationes id queunt efficere quæ a cœlo nõ dependent/ nisi sicut a cau-
sa vniuersali omnis rei corporee ut ex Metheoris Aristotelis colligi põt. At si alijs
alij calidiores planetæ essent/ ij qui minus calent ex accidẽti dissolutis videlicet hu
moribus nec absumptis in causa esse possent: ut cœlũ nebulis prętexeretur ut plu
uiæ fundarentur: vnde calor deficeret/ frigus excresceret. Enimuero motum ocea
ni si alijs ꝗ lunaribus causis adscriberemus nihil sequeretur incõmodi/ quanq; &
motui etiam scandentis ipsius lunæ/ vel declinantis/ damnisq; lucis & incrementis
acceptum referre possimus. Potest enim Oceanus tacito quodam naturę cõsensu
motum sequi lunæ: quæ eternum suo illo tenui calore de luce prodeunte eo per-
tingere potest/ quo manifestum lumen non peruadat: quẽadmodum etiam ignis
calorem eo pertransire sentimus: quo flãmam accedere nec videmus/ nec permea-
re posse cognoscimus. Hæc igitur nullo modo cogerint ut præter viuificum illud
lumen atq; calorem qualitates alias cœlestibus corporibus tribuamus. Deroga-
ret hoc cœlesti naturæ dignitatem non arrogaret/ quæ inferiores proprietates vni
ca virtute continet & possidet. Possidet inq; sua luce viuifica/ quæ de moto corpo-
re profluens afflansq; calorem indicat fere nobis occultum mysterium diuinitatis
& potestatem in motu/ in luce sapiẽtiam/ in calore figurat amorem: quibus mouet
illustrat/ creat/ perficit/ seruat omnia primus ille deus/ primus omniũ inq;/ sicuti pri
mum est inter omnia corpora cœlum/ cuius lumine sublato nec pęonia opitulare
tur caducis nec iacynthus sisteret sanguinem/ nec reubarbarum bilem educeret: ꝙ
si quis contenderet præter hãc omnibus cõmunem proprietatem motus luminis

atqꝫ caloris/habere ſuam vnamquanqꝫ ſtellarum influẽtiam propriam: idqꝫ illi cõcederemus non propterea colligerent quod queſierant. Diuerſę enim illę virtutes proprietatesve: quibus ſtellæ different in hoc conuenirent ꝙ omnes cœleſtes virtutes proprietateſqꝫ eſſent: quicquid autem in cœlo eſt/& ſi vniuerſitati cœleſtiũ comparatum particulare ſit/ad terrena tamen ſi referatur vniuerſale eſt/adeo ut totam corruptibilis mundi perfectionem claudat in ſe/ & quidẽ eminentius ſimplicius & perfectius: ut ex parte explicauimus & latius a præcellẽtiſſimo Ioanne Pico patruo vigeſimoquinto tertij libri ſui capite aduerſus Aſtrologos enarratũ eſt. Sed quinto loco ab humanis euentis rationes petebant/ qui ſi qñqꝫ noſtras excedere vires putarentur/vel præter ordinem meritũqꝫ produci actutum referebant ad cœlum/verum habent apud nos hæc omnia ſuas cauſas/ quas in aſtris fruſtra requirunt. Nam ſi de magnis quęſtio eſt: ut de Alexandri fœlicitate/de Ariſtotelis præceptoris ingenio atqꝫ doctrina: cœlum cauſa horum non eſt. Multi enim eodẽ aſtro nati/ nec Ariſtoteles/nec Alexander fuere. Nam præter cœlũ ſub quo veluti vniuerſali cauſa & philoſophi attici & Boetię ſues pariter germinant cauſæ/ ſunt Ariſtoteli proxime & peculiares: primo ſortitus fuerat (ut ſcriptum eſt) animã bonam non ab aſtris ſed a deo/& immortalem/ut ipſe demõſtrauit/nec aſtrologi negant/tum ſortitus eſt corpus idoneũ ut tali animę famularetur/ nec hoc a cœlo niſi ſicut a cõmuni cauſa/ſed a parẽtibus elegit philoſophari/ hoc non in cœleſte corpus/ſed in animum arbitrijqꝫ facultatem referendum. Profecit in philoſophia ardens propoſitum & induſtria in cauſa eſt. At pluſqꝫ philoſophantes multi pari ſtudio atqꝫ labore præceptoris doctrina & plurima eius ſeculi inchoata nec exacta monumenta id efficere: at pluſqꝫ coętanei & diſcipuli profecit id ingenio meliori/ non meliori aſtro referatur acceptum quod a deo non ab aſtro ſicut corpus a patre nõ a cœlo ſortitus eſt. Pari ſimilitudine proceſſu de Alexandro decernendum deqꝫ omni eius ꝓſperitate ſtatuendũ: magna inqꝫ fuit illa de Perſis victoria: maior quæ facta eſt ex indicarum rerum acceſſione fœlicitas. Virtutes Alexandri quæ multæ & imperatoris dignæ in cauſa fuere non aſtrum: nam & fortitudine & liberalitate pollebat militaris rei: præterea & litterarum peritus laborumqꝫ patiens fuit: ad hæc optimum nactus exercitum eſt/& ſub patre Philippo exercitatiſſimũ & beneficio regionis bellicoſiſſimum & ob liberalitatem exemplumqꝫ virtutum amantiſſimum ſui: adde ignauiam populorum quos vicit. Vnde a patruo dictus eſt pugnaſſe cum fœminis: poſtremo necte fortunã/non eam quæ dea a gentibus facta eſt/ non quæ a cœlo dependeat: ſed quam Ariſtoteles ſecundo libro philoſophicę auſcultationis definit/non per ſe ſed per accidens cauſam/ quã vulgus fortunam nominat/& per hæc ſolet exprimi verba ita ſors tulit/ita euenit/ita res cecidit/ hæc omnia fecere Alexandri magnitudinem quam ita futuram prima omniũ cauſa deus omnipotens decreuit/& voluit ut multis anteqꝫ naſceretur annis prophetę ſui pręuiderent & pie ſignarent. Idem iudicium de ijs quæ pręter meritũ accidũt ferendum eſt/ſi facinoroſi plectuntur a iuſtis miraculum nõ eſt/ſi a facinoroſibus iuſti non opus eſt cœlo ubi dei cœliqꝫ deſpectrix malicia ſatis eſt. Neqꝫ enim errata hominum cœlo/ſed hominibus ipſis imputanda ſunt qui dei cõtemnunt ordinem/quem & cœlum ſeruat & ſydera non prætereunt/tum dei ſumma & bonitas & ſapiẽtia plurimũ extimãda quæ ex malis elicit bona: deniqꝫ cũ rei cuiuſpiam admiratio nos ſubit & cauſam quęrimus ad proximã eundum hęc/ſi deeſt remotior & occulta querẽda & cũ in hoĩbus abſone q̃dã appetitiões apparẽt nõ ad exteriorẽ ex templo verũ ad interiorem potius recurrendũ eſt cauſam. Quid enim afferri

poterit cœleſte ut pregnans mulier terram comedat libentius & carbones: quã ex
quiſitum omne genus eduliorũ/ ꝙ ſi in fœtum id nõ in aſtrũ reiecerint pariter cõ-
ſequetur: ut huius effectus cauſa in temperatura corporis non in cœlo quęratur.
Cum autem eorum quæ raro & fortuito eueniunt veſtigatur cauſa: ſi Ariſtoteles
cõſultus fuerit reſpõdebit tam ſecũdo libro philoſophicæ auſcultationis/ ꝗ ſexto
primæ philoſophiæ/ id certam cauſam non habere quod temerarie ſcilicet forte &
contingenter euenerit. Iam ſextę rationi & ſoluende & refellendę multa ſe offe-
runt: negamus primo tam crebro ab illis dici vera quæ ſi ut pollicentur pręſtaſſent
etiam non omnino ſed magnopere non ſolum non eiecti ciuitatibus/ & apud pru
dentiſſimum queq; ludibrio habiti. Sed ſummo in honore apud omnem etatem/
apud omnes gentes fuiſſent: tanta ſcilicet eſt hominum curioſitas præſciendi futu
ra/ præſertim quæ ad ſe attinẽt. Sed legimus philoſophis/ imperatoribus/ medicis
poetis/ publicos decretos honores & erectas fuiſſe ſtatuas. Aſtrologis quotiẽs le-
gimus ſi forte de Beroſo non nihil dicas cuius ſtatuis ob prædictiones aurata lin
gua attributa ſit auctore Plinio. Illud animaduerte prædici poſſe in cœlo multa a
veris Aſtrologis qui ſyderum moles motuſq; metiuntur/ non poſſe a falſis de cœ
lo prædici effectus quos mẽtiuntur/ tum illud ediſſe: Beroſi prædictiones quæcũ-
q; ille fuerint/ aliunde ꝗ ex aſtris procedere potuiſſe ſicuti & ſybillæ illius famige
ratæ præſagia cuius patrem Beroſum exiſtimatum/ Iuſtinus philoſophus & mar
tyr ediſſerit & Suidas. Sed vni olim poſitam Aſtrologo ſtatuam finge/ ſemel finge
publicos decretos honores/ ſed non obliuioſus parte alia ſis quoties legeris irri-
ſos/ pœnis affectos/ & eiectos urbibus/ non ſolum ſub Conſtantino pijſſimo prin-
cipe & chriſtianiſſimo: verũ prius ſub Tyberio/ vel Vitellio/ ſub Diocletiano/ ſub
alijs: quod ſecundo ab hoc capite indicabitur. Non igitur ꝙ veri/ ſed ꝙ falſi aſſer-
tores inueniebãtur urbe pellebãt eos quos alioquin ſi veri fuiſſent habiti ex ægy-
pto Babiloniaq; acerſiuiſſent. Ita eſt certe quod Phauorinus ait/ ut quæ temere vel
aſtute vera prædicunt/ præ ijs quæ mẽtiuntur pars ea milleſima non inuenitur Se
neca eos irridet ꝙ prædicebant quotannis Claudium imperatorẽ moriturum: nec
tamen moriebatur: noſtraq; tempeſtate ſingulis annis romanos pontifices exem-
plo Claudij efferre ſolitos patruus irridet. Verum uberiorẽ nobis hoc anno ridẽ-
di pręſtitere materiam. Nam cum ſuperioribus quibuſq; annis Alexandrũ ſextũ
eius nominis põtificẽ inter mortuos ſuis ĩ vaticinijs repoſuiſſent. Vixit ille ĩ aſtro
logorum inuidiam lętus & alacer. Hoc autem anno qui nobis a chriſti natali terti
us & quingenteſimus ſupra mileſimum euoluitur/ qui eum antea ſolebant efferre
Aſtrologi/ & vitam eidem contulerant & fortunas proſperoſq; gerendarum rerũ
ſucceſſus ſpoponderant. Ne autem veri res apud vulgus inuenirentur: egregij di
uinatores in eius ſoſpitate prædicenda ꝗ fuerant prius in aduerſis minandis ex-
ceſſit e uita nuper: ut nec ei ad hanc diem/ qua hæc ſcribimus qui ſuccedat ſit dele
ctus. Scribit Cicero Pompeio & Craſſo & Cæſari a Chaldeis prædictum neminẽ
eorũ niſi domi niſi ſenectute niſi cum claritate eſſe moriturũ: & nihilominus ille in
ægypto obtrũcatus: hic in ſenatu multis vulneribus cõfoſſus: alius apud parthos
cũ exercitu occiſus eſt. Afferrẽ & noſtri temporis & domeſtica etiã exempla mul-
ta ni longior eſſem/ quibus aduerſius eoꝝ prænũciationibus effectus probarent:
ꝙ ſi obſtinate contenderis euenire tamẽ interdum quod ꝑdixerunt/ nõ magnope
refragabor. At cũ multo ſint plura q̃ mẽtiunt/ cur nõ putemus caſu eos in veritatẽ
incidiſſe/ & ſane præter id ꝙ cõperta nõ ſumunt fallunt etiã plurimũ in cõnexiõe
conſequutioneq; ſua dum colligere putant. Veram ideo artẽ eſſe quia futura quã

docq; prædicant & effectus inde sequatur: eodem & ego argumēto probabo quā-
cunq; anilis vanęq; superstitionis artem veram esse. Siquidem nulla est etiam quā
tute ipse tibi fortuitam temerariamq; confinxeris ex qua si iugiter prædicas præ-
nunciesq; aliquod non accidat quod ex ea videlicet prædictū est. Sic & supra Ari
stotelis auctoritate diximus fatuos atraq; bili tumultuantes futura quādoq; effa-
ri/quia plurima scilicet proferūt idētidem iactant/quare si apud Astrologię aucto
res diuinatrices aliquæ artes falsæ putantur pugnantia eos dicere ostendam: dum
scilicet verę omnes probabuntur eamet ratione/qua ipsi in sua astruenda sunt usi.
Si vero omnes parte alia veras putauerint non minus pugnantia dicēt nec magis
a contradictione se tuebuntur: quin redarguti rubore suffundantur ni pridem for
tasse verecundiæ nuncium remiserint. Atqui illos ipsos citabo testes si eadem de
re & Chiromantes & Astrologus & Geomantes consultus idem respōderit. Nā-
q; fere semper non idem designabitur in manus lineis: quod aut ex Geomanticis
punctis colligebatur/aut ex Astrologicis planetis deducebatur: ac ibi sępenume-
ro veritatē magis inueniet vbi minus sperabat: siue ꝙ ibi plus possit casus ubi mi-
nus est rationis/siue ꝙ in illis maligni dęmones libētius fallant. Firma quippe Au
gustini sententia est/occulta dæmonum afflatione quā nescientes patiuntur astro
logi assequi eos interdum veritatem: quam alioqui non assequerentur: tūq; id ma
xime fieri putandum est si mirabili prædictione particulariter aliquid dictum vel
factum pronunciauerint: quod nec ipsam artem astrologię præstare posse testa-
tus est Ptolomeus in primo centum verborum libro scribens solos numine affla-
tos prædicere particularia. At si qui mirabuntur quomodo hoc fiat/ mirentur pri
us quomodo tueri possint illud genethliacorum dogma esse vnum alio magis for
tunatum astrologum in assequenda veritate pari in utroq; ingenio doctrina & di
ligētia nempe hoc referri in aliam q̃ in superiorem cœlo causam nō potest. Si hoc
esse fortunatum in prædicendo/nec ab ipsa arte/nec ab ingenio/ nec a diligentia ꝓ
uenit. Si vero forte responderint flecti cœlitus animum prædicentis ad veram sen
tentiam/in quam multa tentando imprudēter incidat: cū super eadem re fere sem-
per diuersę opiniones inueniantur dicemus & nos. Hoc idē proculdubio fieri pos
se ab occulta & latenti dæmonis inspiratione: quē non solum hoc posse diuina sa-
piētia sinit: sed illud etiam ut quod falso fuerat prædictum opere implens verum
efficiat: nullam decentius summa iusticia pœnam exigente/q̃ ut quæ diuinæ veri
tati superba ingenia non subduntur vnius deinde nebulonis & sycophantę men-
datijs & fidem & libertatem obligent suam. Sed & illud aduertendum ꝙ multipli
ci fallacia & astu sua obtegunt mendacia astrologi/ ne omnino falsi apud vulgus
appareant. Nam & subdole subq; condictione sæpenumero pronunciāt: si de fu-
turis præfantur si vero de præteritis ut ostendatur/talia euenisse qualia cœlū signi
ficabat/vel signi bonitas malicia planetæ illis præsto erit/vel alterius stellę radiatio
vel cum sole amor/cū horoscopo odium/vel amicitia. Pręterea mutuabūt ab Indis
imagines/ab ægyptijs Dodecatemoria/itē Chaldeorū & antisia Firmici conducēt
vel fictum omnino a se aliquod de repente producēt: hinc factum ut nulla positio
syderum habeatur/in qua & prosperę & aduersę significationis multiplex cōstel-
latio non inueniatur: colligamus igitur nec euenire quæ dicunt: nec si eueniāt cre-
bro id esse/sed raro: astuq; eos & malicia iuuare artem putatū est/quæ nec ideo ex-
istimāda esset vera ꝓ futuris euentibus prænunciatis: quoniā & queq; falsę eadē
ratione vere probarentur. Ostensum præterea vanitatem ipsam præter artificum
astutā maliciā: malignū dęmona fauere ad animos hominū irritiēdos religionisq;
tum puritatē inficiendam/tum perspicuitatē obscurandam. Liquet igitur rationes

quæ Astrologiam roborare videntur/ in defensores retortas/ artem ipsam non cōfirmare/ sed infirmare: quæ etiam (si gratis concedantur) ut pensi quicꝗ̃ habeant ob id non nullis visum aliquas non omnino damnandas/ non tamen propterea sequitur/ ut ipsa quam colunt aut ars ullo pacto aut scientia esse possit: quod septimo capite tractare incipiemus physicis theologicisq̃ rationibus nixi: sed prius dānatam eam irrisam & confutatam sententijs phylosophorū prudentium/ prophetarum theologorum & ipsius ecclesię palam faciemus: ut & sententias recta ratione fundatas/ & rationes a sanctissimis sententijs nihil adherentes/ quin & consentaneas & conformes deprehendamus.

¶Q. a precellentibus philosophis & ab his qui sapientiæ similiter & mathematicę vacarunt Astrologia semper/ vel irrisa/ vel confutata est.
Item de ingenio scriptorum Astrologię Caput Sextum

h Anc itaq̃ non artem certe/ sed vanitatem/ nullus philosophorum sanementis probauit/ omnes vel plurimi persecuti sunt/ multi risu & subsannationibus eam prostrauere. Alij nec dignam putauerunt de qua verbum aliquando facerent silentio eam magis ꝙ̃ nō nulli verbis condemnantes Pythagoram Astrologię fidem non prestasse/ ex Diogene Laertio & Plutarcho & Theodereto compertum est. Democriti illud vulgatum est: Quod ante pedes nemo spectat/ cœli scrutātur plagas. Responsis egregie defensor nec Pythagoram nec Democritum potuisse damnare Astrologiā: utpote magicę quoq̃ artis inuentores habiti. Non percepisti quid probandum desumpsimus. Hoc illud est ut cum ex alijs tum ex eis auctoribus mea eos nō fuisse sententia monstremus ut fides astrologicis adhiberetur ꝙ si ad discendam etiam magiam nauigauerūt/ non nulli & aliquam eius partem admiserunt eam putarunt cum naturalibus rebus magis habere commertij quam diuinatrix Astrologia tametsi vniuersæ magiæ putetur magistra/ quam & irridet & cōfutat Panetius Stoicus/ & illam ipsam incessiuit ex eadem porticu Seneca cuius paulo ante fecimus mentionem. Dicis fatum omnino non reiecit disce tu plures fuisse senecas/ disce & aliud poetæ licere/ aliud expedire philosopho. Disce & illud vniuersam Astrologiam fato non constare: quæ etiam diligendas horas docet/ & cœli sibi fauorem ex auspicationibus conciliat quæ fatali necessitati aduersanť. Disce & plures esse fati acceptiōes quod in processu monstrabitur aliqua ex parte. Et sane priusq̃ de litteris iudicium ferres debueras non modo quaspiam Aristotelis scedulas sed omnes eius auctores libros omnes Platonis & platonicorum. Sed & nostrorum in primis theologorum vniuersas excusisse. Didicisses profecto Platonem inter adrastiam necessitatem & fatum distinxisse/ & vnum ab alio dirimisse. Didicisses Aristotelem & eius expositores præsertim inter græcos præstantiores non aliter de fato ꝙ̃ de natura loqui consuesse. Didicisses & ipsum Seuerinum Boetium cum plura de fato loqueretur dixisse illud rebus mobilibus inherere/ & illud quoq̃ subinde hausisses naturæ auctorem/ nec naturam ipsam/ nec eius operationes proprias demoliri solere. Sed ab his consulto supersedeo/ quoniam nec eorum hic locus/ nec decreuimus silentium huic quæstioni: quin & si deus fauerit de fato & diuina prouidentia particulari libello disseremus. Nunc ab Astrologica vanitate conterenda/ nunc diuertamus: cui magnopere quidem sapiens Bion infensus fuit de qua nec verbum Plato quidem usq̃ fœcit. Facere autem maxime in Timeo si apud eum quicꝗ̃ habebat pensi debuisset; vbi rerum ab eo vniuersitas pertractatur/

verum nec ibi nec alibi. Siluit enim exemplo Timei Pythagorei summi: ut ipse in-
quit philosophi & astronomi qui in suo de natura libro quem Plato præcipue est
emulatus indignam putauit de qua sermonē esset habiturus. Pari eam silentio dā-
nauerat Ocellus Leucanus in libro de mundo/ testimonio ipsius Platonis in phi-
losophia eminentissimus. An forte hæc ignorauit/ & in egypto Babiloniaq; versa
tus Plato non potuit hæc intelligere decantata apud hos populos & cuiq; etiā de
medio nota. An forte non ignorauit quidem/ sed quasi parua cōtempsit/ quę si ve-
ra essent maiora esse in natura nō possent. Philosophi ergo munus est inferiorum
omnium minutissime querere proprietates ad cœlumq; mentis acie conscende-
re/ & tamen quæ ibi sunt stellarum proprietates non querere/ & astrologiam inde
cōficere aut pertractare. De astronomia inquis locuti sunt: eodem autem nomine
astrologia cēsetur. At bone Luci tuus in te sentētiam tulit Ptolomeus: in exordijs
apotelesmatum: & tota demum aberras via: cum illius fecisse/ illius non fecisse mē
tionem putas quoniam ad naturalem nō pertineat astrologica pertractatio. Si em̄
vera astrologia: quid magis naturale cum ex cœlorum astrorūq; lumine & mo
tu vniuersa hic naturalia generent & corrumpantur. Quid: q; & tibi ipsi contradi
cis/ modo locutos eos sub astronomię nomine/ modo sub ꝓprio astrologię siluisse
pertinere illud/ hoc non pertinere. At quęso si eadem sunt/ quo pacto alterutrū ab
altero philosophus diremit: ut si pertinuit theorica/ practica nō ꝑtineret. Illud certe
non effugies cur de omnibus doctrinis atq; scientijs/ præter hāc mentionem fecit
Plato/ & quæstiones proposuit: de ea etiam quam tu appellas astrologię theorica
sepe recordatus/ practicę semper oblitus. Num te conuertes ad fabulas: ut Lethea
potarit obliuia/ an magis opinaberis ut hoc muneris posterioribus demandaue-
rit. Si hoc censes Platonicos ergo percunctemur primarios: quid hac ipsa de re il-
le senserit: & si Plotinum consulamus inprimis respondebit intermedio Porphy-
rio/ se cum diligentem operam astrologię dedisset & comperisset tandem artis va
nitatem falsitatemq; prędictionum omnem astrologię fidem abrogasse. Respon-
debit & illud non contentum se videlicet astrologiam spreuisse: ut alijs id quoq; ꝑ
suaderet faciundum dicato libro cui titulus de stellarum efficientia/ astrologorum
dogmata & risisse & cōfutasse: cui si Maternus opponat suppręssisse de eo ꝓpter-
ea cœlum pęnas. Insurgeret Porphyrins eius discipulus & mētium Maternum in
præceptoris vita monstrabit/ quam & mores simul & mortem & causam discessus
ab urbe plane fideliterq; describit. Origenes adamantius in omnibus disciplinis
præcellens etiam gentium testimonio multis rationibus astrologicam vanitatem
sugillauit. Quem annumerare Platonicis vel hac de causa hoc in negotio placuit/
q; ipse illius nosterq; hostis Porphyrius fatetur assecutum eum omnia sensa Pla-
tonis Proclus platonicus quanq; omnis mathematicę studiosissimus fatet̄ multa
in cœlo fingi quæ ibi nō sunt: aut si forte sunt: id nobis compertū nō esse cōfirmat
de ea p̄sertim doctrina locutus quæ in dimetiendis versat̄ motibus καθ ὑποθεσιν
appellatur: quāto minus igitur iudiciaria vanitas constabit: quā Apuleius quoq;
& ipse platonicę sectę philosophus nobilis ī sua metamorphosi facetissime irridet
Mitto Carneadē aduersus illa multa disputantē. Mitto Ciceronē secundo de diui
nationū libro in eandē scribentē: inter quæ mirū sibi videri ait quēq; extare q̃ cre-
dat ijs quoꝝ ꝑdicta quottidie videt re & euētis refelli. Respōsis errauit in alijs Ci-
cero & Aristotelē putauit necessitati fatali adstipulatū quam tum expresse reiecit/
nō hoc ipsi cōtendimus Luci: sed eius etiā nomen non ut primarij summiq; philo
sophi certe oratoris præcellentis & multifaria quoq; doctrina referti/ nec non ex-
perimenta fallacissimę vanitatis creberrime repetentis subscribimus. Alijs cuius

eloquium pene omnes miris laudibus expulere cuius pleraqꝫ sensa & a ciuilium
consultis legum & a diuinarum peritis rerum admissa sunt:ut sileam ꝙ eius librũ
de locis argumẽtorũ Seuerinus in omnibus disciplinis apprime versatus & ęgre-
gie theologus auctoritates interpretatus fuerit:At inquient fortasse nostri diuina-
tores. Mittamus pythagoreos/ Stoicos/Platonicos acersamus epicureos peripa-
teticosqꝫ. Nã si aduersat̃ nobis porticus aduersat̃ academia. Lyciũ nõ aduersat̃/nõ
aduersatur Epicurus / bene se habet res. manus dant/ paulo post pedes in vincu-
la mox & linguam daturi nisi omnino insaniant. Et de Epicuro quidẽ constat quã
q̄ꝫ multa delirauerit/ ab hoc tamen delirirío abstinuisse: in quo non confutandus
Lucius sed ridendus qui putauit Epicuri auctoritatem magno estimatã a patruo
qui tamen astrologiam celebriorem eo putauit insaniam cui nõ potuisset insanus
Epicurus accedere. Nam si superat inquit omnem insaniam cui nec insanus acce-
dat Horestes/ q̄ꝫtum insanię continet Astrologia: Cui nec multa delirans assentiri
potuit Epicurus. Aristoteles vero peripateticę sectę conditor/ & caput Litij tantũ
abfuit ut faueret Astrologię/ut etiam Platonis pręceptoris exemplo perpetuo eã
silentio damnauerit:ut quã ex ludicris vnam seu fraudibus potius circulatorũ ex
istimauerit: q̄ꝫ aut artem aut scientiam putarit: alioquin eam in aliorum numero re
posuisset/ & eius aliquando meminisset:nunq̄ꝫ autem apud eum verbum de ea re-
peries/nec in libris de cœlo ubi tã multa tã splẽdida dicẽda erant de astrologicis re
bus:nec item in meteoris: quandoquidem/nec imbrium/nec ventorum/nec come
tarum causas astris refert acceptas:nec in libris de animalium generatione/ aut ge
mellos aut partus portẽtosos / aut sexum puerperij ve numerũ refert in sydera:nec
in problematis in quibus tamẽ de mathematicis deqꝫ omnibus artibus & discipli
nis quęstiones proponit & soluit profecto si quicq̄ꝫ pensi habere illã credidisset/
meminisset saltem quẽadmodum & aliarum quæ minus ad cœli cosideratione ad
meteorologica tamen pertinebant. Sed nec in ęthicis ad Eudemium ubi de bona
fortuna disseruit vnq̄ꝫ vel verbum fœcit. Plena enim hæc omnia aut saltem inter
spessa astrologicorũ dogmatũ esse deberent: si quicq̄ꝫ omnino apud illum fuisset
astrologia: sed oblique tamen & facete/quid hac de vanitate sentiret in problema-
tis iudicauit vnico verbo quando eius professorem cũ pręstigiatore & in imo de-
putauit Alexãder aphrodiseus summus apud grecos Aristotelis interpres/ ad Se
uerum primum imperatorẽ & Antoninũ filium de fato librum scripsit: in quo &
fati reiecit necessitatem & de astrologicis siluit/ ad quæ tamen Fati cõmemoratio
trahit vel transuersos. Siluere & alij gręci Aristotelis enarratores: ꝙ si quãdo astro
nomię apud illos nomẽ inuenit̃: de ea se facere mẽtionẽ dicũt q̃ cœloꝝ motus me-
tit̃. Amonius ꝑipateticus is q Porphirij qnqꝫ voces interpretatus est: nã alius eius-
dẽ noĩs philosophus fuit nobilissimus ideqꝫ theologus christianus Porphyrio an
tiquior/ quẽ Plotinus Porphyrij ꝑceptor/ & Herẽnius & Origenes docentẽ audi-
uerũt: is inqꝫ porphyrianus expositor inter operis initia philosophię definitiones
multas adducẽs nõ nullaꝝ quoqꝫ meminit scientiaꝝ dũ vero Astronomiã citat: sic
de ea loquit̃ q̃ nos ad verbũ fere latinũ ita vertimus. Similiter autẽ & astronomia q̃
sciẽtia est . subiecta habet cœlestia corpora. Finis autem huius in eorum motibus
dignoscendis: & paulo post ait Astronomiã circa sola cœlestia versari/ nullum de
diuinatrici Astronomia verbum fœcit: nec eam inter artes aut scientias alias pluri
mas quas citat nominauit/ nec terrestria cœlo copulauit. Sed de græcis hæc satis
sunto . Auerroys in Aristotelis philosophia celeber explananda & inter Arabes
primus/ubiqꝫ Astrologiam lacerat/damnat/insectatur. Nãqꝫ in expositiõe primę
philosophię nullã eã esse dicit/ & opinionẽ de cœlestibus imaginibus fabulosam

affirmat/qua tamen sublata ruit maxima pars astrologicę superstitionis. In comē-
tarijs vero canticę Auicennę & contrariam esse philosophię testatur/ & falsa om-
nia astrologorum dogmata prędicat. In libris preterea aduersus Algazelis destru
ctiones / artificiosas astrologorum imagines asseuerat. Nec mihi opponas ꝙ ma-
le de anima senserit/verum id quidem fateor quin & pessime quoqꝫ scriptum reli-
quit. Fatere & tu in rebus quæ motui subiacēt/quæ generationi & corruptioni ob
noxia sunt/celebrem virum habitum/& in cœlestium consideratione ingeniosum
cuius in Epicyclios & Eccentricos opinionem multi post eum graues philosophi
tutati sunt. Auicenna vir magnus in omnibus disciplinis ultimo suę primæ philo
sophię libro multis rationibus comprobauit ab astrologis præuideri futura non
posse. Eudoxus Gnidius philosophus sub Platone & sub Philistio medicus insi-
gnis & legislator prudentissimus: summus præterea mathematicus fuit in astro-
nomicisqꝫ rebus sua tempestate princeps omnium consensu/cuius iudicio de nu-
mero orbium cœlestium nititur Aristoteles in prima philosophia/ hic nec credere
mus astrologis ex hominum genituris prædiuinantibus nos admonuit litterisqꝫ
mandauit: ac ne de nomine summi calumnia possit videriqꝫ pugnantia/ ut mathe-
matici astronomiqꝫ astrologos & mathematicos. Sed & ipsam quam utriqꝫ profi-
tentur artem condemnent: reuocandum est ad memoriā quę superiore libro disse
ruimus in enumerādis speciebus superstitionis. Quos eñ ad præsens insectamur
non astrologi proprię/non mathematici/non astronomi olim dicebantur/ sed pla-
netarij ex diuinatione per planetas confecta/ Genethliaci ex genituris hominū di-
iudicandis/ Chaldęi ex gente & natione quæ superstitiosos huiusmodi homines
ad nostrum orbem trāsmisit. Vsurparunt hij postea & inuaserunt titulos alienos
Astrologię præsertim & mathematicę: Astronomiam potissimum illis relinquen-
tes qui non diuinationes sed disciplinas de cursu & magnitudine syderum collige
bant/ac rationem eorum legeqꝫ scrutabātur/qui ergo disciplinas tenent mathema
tici qui astrorum leges norunt. Astronomi/qui rationē item astrorū callent. Astro
logi eos damnant & insectant̄ qui dicūt mathematicos nulla disciplina/ qui astro-
rum profitentur rationē & nihil rationale de illis cōminiscuntur/& qui ex leges pe
nitus cum sint de stellarum legibus sententiam ferunt ac tanto acrius molestiusqꝫ
tollerarunt proprij tituli inuasionem veri illi mathematici q̄to magis sibi odiū cō
citarunt postq̄ astrologorum & mathematicorū nomē Chaldęi ipsi & Genethlia-
ci vel suffurati vel mutuati sunt cōmunione siquidem nominis quodāmodo infa-
mes reddebātur/dum mathematici & astrologi passim damnarētur (ut diximus)
dicturiqꝫ sumus. Itaqꝫ legittimo titulo astrologi & mathematici mathematicos &
astrologos condemnarunt eos qui de genituris hominum vaticinantur & quia il-
lorum in numero primas Eudoxus obtinuit ab eo id insigniter factum est cui ita
& mathematica ratio demonstrauerat & magister etiam Plato persuaserat. Scribit
Panętius Cassandrum & Archelaum præcellentes astronomos/ de futuris euētis
conticuisse Hoychilax autem Halicarnasseus in omni mathematica doctissimus
totum hoc diuinandi per astra genus repudiauit/nec solum id antiqui/ sed iunio-
res astronomi/ac philosophi boni nominis pariter effecere Nicolaus oresinus phi
losophus accutissimus & peritissimus mathematicus astrologiam peculiari cōmē
tario damnauit. Guilielmus aruernus episcopus Parisiēsis: Ioan. Caton Henricus
ex sassia & alij viri celebres eam ipsam infestarunt. Ioan. Marlianus præter philo-
sophię medicineqꝫ studium in mathematicis etiam summus & fuit & habitus est
a prædictionibus tamen semper abstinuit/& postremis vitæ annis de ipsarum fal-
sitate scribere instituerat/ quanqꝫ ut erat longeuus pręuentus morte non potuit.

Aiebat enim habere se aduersus astrologos certissimas demõstrationes q̄ cũ alij tum Luchinus ei familiaris & ipse mathematicus præcellens rettulere. Paulus florentinus & in medicina & in mathematicis pręcipue cum græce tum latinę doctissimus: Astrologiam incertam fallaceq̃ asseuerauit. Illudq̃ inter alia euidens de se protulit experimentũ q̄ cum quinq̃ & octoginta annos implesset. Nullam tamen in sua quam diligentissime examinauerat genitura constellationẽ vitalẽ repererat. Alij sunt philosophi mathematiciq̃ præcellentes / quibus aut irrisa / aut confutata diuinatrix astrologia est: sed hi satis sunto / & cui satis esse non videntur plures etiam si afferentur non satisfacerent: quando & hi habiti insigniores & cum ex omni secta / tum ex antiquitate quoq̃ & nostra etiã etate in mediũ allati sunt. Periclitatur autem ex astrologorum astutia imprudentium vulgus & humaniorũ litterarum rudes & insolentes / qui nec indolem / nec elocutionẽ auctorum agnoscentes nesciunt a legitimis adulterina secernere. Ascribũt enim illi viris clarissimis decretorum astrologię libros meracissimis nugis & fabellis plenos: ut quod ratione non possunt ementitis titulis assequantur / ex hoc genere liber de proprietatibus elementorum / in quo de magnis agitur coniunctionibus / & de secretis ad Alexãdrum quos indigne & imerito Aristoteli tribuunt. Falsa enim in illis & vana & cõmenticia visuntur / & nos magnis coniunctiones magnas astrologorũ insanias in sequentibus esse ostendemus. Tribuunt & Platoni de vacca magi & institutionũ libros execrabilibus somnijs figmẽtisq̃ refertos & a Platone magnopere alienos librum de vetula Ouidio ascribunt in quo de magnis etiã cõiunctionibus & christiana lege mirabilia pronunciantur cui magnopere nititur Rogerius Baccon fautor astrologię sicuti & plerisq̃ alijs auctoribus vanis nulliusq̃ momenti. Præscribitur item non solum Alberto: sed & diuo Thomę liber de necromanticis imaginibus: sed mẽdacissime quas scilicet ille reprobarit. Præscribit & Hippocrati liber prognosticorum ex syderum cursu quem forte ignorauit / aut si nouit non prodidit cuius libros de prognosticis Claudius Galenus exposuit & tota gręcia & tota latio prædicatos quorum in tertio huius operis libro sępissime fecimus mentionẽ q̄ si quandoq̃ cœleste quoddam in prognosticis ab Hippocrate inducitur intelligi ab eo credamus mundum istum sublunarem / & hunc aerem quo ambimur & spiramus. Præter illas enim cœli appellationes ab Aristotele positas & quæ a nostris quoq̃ theologis citari consueuerunt. Hac etiam usus est Hippocrates nomẽclatura quemadmodum liquido ex Galeno illius expositore manifestatur: tãtum abest ut ad superiorem aliam naturæ causam confugiat medicorum præcellẽtissimus estq̃ sępenumero ruditati astrologorũ decipula cœli nomen / quod apud idoneos latinę linguę auctores non solũ pro illis: sed pro ipso etiam aere sumitur. De eo enim ita loquitur Plinius secundo libro naturalis historię. Nãq̃ & hoc cœlum inquit appellauere maiores quod alio nomine aera / omne quod inani simile vitalem hunc spiritum fundit infra lunã hæc sedes moltoq̃ inferior. Augustinus quoq̃ super Genesim aerem præsertim illum superiorem pro cœlo etiã summi docet apud litteras sacras. Sed & in hoc & alijs plerisq̃ in rebus imperitissimi circulatores Genethliaci hallucinantur: quando & diuum etiã Hieronymum fecerunt interpretem libri cuiusdam de excantationibus & alia pleraq̃ cum falsa / tũ noxia sparsere: sed & angelos etiam nondum homines infamarunt quãdo hæc deliria ab angelo Ade illa a Solomonis / alia a Thobie custode tradita dicunt. Atqui superstitionis defensor inquiet. Esto magni philosophi magni astronomi astrologiã vel confutauerint vel irriserint. Irrepserint quoq̃ nobis ad fidem fictis nominibus mentita volumina: qui tamen astrologica scripsere / fuere philosophi / fuere astronomi:

Albumasar/ Hali Albenragel/ Iulius Firmicus/ Maternus/ Ptolemeus alij. At ego ut equidem concesserim horum aliquos astronomica tractasse/ ita affirmauerim eorum omnes aut nihil aut male philosophatos. Accedunt siquidem rebus fabulosissimis/ asseuerant friuola/ pugnantia dicunt/ seipsos euertunt ut ostendetur quæ utiq; abhorrent a philosophico ingenio/ cuius maxime proprium nihil credere/ aut affirmare quod vel euidentia vel ratione monstrari non possit. Vt autẽ male fuerint philosophati monstretur ad præsens: principem aliorum Ptolemeum facile concedunt: est enim doctissimus astrologorũ & q̄ attinet ad mathematica vir ingeniosissimus: quod autẽ ad Genethliacos optimus maloꝝ vt dici solet. Huius igitur quale fuerit in philosophia iudiciũ & ex proemijs magnę suę compositiõis quam vocant Almagestum/ & ex libris apotelesmaton quos vocant quadripartitos licet colligere. Exordiens enim libros mathematicos philosophiam cõtemplatricem trifariam diuidit ex Aristotelis sententia/ in theologiam/ mathematicam/ & naturalem/ hac ductus ratione q̄ omnia inquit quæ sunt tribus constent/ materia/ forma/ & motu/ quæ seperari videlicet ab inuicem cogitatione possint/ reuero non possint. A motu igitur theologia deducitur cum primi motus causa non aliud sit q̄ deus. Naturalis a materia/ a forma vero mathematica: hæc est Ptolemei sentẽtia in qua pene tot sunt errata quot verba/ primo falsum est. Omnia quæ sunt ex tribus illis constare/ q̄ si omnia cum dicit res omnes naturales intelligit: sequetur nihilominus illud absurdum propositoq; contrarium/ non posse videlicet circa illa versari philosophia quam in tria deinde genera distinxit: quorum vnũ dumtaxat naturale esse voluit: reliqua duo mathematicum atq; diuinum: quo pacto ergo Luci Ptolemeũ defendis: defendi se ille non patitur/ omnia inquit quæ sunt ex tribus cõstant/ materia/ forma/ motu. Blateras tu nescio quas ineptias: illud respõde quomodo iuxta Ptolemei sententiam seperari cogitatione tria illa possunt: re autẽ nõ possunt: sed nec probationũ vim p̄sentis/ rudior multo q̄ ut eius intelligere disputationes potueris/ ne dum ex parte respõdere. Quomodo enim de sensibilibus tãtum ut contendis/ Ptolemeus loquitur qui superioris diuisionis causam expositurus aggreditur/ de tribus illis disserere quorum duo a sensibili materia prorsus abiuncta sunt. Præterea & illud falsum est/ q̄ ex naturalibus quicq; constet ex motu quanq; non fiat aut permaneat sine motu: sed cõcedatur huiusmodi locutionis venia nouitio philosopho. Illud certe Aristoteli quę prius probauit nullo modo cõsentit: ut genus theologicum oriatur a motu: cum & ipse deus quatenus primi motus auctor & causa nõ a theologo: sed a philosopho inuestigetur. In apotelesmatõ vero libris lunã humidiorem credit Ptolemeus propter vapores humidos ad eã sublatos: quæ scilicet terrę cęteris astris vicinior sit quã equidem rem conatus Lucius tueri imperitum etiã se grãmaticę ostendit. Nam ut mittã gręca Ptolemei verba quorum ille penitus ignarus/ rudẽ & usitatam translationẽ legentibus id liquido patet. Dum enim legimus apud eũ lunę vim humectãdi competere ita scriptũ comperiemus. Est enim terra propior aqua vapor humidus ab imo vsq; ad eam ascendit: quo nihil clarius grãmaticis regulis quas aut nesciens ille/ aut post habẽs nescio quid inuolutũ cõmentus tãdem subintulit lunã a Ptolemeo humidam dici quia humiditatẽ generat trahẽdo vapores. At queso bone Luci/ nũ sol hac ratiõe dicendus humidior a quo pręter auctoritatem Aristotelis docet experiẽtia multo plures q̄ a luna vapores eleuari. Illud pręterea dic/ cur eadem ratione aridũ Saturnũ dixit/ nõne affirmauit ob id esse quia magis distaret a terra & frigidũ eũdẽ esse quia sit procul a calore solis/ Iouẽ temperatũ q̄ inter frigidũ Saturnum & calidum Martem medius collocet. Alia huiusmodi de ꝓprietatibus syderũ affirmat adeoq;

asserit atq; iterat ut excusari se non patiatur quæ certe a philosophis potius exsibi
labuntur ꝗ confutabuntur. Ex hoc autem vno discendi omnes & ex optimo iudi
candi deteriores: primus fere ab eo habet Albumasar. Is nec philosophus nec dia
lecticus fuit/ & in mathematicis imperitus/ qui grãmaticę artis/ & historię scribẽdę
professor ab eis ad astrologiam se conuertit non minus falsa ꝗ in historijs dictu-
rus in quibus scripserat Ptolemęum astrologum ex regibus fuisse Ptolemęis qui
Alexandro successerũt: sed fortasse paruus error. Minus eñ est sexcentoꝝ anno-
rum. Siquidẽ Ptolemęi illi reges ante christum per quadringentos annos regnare
ceperunt Ptolemęus astrologus multis annis post christũ: eum eñ sub Hadriano
& Antonino floruisse constat. Opponimus nobis Geographũ Straboñ egregie
defensor Ptolemęoꝝ tempora adusq; cleopatrã perducentẽ: quid quęso moliris.
Nam aduersat Strabo veritati: nunq; ille sane ꝑnegauit Ptolemęos reges Alexã-
dro successisse/ nunq; inficiatus est ab illo ad Antoninũ & Hadrianum maius qua
dringentoꝝ annorum spatiũ non intercessisse: quod contendimus ab primo scili-
cet Ptolemęo/ cuius apud Curtiũ in gestis Alexandri crebra mentio principiũ su-
mentes. Nemo enim qui nesciat ex stirpe illa atq; propagine cleopatrã ortam: ita
& illud quoq; sciunt omnes: a Cleopatra ad Antoninum cęsarem ducẽtos circiter
annos numerari: ut etiam si ab illius reginę patre hoc ẽ fine/ Ptolemęoꝝ regum ex
ordium capias: verus Albumasar nullatenus esse possit. Maternus vero Firmicus
multę loquentię/ exiguę sapientię fuit/ & in ipsis arithmetice rudimẽtis magnopꝑe
hallucinatus. Scribit enim posse Mercuriũ in nocturna genitura coeli medium oc
cupare/ & quid tum decernat nugat. Manifestissimũ autem omnino Mercuriũ ibi
nunq; esse posse/ semper enim sol per noctem plus partibus quadraginta quas ap
pellant minuta a coeli medio abesse necesse est. Mercurius vero a sole plus trigin-
ta aut circiter non abest. Vnde apud gẽtes pileatus mercurius pingebatur/ cui sci-
licet ob solis vicinos ardores esset opus Galero: nec excusari Maternus potest/ qđ
mecum olim astrologus quidã super hac re disceptans tentauit/ illud afferens me
dium coeli non a decima/ sed quarta domo summi ab eo/ sed magnopere fallit. Sę-
pe enim apud eum hæc verba sunt: in quarto loco ab horoscopo: id est in imo coe
li: quod scilicet ex opposito supremę domus statuitur quæ decima nuncupatur/
quare imum pro summo capi nec grammaticę patitur canon/ nec ipsius natura rei
de qua tractatur quin & eo ipso loco quẽ citauimus: ubi de Mercurio loquit me-
dium ipsum coeli decimam appellat. At insurgit Lucius Maternũ contendens me
dium coelum & quartã & decimã appellare quem fefellit fortasse memoria ut hali
astrolog. pro Firmico desumpserit. Nam hic ipse Firmicus libro secundo de quat
tuor geniturę cardinibus verba faciens inquit. Medium vero coelũ est ab Horo-
scopo decimũ signum idq; a gręcis μεσουρανημα dici confirmat. Imum vero coe
lum quod a gręcis υπογειον dicitur i quarto ab horoscopo cõstituitur loco. Hęc
ille/ sed sit ut inuertat nomina Maternus aliquando: hoc tamen loco defensionem
omnem reijcit ipsemet/ cuius tertio libro cum de Mercurij decretis ꝑ singulas coe-
li statiões loqueret. Hæc verba sunt in decimo loco Mercurius ab Horoscopo cõ
stitutus .i. in medio coelo: & post paululũ: sed in nocturna genitura/ si sic positum
Mercuriũ venus aliqua radiatiõe respexerit hæc faciet ꝗ in diurna genitura: hæc il
le ad verbũ ut nec clarius suã possit imperitiã ostẽdere. Nec solus hic apud mater-
nũ error: notari fere possent innumeri cõfutatione/ multi de risu & subsannatione
digni inter quos ille mathematico summa cura cauendũ ne de imperatoris fato re
spõdeat: quia nec dicere aliquid potest nec vere. Ac neu dictũ id astute & mystico
velamẽto quispiã cogitet/ quasi id sciri noxiũ reip. fuerit: addit haruspicibus ita eue

nire solere: & cõfirmare id hac ratiõe sategit/ quod stellarũ cursibus imperator nõ subiaceret soluscp eum esse in cuius fato stelle decernendi potestatẽ nõ haberẽt: atq in deorum numerũ esse cõstitutũ: quæ nõ adulationẽ modo/ sed ignorantiã sed insaniã præseferunt qualia eius pene omnia dogmata/ quorum multa a deo redargunt a patruo ut inter illa monstret quid sibi vellent Antisia materno prorsus ignoratũ/ que nũc vel noui quidã litteratores antiscia legũt quasi in vmbrationes/ cũ ab equalitate & aduersatrici particula id modis deduci debere clarũ doctis incõtrouersumq sit: sed nihil magis Materno in votis quam ut suam posset loquacitatem exercere & in astrologorum hostes multa/ sed inani sonitu verborum/ sed nullis rationibus inuehere queadmodũ & falsa Plotino imponit astrologice vanitati prorsus aduerso: cui minus hac in re assentiendũ quam Porphyrio eiusdẽ Plotini discipulo & fautori quoq astrologorum q iudicio prorsus nõ careat putaret nemo. Iam Mallius poeta & ipse autor astrologie quid delirat: qui cœlestes illas quas fingit imagines inchoatas potius quam absolutas dicit/ ne pluribus ibi ignibus accensis periret mũdus incẽdio. G. Bonatas auctoritatis prime inter iuniores auctores astrolog. furit plane atq delirat/ elleboro dignus: struit ubi desipit minus derediculas quasdã rationes quarum hæc pro gustu & experimẽto sumatur. Quadruuiũ tollit si tollat astrologia cũ ipsa in illo contineat que scilicet ex quattuor mathematicis vna est. O ridiculũ hominẽ nescit quid illud sit quod profitetur. Hæc enim astrologia quæ cõfutat ab illa vera mathematica tam distat quam a tenebris lux/ quam veritas a mendacio/ & hæc quidẽ si vera illa tollatur proculdubio tollitur: at nõ conuertitur & remeat ratio: ut hac sublata tollatur/ illa ut perspicuũ omnibus qui utriusq nouerint elementa quid: quod Ptolemeus ipse in proemijs apotelesmaton distare alterutrã ab altera ostendit/ nec moueat quẽq si aliquibus interdũ bonis iudicijs professio ista nõ displicuerit. Neq enim sequitur ut bonũ sit quod bonus aliquis nõ improbauerit. Boni enim nõ semper usq quaq boni pari pacto & docti/ sed nec omnes docti etiã philosophi ut paradoxõ dicatur philosophi semper sunt: adde curiositatis vitiũ homini quodãmodo innatum & nimius nostri amor iudiciũ peruertens. Huc accedit affinitas nominũ quæ in causa esse potuit ut multi ludificarent qui putarint eodem fuisse qui & philosophica & astrologica scripsere quare ab eis non qua astrologi/ sed qua philosophi putarent/ estimati & in precio habiti. Est enim Albumasar apud philosophos/ est itẽ apud astrologos q noĩa apud Arabes distincta latinus sermo cõfudit. Nãq Arabum lingua qui astrologus est aboasar q philosophus Abumasar appellat. Abubater quoq de prædictionibus/ alius eodem nomine philosophica conscripsit & librum præcipue quo quisq pacto per se philosophus euadat quẽ patruus ex hebreo in latinum conuertit/ sed ille altas ibi: hic tripidis filius.

¶Quod diuina lex eiusq interpretes theologi/ lex item põtifica/ & lex ciuilis astrologiam damnarint. Caput Septimum.

O Stendimus superiori capite interprete naturæ philosophos ac eos qui in cœlestibus indagandis motibus syderũq molibus & magnitudinibus dementiẽdis floruere astrologiam quasi ipsa lege nature fretos vel irrisisse verbis/ vel cõfutasse ratiõibus/ vel silẽtio taxasse: restat ut quod natura cõtemnit/ ab auctore nature deo sempiterne dãnatũ eius lege probemus/ mõstremusq ab interpretibus diuine legis theologis/ idem factitatũ & a põtificia que inde manauit lege confirmatũ spiritalibus etiã pœnis sed temporarijs adiectis a ciuili quoq quæ illam sequitur ecclesiasticosq canones imittatur non spiritales que

ad illam scilicet non pertinent sed corporeas pœnas ipsis astrologię cultoribus ꝑpositas atq; decretas ostendamus. Moses veteris testamẽti legislator & propheta præcellens imo & deus ipse qui per prophetas locutus/ hebręum populum ministerio Mosis quod & ante scilicet meminimus interdicit consultationibus astrologorum. Vetat enim ne diuinos cõsulant & ne eosdẽ auguresve audiant præcipit. Ita enim inter alia scribitur Deuteronmij. xviij. capite. Gentes iste quarũ possidebis terram Augures & diuinos audiunt/tu autem a domino deo tuo aliter es institutus. Alibi quoq; scribitur neq; Phitones cõsulat/neq; diuinos. Diuus Hieronymus Augures transtulit/ab hebręo verbo quod ab id est hona deriuatur/quod horam significat: qua propter Achinas maximus hebręorum doctor eos ait intelligi qui tempora supputant & fœlices horas ac infœlices obseruãt: sed esto ut Augures non horarios denotet illa dictio: nihilominus astrologos eadem utiq; designabit auctore Esaia propheta: qui eos augures ut videbimus appellat. Et diuus Augustinus astrologos eo ꝙ in astris augurãtur nomen sortitos voluit in libro de natura dęmonum: quod & Gratianus in decretis posuit: quęstiõe quarta vigesimę causę: eosdemq; qui & sua etiam tempestate mathematici passim nominabãtur Genethliacas & planetarios vocatos asserit Augustinus: quod inquit superstitionis genus constellationes latini vocant. Augures igitur astrologos eiusq; artẽ supstitiosam Augusti. appellat. Q̃ aũt diuus Hieronymus & eo loco & alibi ꝑ eo verbo qđ in hebręo est id est chesem diuinos trãstulerit Abrahã Auenazra tametsi astrologus fuerit docet illud quidem cõmune esse omnibus diuinantibus/sed magis proprium nomen astrologorꝫ expressit: itaq; Hieronymus quod erat cõmune/ne forte si peculiare astrologorum transtulisset nomen/superstitiosorum turba videret̃ exclusa. Includuntur autem sub hac diuinorum nomẽclatura diuinatores astrologi: & quasi signiferi superstitiose factionis præmonstrãtur: ab ea enim Chiromantia Geomantiaq; defluxit & magia dependet/cuius clauem cultores eius astrologiam appellãt. In quarto Regum libro Israelitici populi ab Assyrijs debellati in hanc ipsam superstitionem causa refertur: & diuinationi inquit inseruiebant & Augurijs quæ vanitas & in libro Iob irridetur his verbis: nũquid nosti ordinem cœli & pones rationem eius in terra: & iterum. Quis enarrabit cœlorum rationem: simulq; duplex astrologorũ taxatur error/ alter ꝙ multa subijciunt cœlo quæ inde non pendent/alter ꝙ quæ etiam efficit cœlum/inde tamen ab eis preuideri non possunt. Illud quoq; Hieremię notum est. A signis cœli nolite metuere quæ gentes timent/quoniã leges populorũ vanę sunt: & illud quoq; Esaie capite. xli. Annunciate quę ventura sunt in futurũ & sciemus quia dij estis vos. Idem propheta alibi multifariam superstitionem ipsam condemnat & præcipue capite quadragesimoseptimo. Nam cũ Babylonijs minaretur excidiũ: apud quos hæc secta maxime viguit: vnde & astrologi Chaldęi dicebãtur: & Cyrũ per ducentos etiam annos anteq; nasceretur vnctum appellaret/eundẽq; ipsam Chaldęorum ꝙ urbem desolaturum & pręuideret & prędiceret: eã tamen prius his verbis irridet. Sapientia hæc & scientia tua decepit te veniet super te malum/ cuius nescies ortum & irruet super te calamitas quã nõ poteris expiare/& paulo post subdit. Stent nunc & saluent te Augures cœli qui contemplabantur sydera & supputabant menses ut annunciarent euentura tibi: ecce facti sunt quasi stipula ignis cõbussit eos/nec liberabunt animã suam de manu flãmę. De astrologis autẽ eum loqui: quanq; adeo clarum ut probatione nõ egeat qui tamen id proterue nimis negaret/videant eius libri enarrationem: quã glossam dicunt: inuenietq; sapientiã & scientiam per diuinationẽ & astrorꝫ inspectionẽ expositas & ꝑ augures cœli astro

logos deſignatos. Nugant̃ ſuꝑ his nõnulla aſtrologię defenſores/ ſed obmuteſcere demũ veritas coegit. Spiritalia inquiunt intelligebant prophetę excipiẽda. Sed quęſo nũ ſpiritalia illa de quibus Eſaias Babilonijs minat̃: Num & Hieremias ita exponendus: qui addit/ quę gentes timẽt quas vticꝫ cõſtat in eis quę ſpiritus ſunt cœli ſigna nõ metuiſſe. Libeat autẽ ipſa ꝓphetę verba exacte ꝑpẽdere quibus duplicẽ aſtrologoꝝ temeritatẽ accuſat. Putant em̃ ſe ex cœlo futura pręuiſuros/ putantcꝫ pariter/ & quæ pręuiſa ſunt mala depellere/ & quę pręcognita ſunt bona cõfirmare ſe poſſe. Veniet igit̃ inquit ſuper te malũ cuius neſcies ortũ/ hoc eſt quod tibi conſtellatio nõ ſignificauerit/ & irruet ſuper te calamitas quã nõ poteris expiare/ horarũ videlicet electionibus & aſtrologicis imaginibus vel ſuperſtitioſis alijs machinamentis depellere: libeat & altius profundiuſcꝫ introſpicere: hæc ipſa diuini ꝓphetę verba: illudcꝫ inde colligere/ confutatã vel tacite reſponſionem eorũ qui tueri ſe volũt/ ut Chaldęi pariter & chriſtiani ſimul eſſe poſſint. Soliti em̃ & Petrus Alliacenſis & alij affirmare nõ ſimpliciter damnari a ſanctis & prophetis aſtronomiam/ ſed quatenus vicia aut virtutes refert ad cœlum: aut rerum humanarũ euentus fatali neceſſitate deuincit: bonoſcꝫ etiã aſtrologos idẽ ſentire: quare illos ipſos non aſtrologiam ſed errata aſtrologoꝝ abominari. Sed quęſo reſpondeant an ad mores ſpectaret ꝙ Aſſyrijs perſarum rex bellum inferet/ ſi affirmant/ igitur de bellis vaticinari uon poterunt niſi errore & iniuria: cũ virtutes & vicia in genere morum collocentur: ſi negant/ igitur a cœlo præuideri non poſſunt etiam ea quæ ad mores non pertinẽt auctore propheta/ quare colligitur/ nec quæ ad mores ſpectãt nec quæ non ſpectant ſub aſtrologorũ iudicijs contineri. Effugere hinc non potes neoterice defenſor cum attinere ad mores & non attinere dicis: nam illud falſum/ ſed finge verum. Probauimus iam nec ea quæ attinent/ nec quæ non attinẽt poſſe pręuideri: elige quã mauis reſponſionẽ/ nec tibi hoc plane/ nec illud proderit quippe cum alterum vos defenſores fateamini: alterum expręſſe propheta confirmet. Confirmatis & vos qui prophetę auctoritatẽ nõ itis inficias/ ſed interprętamini veſtro modo ut ſcilicet eos tantũ condemnet/ qui aut de vicijs virtutibuſcꝫ prædicũt aut neceſſario nexu res colligent: quare ſi ad virtutes moreſcꝫ pertinet bellum/ de bellis iure nemo poterit ex aſtris præſagire (ut diximus) ſi nõ pertinet idem etiam ſequitur Eſaia confirmante ventura bella quorum ortus latebit aſtrologos. Iam & illud reſpondete quomodo propheta obijceret aſtrologis venturam calamitatẽ per eos non expiandam ſi expiari poſſe non crederent: quomodo crederent/ ſi ut omnia ita illam neceſſario venturam exiſtimarent. Mitto ꝙ magna eius artis pars in auſpicationibus electionibuſcꝫ conſumitur/ in quibus libertatẽ noſtram exercemus magis q̃ auferimus: quæ tamen pars nominatim expręſſecꝫ damnata: ut latius declarabimus. Aſtrologia itacꝫ non quadam ex parte: ſed ex toto depellitur. Accedit ꝙ bone artes recte non damnantur: quia interdum mali quidã eis abutãtur/ alioquin ſequeretur damnandam philoſophiam: cum hic philoſophus prouidentiam negat/ alius religionem tollat/ alius vnicam in omnibus animã dicat/ alius mortalem aſſeueret/ ſequeretur & illud lectionẽ ſacrarum litterarum damnari: vnde tot hęreſes/ tot inſanias indocti quidam ſuperbicꝫ confirmarũt: & denicꝫ nihil eſt adeo bonum quo abuti hominum malicia nõ poſſit. At inquient/ cur igitur ſi mala atcꝫ damnata/ eã tamen ægyptios Abraham edocuit auctore Ioſepho quã prius & Adã tenuit/ ac Noe/ cuius filius Ionicus ut refert Methodius per eam plura prædixit. Negabimus nos & aperte quidem ſuperſtitionis iſtius doctorem vnq̃ Abraham exſtitiſſe ꝙ ſi Ioſephum a mendacio voluerimus tueri aſtrologię illius de molibus & motibus ſyderũ præceptorẽ illũ non inficiemur cuius artis uſus

hebrꝫis frequens & neceſſarius pro ſtatis ceremoniarũ temporibus obſeruandis
Ionicum autem filium Noe Moſes propheta non recipit/ qui tres tantum eius fi-
lios enumerat/Sem/Cham/& Iaphet/& Ioſephus etiam/& Philon tribus illis con-
tenti quenq; alium non introduxerunt. Adde ꝙ Methodio ſcriptori ſane ingnobi
li qui nec etiam prædixiſſe Ionicum quicq; affirmat infirmiſſima auctoritas. Neq;
enim ille eſt cuius inter viros illuſtres diuus Hieronymus meminit/ ſed alius om-
nino & illud ſubde ꝙ omnino ridiculum ne dicam impiũ/ putare Abraham eius
profeſſionis fuiſſe magiſtrũ/quam & Moſes & Eſaias imo per eos omnipotẽs cõ
demnarit. Cęterum cum aſtrologiam viri extra cõtrouerſiam ſancti probatiq; dã-
nauerint/aut iuſte eos aut iniuſte damnaſſe reſpõdeãt/iniuſte nolunt affirmare/ iu-
ſte vero ſi dixerint ita percunctabor/cur & vos egregii aſtrologię defenſores eam
pariter non dãnatis: dãnamus inquiũt & nos illos errores ꝓpter quos illis aſtrolo
gia diſplicuit: non hoc a vobis ſed illud quęro/quare: cur non propter eoſdem to-
ta illa diſplicet vobis. Nam omnem illi omnino aſtrologiam nõ quodãmodo per-
ſequuntur & abominantur/reſpõdebitis iterum id factum fuiſſe propter quoſdã
errores eſto: ſed illud reſpondete/cum totam propter illos errores damnauerint/re
cto id iudicio fecerint an ne. Poſtremum non placet dicere: primũ ergo datur/cur
ergo idem nõ facitis vos/ut propter illos eam vniuerſam abiiciatis/cur inq; aduer
ſamini prophetis ſanctiſſimiſq; & doctiſſimis hominibus ut quã inſectati ſunt de-
fendatis/quam inter dixere diſſeminetis/ quam ſciri nolũt publice doceatis/ agitis
ne id fortaſſe ut falſo Alliacenſis dicit/quia creſcenti fidei obeſſe potuit nõ adulte/
quin & prodeſſe plurimum. At qui peſtifera illa ut olim ita & nunc eſt eritq; ſem-
per/nam ꝙ ille ex magnis coniunctionibus haberi poſſit veritas de numero anno
rum ab Adam ad chriſtum putauerit/ tum falſum oſtẽdetur cum magnę a nobis
coniunctiones diſiungẽtur: ꝙ vero prophetarum poſſint oracula ex aſtrologicis
prædictionibus confirmari omnino ridiculum. Neq; enim ſocietas luci cum tene
bris/ut inquit apoſtolus. Neq; participatio Chriſti cũ belial/ neq; veritatis cũ mẽ-
dacio conſenſus. Adde ꝙ imperitus aſtrologię Alliacenſis fuit/& quæcũq; ſcribit
ex Rogerio Baccone/Abraham Iudęo/ Henrico Macliuienſi Albumaſare/& ſum
ma neſcio qua Ioannis cuiuſdam Britanni fere ad verbum excipiuntur: quid: ꝙ in
ipſo ſuo opere quod vocat Elucidarium in quo multę ſunt tenebrę: pudendũ hoc
inter alia erratum prodit/ ꝙ erat tum cum ſcribebat anno ſcilicet Chriſti. M. cccc.
quarto in aerea triplicitate qua finita in anno. M. cccc. quinto futurum erat: ut Iu-
piter Saturnuſq; coniungerentur in initio triplicitatis aqueę: quæ quidem coniũ-
ctio præceſſerat per annos fere quadraginta/ ſed & ſi qua ex aſtrologia utilitas ꝓ-
ueniret eccleſię/non ex hac/ ſed ex vera aſtronomia prodiret/quæ vna ex liberali-
bus artibus ſupputat tempora & ſyderum motus mathematica ratiõe metitur/ ꝙ
autem ſemper eccleſię nocuerit & noceat hinc vel magnopere patet/ ꝙ ex p̄cipuis
aſtrologię ſcriptoribus nemo eſt qui religionẽ & leges omnes ut reliquas res hu-
manas cõſtellationibus nõ ſubiiciat. Ptolemęus in ſecũdo apoteleſmaton ꝙ apud
illam gentem illud numen apud aliam aliud coleretur: varie imaginum ſyderũq;
naturę acceptum refert: quæ gentibus illis & populis dominaretur. Nec procul
ab eo loco græcus quidam interpres Ptolemęi/ miraculum Moſis qui ſicco pede
cum populo rubrum mare pertranſiit. Factum ait ꝙ ille acceſſum & receſſum ma
ris obſeruauerit/ quaſi non ſimul in eiſdem aquis & illeſus populus hebręorũ ſpa
tiaretur & cum aſtrologis ſuis Pharao ſubmergeretur/quaſi Ieſue Moſis miniſter
& ipſe Iordanem ſicco pede cum exercitu non tranſmiſerit/in quo nulli eſtus/nul-
la vndarum reciprocatio fingitur. Albumaſar arabs & legẽ Saracenoꝝ & noſtrã

& omnes pariter leges a cœlo deriuat/eius interpres Henricus Machiniensis na-
uem etiam inuenit in cœlo ad quam Noe suam archam fabricauerit quod Allia-
censis ut diuinum inuentum admiratur. Hali Abenragel fœlicitatem & infœlici-
tatem anni ab ascendente legis pronunciat. Abraham iudeus nõ qui dicitur Aue
nazra ut falso Alliacẽsis putauit: sed quem vocant nasi hoc est patriarcham/legem
mosaycam egressionem de ægypto/& quęcunq; sub lege hebręo populo contin-
gere ad varias coniunctiones inepte quidem & ridicule referre conatus est. Sed
quid gentes quid hebręos cõmemoramus: quãdo in euangelij splẽdore tantope-
re superstitiosorum oculi cęcutiunt/ Guido bonatus insanus & dominum Iesum
horarum usum electione dicit eo euangelij loco offensus cum rogantibus aposto
lis ne in iudęam rediret/duodecim respõderit esse horas diei. Horam enim inquit
sibi elegit qua eum ledere iudęi non possent: sed stulti aliquando sapite/nonne eo-
dem euangelio legitis cum voluit eos prostrauisse & in luce diei per eos transiens
illos latuisse. Mouentur quippe & alij sacris litteris non perceptis: cum enim legũt
apud Paulum temporis plenitudinem & dominum in euangelio dicentem/ nunc
hora vestra & potestas tenebrarum/& alibi. Nondum venit hora mea/ putant de
cœlestibus constellationibus haberi sermonem: qui irridendi potius q̃ confutan
di: interrogandi quoq; an cum urgentur fame tempus putent comedẽdi cum siti
excrutiant tempus existiment bibendi/quomodocunq; cœlũ per id tempus se ha
beat: sane ni penitus insani fuerint fatebuntur omnia suũ habere tempus sub qua
cunq; cœli constitutione pro natura scilicet ipsius rei quæ fit/proq; occasione op-
portunitateq; faciendi & ipsa diuina miracula etiam suum habere tempus verum
ad propositum dei rerumq; exigentiam/non ad cœlum id esse referendum: quod
vel hoc solo libri Geneseos loco manifeste indicatur. Loquens enim Abrahę deus
de terra quam ei promiserat/inquit. Scito futurum peregrinum semen tuum in ter
ra non sua ubi quadringentis annis affligentur: generatione autem quarta huc re-
uertentur. Nondum enim implete sunt iniquitates amorreorum usq; ad præsens
tempus: expectabatur igitur non cœlestis aliqua configuratio/ non superiorũ pla
netarum coniunctio: sed dei propositum & plenitudo iniquitatis in Amorreis. Re
liqua illa quæ lippientibus oculis illustrare astrologiam videntur facillime dissol-
uuntur/ in quibus si quis paulo in expertior interpretes adeat probatiores/ vide-
bit tantum abesse ut confirmetur astrologia sacris litteris/ ut nil pene magis infir-
metur abijciaturq;. Idem Bonatus temerarie quoq; atq; blaspheme de diuina Frã-
cisci familia loquitur/ diuiniq; illud amoris miraculum Martis fuisse opus fabula
tur/& quottidie publicis invaticinijs multa prophane iactanter de lege christiana
ab ijs qui christum colere se profitentur/& christi eam Mercurijq; doctrina perfi-
ci dicunt/ac Iouis esse religionem: quid: q; in proemijs theorice planetarum aduer
sus Gerardum scriptum est: ut deuote supplicandum Mercurio sit/cũ de nouo põ
tifice deligendo tractaretur. Rogerius Baccon eousq; euectus/ut scribere non du
bitauerit errare christianos/qui die sabbati nõ ferientur/& ab opere vacent ritu iu-
dęorum/; cum sit ea dies Saturni parũ cõmoda rebus agendis: quid: q; & mentem
nostram aperte subijciunt cœlo/ quanq; id ipsum quibus possint velamentis dissi
mulent. Quomodo enim si cœlum in corpus primario agere fatentur/secundario
q; & ex accidenti affecto scilicet corpore animum afficere: quomodo inq; tantam
vim ei tribuũt qui Martẽ in nona cœli regione fœliciter collocatũ habuerit: ut sola
p̃sentia dæmones ab obsessis corporibus expellat: quomõ item: ex parte solis de
archanis cõscientie eius qui nascit̃ erga deos & homines iudicaturos se p̃sumunt.
Nihil enim magis positum in nostra libertate/ut nec per se pateant cognitioni/nec

poteſtati ſubĳciantur angelicæ/ quanto magis nec deriuabitur a corpore/nec pē
debit a cœlo pariferūt delirio/ꝙ Mars eo loco poſitus vim pellendorum dęmonū
largiatur/qui nullo pacto a conſtellationibus feriuntur:verum qui hæc vana ridi⸗
cula impoſſibilia/noxia omni ex parte religioni aduerſa nugiuendi homines effu
dere/ĳdem ſparſere & illa ut venus præſentis vitæ fœlicitatem largiatur Iupiter fu
ture. Sed qui fieri poteſt ut eodem dogmate quo animum volunt a cœlo affici ſi⸗
mul etiam afferant ut cœleſti planetę anima ipſa corpore ſoluta ſubĳciatur. Cęte⸗
rum & Maternus delirauit adeo/ut de eis qui Saturnum in Leone conſtitutum ha
buerint/ita ſcripſerit.Sed cum hæc omnia fuerint aſſecuti longeui morietur/& ani
ma eorum ad cœlum dĳs applicata tranſibit: quid: ꝙ fabuloſiſſimus ille Albuma
ſar docet eum quicquid petierit impetraturum qui luna Ioui coniuncta cum ca⸗
pite draconis deo ſupplicauerit/ quæ inſania non tam confutanda ꝗ͠ execranda.
Et Petrus Aponenſis ſcribit illa ſe hora a deo ſcientiam petĳſſe:& poſt eam diem
in ea magnopere promouiſſe: qui ꝗ͠tum promouerit quanꝗ͠ poſſit humanis con
fici paſſibus metiri non vacat: ſed ſi promouit acceptum referat potius ingenio &
induſtrię ꝗ͠ Iouię ſuę ſupplicationi/quam ſi maluerit præponere/negabimus eum
quicꝗ͠ in bonis litteris profeciſſe hominem ſane plura congerere natum ꝗ͠ digere
re/ quem indoctiores ubi magis nugatur admirantur magis. Iure igitur Priſci illi
viri ſanctiſſimi aſtrologiam non quadam ex parte/ſed ex integro damnauerunt.
Iure quoꝗ͠ poſteriores priorum veſtigia ſecuti ſunt/ quando etiam & iuniores ut
oſtendimus aſtrologi/ veterum auctorum ſuorum inſanias & impia diliramenta
non coluerunt modo/ſed propagarunt: non autē philoſophiam Priſci illi viri ſan
ctiſſimi propter errores quoſdam/ſed philoſophorum errata abiecerunt & exter⸗
minarunt.Si quid enim in philoſophia erratur cultoris eſt vitiū: ipſa autem aſtro⸗
logia vitium eſt:cum enim artis cuiuſpiam/ſi tamen ars aſtrologia dicenda eſt/vel
omnes vel præcipui auctores impietatem & noxias fabulas pro dogmatis tradūt
parum abeſt a culpa quin arti vitia illa tribuantur. Sed alię ſunt ad vniuerſam hāc
vanitatem deſtruendam rationes particulares & multę quę in progreſſu operis li
queſcent. Nunc quod exorſi fuimus proſequamur: ut appareat ſacras litteras &
eius interpretes theologos ſanctiſſimos totā aſtrologiam ſcriptis vocibuſꝗ͠ dam
nauiſſe diuus Athanaſius magnus ſuper illis apoſtoli verbis in epiſtola ad Collo
ſenſes ſecundum elementa mundi/& non ſecundum chriſtum ſcribit ipſum apo⸗
ſtolum/dierum & temporum obſeruationes refellere & ſolem & lunā quibus tem
pora videntur varia condictione conſtare elementa appellaſſe: ut vniuerſum cō⸗
plecteretur orbem/ magiſꝗ͠ ac magis inanem dierum obſeruantiam oſtenderet:ſi
autem hoc repręhendit atꝗ͠ refellit/ quid de ſingulis ne dicam horis/ ſed momen⸗
tis dicendum eſt: quæ uticꝗ͠ in ipſis diebus continentur. Porro hac obſeruatione
ſublata neceſſaria conſecutione tollitur aſtrologia cum ĳſdem fundetur vniuerſa
& fulciatur.Idem apoſtolus eandem vanitatem execratur alio loco eiuſdē epiſto⸗
lę:ſed & in ea quam miſit ad Galathas apertius inuehitur. Dies inquit obſeruatis
& menſes & tempora & annos timeo forte ne ſine cauſa laborauerim in vobis: ꝓ
quibus verbis explanandis Auguſtinus ſcribit ſuperſtitioſas huiuſmodi tempo⸗
rum obſeruationes ad tantum animę periculum pertinere/ ut ob id illa ipſa verba
prompſerit apoſtolus/& ſubinde quęritur multos perſeuerare in accipiendis tem
poribus rerum agendarum a mathematicis.Euſebius Pamphili in ſexto prępara
tionis euangelicæ libro aduerſus malignam/ ut ipſe inquit Chaldęorum aſtrolo⸗
giam & rationibus & auctoritatibus aperte bellauit. Diuus Baſilius magnus in
hexameron libro:ſcribit ridiculum eſſe Aſtrologis contradicere:ſed neceſſarium

ne multi eorum fraude præoccupentur quando in eorum verbis & multa igno-
rantia & multa impietas: & inter alia pleraq; connexionem hanc affert: si enim
ex stellis naturaliter malum procedit creator erit effector mali. Idem & eodē libro
hexameron & in responsione quadam sua dū esset de fortuna interrogatus. astro
logicam vanitatem aperte cōuellit: illaq; ipsa quæ superius attulimus Esaie verba
& alia non nulla in astrologos citat. Ioan. Chrysostomus in cōmentarijs in euāge-
lium Matthei/opinionem illam astrologorū veluti blasphemā reijcit qua freti pu-
tant stellas in causa esse: ut adulter quis aut homicida fiat. Ioan. Damascenus in su
is theologicis sententijs vanitatē ipsam refellit: decernitq; esse in cœlo posse imbri-
um & siccitatis/caliditatis frigiditatis/atq; ventorum signa nequaq; autem nostra-
rum actionum. Subditq; causas ea non esse generationis atq; corruptiōis/tametsi
transmutatiōis aerię signa: ut diximus habeant. Diuus Sebastianus martyr Chro
matio præfecto exprobrauit ꝙ holo vitreum nō fregisset in quo omnis disciplina
stellarū ac mathesis mechanica erat arte cōstructa in cuius fabrica Tranquillinus
pater plus ꝙ̄ ducenta auri pōdera expendisset. Affirmauitq; artem ipsam aduer-
sari deo: ut in eius vita licet per hæc verba intelligere/ hæc ars inimica deo cogno-
scitur ista christiani ita recusant: ut non solum ipsi non audiant/ non credant/ non
colant/non teneant. Verū nec illos amicos habeant qui huiuscemodi nugis suum
occupant pectus: subditq; se & vanissimam & falsam esse christo reuelāte cogno-
uisse: multaq; aduersus eam disputans eo Chromatium duxit: ut quod ad ornatū
domus exceperat/quo suę cōsuleret saluti dissiparet. Cyprianus vir clarissimi elo-
quij & eximię sanctitatis martyr/eo in libro quo sibi reuelatū ait a domino/ ne sa-
cerdotes cum fœminis cōmune habeant contubernium astrologos obiter irridet.
Augustinus secundo libro de doctrina christiana scribit ex notatiōe syderū velle
nascentium mores/actus/euenta prædicere magnum esse errorem magnamq; de-
mentiam eodem libro scribit. Quisquis liber est cum ad mathematicū ingreditur
dat pecuniam ut inde seruus exeat: eadem fere in cōmētarijs super Ioannem affir-
mat quo loco ad pernitiosam dixit superstitionem eos pertinere: quia non solum
actiones nostras: sed & actionum euentus a stellis putent procedere. Idem præcla
rissimus Augustinus multis modis astrologicā vanitatē insectatur longisq; dispu
tationibus abominatur atq; refellit nec solum quo ad mores & necessarium cau-
sarum nexum pertinet/ut fabulantur indocti & Lucius obstinate contendit: quan
do etiam pleriq; & fere omnes auctores artis necessitatem tollūt. Vnde & harum
electio & expiationes apud eos inculcātur. Atqui omnifariam/ & ex integro eam
pro viribus tollit & reijcit Augustinus. Nam in opere de ciuitate dei/cum alia ad-
uersus hanc insaniam tum id affert: ut etiam quæ ad corpus pertinēt deriuari a cœ
lo ut volunt Genethliaci non possint. Quippe insolentiam appellauit parilitatem
ægrotandi in geminis fratribus in constitutionem cœli ac syderum quando con-
cepti aut nati sunt velle referre/ & illud quoq; subdit sexum corporis qui quidem
res maxime corporea est cœlo nisi maxima cum insipientia referri acceptum non
posse/ cum sub eadem syderum positione diuersi sexus gemini concipi possint:
eodem libro stulticiam singularem appellat diem eligere quo ducatur uxor. Sub-
ditq; illud qui qualiūcūq; deorum volūt esse cultores fatum: id est usitata loquēdi
consuetudine vim passionis syderum in hominis genitura querentes a dei volun-
tate alienare: eos vero qui stellas hanc putāt habere potestatem traditā sibi a sum-
ma dei potestate/magnam cœlo facere iniuriam in cuius velut splendidissima cu-
ria opinantur scelera facienda decerni: qualia si aliqua terrena ciuitas decreuis-
set genere humano decernente fuerat euertenda/ eodem auctore constantissime

aſſeritur mathematicorum artem/non modo vanã & inutilem ac noxiam:ſed nullam eſſe/ ac demum vbiqꝫ eum inuenies vanitatem iſtam acriter taxantem & conuellentem pro viribus/ut illud Moſeos exponens poſita ſydera in ſigna & tempora/non ſigna inquit quæ obſeruare vanitatis eſt/ ſed vitæ uſibus neceſſaria qualia nautę/agricolę/& id genus artifices obſeruant.In libro quoqꝫ tertio confeſſionum deditum ſe olim Genethliacorum libris fatetur:& in ſeptimo de hac re loquens inquit.Iam etiam mathematicorum fallaces diuinationes & impia deliramenta reieceram:& de eiſdem planetarijs loquens/ quos inquit chriſtiana & vera putas expellit & damnat.Et in libro de natura dæmonum affirmat exprętſſe nemini licere poſt chriſtum genituram alicuius de cœlo interpretari.Idem ſuper pſalmum tertio & ſexageſimo dum concionaretur mathematicũ in medium produxit ſpectãdum populo: quia profeſſioni renunciauerat non aliter ꝗ ſi Iudeus aut Paganus veniſſet ad fidem.Diuus Hieronymus affirmat eſſe ex obprobrijs ęgypti/hoc eſt reliquijs idololatrię requirere ſtellarum curſus & futurorum ex eis euenta rimari Diuus Gregorius homelia decima in mathematicos inuehit: meminitqꝫ eos qui priſcillianiſtę dicebantur putare vnumquẽqꝫ hominem naſci ſub cõſtitutionibus ſtellarum. Mitto Lactantium affirmantem Aſtrologiam/ Auruſpicinam/ Necromãtiam magicã a malignis angelis inuẽtam.Mitto alios complures eam condemnantes:ut diuus Ambroſius in hexameron qui vanam & inutilem & impoſſibilẽ iſtam Genethliacorum artem affirmat/ illudqꝫ inter alia experimentum affert prędictum:ut ex ortu lunæ pluuię funderentur/cuius ꝗuis cupidus eſſet tamẽ aſſertiões huiuſmodi veras eſſe nolebat.Deniqꝫ inquit delectatus ſum ꝙ nullus imber effuſus eſt donec precibus eccleſię datus manifeſtaret:non de initijs lunæ eũ ſperandum eſſe: ſed prouidentia & mira creatoris. Eadem fere ſemita Leo/Seuerianus/ Theodoretus/Caſſiodorus/ multifariam præſertim in pſalmorum cõmentarijs & quicũqꝫ vel ante vel poſt theologi fuere/aut doctrina/aut ſanctitate/aut utroqꝫ inſignes proceſſere. At inquient non nulli non ita poſteriores theologi abſolute atqꝫ ſimpliciter aſtrologiam damnauere/quemadmodum & Priſci: non Thomas aquinas/non alij.Falſum hoc quidem ut oſtẽdetur/& ipſorum nomini maxime iniurium/qui ſcilicet & a ſacris litteris & a præclariſſimis illis veteribus theologis tota eccleſia celebratis aut diſceſſiſſent/aut diſcedere voluiſſẽt.Diuus Thomas in expoſitione ſymboli affirmat eos factis oſtendere plures deos ſe credere/qui nõ ſolum putant cœleſtia corpora imprimere in voluntatem hominis poſſe/ſed & illos etiam qui in factis ſuis certa accipiunt tempora/ damnatqꝫ Aſtrolabia quæ tamen ad uſum vere mathematicę in depræhẽdendis ſtellarum motibus & magnitudinibus pertinent.Idem in libro de ſortibus/ & in ſecũdo volumine theologicæ ſummę par.ij. introducit Auguſtinum ſecundo ſuper Geneſim ad litteram cõtra mathematicos decernentem: ſi quando ab eis verum prænuncietur fieri id ipſum occultiſſimo immundorum ſpirituum inſtinctu quem neſcientes humanę mẽtes patiuntur.Eundẽqꝫ ſecundo de chriſtiana doctrina libro citat aſſerẽtem: ad pacta quædam cum dæmonibus inita id ipſum pertinere. Idem quoqꝫ in libro de iudicijs aſtrorum fretus Auguſtini auctoritate pronunciat diabolũ immiſcere ſe operationibus eorum qui iudicijs aſtrorum intendunt.In ſecunda quoqꝫ parte ſecundi voluminis theologicę ſummę de diuinatione aſtrorum loquens affirmat & probat duplices effectus ſubtrahi cœleſtium corporum(ut eius utar verbo) cauſalitati/eos videlicet actus qui libero ſubſtant arbitrio / & effectus omnes qui per accidens/ſiue humanis ſiue naturalibus in rebus eueniunt. At ſi quis & Thomam & alios opinatos dixerit diſpoſitiones aliquas ex cœlo in homines deriuari. Indeqꝫ

mores plurimū fluere contenderit/is ꝙ longe fallatur & ꝙ præpostera sanctis do⸗
ctisq; hominibus imponat ex nono huiusce libri capite poterit cōmoneri. Diuus
item Bonauentura in prima centiloquij parte diuinationē ipsam quæ ex astrorū
inspectione dies & horas in agendis custodit rebus asserit deceptionē illusionemq;
esse diaboli atq; ideo maledictā a deo atq; interdictā ab ecclesia. Henricus ex has
sia multifariam diuinatrici derogat astrologiæ atq; inter alia ridet eas quas in cœ⸗
lo fingunt imagines/in cōmentarijs in sacram Genesim situmq; & ordinē planeta
rum incertum ostendit/quod negocium procedente opere pluribus exequemur.
Petrus tarantasius qui postea pontifex Innocentius eius nominis quintus appel⸗
latus est: in quarto cōmentariorū in sententias superstitiōis & impietatis nomine
culpat qui tempora arbitrio supposita seruant & sub signis inchoant actiones: In
eandem superstitionē & Io. quoq; Gerson scripsit & alij pleriq;. Quamobrē aper⸗
tissime constat & antiquos & iuniores & proximos etiam nostro seculo theolo⸗
gos uanitati astrologicæ/hostes & plurimū infensos fuisse/ne a ueritate & sacris lit
teris dissentirent. Quantum autem ecclesia ipsa abominata fuerit hanc uanitatem
quantūq; ab eius abhorrere consortio filiorū mentes desiderauerit multifariam
posset ostendi/sed paucis contenti erimus. Quandoquidē & earum etiā quas su⸗
pra citauimus sententiarū aliquas accepit ab auctoribus illis quos supra memini⸗
mus/easq; inter secreta promulgauit. In tolletana synodo(quod & meminit Io. de
turre cremata in summa ecclesiæ)aduersus Astrologiā ita decretū est. Si qs Astro⸗
logiæ uel mathesi existimat esse credendū Anathema sit. Item primo quoq; capi⸗
te de sortilegijs: cauetur ne aliquibus in rebus quis diuinationes aliquas obserua⸗
re præsumat. in secūdo eiusdem tituli capite decernitur presbyterū quendam gra
uissime errasse/nec modicā peccati maculā contraxisse/ ꝑpterea ꝙ ex Astrolabij
inspectione furtū cuiusdā ecclesiæ recuperare quæsierat/tam & si bono id zelo &
simplicitate fecisset. In pontificijsq; decretis. xxvi. quæstione. ij. Mathematici & ge
nethliaci Augustini auctoritate sub perniciosa superstitione comprehenduntur/
& eorū ars penitus christiano repudianda fugiendaq; proponitur/eoq; loco uni⸗
uersa diuinandi superstitio damnatur/ eiusq; omnes pene species recensent sum⸗
matim: Eodem quoq; loco definitur christianā & ueram pietatem/Mathematicos
ipsos & planetarios expellere atq; damnare: Decreto item iunioris Gregorij ana
thema pronunciatur Astrologus sub Aruspicū nomine: nam & in libro de natu⸗
ra dæmonum/docet Augustinus Aruspicū nomine apud nostros designari qui
dies & horas in agendis negotijs operibusq; custodiunt/necnō. vij. quæsti. xxvij.
causæ: decernitur magnū esse peccatū dies obseruare & annos & menses & tem⸗
pora/nec ob id inchoare uelle aut exordiri quicq; ꝙ fausta aut infausta eiusmodi
tempora existimentur: est & articulus Parisiensis theologicæ facultatis / aduersus
superstitiones hunc in modū promulgatus ꝙ inire cum dæmonibus pactū tacitū
uel expressū non sit idololatria/ uel species idololatriæ & apostasie error: pactūq;
esse implicitum dicitur in omni obseruatione superstitiosa cuius effectus non de
beat a deo uel a natura rationabiliter expectari: supra autē cum aliorū/tum Augu
stini præsertim auctoritate monstrauimus Astrologorū artem nullam esse & sup
stitionis genus haberi/& ad tacitū pactum pertinere: & sane qui mitius etiā inter⸗
pretari hæc ipsa uoluerint inficias ire non possunt periculosissimū esse tam aperto
se discrimini exponere/ quod nostra tamen tēpestate ab omnibus fere ordinibus
peccatū ex inobseruatione ciuiliū legum/quæ acerrimas pœnas huiusmodi supsti⸗
tiosis proposuit. In Iustiniani enim principis codice/mathematicam artem damna
bilem esse & omnino interdictā asseritur: subditurq; Constantini decreto pœnā

capitis impositā ei qui aruspicē aut mathematicū cōsuluisset. Sed si quis in Cæsaris comitatu mathematicus depræhensus fuisset/ & couictus/ pœnis eculei deputabatur. Genus hoc hominū / prudentes legū positores / tam exosum habuerunt: ut cum esset cautū ne socius / & particeps criminis accusare posset/mathematicus exciperetur/quod Guilielmus cognomento speculator/ inter legū interpretes eximiæ auctoritatis/titulo de accusatoribus meminit: Ante Iustinianū uero/ urbe Roma ignominiose expulsi/sub Tiberio/sub Vitellio/sub Diocletiano/ sub Constātino/sub Gratiano/sub Valētiniano/sub theodosio/& uel professionē deserere / uel eius pœnas luere sunt coacti: adeo inutiles & noxij ciuitatibus iudicati sunt: & est adhuc qui musset/q magnis hiatibus & cubitalibus uerbis satagit/quod & lutius & alij nullū orationis florem tenētes/ inconsultis dūtaxat rationibus/ anxij satagerunt: Verum nō minus inepta & inconcinna illa garrulitas/ꝗ istorū uiribus effæta barbaries/hi saltē quid uoluissent conficere/quanꝗ re nequirēt/animo satis conceperūt/illis ueluti inani cucurbitę nil uere præter sonū: ostentatio nihilominus tumida/& hammatæ sententiæ/nil ad propositā quæstionē facientes / quibus ueluti conuiuali furcilla: ueneta præciosiora obpsonia confoderēt: quid rogo? quid Aristoteles in libro de cœlo/ad Alexādrū Astrologis adstipulat̄: quid diuinatricē hāc uanitatē/suo potius silētio damnauit/quā sua loquacitate Maternus extulerit: cur causarum scriptor affertur in mediū: apud quē non dubiū/cœlum uniuersalē causam & esse & haberi debere/a qua particulares effectus/minime petendos ostēdimus. Qua de re Ptolemæi testimoniū citat̄: q̄d hac in causa nō plus faciēdū ꝗ uox cauponis cuiuspiā: q uini sui ꝑcellētiā stētoreo præconio ueditaret: q̄d est causæ: ut sacra Gregorij ꝑperā desumat̄ auctoritas: cuius in cōfutandis mathematicorū decretis/in mediū ꝑclara testimonia duximus: sed & scrupi pharsalici/& georgici scopuli/& uada tholosana ad astronomiā illā/q̄ syderū motus/ & moles emēsa est/ uerius referūtur: ꝙ si qn̄ aut Lucanus/aut Vergilius/aut alij poete/ad stipulari genethliacis uident̄/minus est eoꝝ testimoniū/ꝗ ut legittimū haberi debeat/ne dum maioris præiudicij loco: Nanꝗ & simul fundūt fabellas alias: & deorum pluriū cultus detestandos/& omnino sacrilegos: Atqui non nunꝗ uanitatem Astrologicam derident poetæ: quod in Satyris incontrouerse deprẹhenditur. Iam de poetis testimonia sumpta non improbantur: cum uel mores describuntur honesti/uel rationalia traduntur præcepta: Sic & Aristoteles philosophorū grauissimus/ qui in œconomicis/in ethicis/in naturalibus/in rhetoricis præcipue/atꝗ etiā diuinis in rebus & Homeri/& aliorum poetarū carminibus usus est. Sic & huius tempestatis: & antiqui etiam nostræ religionis antistites/ id factitarunt: quorū multi quodcunꝗ rectum apud philosophos/gentesꝗ ipsas reperitur / ab eis tanꝗ ab iniustis possessoribus/in nostrū usum uendicandū monuere: quoniā omne ueꝝ a deo est suprema ueritate/cuius ipsi cultores sumus: sic Hieronymus/Romanū docet oratorem. Sic magnus ille Basilius/libello ꝓprio indicauit. Sic Augustinus effecit & in libris de christiana doctrina faciendū edocuit/sic alij effecere: Exemplo Mosis/ quem in omī ægyptiorū doctrina eruditū/sacræ litteræ subsignarūt: Exēplo Pauli/qui & Epimenidis/& Menandri/ & Arati uersibus utitur/apud quē etiā illud ꝓ philosophis legitur/qd̓ notū est dei/manifestū est illis: Quid? ꝙ & Ioannes damascenus inter eos qui græca lingua scripserunt/theologus admodū subtilis/ librum perihermenias aristotelis declarauit: Idē logicē scripsit: & apud nos Boetius Aristotelē interpretatus est & Ciceronē/ augustinus quoꝗ/liberales disciplinas olim exorsus omēs/aliquas absoluit: Diuus Thomas uniuersam pene Aristotelis philosophiam exposuit/& plurima quoꝗ eius dogmata/suis etiam libris theologicis

inſeruit: Sic & Bonauentura: quin & diuus Vincentius De logicis etiã ſuppoſitiōibus ſcripſit: ſic alij pene inumeri/ ut partim aurũ/ partim argentũ/ partim utrũqꝫ hoc eſt ſapientiã & eloquentiã/ & recta inſtituta quæpiã/ ab iniuſtis poſſeſſoribus auferrent: neqꝫ ẽm unqꝫ ueritatẽ aut damnarũt noſtri illi ſanctiſſimi antiſtites/ aut ereptam cuiqꝫ uoluerunt: quin & ab his qui inter noſtros errauerunt quæcũqꝫ bona dixerunt minime formidarunt: neqꝫ enim propter errorem illum de iteratione baptiſmatis/ abiecerunt ſcripta Cypriani martyris & aliorũ qui ex ignoratione exorbitarunt: quid? ꝙ ſub Origenis nomine/ multa deteſtata plurima ſuſcepta ſunt ab ipſa eccleſia. Sic & beatus Hieronymus/ bona quępiã deſumpſit a multis quos in aliquo dãnauit hæreſeos: ille idem ꝓpter eruditionẽ Lactantij quoqꝫ & alioꝝ q plerilqꝫ erroribus laborarunt/ libros nõ abijcit. Sic & magnus ille Auguſtinus: in libris de doctrina chriſtiana/ Ticonij hæretici regulas quaſdã/ & adhibet & ꝓbat: Hæc diximus quæ forte parerga: hoc eſt præter negociũ exiſtimauerint/ qui non animaduertẽt/ quædã & in hęreticis & in gentibus damnata quædam/ item ab eis bona uel non mala uendicata: Ab aſtrologis autem nihil ſumptum eſſe diuinatoribus/ ſed eorum omnia abiecta/ exploſa/ exſibilata.

¶ Fortuita a cœlo per ſe non pẽdere/ ſed nec præterita: nec quæ ad alios attinẽt: ex ulla poſſe conſtellatione præuideri: nec item futura multo poſt tempore/ a præſenti conſtellatione poſſe produci. Caput Octauum.

ſ Ed iã phiſicis theologicisqꝫ ratiōibus manus admouẽde ſunt/ ut ſupſtitioſam hanc uanitatẽ demoliamur: ea potiſſimũ de rebus fortuitis diuinare ſatagit/ quarũ bono uel malo euentu/ fortunatos uel infortunatos homines uocant: idcirco enim uerſatur circa eas libentius/ ꝙ fieri ſine proxima cauſa uideantur: ſicuti fœliciter & infœliciterve nauigare/ regi placere/ latronibus occurrere/ periculũ ruiture mox domus euadere/ fodientẽ terrã theſaurum inuenire. Hec inqꝫ de cœlo/ ſicuti nec pẽdere/ ita nec pręuideri poſſe diui Thomæ ratione probatur/ tã in tertio contra gentes libro (quo loco fauere aſtrologoꝝ ſententiæ uidetur: cũ de fortunatis a cœlo hominibus/ & infortunatis diſputat: qꝫ in prima parte theologice ſumme: hoc fundamento eius ratio innitur/ ꝙ ex natura/ non autẽ intellectu/ aut electione/ agunt cœleſtia corpora/ quæ naturalia ſunt: naturæ autẽ propriũ & peculiare eſſe ut ad unũ tendat: quapropter quod unũ ex ſe nõ eſt/ ad cœlum naturalẽ ſcilicet cauſam/ referendũ nõ eſſe conuincitur: Siquidem effectus nõ unus/ naturæ ipſi unũ parienti producẽtiqꝫ acceptus per ſe referri nequit: quę uero ex accidenti cõcurrũt/ inuicẽqꝫ conueniũt/ ea uere & per ſe unũ non ſunt/ ſed dũtaxat unũ per accidens: cũ ordinẽ ad ſeſe ullũ nõ poſſideãt: huiuſmodi autem eſſe fortuita: fortuita cum dico ea intelligo/ quæ præter intentionem operãtis eueniunt/ ut cum dicimus fortuna id factum eſt/ ita forte euenit/ non ex aliqua cauſa: uerbi gratia: propoſuit agricultor terram fodere/ culturam ſoli cogitans/ accidit ut theſaurum inueniat: fortuito factum dicimus: nec alia adducitur cauſa/ quã fortuna. Cauſa inqꝫ ꝑ accidẽs/ nõ per ſe: nã foſſio quidẽ terræ/ cauſa dici non poteſt/ cũ nõ ſit terra quatenus terra eſt locus/ ſed accidit eundẽ locũ/ terram ſimul eſſe latebrãqꝫ theſauri: nullã igitur unam eſt afferre cauſam inuentionis theſauri/ ſed pluriũ cauſarũ/ cõcurſum plane fortuitũ. Duplex olim error circa fortunam: alij eam negabãt/ nõ ꝙ ea quę improuiſa ſunt/ ſuperioribus prouiſa mẽtibus inficiarẽtur/ ſed arbitrabantur huiuſmodi euenta/ neceſſario habere proximã per ſe cauſam: quod Ariſtoteles ſecũdo phiſicę auſcultationis libro/ & ſexto metaphi

ſicę/fortiſſime confutat: Nanqꝫ quod unum ſecundũ accidens eſt / cauſam per ſe unam habere non poteſt: ut hominẽ eundem Muſicũ eſſe & bellatorẽ: quæ nullũ inter ſe ordinem nacta ſunt: putarũt alij fortuita nullo conſilio ſuperioris cauſæ ꝓduci/nulla prouidẽtia euenire/quã quidem impiã deteſtabilẽqꝫ opinionẽ: non ſolum theologi noſtri/& alij philoſophi celebres confutarũt: ſed & ipſe Ariſtoteles apertiſſime conuellit: nam in Ethicis ad Nicomachũ definit/ curæ eſſe hoĩes deis/ præcipueqꝫ ſapientes: Et in moralibus quoqꝫ ad Eudemum: ubi de bona fortuna diſſeruit: nota eſſe deo ſenſibilia omnia / præterita atqꝫ futura / & in his dirigi nos ab eo clariſſime aſſeuerauit: quod etiã in libro de mundo confirmauit: poteſt igit̃ quod fortuitũ eſt/ab intelligenti cauſa ſimul cõiungi atqꝫ produci/ a naturali & ratione carenti minime poteſt/quæ ad unũ dũtaxat uergit atqꝫ procũbit: quaꝓpter inſtigare hominẽ ad foſſionẽ ſepulchri/in quo theſaurus lateat/ naturalis cauſæ eſſe nõ poteſt ad unũ tendentis/ſed rationalis & intelligentis: cuius ꝓpriũ eſt rẽ unã ad aliã referre & ordinare: ſic cuſtos angelus poteſt occultis motibus inuitare pauperem agricolã ad eum locum effodiendũ: ubi nouit eſſe theſaurũ/& qđ pauperi fuit fortuna/conſiliũ tamen angelo fuerit: huc illud Auguſtini: in quinto de ciuitate dei ſpectat/cum inquit: Non cauſas quæ dicuntur fortuitæ: unde & fortuna nomen accepit/nullas eſſe dicimus/ſed latentes eaſqꝫ tribuimus: uel ueri dei/uel quorũlibet ſpirituũ uolũtati: Dixit quorũlibet/ cum etiã mali ex permiſſu idẽ poſſent quanqꝫ nec eadẽ poteſtate qua boni: nec eodẽ fine facerẽt: Proclus Platonicus in cõmentarijs in Timæũ: definiuit fortunã eſſe dæmonicã poteſtatẽ / congregantẽ inuicẽ cauſas inter ſe diuulſas. Nec differt a peripateticis / decernentibus fortunã cauſam eſſe in electiõe humana/& ob id ſecernitur a caſu/ cauſam inqꝫ aliquid efficientẽ/ſed ex accidenti: ille autẽ cauſam remotiorẽ occultiorẽqꝫ: hij proximã notamqꝫ reſpexerũt: fortuita igitur/& deo & angelis præuiſa / atqꝫ conſulta erga homines ſunt: unde & adinuentionẽ theſauri mitti agricola tor poteſt/alioqn inſcius bene ſibi futurũ: a cœlo autẽ uirtuteqꝫ cœleſti fieri(ut ſupra diximus) minime poteſt/neqꝫ enim ille a cœlo habere unqꝫ aliud poſſet/ꝙ propẽſionẽ animi ad egreſſum magis ꝙ ad quietẽ: ſicut & hoc quoqꝫ a corporis habitu eſſe potuit/ex quo alij ſedentarij & pigri magis: alij ambulatores & uegetiores homines ſunt: colligere igitur poſſumus/ ſi fortuita cauſam certã ſtatãqꝫ in cœlo nõ habent / nec inde ꝑ ſe dependeãt(ut eſt probatũ)ea nullo pacto ab aſtrologis(etiã ſi aliquid eſſet aſtrologia)præuideri atqꝫ prædici poſſe. Multa hic Lucius incaſſum funditat ex Thoma decerpta minime animaduertẽs omnia/quæ dicit Thomas ſi concedantur nihil tamen eſſe aſtrologiã/ratione eiuſdẽ Thomę/eo maxime loco deſumpta unde aſtrologis arrogari uidetur fauor / quẽ tamen eis ab prudentiſſimo ſanctiſſimoqꝫ uiro/derogatũ uidimus/in tractatu de iudicijs aſtrorũ/in libro de ſortibus: in queſti. xcv. ſecundi uoluminis ſecunde partis theologicæ ſumme: quod quoquomodo perſentiens Aſtrolo. defenſor/de cœli anima ſeu mauis intelligentia cõiuncta/ nonnulla ſpargit/quæ nullo pacto ad aſtra poſſunt referri/quorũ corporei nõ autem ſpiritales effectus ſunt: nec eorum conſideratio ſub aſtrologia comprehenditur. Atqui/nec patruus nec ego enixe cõtendimus/a cœlo auferendũ /quod eis & Thomas & Scotus impartiri uidentur/de ſyderum uiribus/de ſuis in nos pro fluuijs/ſed oſtendimus nulla id certa ratione extorqueri quod etiã ſi concedamus/artem nihilominus aſtrologiæ inefficacẽ nullamqꝫ defendimus nõ auctoritate ſolũ Auguſtini & aliorũ quod ſupra fecimus/ ſed naturalibus theologiciſqꝫ ratiõibus Enimuero pernitioſus hic error apud multorũ mentes inoleuit/ut cum quidpiam uident quod humanas excedere uires appareat/cœlo id aſcribant: male adeo com

potes mentis ut in cauſam cognitionis expertem referãt/dicunt illa quidem a deo
diſponi & ordinari:ſed per cœlum ſyderaqꝫ compleri. At falluntur:nam intercece
dẽtes cauſæ inter deum & homines/ſicuti inferiores deo/ita ſublimiores altioreſqꝫ
hoĩbus eſſe debent/hominibus inqꝫ ratione pollẽtibus/& ſane quæ rationalia ſũt/
non debẽt per irrationalia & ignobiliora ab auctore primo diſponi/ nec incorpo-
rea per corporea gubernari. Videmus enim elementalẽ molem/ utpote deteriorẽ/
per cœleſtem quæ melior eſt/regi & gubernari/nõ ſecus res humanæ/angelorum
miniſterio/qui natura dignitateqꝫ medij inter nos & deũ merito gubernãtur:Sunt
eñ (ut inqt Apoſtolus)adminiſtratorij ſpiritus propter eos miſſi/qui hereditatẽ ca
piunt ſalutis. deberent igitur cum a deo ad terrã deſcendũt/ per cœlũ deſcendere/
cum aũt a deo ad homines deſcẽdere per angelos/ cæterũ cõmoneri nõ ſolũ a pro
phetis & ab errore poſſent liberari:apud quos legitur angelũ perſarũ/grecorum/
hebreorũ ſuis populis prouidẽtes.Sed & a Platone omnibuſqꝫ Platonicis erudi-
ri quibus perſuaſum locales deos urbibus regnis hominibuſqꝫ præpoſitos. Quo
rum mẽtionẽ quoqꝫ factã ab Ariſtotele/& antiquior Iſidorus & Clemẽs Alexan-
drinus in ſtromatis memorie prodiderũt.Neqꝫ eñ ad fatum ex tẽplo confugerẽt
unde & fatui plane diſcedũt. Fatũ inqꝫ id eſt ſyderũ conſtitutiõem cũ quid aut na
ſcitur/aut concipitur/aut inchoatur/quanqꝫ ſunt alij fati ſenſa & nomen/id in mul
tiplicẽ ſignificationẽ apud antiquos acceptũ eſt unã diximus: alia eſt ipſa natura/
& ſic ab Alexandro aphrodiſæo in libro de fato definitur:Fatũ eſſe ipſam naturã
quæ primũ aliud eſt ab electione/ quare fato ignẽ calefacere/aquam humidã eſſe/
ſed & cum quis diſſoluto corporis temperamẽto moritur/fato morit̃.Si uero uio-
lenter occiditur fato nõ moritur.Quemadmodũ apud Vergilium de Didone ſibi
manus inferẽte legit̃:Sed quia nec fato merita/nec morte peribat:& Curtius de In-
dorũ ſapientibus ſcribẽs inquit:apud eos preoccupare diẽ fati pulchrũ eſt.Ariſto
tele s quoqꝫ quinto libro phyſicæ auſcultatiõis fatales vocauit generationes quæ
ſecundum naturam fiunt. Demoſtenes quoqꝫ hac de re ita loquitur ὄ μεν τοισ
γονευσι νομιζων μονον γεγενησε τον τησ ειμαρμενησ και τον αυτοματον
θανατον περιμενι Tertiam fati ſignificationem dixerunt cauſarum ſeriem ordi-
nemqꝫ neceſſario nexu cuncta producentẽ/ qui falluntur apertiſſime: contingen-
tiam tollentes quã & peripatetici & noſtri theologi fortiſſime probãt: Illi cõtra pu
tant nihil nõ fieri neceſſario in ipſa natura:ſi quis oẽs ſimul cauſas cõplectatur:At
defendi facile poteſt:multa fieri extra neceſſitatẽ in naturalibus rebus & quæ arbi
tratu modo fiunt:Nãqꝫ nõ omne qđ fit naturaliter/fit neceſſario:quia poteſt opus
naturæ impediri in ijs uero quæ arbitrio fiũt/quia noſtrũ arbitriũ oĩno liberũ & li
bera prorſus electio.At illi urgebũt/affirmãtes id quod opus nature impedit a na
turali cauſa eſſe/quã iterũ neceſſariã contẽdent que tandẽ in cœlũ referatur ſed fal
luntur:nam quãuis naturalis illa ſit cauſa/potuit tamẽ & eſſe & impediri cum age
bat:quo fit ut impedimentũ illud contingens ſit nõ neceſſarium:& ſi de illo rurſus
impedimento inſtent quod cum naturale & ſit & habeatur neceſſario aut impe-
dietur aut non impedietur/uel hac ratione repellendi ſunt/ ꝙ ſi mundũ æternũ pu
tant progreſſuros eos a contingente cauſa incontingentẽ inter quas ordo ſit ſemꝑ
accidentalis/nec ad ullã unqꝫ cauſam naturalẽ peruenturos : unde neceſſitas pen-
deat:quãdo & ipſi cœleſti cauſæ & ipſa materia & inferiores cauſæ facile obſtant/
ſi uero de creatione nobiſcũ ſentient/deuenient ꝗ totius ad primam rerum contin
gentẽ inſtitutionẽ/hoc eſt ad liberã dei creantis uoluntatẽ:unde auferet̃ neceſſitas
non inferetur/& hoc ĩ omni cauſarũ naturaliũ efficientia : ſiue totũ quod fit a pro-
xima fiat cauſa nec aliud agant ſuperiora ꝗ ut ad agendũ proximã ipſam cauſam

moueant aut impellãt ſiue idipſum gradatim a cauſis pendeat ordinis perfectione
interſe diſtantibus/ita ut cõmuniorẽ in opere ipſo rationem ad cauſam pertinere
magis communẽ dicant/atq; ita deinceps donec ad propriã rei ſpeciẽ & naturam
deueniat quæ a ꝓpria & proxima cauſa depẽdeat: In arbitrarijs aũt rebus/uel præ
ter rationẽ falli eos experimenta probãt/& q̃ contra moliri ſatagũt/putando nihil
eligi nõ præiudicatũ a ratione falſis aſſumptionibus nitunt̃. Alia huius noĩs fati
ſignificatio eſt/diuini conſilij executio certa/ineuitabiliſq; ſucceſſus: quã ſi quis fa
tum uocet/rectius auctore Auguſtino ſentiet q̃ loquet̃: Videtur etiã aliquãdo fa-
tum ꝓ caſu ſumptũ atq; fortuna: quã quis aut tẽtare aut experiri uoluerit: ut eſt il
lud in. vi. Lucani de cæſare. placet alea fati. Alterutrũ merſura caput: Eum eñ cõ/
mittentẽ ſe fortunæ introducit nullã pro uictoria certitudinẽ arbitratus niſi quã
caſus attuliſſet/quod Aleæ nomen explanat: errarũt in quarta fati acceptione mul
ti putãtes noſtrã iccirco libertatẽ periclitari: nõ animaduertẽtes/& nos quoq; eſſe
inter has cauſas nec ſolũ pati/ſed agere: & ſiue dei præuidentiã ſiue ꝓuidentiã attẽ
das/ nullũ fit præiudiciũ liberis actionibus noſtris. Nã ſi ꝓuidentiã/ cur nõ libere
facio quod ꝓuidit deus me facturũ: Nã ſi erit qđ ille præuidit utiq; libere faciã qđ
libere me facturũ ille præuidit/ ſed & quia erit quod uoluit: uoluit autẽ me eſſe li-
berum/ libere agã quicquid agã: niſi ipſe mihi meam libertatẽ ademerit/ in cuius
manu ſunt nõ modo cogitationũ noſtrarũ euentus/ſed & ipſe cogitatiões ipſa cõ
ſilia/ipſa propoſita/quæ omnia moderantur: nũc in his quæ nec ad uirtutes perti-
nent nec ad uitia inclinans quo libitũ illi ſi ita decreti alicuius ſui ꝑfectio poſtulet:
Nunc uirtutes in nobis/ſed & nobiſcũ inchoans/& inchoatas abſoluẽs atq; perfi
ciens: Nunc a uirtutibus ad uitiũ motos ad iuſticiã perducit/ uel leni correctione
pro miſericordia/uel flagellis grauibus pro iuſticia: oĩa ſemper aut bona aut occa
ſiones certe faciens bonorũ. Sed iã de fortuitis quantũ ad ꝓpoſitũ noſtrũ in confu
tandis aſtrologis attinet abũde dictũ eſt: qui & in præteritis & in his quæ ad alios
attinẽt: quæq; multo poſt euentura ſunt grauius etiam aberrant: De his enim quę
genituræ horã antecedũt tam libere q̃ de alijs pronunciãt/unde illud ſequitur ab
ſurdum ſupraq; q̃ dici poteſt deridiculũ: ut cauſa efficiẽs effectu ſuo poſterior ſit.
Si enim præſens conſtellatio cauſa eſt effectus eius qui olim præterijt: ille idem
utiq; præceſſit & anteiuit cauſam ſuam efficientẽ quo quid dici poteſt deliratius:
pari pacto & de præteritis ſimul atq; alienis ariolantur: cum de hora qua filius na
ſcitur/de parentũ/auorum/maiorũq; natu fratrũ/ naturis fortuniſq; uaticinantur/
Nec audienda Halij auenrodã inſania q̃ Ptolemæi apotheleſmata enarrans inq̃t
tũc ſolũ mulierẽ cõgredientẽ uiro concipe/cũ ea ĩcidit hora cuius cõſtellatio cũ pa
rentũ cõſtellatione cõcordet/& quia ea q̃ uni alio cõueniũt/inter ſe quoq; cõueni-
re neceſſe eſt / eo fieri ut ſi filiorũ omniũ genituræ cum parentũ conſtellationibus
conueniant inter ſe quoq; concordes euadant: quare & mutuo ſua inuicem fata
illos ſignificare fratris frater & parentis filius. Ex hac poſitione primũ hoc ſequit̃
ex hora conceptionis mulieris/non partus/ debere is qui concipitur parentis fata
ſignificare: ſequitur & illud: ut ſub alia cœli inclinatione pater ſi naſcatur/mater
ſub alia/ una ſit querenda conſtellatio quę tam diuerſis conſtellationibus quadret
atq; reſpondeat: Sed quomodo tot filiorũ themata/tot thematis patris matriſq; ſi-
mul reſpondebunt/ab hiſdem enim ſyderibus ab hiſdem cœli regionibus peti in
omnibus oportet parentũ ſignificatio: a quarta ſiquidem & a decima cœli domo
ſortem patris & matris inueſtigatis aſtrologi: A ſole item ſaturno Venere & Lu-
na: Horum autem diſpoſitio in thematis geniturarũ uaria ſemper & multiplex ꝓ
uarietate filiorum eſt. Qui fieri ergo poteſt ut iſta uarietas a conſtellationibus ge-

nitorum non euariet/quæ prius a se ipsa discordat: aut illud quomodo tuebũtur/
ut idem pater necessario fortunatus simul & infortunatus non sit: cum alter filio-
rum quartã puta domũ infœlicibus obsessam radijs teneat: alter uero fœlicibus il
lustratam. Iam vulgus astrologorũ plagam accipit insanabiliorẽ quo magis cura
re alias imperite satagit: non ab omnibus aiunt filijs/sed ab eo qui est natu maxi-
mus parentũ fata præuidẽtur. Sed hoc aperte dogmatis Auẽrodã aduersatur: qui
fratrum genituras iccirco inter se dixit cõuenire quoniã cum parentum constella
tionibus pariter omnes conueniebãt: illud autẽ sumopere irridendũ/ non cõcipe-
re mulierem/nisi ea hora qua constellationes ipse conspirent & consonent/ex qui
bus possit astrologus fabulari: quasi eorum dementiæ & cœlũ & tota natura de-
seruiat: qui etiã ex hora qua infans nascitur mendacissime in saneqꝫ diuulgant: ef-
fici ea quæ in fratribus in parentibus iam diu præterierunt: Horum non conten-
ta superstitio promittit/& quæ multo post tempore sunt futura a præsenti cõstel-
latione produci posse. Verbi causa planetã orientalẽ in prima uitæ parte præsta-
re quod pollicetur occidentalis in secunda/ qui horoscopũ tenuerit uel eius domi-
nus fuerit cito dare quæ sua sunt paulo post eum qui in medio cœlo fuerit qui oc-
cidenti præfuerit/uel ei affuerit sero/serius qui in imo loco fuerit collocatus: Non-
ne uidit astrologorũ ruditas illud sequi non fieri uidelicet a constellationibus qđ
sunt facturæ cum ipsę sunt constellationes/sed postqꝫ præteriere/& quidem annis
multis: subindeqꝫ hallucinantur/nec ullo pacto uident necessaria consecutiõe sub
duci naturalem causam qualem esse cœlestẽ non diffitentur/tum efficatiorẽ existi-
mari cum non est qꝫ cum est/Non remanet autem cœlestis influxus in corpore in
star medicinæ / instar formarum generabilium/ instar lapillorum & metallorum
uirtutis seminariæ / ut blaterat Lucius / nec uirtus inde nobis infunditur quæ suo
tempore pro natura agentis materiæqꝫ habilitate suos tandem effectus in lucem
prodat. Siquidem agentis natura est/tum agere cum est/non autẽ cum abest & eo
maxime efficacem esse cum abijt. Præterijt autẽ syderum illa configuratio: nec uis
aut semen reliquit quibus effectus propagerentur: Quod vero attinet ad materiã
ut tempus scilicet habile expectetur/ꝙ item sero effectus edant planete pro diuer-
sa locorum domorũqꝫ positione / & ꝙ præterqꝫ tarde præstare sua beneficia non
possint: Hoc totũ rationalis causę est pro arbitrio uolũtateqꝫ agentis: naturalis aũt
nec est/nec esse potest. Præterea si cœlũ quidẽ ex se dat statim quod daturum est/
materiæ autem dispositio est in mora/nõ astrologi certe / sed naturalis philosophi
munus erit euentus tempora cognoscere cum materiæ statũ ille condictionemqꝫ
speculetur: Rursus ubi conseruetur ista uirtus edoceãt: utiqꝫ aut in materia/ aut in
causis inferioribus & secũdarijs conseruabitur/quorũ siue utrũqꝫ siue alterum di-
cant tueri nunqꝫ poterunt/ut aut in æstu fluẽtis refluentisqꝫ materiæ aut in tam ua
ria atqꝫ mutabili particularium causarum multitudine virtus cœlestis & eadẽ &
stabilis diuturno tempore permaneat.

¶ Auspicationes quæ electiones dicuntur uanas esse & nullas: Item nec mores
hominũ nec bonas aut malas leges a cœlo pendere: corporeas quoqꝫ dispositio
nes ab eo nõ effici. Caput Nonum.

d E auspicationibus quas electiones dicunt multa astrologorũ uanitas
impossibilesqꝫ sententiæ/quę clare nobis discutientibus patebũt: aut. n.
iure quã quis auspicato facturus est fauorabile sibi cœlum natalis con-
stellatio fecit aut aduersum / si hoc dederis nihil auspicatio prodest ex sñia Ptole-

mȩi in.vi.centum enunciatorũ uerbo quod pessimȩ quidem translatum habetur
vulgo:quare illã rem infœliciter semper aggredietur/ fœliciterq; abstinebit ab ea:
Si primũ nulla opus horarũ electione/sed tua tibi electio sufficit/ quoniã tunc fœli
citer rem illã aggredieris/cum te ad illã animus inuitabit:neq; eñ aliud est esse for
tunatum(si fortunatus aliquis est a cœlo)q̃ imaginationẽ cœlitus moueri/ ut his
& modis & temporibus vnũ quodq; faciendũ suscipiatur quibus fœliciter opta-
ta succedant.Quo circa auctore Aristotele nõ prodest fortunato consilium/ne for
te eo distrahatur abducaturq; adeo ut instinctus impetusq; frustretur / quo in res
desideratas alioquin ferretur:quid ergo nugamini noui defensores astrologiæ/&
fauori cœlesti & minime etiã conciliato ipsas electiones prodesse blaterãtes / nam
si cœlestis configuratio tibi quidpiam meretur / num quasi libero polleat arbitrio
sententiã mutabit/& propitius influet/Si horã tute ipse delegeris/qua ueluti cœna
tus ille & exhilaratus mero/quod bibaces prȩsides solent te reum absoluat. Dicis
sunt plura media consequendo fini aptata quibus prodest electio. Dic rogo & il
lud num celũ sua munera nullo intermedio largitur: Scio respõdebis medijs ope-
ribus humanis cum reges ipsos/ut hoc utar exemplo/uel electio principũ/uel suf-
fragia populi/uel milites faciãt:Igitur & si reges facit cœlũ ut vultis/facit & propi-
tios principes & addictos populos/& beniuolos milites. Siquidẽ receptũ sua mu
nera opportunis ad ea consequenda medijs elargiri/hinc quoq; deducitur/ si cui-
piam ex natali constellatione regnũ abnuitur: Media quoq; ad obtinendũ ipsum
cõmoda pariter denegari/quare nulla horarũ electio eum constituet regẽ / quẽ ne
regnet dum nasceretur/sydera prænotarint. Vellem quicũq; horarũ electionibus
vacãt/eam eligerent qua liberantur insani/uellem & Lucius(qui etiã me de patrui
opere publicato/calũniatur)si uiueret responderet/an horã delegerit ipse/ cum pri
marium sue ciuitatis uirũ occidere molitus/mala operatione frustratus est: an Sa-
turnũ sibi Martẽq; cõciliauerit/cũ domo exiens/inimicus eũ ensis occidit: bonus
autẽ rhetor/ne sibi maiorẽ cõflet inuidiã/ nõ patruũ sed me detestatur/ qui libros
eius publicaui: in quo putat erratũ/q secũdo libro de electionibus/ & quarto pa-
riter disputetur/ignarus adeo & scribendorũ uoluminũ artis insolẽs / ut nõ p̃spe-
xerit ibi astrologiã inutilẽ per sese/ hic etiã in efficacẽ cũ suis electionibus ostendi:
Sed & Halij interpres Ptolemæi/partẽ hanc astrologiæ de electionibus:friuolã/in
efficacẽq; existimauit/quod patere potest legenti textus incorruptos/nos etiã im-
possibilẽ probabimus/manifestis exemplis utentes.Esto Iupiter de nona cœli re-
gione/radios suos in terrã iaculetur/fœlicẽ dicent astrologi constellationẽ p̃ itine
re capessendo.Querendũ igitur ab eis/defluxus iste afflatusq; fortunatus/ homi-
nes iter arrepturos afficiat/an eorũ operationẽ/puta egressionẽ e domo/ascensum
equi/& similia:Si primũ respondeant/afflabuntur afficienturq; illi syderis benefi-
cio/quotiens arripere iter proposuerint / etiam si tunc primũ illud non cæperint:
præsertim cum ex eorũ sententia/nõ præstet constellatio quod pollicetur/ tũc ma-
xime quando est/sed cum præterijt:Si secundũ exponãt/quo pacto Iouia illa equi
ascensio/molẽ uiam substernat pedibus/latrones abigat ex itinere/pellat nubes/si-
stat pluuiã/solis iubar deuehat in terras respondit Lutius: posse timorẽ aggresso-
ribus inferri:hoc nec ulla ratio/nec experimẽta probant/nouã sane addere cõstel-
lationẽ:configurationi illi cœlesti oportuit/si terrorem incutere crassatoribus de-
buerunt sydera/quẽ alioqui nõ incussissent / nisi horã itineris capiũdi/peregrinus
ex ephemeride selegisset:sed nec terrȩna(ut somnias)formidinẽ illam quærũt infer
re latronibus/si eiusmodi nõ sint/quibus ipsi quãdoq; peregrini terrores inuehũt
hostibus/gladijs inq;/& eo genere armorũ est opus/ nõ quadrato aut sextili aspe-

ctu/qui tibi nil profuerũt/aduersus gladios hostiles/qui utinã spaciũ ab hac vanita te desciscendi prestitissent: que nõ solum sacris aduersa litteris/ cõdemnata theologis/explosa philosophis: sed & poetis ipsis exsibilata: ad primũ lapidẽ vectari/ cũ placet hora sumitur ex libro/si prurit frictus ocelli. Angulus inspecta geneseos collyria poscit: & nos qui possumus non irridere? Doceant queso/ quo in loco defluxus iste retineatur: In itinere multorũ dierũ habenda suspitio est/ne uirtus illa quæ cœlo descenderat/illo equũ ascendẽte/eodẽ descendẽte rursus in cœlũ ascẽdat. vnde uiator iste/nouo semp Ioue indigebit. Nec somniare possunt uim aliquã(ut dicunt)primordialẽ nusq̃ consistentẽ nullibi radicatã/que totũ iter molliter planeq̃ conficiat/neq̃ enim in homine ipso suscipitur/alioqui suscepto illo benefico Iouis influxu/iter ad plures annos differre ualeret/ quod semper fœliciter conficeret. Sed nec suscipi afflatus potest in actu operationeq̃ ipsa/ quæ ex successu preterijt & identidem aboletur/ & suapte natura minime capax est defluuij cœlestis: Idem de ijs dicendum/quæ sunt opera potius nostra q̃ operationes: Nam cum Ptolemæus uoluit Martem in urbis alicuius constitutione/cœli mediũ obtinente/ principes eius ciuitatis gladio plerumq̃ perituros: percunctandum ubi nam sanguinolenta ista radiatio suscipitur: quæ tot deinceps principes/successu temporũ obtruncet: Si in principe urbem edificante dicent: querendum iterum/qui fieri possit/ut iacti lapides in terrã iussu principis/hoc est urbis fundamenta/malignos radios aliorũ uergẽtes/in illũ flectant atq̃ deriuent/& qd' est ridẽdũ magis/ in posteros & successores regni: hereditario q̃si iure: protendat/ noxia illa uirtus/cuius & susceptaculũ perijt & origo præterijt. Si uero in ipsa urbe/ in primis lapidibus super quos erigenda est/ non in principe recipi dicatur pestilens illa uis/ mortifero quodam afflatu/ omnes eius principes afflatura: fieri facile poterit ut congesta desuper humus/ proximisq̃ lapidibus inculcata/furororem illum Martiũ exire/ & exhalare prohibeat/ q̃ si princeps pluribus passuum milibus/ ab urbe semotus habitauerit: uapor ille integer atque efficax ad eum peruenire non poterit/ ut inferat necem. hinc egregius ille defensor extricare se nequit: prius enim in homine suscipi/ mox in opere ipso cœlestem influxum fatetur: & ad insensibiles radios cõfugit/ quos demirandum quomodo ille persenserit: aliter inquit seruantur cœlis in terrarum urbibus/& in lapidibus/& in domibus/nec quo pacto seruantur/explicat/nec argumentis respondet. Domos ait infortunijs infici/& perdere habitatores atque in posteros uim illam flecti/seruariq̃ & in loco & in cœlo/ locum ipm crebriter afficiente/ Sed nulla domuum infortunia comminisci oportet/ & si qua forẽt aliunde q̃ a cœlo dependerẽt/ ex prauis scilicet spiritibus/ uel ex habitatorũ malicia/ Infici autem a cœlo domus locum nisi rudissime dici põtest: quandoquidem ex Astrologorum dogmate/ illa ipsa iam configuratio præterijt/ cuius uim asseruare præter rationem concupiscũt: Somnia hæc profecto & impossibiles nugę sunt/non theologis solũ/sed & philosophis iniurie: Platoni maxime & Aristoteli/qui in suis de R. Pu. libris/ ubi de condenda urbe præceperunt nugas hasce non tetigerũt/ Nugas inq̃: quæ cultoribus etiã suis perniciẽ inferunt/ adeo ut experientia constet/eos potissimũ in suis rebus agendis/ parũ esse fœlices: qui uanã hanc temporum discretionẽ obseruant: contra longe fœliciores/ qui eã duce prudentia reijciunt: Nostra hac etate in principibus etiã uiris/ ita palã ostensum est/ut etiam cõniuentes exquisitissime perspexerint: Apud antiquos idem euenit si quidem Ninus Assyriorum rex/nec Astrologus nec magus Zoroastrem in astrologia in magicis/ in omĩ superstitutione potentẽ/& uicit in bello & occidit. Põpeius quem res aduerse atq̃ sinistre præssere: vanitati huic plurimam fidem adhibebat:

Nullam cæsar cui fœlix letaqꝫ fortuna/ Iustinianus imperator/astrologorū exterminator/ & domi & militiæ fœlicissimus fuit: contra Iulianus ille desertor / & christiani nominis inimicus supstitionibus deditissimus/ breui & imperiū & uitam infœliciter amisit: Iam de moribus dicere agrediendū/ quos putāt de cœlo deriuari/ nec sue opinioni quicqꝫ refragari posse / modo pars animi rationalis & arbitrij libertas eximatur/ita multiplices ingeniorū proprietates / & uaria hominū studia/ a diuersus stellarū afflatibus ꝓuenire contendūt/ cum id etiā faciat habitus corporis: salua animi dignitate & arbitrij electionisqꝫ libertate. Sed quantū fallātur/aberrētqꝫ multifariam ostendemus philosophorū eñ & theologorū omniū consensu plane constat stellarū uires ꝓprietatesqꝫ/a deo optimo/maximo/sapientissimoqꝫ illis esse inditas. Quicūqꝫ igitur effectus ab eiusmodi naturalibus causis syderū uidelicet ꝓprietatibus & uiribus proueniūt: quæ.s.a conditore naturæ p̄scriptas sibi leges īmutabiliter obseruāt/tam in auctorē naturæ sic instituentis/ꝙ in ipsas naturales causas referri accepta possunt: cum aūt decernūt astrologi / habere nos ab hac quidē syderū positione inclinationē ad impietatē/ ab alia ad adulteria / ab alia ad puerorū amores/ut si Mars nonā domū occupauerit/si Venus Marti copulata fuerit: Si idē in signis maribus collocent̃ : cū inqꝫ ita decernunt/id totū etiā in deū referūt/qui huiusmodi syderū proprietates(si eorū tñ proprietates essent)ab initio syderibus ipsis instituerit: Derogare autē non uidēt hoc diuinæ bonitati & sapientiæ: hoīem uidelicet quāqꝫ liberū infirmū tñ flectere ad eam partē/ ad quā minime eum uelit declinare. Præterea ꝗ hic ordo naturæ/qui cōsensus optimos seruos uitiorū ministros efficere/ & cū ipsi iussa nunqꝫ prætereāt / alios tñ ad transgressionē excitent & inuitent. Rursus quæ sapiēs institutio/ut quod naturæ ipsi aduersat̃ ab ijs tamen procuretur ut fiat/quæ sunt naturę partes magnę/potentes/optime/principales: postremo qui peccat nō facit/sed deficit: sequitur igitur ut ꝗ inuitat ad peccandū/inuitet ad deficiendū/quod non cōuenit superioribus causis semꝑ efficiētibus/nunqꝫ autē deficiētibus: Sed & ego alias plerasqꝫ rationes necti subinde nō incōmode posse crediderim: ut cum angelicæ mentes orbes moueant/cuius beneficio motus circūfuso.s.calore & lumine/effectus in terris producūtur/in eas ipsas & prius & magis/ꝙ in orbes motos scelestas huiuscemodi propensiones esse referendas. Tot item ad malum extimulamur incitamentis mundi / uidelicet carnis dæmonis/ut si hæc etiam cœlitus defluens inclinatio illis copuletur/tanto præmet̃ humanū genus pondere/ut uix ad bene sancteqꝫ agendū possit exurgere/Cæterꝶ nostrorū theologorꝶ/& præcipue Augustini sententia est/primū hominē nullam ad malū inclinationē ante peccatū habuisse/secutā enim inde rebellionē sensus ad rationē decernūt/quia.s.ratio ipsa deo rebellarit: hinc fomes/hinc oīs ætas ab adolescentia prona ad malum: Si nulla igitur inclinatione ꝓpensiōeqꝫ uoluntatis ferebatur in malum utiqꝫ etiam nec inclinatione syderū : omnes autē qui ex eius semine propagati sunt/si dei mandata custodissent: eodem quo ipse priuilegio sanctitatis & innocētiæ iusticiæqꝫ originalis prędìti fuissent/quare nec syderale inuitamētum ad malū essent ullo modo perpessi/quod tamen illis.s. inuitamentū adstitisset ex astrologorū dogmate/diuersis cœli inclinationibus/diuersis planetarū locis/diuersis aspectibus/alioqui malis quanqꝫ eos ad scelera non pellicētibus: Nūc aūt ut vultis astrologi ꝑ eadē sydera ad patrāda mala uocant̃ inuitant̃qꝫ qđ tñ minime.s. fieri potuisset. Alterū igitur duorū seꝗ necesse est: aut post peccatum Ade cœli naturam mutatā esse. Aut si eadem est quę ante peccatū/influentiā tamen illam & inclinandi uim/frustra cœlo inditā fuisse/si a peccato primus parens abstinuisset. Alterutrum autem fateri absurdum est. demū si aliqua ad malū inclinatio/ ex aliquo

aſpectu poſitione/ coniunctioneq; ſyderum innaſcitur alicui: ex alia itidem ma-
la pro ſuæ maliciæ portione/eidem poterit ſuboriri/ & ita deinceps adeo/ ut iūctis
carnis/mundi/dæmonis uexatione impulſioneq; in fœda facinora (qđ & ante di-
ximus)hoī illi aut impoſſibile erit aut ex integro difficillimū reluctari. Quare ſen-
ſualem etiā noſtrā partē:ita ab ſyderibus affici / ut ad flagitiū aliquod ꝓpenſionē
habeat/& pietati & rationi aduerſatur adeo/ ut excandeſcēs ille defenſor ingenue
confeſſus fuerit/mores ipſos ut rationē habent uirtutis & uitij/nec præuideri/nec
prædici poſſe:quanq; aliter alibi ſubmuſſare uideat̄/& hac in re/ſicut in alijs pleris
q; non cōſtare ſibi. At qui dicet fortaſſe quiſpiā/negari nō debere qđ & theologis
quibuſdā non uidetur diſplicuiſſe/docētibus diſpoſitiōes quaſdā & inclinationes
a ſyderibus homines enanciſci/negari inq; nō debere quin ex habitu & tempera-
tura corporis quæ vulgo cōplexio dicitur/alius plus alio/ad irā / ad libidinē ſit ꝓ-
penſus/ſed tollitur obiectio:primū enim ſupra docuimus/qua ratione hęc tꝑatu-
ra a cœlo dependeat/id eſt ut a cauſa inter corporeas maxime vniuerſali/qua uide
licet effectus nō diſtinguitur/tū auctoritate Auguſtini docuimus/ etiam corporis
ſexū in cœlū non eſſe referendū. De hac etiā corporea diſpoſitiōe mox diſſerere
propoſuimus:ſed demus hoc illis condonemuſq; gratis nulla.ſ.extorquēte ratio-
ne/ut habitus tēperaturaq; a ſyderibus deriuetur:quid inde colligere poſſunt ad-
uerſum nos. Si enim ſiccitas tantūmodo & caliditas. & frigiditas & humiditas / ex
quibus diuerſe commixtis ſanguis pituita/rubra & atra bilis conflatur:hoc pacto
ſyderum opus eſſent/nō ſequetur ob id ut fœde libidines atrox ira/ cædes adulte-
ria/inceſtus nepharij/ puerorū concubitus/a cœlo ſint: Nulla quippe in conſecu-
tione ueritas/nulla in argumentatione ſoliditas: poteſt em̄ is cui ſanguis præ alijs
uiget humoribus/ita ad hilaritatē ex deo ex diuinis trahendā ſe occupare & exer
cere/ſicuti ad luſus/ad commeſſationes / & illicitas uoluptates:poteſt cui atra bilis
abūdat/nō ſecus iraſci cōtra uitia/ cōtra dei contēptores ardore iuſticiæ:q; ꝑ phas
atq; nephas uiolēto furore iniurias inferre atq; referre & bella cædeſq; ꝓcurare ꝓ-
prij cōmodi gratia deo poſthabito atq; contempto: quid prohibet eum in quem
atra bilis pollet eadē ſe facilitate diuinis humanis eiſq; honeſtis contemplationi-
bus mancipari qua ſe traderet/malis cogitationibus/& miſcendis fabricādiſq; do
lis deuoueret:Sed alius reſtat ſcrupulus/ extrudetur aūt q̄ totius:putarūt nōnulli
eſſe omniū ſyderū uires bonas & ſalutares:Sed cum in nobis ſuſcipiūtur materiæ
uitio degenerare:& de beneficijs afflatibus noxios interdū atq; maleficos euade-
re:ſic a Marte præſtari animi fortitudinem/ ſed uel ob nimiā rubre bilis abundan
tiam/uel liberi arbitrij culpa/impetus illos ad crudelitatem & iniuſticiā flecti:a ue
nere hilaritatē dari. Abuti nos iſto inſtinctu ad nequitiā & luxum/& ſuo modo de
reliquis pronunciāt/nihilq; omnino dicitur a defenſoribus/ cum de temperamen
to & intemperie blaterant:quibus ſcilicet ſtellæ uiciſſim præſtant/ ratione materię
ſuſcipientis:ut quod uni temperies/alteri ſæua pernities fuerit / tueri ſe ab hiſce ꝓ-
pugnatoribus non ſinunt Aſtrologi quorū dogmata ſunt/ alios eſſe planetas bo-
nos:alios malos/diuerſitatēq; efficiendi non ad materiā & radij ſuſceptaculum re-
fert/ ſed ad uariam ſyderum in celo poſitionē. unde de Saturno pronunciāt/quod
pro omnibus alijs in exemplum ſit/ſi propriam domum / propriam altitudinem/
fineſq; occupauerit:bonis præſertim radiationibus mixtus/ in genitura diurna:fa
cere homines pios ſapientes/contemplabundos:eundem autem ipſum ſi male col
locatus/ſi Marti coniūctus/ſi malis ad ſolem aſpectibus fuerit: ſordidos/ inuidos/
mendaces / atque etiam dæmoniacos facere ſolere: hæc illi. Quo fit ut dæmonia
etiam cœlo ſubijciant/a quo religiones etiam pendere arbitrantur: Qua quidem

in re nō secus ꝙ in prioribus mentiuntur & fallūt. Nam alij ex eis religionū uarietatem & ortus/ad dominantia: ut dicunt: sydera pertinere putant/ urbibus scilicet illis & prouintijs / quibus custodite regiones sunt: alij & Arabes & Latini / eorū uestigijs insistentes / ad magnas quas uocant coniūctiones / quæ scilicet postea confutabuntur/referri uolunt: Ptolemæus priori adstipulatur opinioni. De magnis enim coniunctionibus nullam unꝙ mentionē habuit: Sed libro. ij. apotelesmatō/eos ait Asiæ populos qui ad orientē uergunt & meridiē/ colere Venerē & Saturnū/cū aride qualitatis trigono subsint: Virgini. s. Tauro & Capricorno: quibus putat Saturnū & Venerē dominari: qui uero inter meridiem & occidentē habitāt/ Venerē & Martē habere ꝓ deis/ quoniā subsint humide triplicitati/ cui præsit Mars cum Venere/ atꝙ Mercurio: in his defensor multa inepte garrit: referendum esse Veneris cultū inquiens ad honorē & potestatē/ qua præ alijs syderibus pollere eam credidere ueteres: Sed tamen aperte de cultu ipso & ueneratione Ptolemæus loquitur/ ut glossula quæ textū destruat opus non sit: rursus cur de aliorū planetarū cultu locutus est: cur intulit rationē/ut magis illic ꝙ aliubi/adorarentur nil hiscere hac de re ausus est Lucius/ quanꝙ fere semper blaterat nō nihil: & cum rebus nō potest/ uerbis agit negociū: tam & si parum fœliciter: ueluti cum phauorino philosopho succenset/ ꝙ in astrologos perorauerit/ & Phabarinum appellet alieno instituto / nec minus irascatur Gellio qui eius orationē in suis acticis noctibus rettulerit/ in cuius etiā uerba obloquitur / quē tamen Augustinus in nono de ciuitate dei libro virum appellat/ elegantissimi eloquij & multū facundæ scientiæ. Sed redeamus ad ea quæ de Astrologis dicebamus/ quorū utraꝙ sententia plane refellitur: Nam si magna aliqua cōiunctio causa est religionis cuiuspiam/ obolita vi coniunctionis/ & religio quoꝙ quæ illius scilicet effectus est debet aboleri: Nulla autem siderū coniunctio per tot annos durare etiā fingitur/ quot annis & idolorum cultus & Mosaici ritus/ & Christi religio perdurarūt: ille enim circiter annoꝝ quinꝙ milia: illi uero ter mille annis & eo plus/ & eius etiā obseruantia apud iudeos uisitur. A Christi uero natiuitate: Mille quingentos & tres numeramus annos: quare qui per has coniunctiones uoluerunt religionibus terminū ponere/ mendaces depræhensi sunt/ pari pacto confutatur/ opinio secunda/ cum illis prouintijs/ ꝗ iacent inter orientē & meridiē/ interꝙ meridiē & occidentē præsint eadem sydera quæ olim præsidebant/ nec tamen ut olim Venus ibi Saturnus/ Mars aut Mercurius coluntur: durant igitur mundi & regionū partitiones/ sub alijs atꝙ alijs triplicitatibus distribute / quoniā perpetuæ apud eos non temporarie sunt/ religiones tamen non durant: Vnde colligitur manifeste ab eis illas deriuari profluereꝙ nō posse: Cæterū si a uario syderū dominatu/ alia apud alias gentes sydera colebant/ quo sydere effectum est/ ut nulla temporibus nostris sydera ulla in regione colantur: De corporeis uero dispositionibus ꝙ fatue pronuncient astrologi/ hinc patet: ꝙ eas natalitia constellatio quibus innituntur efficere non potest. corporis enim habitus & figura puero inest/ priusꝙ maternū uterū egrediatur. Præcedūt igitur ista natiuitatē/ quare uel cōceptio potius/ uel hominis dispositio inspicienda esset: uerum cū semen tunc nō fiat spectanda potius ea constellatio qua semen factum est/ quam nec astrologi/ nec defensores perspicere possunt. de quibus alio loco disserendum. Nunc colligere sat est / cum nō fiant ab ea constellatione quā astrologus inspicit hoc est themate geniture. Ita nec prædici ex eius obseruatiōe ullo modo posse. Sed & illud obseruandū putasse summos astrologos: quæ ad corporis attinent tēperaturā/ in ꝓximas & cœlo inferiores causas esse referēda: unde & Haly depræcat̄ ueniā/ si in prædicēda dispositione corporis aberret.

¶ Cælum non poſſe ſignum eſſe rei illius cuius cauſa non ſit: diuina item miracula a cœlo nec fieri nec ſignificari. Caput Decimum

Vere autẽ qui opinarentur poſſe a ſyderibus ſignificari atq; portendi/ q̃ ab eis tamen minime fiant. Sed nec inſignes hoc aſtrologi crediderũt/ nec illis ullum præſtat patrociniũ ratio: corporeũ enim ſignũ nõ quod recentiores rememoratiuũ & demonſtratiuũ/ſed prognoſticum appellauere/ idq; natura non ex hominũ inſtituto rem quampiam indicet/ aut rei illius quã ſignificat cauſa eſt/aut effectus: aut tam ſignum quã id quod ſignatur/ ab eadem cauſa proueniũt: ſi autẽ quis adderet tanq̃ diuerſum/ ut ſit cauſæ neceſſario inſeperabiliterq; coniunctũ/ is plane aberraret: neq; enim connexio illa fieri alia ratiõe poſſet/ut uel cauſa illud ex ſe prius efficeret/ q̃ aliud aut id qđ cauſam ipſã ad agendum excitat/ & hoc quoq; ſimul excitaret: quod ſicut ad cõmunẽ cauſam utrunq; referri concedamus. Sed q̃ fallantur qui opinionẽ ipſam/ uel inuexerunt uel ſicuti ſunt/ manifeſtari copioſe poteſt. Illud enim teſtatiſſimũ (ut ſic dicã) compertiſſimumq; apud omnes habetur/cœlorum motus & diſpoſitiões nõ eſſe effectus rerum inferiorum/ ꝙ etiam cauſe non ſint ipſi fatentur: Reſtat ut ipſę diſpoſitiones/ & quod per eas putant ſignificari/ab eadẽ cauſa proueniant/ queẽadmodũ iris interdum ſerenitatẽ portendit/non quia eam efficiat/ſed quia iridis cauſa/ſerenitatis etiam cauſa eſt: Sed cœlo nulla eſt corporea cauſa ſuperior: quę cœli ſcilicet & inferiorum ſimul diſpoſitiones efficiat: Reliquitur igitur non ſignificari a cœlo quę ab eo non fiunt/ dedit manus rationibus iſtis nouus defenſor/ uerum ne nihil agere uideretur/ intermediũ ſignum adduxit in medium/ nec quid ſibi uellet ſatis potuit explicuiſſe/ ſimilitudinẽ thematũ cõceptionis & geniture curauit inuehere. At cum diſſimillime ſæpenumero ſint/ uentũ pugno concluſit: Sed ſint omni ex parte ſimiles/ cur eedem rationes non diſſoluuntur/ ſi dogma defenditis/ut ab una ſimul cauſa dependere/ & ſignum & quod eo ſignatur neceſſariũ eſt. At quiſpiam forte id referet in incorporalem cauſam mouentẽ cœlos/ At magnum hoc quicunq; ſit ille incommodũ non fugiet/ ea fieri a beatis mentibus/ut ante tetigimus/ quæ ab hominibus ſine flagitij culpa non fierent/ ut illum ad furta/ aliũ ad cędes/ alium ad libidinum probra perurgeat. Præterea ita ſtatuentibus/ philoſophia palã refragatur/ quæ fieri corporales res ab incorporalibus/ nulla corporea intercedente cauſa abhominatur. Rurſus ſi hoc illis cõcederetur gratis/ illud ipſi etiam inuiti concedãt nobis neceſſe eſt/ut diuerſa fata non ſint/ quæ. ſ. ab auctore ſuapte natura immobili ſuiq; ſemper ſimili proficiſcantur. Poſtremo cum effectus eiuſdem cauſæ: ut a Thoma in theologica ſumma probatum eſt/ ſeſe inuicem indicãt ab eodem principio: eodem etiam modo proueniunt/ cœli uero motus/ & rerum inferiorum diſpoſitiones/ non eodem modo a cauſis ſuperioribus manant: ſed ille immutabili ordine & neceſſario/ hæc uariabili ſerie/ & ut dicitur/ contingenter/ ꝑ natura ſcilicet rerum quæ mouentur & gubernantur/ quæ ſuperne ſunt minime mutantur/ ſed conſeruantur: alioquin naturam non cogerent ſed deſtruerent/ De Cometis & traiectionibus præſtaretur illis anſula/ utpote quæ ſydera ſcilicet habeant ſuperiora: de ſyderibus uero ipſis non præſtatur modo/ ſed prorſus adimitur: quare ſi cœlum non cauſam ſed ſiguum eſſe contendunt/ ſuã ignorare uocem conuincuntur: Adde/ ꝙ illud eos incommodum ſequitur/ ut fati neceſſitatẽ quã alioquin negant/ uel nolentes inducant: ſi enim cauſæ ſunt ſydera/ eorum poteſt actio impediri uel a materia/ uel alia particulari cauſa: Si uero ſigna: cum ex natura inſtituta ad ſignificandum ſint/ tam uera eorum ſignificatio erit/ q̃ uera natura. Adde/ ꝙ cum a deo condita & ad hoc inſtituta fuerint/ ut ipſi fatentur/ menti-

ri falliq; non poterũt. Euenient igitur ſemp̄ & neceſſario quæcunq; portendunt/
quod ipſe Ptolemæus & celeberrimus quiſq; aſtrologorũ nullo pacto recipit. De/
niq; ſi cœlũ faciẽdo nõ ſignificat/ſed quod non facit ſignificat tamẽ: Reſtat ut illud
quod aliæ faciũt cauſæ ſignificetur ab eo: aut igitur quod omnes/ aut quod aliquę
ſi hoc uolunt: reddatur ratio cur harum opera indicat illarũ non indicat. Si uero il/
lud contendant: ſequitur ſtatim nullas relinqui cauſas quarum actione id quod
demonſtrabatur poſſit mpediri quo minus eueniat. Si quidẽ iam recerap cauſarꝫ
omniũ actiones indicari/indicationẽ quoq; nõ falſam & uanã: ſed cettũm & ſtabi
lem/unde & neceſſario fient quæ ſignificabantur: quæ quidẽ res ſi admittatur nõ
modo ipſis repugnabit aſtrologis (ut diximus) ſed ipſi aſtrologię refragabit̃: pars
q; eius ea peribit: quæ eſt de electionibus. Subde ꝙ nec præuiſa mala cœleſtis fa/
uor poterit auertere/bonaq; indicata confirmare. Peribunt quoq; & quæſtiones
interrogationesve/ſiue ſigna ſint ſydera ſiue cauſæ quas equidem ut legitimas re/
cipiũt cum ab impetu animi/ ſeu poteſtatis imaginarie cœlitus mote proficiſcunt̃
ĩllegitimas uero cum a ratione conſilioq; dependẽt: quo etiam fit ut fati ab eis ne/
ceſſitas pellatur. Aiunt igitur cœlitus moueri uim noſtram imaginariã/inſtigariq;
ad ſciendæ rei alicuius deſideriũ: tumq; ſi aſtrologus conſulatur/ex ea cœli confi/
guratione quæ hora conſultationis apparet de re illa ſignificationem duci porten
diq; quam ſciſcitator noſſe cupiebat. Interrogemus igitur aſtrologos/ſigna ne tan
tum/an etiam cauſas inferiornm putent ſydera: quæ ſcilicet faciendo ſignificent:
Si primum reſpondeant illud ſequetur/ut noſtri deſiderij impetus ab illis non fiat.
Si ſecundũ: quomodo tuebuntur/ut ſi eis inferiora indicẽtur ſicuti effectus ex cau
ſa monſtrantur: poſſint quæ pridẽ facta ſunt: aut quæ nunq; fient ex ea conſtella/
tione quæ hora conſultationis apparet ueluti a propria cauſa dependere: quæ. n.
iam facta ſunt/& quæ nunq; fient cauſam habere nullam oportet: ut hinc exolue
re ſe nullo pacto queant defenſores multa alioquin funditantes. Rurſus quęnam
iſta conſideratio & conſecutio noſtri ſcilicet deſiderij ad rem ipſam q; ſcire concu
pimus: ſi dixerint cœleſtem uim: quæ rei illius cauſa eſt/animũ pariter noſtrũ mo/
uere atq; eius ipſius rei/quæ. ſ. fiat nos admonere: primo illud ſequitur tunc ſolum
moueri ſcilicet nos & admoneri cœlitus cum res ipſa fuerit. At cum præterierit/
cum poſt multa ſecula euentura ſit/cum etiã nunq; fiet quomodo efficax eſſe po/
terit interrogatio. Præterea ſpectanda erit cœli conſtitutio configuratioq; ea quæ
uidelicet apparet/cum nos interrogandi cupiditas inuadit: nõ autẽ ea qua percun
ctamur aſtrologum/ ſi ut aiunt eadem ſimiliſve conſtellatio eſt quæ & euentũ pa/
rit & animum pariter uellicat pellicitq; ad ſciſcitandum: & eo potiſſimũ cum hæc
ab illa uariari mille modis poteſt: ut ſi domus aſtrologi remotior ſit/ ſi in uillam
abierit/ſi præpeditus intereundum ſciſcitator fuerit: atq; id genus alia innumera.
Adde quod ſi Mars (ut inquiunt) in occidente fuerit reſpondere Aſtrologum ue/
ra non permittet/ quod quomodo cum dogmate ſtare poſſit/ conſiderent qui nu
giuendum hoc genus hominum probe nouerunt: cui nõ ſatis fuerat ad emũgen/
das pecunias de genituris hoĩm de annuis conuerſionibus ariolari/niſi & de qua/
cunq; re per cœleſtes conſtellationes reſpondere ſe poſſe pollicerentur. Sed utinã
& diuina miracula de ſuperioribus corporũ radijs nõ deducerent & totius etiam
orbis eluuionem ſtellis acceptam non referrent: ſed aut diſcere aut meminiſſe il/
los oportuiſſet nihil magis repugnare naturæ q; ut ipſa ſe deſtruat & eã ſibi uim/
& iniuriam inferat/ a qua proprijs non poſſit uiribus liberari uiuentibuſque om/
nibus perniciem & excidium moliatur: ꝙ ſi a cœlo naturali cauſa fieri hoc nec
debuit/ nec potuit/ non potuit etiam ſignificari/ ut ſupra monſtrauimus. Sane

ſi cætera quæ naturæ poteſtate non prætergrediunt̃ fieri ſignificarive a cœlo poſ-
ſent/diuinis tamen miraculis id ipſum nõ cõueniret: Siquidẽ ordo rerũ quas pro
naturali curſu deus inſtituit:ita concluſus eſt intra ſuos fines ſecretuſq; ab illis quę
diuina uoluntate præter naturã fiunt/ut ijs etiã ſublatis integer ille maneat nihilq;
in rerum natura deſit/nihil ſuperſit:cœlum autẽ & quæcunq; ab eo cõmuni curſu
dependẽt ex his rebus & eſt/& habetur quæ ſunt ſęcundũ naturã:ſignificatio igit̃
huiuſcemodi miraculorũ quã cœlo aſcribunt naturaliũ etiã rerũ numero cõpræ-
henditur:unde illud ſequitur abſurdũ/ut ſi deus naturã ſuis conditionibus relin-
quat:nihil ſup̱ eam efficiẽs/natura ipſa falſa & mendax inueniatur/ in qua etiã de-
us fruſtra aliquid inſtituerit.Reſtabunt eñ in cœlo notæ & inditia futurorũ mira
culorũ quæ ſupponebamus auferri: nã ſigna ipſa res ſcd'm naturã ſunt quæ abla
tis ſupernaturalibus nec auferri/nec aliqua ſibi debita perfectione priuari dicẽdũ
eſt.ꝙ ſi forte diceretur depẽdere hęc a cœlo quatenus in eis aliquid eſt naturale nõ
quatenus ſupra naturã ſunt/ut opinatur Alliacẽſis nihil utiq; diceretur/ſicuti & is
nihil diceret qui hoĩem ab conſtellatiõe aliqua fieri aſſeueraret/non tñ ab ea natu
ram fieri rationalẽ/nam ſi nõ facit conſtellatio in hoĩe quod eſt rationale/nõ eſt cur
hoĩem magis q̃ leonẽ facere cõtendatur. Si igitur ex miraculis qd' eis propriũ eſt
auferatur relictis quæ cum rebus innumerabilibus cõmunia illis ſunt.non eſt cur
ſingularis effectus cauſa tã ſtudioſe quærat̃ in cœlo/ꝙ ſi nec fieri poſſunt cœlitus
miracula/inde etiã nequeũt ſignificari (ut ſupra diximus) paucis itaq; colligemns
quæ a cœlo nõ fiunt diuina miracula(quid eñ magis inſanũ/q̃ id quod ſupra na-
turam eſt/uiribus naturæ factũ arbitrari:)Eedẽ quoq; nec ex ipſo cœlo poſſe por
tendi/præmonſtrãtur autẽ antecedẽtibus miraculis.Siquidẽ uniuerſale diluuium
Noe diuinitus inſpiratus mundo ſignificauit/tranſitũ rubri maris/ægyptiorũ ma
gis & aſtrologis teſtificata ſunt/ facta per diuinã uirgã a Moſe miracula. Ezechie
prorogatã uitã/retroceſſio Solis palã fœcit. Miraculũ corporati uerbi & uirginis
puerperij/cũ alia/tũ mentes diuinitus afflatę:tũ nouũ ſydus exortũ magiſq; p̱ſpe-
ctum indicauit:quod ne aſtrologis aliqua ex parte fauere ſuſpicemur/ edocet nos
euãgelica littera/nõ id eſſe/de ijs quæ ab initio creauit in cœlis. Et ecce inq̃t ſtella/
quã uiderãt in oriente antecedebat eos uſq; dũ ueniens ſtaret ſupra ubi erat puer:
Quod oẽs pene interpretes fatentur. Sileãt igitur aſtrologi/ & obmuteſcat Iulia-
nus Cæſar impius ille deſertor ſtellam eam ægyptiam blaterans nomine Aſaph/
uideriq; quadringenteſimo quoq; anno. Nuſq; enim hoc proditum antea/ nec
poſt annos. Mccccc.& tres/tot enim a ſalutifero Chriſti ortu p̃teriere uiſa eſt: ſuo
enim munere functa ab oculis mortalium prorſus euanuit/nec eius curſus cũ ſy-
deribus alijs cõueniebat.Facticia igitur illa/& tẽporalis/nõ naturalis atq; p̱petua
condita/ad id officij a creatore:p̱ quã ſignificari natũ regẽ iudeorum. Eo forte mo
do magi intellexerũt:q̊ & poſtea in ſomnis declinandũ herodẽ/ & alia q̃ uenerant
uia in patriã eſſe reuertendũ. Faceſcãt ergo magnæ quas ſomniãt coniunctiones/
quæ & falſę conuincũtur/experientia/& irrationales ratio demonſtrãt: quibus ta-
men diuinaculi prorſus inſaniẽtes / diuina miracula & prophetarũ aduentũ & le-
gum mutatões & noſtrã etiã religionẽ fideq; ſubijciũt.Albumaſar de noſtra/hoc
eſt chriſtiana lege/ita ſenſit:ut annos quos uocant Solis maximos/non excederet:
hoc eſt.Mccccl x.& iã.Mccccc.tertius euolutus eſt.Nec tñ uerius ſuã/hoc eſt/mao
methis legem emenſus eſt. Abraam iudeus Meſſiam eorũ promiſit anno Chriſti
Mcccclxiiij. ea ſcilicet ratione/ ꝙ tunc erat ea ſyderum poſitio reditura ſub qua
Moſes populũ duxit ex ægypto/& legẽ illis poſuit.Arnaldus hyſpanus ex aſtro-
logica uanitate alijſq; compluribus nobis Antichriſtum cõminabat̃/anno gratiæ

Mccclxv. Alliacensis ut iuniorum Astrologorũ & præsertim ætatis nostræ mendacia pretermittã: prædixisse inquit Astrologos dũ generale conciliũ Constantię celebrabatur/ nullam in ecclesia pacem futurã/ sed dissentiones & bella/ & tamen schisma illud/ quo nullum in ecclesia maius eo anno extinctum est. De ipsis uero coniunctinonibus/ quanta inter Astrologos dissidentia: Cum nondum constet apud eos/ quæ maxima/ quæ media/ quæ minor. Aliiq; ab hac: alii ab illis iubeant effectus expectari. Albumasar. Alchabitius/ & leopoldus magnã esse coniunctionem dicunt/ quæ post uiginti semper annos euenit: Iouis scilicet & Saturni: Maiorem cum ab una/ ut aiunt ipsi/ triplicitate ad aliam fit transitus/ post annos scilicet ducentos & quadraginta/ Mediam Saturni & Martis in Cancro quæ trigesimo quoq; anno perficitur. Maximã omniũ Iouis & Saturni in Ariete: quæ post nongentos & .lx. annos eueniat. Messalla ab iis dissentiens eam uocat maximã quæ sit trium superiorum planetarum Saturni Iouis & Martis proximã huic facit Iouis & Saturni coniunctionem. Tertiam Saturni & Martis. Quartam Iouis & Martis. Mitto q magnæ rerum inferiorum mutationes euenere sine magnis coniunctionibus: contraq; magnæ coniunctiones sine magnis euentis: Mitto q non plus planetæ possunt iuncti q̃ seperati/ cum diuersarum sint (ut ipsi uolunt) & pugnantium proprietatũ ac uirium ex qua mixtiõe refractioneq; minus aliquid/ nõ maius esset expectandũ. Adde q nec Paulus/ nec Ephestion/ nec Maternus/ nec Ptolemæus unq; de magnis euentis per maximas istas coniunctiones iudicarũt. Ptolemæus enim mutationes istiusmodi in Solis Lunæq; defectus rettulit: in has autem quas vulgus colit Astrologorũ uarias quidem mutationes acceptas referri debere non abnuit: maximas uero nequaq;: in quem errorẽ/ ob græce lingue imperitiam eius interpretes sectatoresq; inciderũt. Mitto q præcipui Astrologi medias hoc est fictas/ & imaginarias/ falsoq; supputatas/ nõ autẽ ueras coniunctiões sequuntur: nõ uero/ sed medio scilicet & ficto motu inuestigatas. finxerũt enĩ unicuiq; planetæ motũ uniformẽ: ut in æqualẽ eorum & uerum assequerentur. periodicum illum uocat Ptolemæus iuniores mediũ ex re/ scilicet quia eo quasi medio ad uerum inuestigandũ uterentur: sed falluntur longissimeq; aberrant. Nunq;. n. ibi est planeta ubi per medium motum esse deprænenditur: quia nec sic unq; ille mouetur/ & multorum per sæpe annorũ spacium intercedit inter ueras & medias coniunctiones ut ex tabulis apparet. Mitto alias super his eorũ insanias: mitto dissidia/ in quibus fere semp inueniunt/ nisi dum eos colligat & cõiungit insania.

¶ Incertam fallacemq; ostendi astrologiam & illius auctoritate principũ/ & ex incerto indepræhensoq; numero cœlorũ stellarũq; & ex aliis plerisq;. Caput. xi.

S Atis ut arbitror Astrologia cõfutata est physicis rationibus theologicis quoq; prostrata: & reiecta: necnõ auctoritate sacri eloquii/ tum & theologorũ atq; philosophorũ boni nominis: iure meritoq; explosa & detestata. Nunc ut ipsa se destruat danda opera est/ & adminicula præstanda/ ut suis ipsa se manibus uinciat suis quoq; rationibus quasi proprio ense trucidet. Huius autẽ insignis iudicii/ quasi apparitores illius principes & patroni: qui etiã si uoluerimus sententiã in eam dicẽt/ & discrepãtes qđ & supra innuimus pugnantesq; etiam in ipsis principiis artis opiniones/ ceu secures/ fascesq; præmittẽt. Ptolemæus igitur in libro Apotelesmatõ: postq̃ docuit prædicentis uitio Astrologorũ iudicia/ falsa mendatiaq; euadere: tũ subiũxit: disciplinã ipsam etiã si rite quispiam consequatur/ esse tamẽ necessariũ/ ut is q̃ sæpissime offendat/ tum ob ipsam

rei naturam/tum ex noſtra imbecillitate/ quæ ſub tante ſcilicet artis magnitudine
ſuccumbat: idꝗ multis & late comprobat/quod apud eum græce legi poteſt/non
quidem in tranſlatione cõmuni/aut Hali Auenrodam/ male adeo tranſlata ut Io-
anne Pico patruo tranſſerendi occaſionem præſtiterint. Idem Ptolemęus in libro
qui fructus / vulgo centiloquium dicitur: ſi fideliter recteꝗ audiatur aſſeuerat ab
aſtrologiæ conſulto particulares rerum formas pronunciari non poſſe/ ſoloſꝗ
afflatos numine/ particularia prædicere. Hebræorum quoꝗ & Arabum firmus
conſenſus eſt poſſe non euenire/quod ſtella promiſerit/ & ob materiæ contuma-
tiam / & ob humanũ arbitriũ / & ob uniuerſalis fati uim particularis fati promiſſa
fruſtrantis/& ob diuinã quoꝗ prouidentiã/ quæ.ſ.fato præpõderet / ut apud ple-
roſꝗ aſtrologorũ/tum maxime apud rabi Auenazra/inter initia libri de natiuita-
tibus uideri datur. Porphyrius inter philoſophos aſtrologię fautor p̄cipuus/ ſcri-
bit reſponſa oraculorum tum falſa depræhendi ſolere/ cum numina illa ex celeſti-
bus cauſis quas probe agnoſcũt ea ipſa prænũciabãt: Fallacẽ autẽ prænuntiatio-
nem eſſe quæ ex illis proficiſcitur: ꝙ ſi dæmones ipſi quos nihil rerũ cœleſtiũ latet
decipiebantur in prædicendo ex aſtrologicis obſeruationibus / cum nihil tamen
cuperẽt magis q̃ ut ex uera futurorũ prædictione titulum ſibi diuinitatis arroga
rent/quid de hoibus ſtatuendum ? quin & fatentur(ut diximus) arbitriũ hois alio
q̃ uergebat fatũ flectere & deriuare poſſe/ & materie fluxũ/ & mobilitatẽ fruſtra-
ri cœleſtium configurationũ pollicitationes & minas / tum & alio aliud impediri
fatũ & aboleri/ita ut ſerui fatũ ex domini fato dependeat/ut imperatoris conſtella-
tionẽ militis euenta ſequantur/ut egri fortuna ex medico deriuetur/contraꝗ medi
ci ex ęgro & id genus alia pleraꝗ. Iam uero quid profiteatur/putas ne ad liquidũ
ſciant? & id ex quo ſe uaticinari pollicentur exploratum ſatis compertũꝗ habeãt
De numero nanꝗ ſtellarum quam nam poſſunt afferre rationem? Stellarum inꝗ
non quæ uidentur ſolum/qui etiam incognitus atꝗ indeꝑhenſus hominibus/nu
mera(inquit deus Abraæ)ſtellas/ſi potes: ſed quæ in celo eſſe poſſunt/ad quas per
cipiendas nec ſenſus nec ratio poſſit attingere. putauit quippe Phauorinus philo
ſophus quod & Gellius meminit: planetaſ(quos Nigidius errones appellauit)plu
res eſſe poſſe q̃ exiſtimantur/ & pari cum illis quos cernimus poteſtate/ qui nihi-
lominus/uel ob nimiã altitudinem/uel fulguris exuberantiã incogniti lateãt. Ad-
de ſi quemadmodũ Alpetragius decernit / adhuc in cœlo motus eſt / qui neſcitur
poſſe & corpus quoꝗ ibi eſſe/ cuius potiſſimũ motus ille proprius & peculiaris
ſit/quæ res utiꝗ multifariã confirmatur/ex uarijs motibus a iunioribus mathema
ticis excogitatis/quos putant ueteres latuiſſe. de ſitu item & ordine planetarũ in-
terſe qui cõſenſus? quod certũ dogma? qui ægyptios ſequi uellent/Solẽ ſupra Lu
nam/ nullo intermedio locarent. Idem facerent Platonis Ariſtoteliſꝗ ſectatores:
nãꝗ hic in libro de cœlo: Ille in Timeo Lunã Soli proximã conſtituit/Ptolemæus
chaldei & recentiorũ turba mediũ inter planetas locum ſibi aptant: putantes eam
ſedem illi utiꝗ regi conuenire: Ieber & Theon in Ptolemæo exponendo diuerſe
ſentiũt & illis ipſis aduerſe Solem ſcilicet Lunę propinquum eſſe contendentes.
Andreas ſummarius Saturnũ/ Iouem/Martẽ/ſuperiores quidẽ eſſe alijs aſſeuerat:
quo autem ordine/nec notum eſſe nec ſciri poſſe / Moſes ægyptius ſitũ ordinẽꝗ
planetarum triũꝗ illorum præcipueꝗ qui ſupra Lunam collocantur / incertum
eſſe affirmat. De ſphęris uero ſupra Planetas quãta ambiguitas/quæ incertitudo?
Alij octauum orbem in quo fixarum ſtellarũ multitudo coruſcat ultimũ ſtatuũt.
Alij nonum/qui ſcilicet inuiſibilis ſit extimũ faciũt/ octauũꝗ ambire contendunt/
Alij etiam decimum ſupponunt. Ab ægyptijs & chaldæis prima eſt opinio intro-

ducta:quã Plato & Aristoteles postea tenuerunt:Necnon & Hipparchus & Ptolemeus.Indeq; & hebreus Leo/& Platonicus Proclus eandem tutati sunt.Secundam opinionem iuniorum plurimi amplectuntur/quã scilicet auctorauit Alphõsus qui planetarum loca ad spheram nonam primus omniũ supputauit: hic etiã ultimam credidit:ita & Leopoldus & Messalla & Campanus qui eandem quãq; falso:sicuti eam secutus Albertus:referunt ad Ptolemeum/apud quẽ & nona ipsa nedum decima sphera nulla est:ut tam ex secundo magne eius compositionis libro:q; ex primo apotelesmaton datur intelligi:ex quibus locis suum ipsi traxerũt errorem.Quod enim & mobilibus signis/hoc est imaginibus octaue sphere utatur Ptolemæus & immobilibus etiam/ad quæ scilicet loca referat planetarũ/ probat supra octauam speram se nihil excogitasse: Immobilia enim illa signa quattuor pũcta uocat tropicorũ scilicet & utriusq; equinoctij/ quæ stata immotaq; sunt/ & in ipso octauo/non autem nono orbe descripta:sic enim ille in secundo magnæ compositionis libro inquit. Abutemur autẽ signorũ nominibus in ipsis obliqui circuli partibus & quasi eorũ initia a tropicis æquinoctialibusq; pũctis capiãt: sic dodecatemorica / hoc est.xij.partẽ q̃ a uerno æquinoctio est/ ad totius sphære sequentia Arietẽ uocabimus.Secundã Taurũ & deinceps secundũ traditũ a nobis signorũ.xij.ordinẽ/& in primo apotelesmatõ partes zodiaci ad quas planetæ referuntur solstitijs & æquinoctijs terminari docet: quæ uero ex sentẽtia Ptolemæi Io.Saxoniensis/ de gradibus lucidis & tenebrosis introducit nõ Ptolemei/sed Hali expositoris uerba sunt adeo tenebrose hallucinatus est.Putarũt præterea iuniores mathematici tã eum q̃ Hipparcũ qui.s.sphærã octauã ab occidente in orientẽ moueri cõpertũ habuissent/ necessario nonã introduxisse/ qm̃ duo motus ad partes maxime oppositas eidẽ corpori inesse per se nõ possunt/quare cũ sit depræhẽsum octauã fixarũ stellarũ spherã ab occasu in ortũ moueri/rursusq; ea sphæra cũ ab oriente in occasum vna cũ reliquis uoluatur diurno motu putarunt necessario cõfici/ut prior ille motus q multis annorũ milibus una restitutione cõpletur:naturam propriã sphære stellarũ consequetur: aliũ uero qui diei unius cõsumatur spatio sicuti planetis ita & octauæ sphære ab alio atq; ideo supiori globo cõmunicari oĩa secũ astra/ab ortu in occasum pertrahẽte/quæ ꝓprijs eorũ motibus ab occasu in ortũ alioquin ferretur.Resistitur autẽ multifariã ab eis q octaua sphæra contenti sunt.Negãt alij moueri octauæ sphere stellas ab oriente in occidentẽ/alij motum diurnũ ætheris esse contendunt/unũq; eum esse/nec in sphæras diuisum:sed ꝑpetuũ:Stellas autẽ tã fixas q̃ errantes ꝓprijs motibus ab occasu in ortũ ferri/leo hebreus inferiori cuidã sphere nõ supiori eum motũ acceptũ refert:alij totũ cœlũ quasi aĩal quoddã ex oĩbus sphæris ueluti mẽbris constituẽtes/alium esse motũ dicunt q toti aliũ qui partibus cõicatur:Eum igitur quẽ diurnũ appellamus/cũ sit cõmunis alijs sphæris nõ octauæ magis/aut alterius cuiusq; esse q̃ cæterarũ/sed cœlestis uniuersitatis/a motore quodã cõmuni & uniuersali: alios uero motus ꝓprios diuersosq; motores esse referendos/nec sequi eiusdẽ sphære duos esse proprios motus/cũ alter ex cõmuni/cum reliquis cœli partibus alter ex ꝓpria natura nõ ab eodẽ motore tribuat̃:q; si efficax & potẽs ea esset ratio qua nonus orbis asseritur/eadẽ utiq; & decimus introduceretur/statuereturq;/ qm̃ si uni sphere unus dũtaxat motus tribuẽdus est/ideoq; ex duobus motibus in octaua deprehensis nona est introducta:eadẽ quoq; cõiectura q triplicẽ dephenderunt motũ decimã introduxerũt:ex hac autẽ tã multiplici tanq; uaria de numero sphærarũ dissensio ne incerta oĩno redditur astrologia:Nã si supra octauã duæ aliæ ponunt̃ falsa est oĩs ueterũ Astrologia/qui.s.impfectis obseruatiõibus nixi cœli partes ignorarũt/

primas easdeq́ potētissimas & nobilissimas/ tū loci sublimitate/tū molis uastitate/
tū motus rapiditate. Si rursus sphæra nulla præter octauā/nulla etiā iuniorū astro
logia/quæ. xij. signa in nono orbe describit. Nec quicq́ opis affert Lucij defensio
contendētis/non sequi falsam eorū astrologiā fuisse: q octauā sphærā extimā cre-
diderūt. Nam tā & si inquit effectus putassent ab octaua pēdere q a nona ꝓdibāt
& hac in parte deciperētur: ueri tñ erant/quia. s. illi ipsi effectus cernebant̄: quoniā
& si puncti diuersi essent a q̄bus uirtus manaret/esse tñ eos in eadē linea rem adeo
rudem/ut pene pudeat refellere/exēplo contentus ero/ex arte Lucij desumpto: nā
& medicinā se ꝓfiteri affirmabat/ uere ne quæso quisq́ medicū se ꝓfiteri auderet/
medicisq́ iure prognosticis utentē/q aliquo signo ꝑmotus ægrū moriturū iudica
ret. Signū aūt illud minime mortale esset suapte natura/moreretur tñ ęger/uerū ne
inq́ haberi debere eū putaremus/q in rei euentū imprudenter incidisset falsa du-
ctus cōiectura: quin falsum eū potius quicūq́ saperent & temerariū cōiectorē as-
sererēt: Adde & illud falso probatū: puncta illa sphærarꝝ diuersarꝝ in eadē linea re
periri: uariāt em̄ nec semꝑ quadrant/ut hinc etiā alia respōsio confutet̄/ qua satage
bat tueri/uerā esse recentiorē Astrologia nona sphæra nō introducta: nā signa q̄
in illa describūtur nō consentiūt signis octauæ/ qn & differūt/ut defensores ipsi fa-
tentur. Cæterū siue nona sit sphæra siue nō sit/nihil minus uniuersa nostræ tēpesta
statis Astrologia labat & corruit/Nanq́ si cœlestes afflatus ab oībus cœli parti-
bus proueniūt/illud sequitur/ut nihil oīno prędicere legittime possint/qui. s. orbes
quibus deferūtur planetæ & partes minime stellatas nō obseruāt/ nec aliq̄d eis ui-
riū & efficaciæ inesse putāt in ꝑmutandis inferioribus. Si uero a syderibus solū cō
spicui luminis radio refulgētibus/potestas inferiora mutandi deorsum fluit: cōce-
dere & illud eos oportet uel inuitos: vñ & ꝓpriū quoq́ dogma discerpunt/ nullos
uidelicet none sphære defluxus huc peruenire/quę uel nulla/uel inuisibili luce ꝑ-
dita sit: quare aut sphæra oīs obseruāda qđ minime fit ab eis/aut nona illa (etiā si sit
aliqua) cōtemnenda/qđ putauit Bonatus affirmās nihil quod supra octauā sit ad
Astrologū pertinere: Defendit Lucius nulla tñ ratione / sed arbitrio partibus pri-
mi mobilis uirtutē actiuā inesse tñ/quasi suæ oblitus opinionis asserit primū mo-
bile iure esse debere ueluti potentiā quandā & materiā a planetis cæterisq́ stellis
(ut ille ait) actuatā. Sed & illud huc insigne delyriū accedit / ꝙ & in sphæra ipsa no-
na duo decim octauæ sphære signa describūt/quibus eandē inesse uim putāt/quæ
in signis octauæ cometi sunt: rudes adeo & tardi ut nō perspexerint diuersarum
sphærarū eandē naturā esse nō posse: ita hac quasi impostura fallere alios putarūt
rudiores/ut consortio. s. nominū excogitato / consors quoq́ natura cōsurgeret. Si
em̄ eorū & motus & lucis qualitas pensetur q̄bus in primis cœlestia distinguūtur
nō minor erit inter octauā & nonā (si quidē illa sit) diuersitas q̄ inter Iouē atq́ Sa-
turnum/ ꝙ si partiū eiusdē sphære atq́ etiā minutiarū diuersissimā dicūt efficatiā/
qui fieri poterit/ut diuersarū sphęrarū eadē sit/& si eadē a sphæris duabus natura/
nonne alterā frustra conditā putabimus. Demū cum nec motu / nec luce/ nec situ/
nec mole cōueniāt/quæ illis præterea cōmunio naturę/aut erit/aut iure poterit exi
stimari: At qui de ipso nō modo planetarū omniū/sed Solis motu q̄ diuersa q̄ pu
gnantia. Antiquiores Hipparcho Solis restitutionē qua conficitur annus tercētis
quinquaginta diebus/plus quarta parte unius diei cōstare dixerūt. Alij quadrā-
tem. i. quartā tantū partē supaddi uoluerūt: Hipparchus minus quarta parte adij-
ciēdū putauit. Ptole. tercētesimā esse illā diei partē asseruit. Albategnus deficere a
q̄rta parte uoluit/p cētesimā & sextā diei partē. Thebit annū cōstare dixit. ccclxv.
diebus hor̄. vi. M. ix. gra. xij. Philolaus naturalē annū ex diebus. ccclxiiij. & dimi-

B. def Lucius Bellantius (Senensis)

diato cõfecit. Aphrodius supputatiõi addidit. addidit Harpalus. addidit Ennius/
plus ille: isti minus adeo ut pleriqꝫ in cõprehẽsibilẽ & inumerabilẽ existimauerint
se aũt arbitrabantur/ uero proxime accedere/ si eũ diebus. ccc. & . lxv. terminarent
a qua opinione nõ multũ Augustinus abhorruit sup Genesim putans totidẽ an-
num diebus constare addito quadrãte. Si igitur uacillat ratio inter tot celebres au-
ctores de anno nõ iam ciuili aut magno de quo tam uaria uarie gentes prodide-
runt. Sed de naturali qui solsticialis & uertẽs dictus est quo obliqui circuli partes
percẽsentur. Si inqꝫ hoc de anno solariqꝫ itinere tanta dissensio. Quis honorarius
arbiter litẽ dirimat: quove lapide lydio uera a falsis discernetur opinio: ut iam mi-
nus irridẽdi Arcades qui olim ex tribus mensibus annũ colligebãt. minori Acar-
nanes laborẽt inscitia/ quorũ sex mensibus annus conficiebatur. minime oĩno reli-
quæ græcie pene cõsensus damnetur/ qui tercentis. liiij. diebus annuũ spaciũ colli-
gebant & in participatũ quoqꝫ defensionis si uera illa & ægyptus & latiũ posset ad
mitti. Sed & alij ut Ptolemæus. & Alphonsus oẽs annos æquales putant. Alij ut
Açarchel/ Baten/ & Isaac israelita inæquales hac ratione/ ꝙ uolunt octauã sphærã
nõ ab occasum semper ad ortũ/ sed ecõtra quãdoqꝫ ferri: alij alia. De distãtia uero
Mercurij a Sole ꝙ uaria ꝓferũtur/ uiginti & duabus partibus Sosigenes abesse ꝓ-
dit: Theõ Paulus/ Heliodorus/ Porphyrius. xxiij. Ptole. xxviij. Ex hac aũt incerti
tudine & opinione uaria quã quisqꝫ experimẽtis (unde oĩs ruit experientia) cõpro
batã dicit uniuersa labefactat Astrologia/ quã si labatur uno gradu cadere totã cõ
spicitur/ uel hac ratione ꝙ mutata signi parte qua sydus reperitur/ & fines sæpe ꝑ-
mutant: & ut cętera omittã fieri facillime potest/ ut error unius partis a signo trãsfe
rat ad signũ/ tũ & a fœlice ad infœlicẽ/ a mascula ad fœmineã a lucida ad tenebro-
sam/ a puteo ad altitudinẽ: de inerrãtiũ uero motu Hipparchus dissentiẽs ab ægy-
ptijs & chaldęis uno contentis/ duos orbi in quo sunt fixæ motus attribuit. Sũt ex
iunioribus (inter quos proclus) qui ueterũ sententiã tueãtur: Archaçel maurus cũ
processerit certũ spaciũ regredi ab oriẽte uersus occidentẽ putat. Thebit australẽ
& Borealẽ motũ introducit: Alij alia: Cęterũ & imagines a signis differre & utraqꝫ
uana esse cõmenta/ deinceps explicandum. Primũ ex Ptolemæo in apotelesma-
tis recte percepto/ intelligi cõmode potest: & signa quidẽ ab imaginibus differunt
siue eas in octaua cũ signis ipsis/ siue in nona describãtur. Primo quia ĩmota signa
sunt æquinoctijs & solstitijs intercepta. Mobiles autẽ imagines cõstituũtur: dein
imagines ipsæ inæqualẽ habẽt magnitudinẽ. Signa uero ęqualia sunt quorũ unũ
quodqꝫ triginta cõtinet partes. Sed rogo: in sphęra illa signorũ duodecim ibi esse
naturas distinctas uiribus & proprietatibus/ atqꝫ his neqꝫ plures neqꝫ pautiores/
quæ ratio hoc persuasit: quis indicauit sensus: nimis certe ꝙ absurdũ est hoc puta
re/ unde & Auenaçra in libro rationum Astrologicarũ ueritate coactus/ de signis
prodit aliqua ex arbitrio dici inter quæ diuisiõis zodiaci meminit: nec aliud affert
cur eum in partes tercentas & sexaginta fecẽt/ nisi ꝙ numerus ille sit diuisionibus
accõmodatior. Idem Auenrodã fatetur: affirmatqꝫ nõ ob aliud diuisum fuisse illũ
circulũ in partes. xij. quæ signa uocantur quorũ postea unum quodqꝫ in triginta
partes quæ uocãtur gradus/ & partẽ quãlibet trigesimã in sexaginta minutias/ ni-
si quia numeri idonei magis diuisionibus forẽt: quæ igitur tarditas quæ somnolẽ
tia: Imaginarijs illis partibus & sectionibus circuli ad dimetiẽdos astrorũ motus
humano inuẽtu excogitatis/ uariã diuersamqꝫ indere naturã uoluisse: hanc uiam
chaldæi quanqꝫ Astrologiæ fautores declinauere/ solis imaginibus in ꝓdictioni-
bus suis usi/ & ipse Auenrodã/ tum a Ptolemæo tũ ab ægyptijs & ab astrologorũ
turba hac in parte dissentit: putans signa solas esse mãsiões & hospicia/ quæ nihil

agant per ſe: ſed quæ illis inſunt fixæ ſtellæ/uel ſol illa peragrãs ea ipſa operari: vn-
de & uanum quoqꝫ commentũ iſtud atqꝫ inconſtans/ hoſpitio tribuere quod ho-
ſpitis eſt & peregrini. At quæſo de imaginibus nõne copioſius delirant/ putantes
conſtitutionem ipſam imaginum ex ſyderibus/quæ nec uera nec naturalis eſt/ſed
pro libidine fabricantiũ conflata/propriã quandã & peculiarẽ uim in rerum natu
ra ſortitam eſſe: qui enim fieri poteſt ut in unam coeant proprietatẽ ſtellæ/ & na-
tura diſtinctæ & ĩmenſa magnorũ ſpaciorum uaſtitate ſeiunctæ: de figura uero
nihil eſt/quod afferãt cum totæ illæ(ut diximus) arbitrariæ ſint imagines & linea-
mẽta ab hominibus excogitata/quod & Auenaçra in ſecunda æditionæ de aſtro
logicis rationibus fatetur / illud afferens cœlũ eſſe ſphæricũ / quo fieri ut hoc loco
potius ꝙ alio exordiũ alicuius rei cõſtituere non poſſis: Indeqꝫ ꝑ oculorũ arbitrio
alias alijs ſtellis coniungi: atqꝫ ita fieri diuerſas imagines / & uulturẽ cadentẽ uo-
caſſe Ptolemæũ lyrã. Sed & illud conſiderandũ quod lynceis aſtrologis duode-
cim uiſe imagines ſunt Chaldeorũ autẽ oculis forte noctuinis/ Vndecim dũtaxat:
Quippe ꝗ duas libræ uidelicet & ſcorpionis imagines in unã cõflauerũt. Albu-
maſar ꝗ ſtulta frętus audacia aſtrologoꝝ dogmatũ rationes reddere pollicitus eſt
ſolã arati deſcriptionẽ de imaginibus ꝓ ratiõe ꝓtulit/Arati inqꝫ fabuloſiſſimi/& ꝗ
aſtrologica(ut ait Cicero)ſcripſit/aſtrologiæ penitus ignarus/ ſed quas rogo ima-
gines finxere in cœlo diuinaculi: eas dubio ꝓcul/quas aut ſapiẽs antiſtes in tẽplo
aut in regia prudẽs imperator effingi deliniariqꝫ nõ ſineret/inter quę capita abſciſ
ſa tabo ſanieqꝫ diffluentia/& religatã ad ſuppliciũ virginẽ/ & Hydrã & Cẽtaurũ/
& mõſtra quæ ꝓduci natura ipſa nõ patit̃. Adde ꝙ Aboaſar & Aponẽſis & Mi-
chael ſcotus & alij/cũ Arabes/ tũ Latini aſtrologi putãt in uno quoqꝫ decano ſiue
facie cuiuſlibet ſigni imagines eſſe quaſdã/ueꝝ inuiſibiles: ſuꝑ ꝗbus etiã nõ cõſen
tiũt/cũ hæc in hoc decano/alius in eodẽ/alius diuerſa ineſſe ꝓnunciet/ ut ꝗ eorũ le-
git libros nec aduertit errores male operã perdidiſſe a bonis iuditijs exiſtimet̃.

¶Incertam & fallacem eſſe aſtrologiã/tum ex diſcordia auctorũ & cum uerita
te & inter ſe in ipſis principijs ꝓfeſſionis/tũ ex alijs pluribus. Caput. xij.

i Am uero quãta in uniuerſũ diuerſitas inter auctores aſtrologiæ/ q̃ bel-
la quæ cõtrouerſiæ: quæ altercationes: quæ demũ in recipiendis ſtatuẽ
diſqꝫ principijs pugnãtes cõtradictoriæqꝫ ſnĩæ: negligit hoc defenſor/
ut qui defendẽdi nõ ſuperſit locus/cũ em̃ fundamẽta uacillãt nutat ędi-
ficiũ & ruit: artes aliæ certa ſibi ſtatuunt principia ꝗbus oĩno caret aſtrologia: quo
fit ut diuinatio illa/quã ꝓfitentur aſtrologi nõ poſſit(ut Plautus ait) ellebori iugere
obtinerier. Nam ut mittã de ſphærarũ numero cõtrouerſa incertaqꝫ dogmata: &
ut de ſtellis tã erraticis ꝙ fixis uarias qď ſuperiore tetigimus capite ſententias prę
teream quibus ambiguitatibus nil ueri poteſt accedere genethliacæ uanitati: ꝗd
in eis reperias ſolidũ/quid firmũ: ꝗ cateruatim .ſ. bellãt & alterne fugant̃ & ſingu-
lari quoqꝫ certaminę uiciſſim confodiunt̃ & corruunt: ueteres aſtrologi nõ cõue
niunt. Indi a Chaldeis: a Chaldæis ægyptij diſſentiunt/hijqꝫ interſe & ab ijs oĩbus
ꝑſe. Ptolemęus ęgyptiorũ aſtrologiã/ ut ex apoteleſmatis patet/ubiqꝫ taxat & cõ-
uellit/Nec nõ græci aſtrologi inter ſe diſcordes: a Ptolemæo Dorotheus euariat/
alia Paulus/alia Epheſtion ſentit. Arabeſqꝫ item altercantur inter ſe. Nanqꝫ Albu
maſar Ptolemæũ reijcit/nilqꝫ in eius libris legi aſſeuerat quod uel rationi uel expe
rientiæ ſit conſentaneũ/cõtra Auenrodã nullũ ait in aſtrologia cum ratione locu-
tum fuiſſe/pręter Ptolemæũ. Hebræi quoqꝫ & eorum primus Auenaçra diſſentit

a Ptolemæo/& Albumaſarē etiã impugnat/totũq; eius librũ qui de magnis con⸗
iunctionibus dicit̃/abijcit atq; repudiat/atq; ut de multis quępiã enarremus:quã⸗
ta in domibus cõtrouerſia atq; diſſenſio/ ad quas uere oēm aſtrologi de futuris ſi
gnificationē referũt:quæ quanq; nullo fundamēto cõditæ ſunt/nullo etiã conſen⸗
ſu firmate reperiuntur/Eiſdē em̃ domibus ſeu locis diuerſas diuerſi ꝓprietates ad
ſcribunt:Arabes & Latini/a ſexto loco:ſeu mauis domo ſeruorũ qualitatē indica
ri contendũt:Egyptij & Ptolemæus ab eo ꝙ aduerſus ſexto/hoc eſt duodecimo:
Idē Ptole.nõ tã a ſexto q̃ a ſeptimo:& primo ualitudinē aduerſam quærit/ ſiue illa
morbus ſeu uitiũ fuerit/cõtra vulgus aſtrologorũ a ſexto ſignificationē huiuſmo
di omnē petũt: qui cuiq; futuri ſunt filij.Arabes & Latini de quinto loco ꝓnũciãt.
Ptolemæus a decimo & undecimo/Idē ſi cuiq; uita nihil ꝓtendit̃/q̄nto pariter utit̃
& quarto: qđ & Paulus Alexãdrinus obſeruat.Mallius ab oriēte natorũ fortunã
& parentũ uota auſpicat̃/a decimo Porphyrius ſignificari filios dicit.parentũ for⸗
tunã de nullo loco accipit Ptolemæus.Arabes a quarto/ Heliodorus etiã a ſexto:
Alij ut Abenragel refert a nona etiã petũt domo.Secũdus locus Alexãdrino ſubi
tas ſpes indicat/Iuniorihus uero diuitias. Quæ a tertio loco ut Heliodoro placuit
portendũtur has Ptolemæus ab ulla nõ p̄dixit domo: Cõiugiũ ab occidēte pēde
re pene omnes conſentiũt:Heliodorus etiã a medio cęlo:Ptolemæus utrũq; negli
git:peregrinatiões a tertia & nona domo dijudicãt/ Heliodorus etiam a ſeptima/
quas pariter Ptolemæus contemnit.Parentes a quarta deriuari domo putauit He
liodorus.Maternus a decima/a neutra Ptolemęus.Amicos in undecima ſtatuunt/
in tertia Heliodorus/quibus Ptolemæus non conuenit.Religiones fere omnes a
nona deducunt/Mallius a ſeptima qui primus apud Latinos in huiuſmodi fabu⸗
lamentis ueterum aſtrologorum aſſecla de duodecim locis diuerſiſſima ab omni
quæ nunc refertur opinione ſuis carminibus pronũciauit.Has etiã domos uarijs
planetis locant/ quos putant ĩmutari/ pro ſigni ſeu domus condictione q̃ quiſq;
planeta peragrauerit.Domus em̃ ipſas duodecim & altitudines planetarum non
penes imagines / ſed penes iſta ſigna conſtituunt/ quæ ſuperiori capite ad ſuppu
tandi facilitatē excogitata deduximus:hinc forte Chaldæi qui ſignis nõ utebãtur
nullas etiam fecerũt domos planetarum:neq;.n.apud eos Leo Solis domiciliũ aut
Lunæ Cancer/aut Libra & Taurus Veneris aut Sagittarius & Piſces Iouis. Alti⸗
tudines ipſi ſyderum obſeruant/non ad ſigna/ ſed ad imagines relatas : nihil em̃
apud eos in Capricorno Saturnus & in Aquario ius habet/ ſed in Libra & Scor⸗
pio/nam hæc ſigna quanq; duo/una tñ(ut diximus apud Chaldæos)imago indi
catur: alioquin Ptolemæus & alij ſi domos referant ad imagines / ratio non qua⸗
drabit:nanq; Mars cum ſtellis imaginem Tauri cōſtituentibus plurimũ conue⸗
nit/qui tamen in Tauro deijci dicitur. At forte in reliquis cõcordia inter eos atq;
conuentio/de finibus nulla eſt:ſed & decanos negligit Ptolemæus: quas aliter In⸗
di/aliter ægyptij partiuntur:arabes monomerias ignorãt/irrident græci/ ægyptij/
in omni prædictione utũtur.De aſpectibus/hoc eſt radiationibus ſyderũ/inter ſe
q̃ abſurda/quanq; a ueritate ſummota profantur / ut cum in efficacem prorſus &
nullam radiationem contendant aliquando/quæ in proxima diffundatur corpo
ra/efficacem quæ in remotiſſima/ quorũ rationē & ueteres & Maternus innume⸗
ros/friuole nimis.& ridicule rettulerũt . Ptolemæus uero in Geometricas figuras/
quaſi ab his diuerſe in rebus naturalibus poſſint effluere proprietates:aliam attu⸗
lit naturalem cauſam de ſignis generis eiuſdē:maſculis ſcilicet aut fœmineis / quæ
mihi nunc irridenda uidetur: quanq; a patruo multipliciter cõfutata/ſicut & aliã
Aboaſaris de luminis plenitudine & iuniorum aliam de muſicis conſonãtijs:Mit⸗

to friuolas eorum rationes de planetarum ob id quod Solis subdūtur radijs combustione/quos male affectos & inefficaces dicunt / ac ueluti terrena tractant/ quæ pro uario.s.materiæ uitio & dispositione/uarie afficiuntur a Sole quasiq; solare lumen beneficū non sit; quid ? quod & his non omnino consentiunt/ siquidem quo magis proximi Soli fuerint planete partiliterq; & in eisdem penitus minutijs/ eo uolunt efficatiores eos reddi/ sed & minime Solem nocere prædicant planetæ in Ariete atq; Leone radijs occupato sydere/quibus tamē in locis potentissimum Solem decernunt; Verū planetæ alio quasi hospiti iniuriā eum nō afferre. Quandoquidem Solis domus Leo sit; Aries altitudo & hoc quidē commentū plane irridendū quasi humano more cœlestia tranctentur/quasiq; sol arbitrio quodā/ non autē naturali necessitate lucē & calorē extra se fundat. De Luna uero silente: hoc est cōiuncta Soli & minime lucescēte/quā tū combustā appellāt alia ratio / q̃m eo tp̄e spoliatur lumine ex ea parte qua nos respicit Soli.s.copulata reliquis planetis luce ꝓpria nitentibus idem nō accidit. De capite uero draconis & cauda quid cū ueritate/quid cum seipsis/& inter se pugnāt; neq; enim aliud illa sunt q̃ intersectiones duorum circulorū/q̃ mera puncta/q̃ nexus duarū linearū conceptarū mēte & a mathematicis introductarū/ ut ecliptica loca discernāt/ & nihilominus illis perinde ab Astrologorū turba tributū est/ac si uirtus eis ulla / qualitasve aut naturalis inesset efficatia. Abraā Auenaçra dissentiēs a turba quæ caput in geminis/in Sagittario caudam exaltari dixit/negauit libro primo rationum astrologicarū bonum ea aut malum significare/ cum duorum dūtaxat circulorū sint counexiones Ptolemæus illis in prædicēdo non utitur/ Apud Maternū astrologorū uetustiorū sectatorē nulla capitis caudeq; mentio/ꝙ si aliquādo eorū antiq meminerūt astrologi nō aliter q̃ de loco quodā & positu intellexerūt/ in quo planetæ p̄stare aliq̃d aut auferre possint/ꝓpterea illis uterq; locus infœlix uisus ꝓpter eclipticā q̃d Heliodoro placuit in tractatu de filijs/recentioribus ex aduerso pronunciantibus/& plures promittentibus filios/si caput in loco filiorū fuerit ea ductis cōiectura/ꝙ in capite propinquiores nobis planetę efficatiores euadūt. Illud quoq; inter se super hac re insigniter dissentiunt/ tū nexā copulāq; totius quasi fœlitatis caput ꝓnūciēt alibi tamē cū bonis bonū/cū malis malū decernūt; Augeriq; ip̄m quicq̃d inueniat alibi de eo quasi de malo loquuntur / ut licet apud Alchabitiū uidere / qui & inter infortunia planetarū hoc quoq; cōmemorat/si cum suis capitibus reperiantur q̃d habere cum sua cauda quęlibet planetā præiudicatū est/ quæ apud Arabes Gençauar appellātur; aut etiā si cum capite caudaq; draconis quæ Lunæ ꝓpria est cognominatio reperta fuerint. Idem in libro de natiuitatibus applicantē capiti Lunam climatericā facit locis.s.uitæ principalibus: caput istud & caudā adnumerās Heliodorus qui supra cum infortunalibus (ut sic dicatur) ea stellis associat / in tractatu declimatere; Nihilominus soli Lunæ/Horoscopo/partiq; fortunæ ea cōnumerat. Quid facies/terminos/dodecatemoria/ monomeria cōmemorem ? quæ & nihili constāt/ & sup̄ his auctores dissentiunt acerrime/& ipsius Ptolemęi testimonio/nullam habent physicam rationē/sed uanam prorsus ostentationem. De suis item triplicitatibus quæ nulla sunt/ eorumq; dominis non minor pugna/ nam ut omittam cætera/ægyptij duos tantū trigonocratores / quos illi dicunt triplicitatū dominos cōstituunt; Reliqui tres & hi etiam inter se dissident. Nam in primo quidem triangulo/Albumasar / Alchabitius & Latini Saturnū dominari contendūt/ Ptolemęus Martē/qui secundo Saturnū præficit. Arabes uero & Latini fere omnes Martem/quem in quarto dominum locat Ptolemęus/alij alia. At quæso quid hærent/quid dissident super fatali hora? quid in hominum genituris inuestigādis

diiudicandisq; hallucinantur: Quid inaniter discorditerq; blaterãt in auspicandis
omnibus rerũ initijs: Sane earũ rerũ/ quæ tpe non momento absoluunt ambiguã
esse fatalẽ horã necessariũ est/ de qua nihilominus/ ut de stato & in cõtrouerso do-
gmate diuinaculi sniam ferunt: Accipi siquidẽ pro fatali tpe potest id quo opifex
rem ipsam facere aggredit/ quancũq; demũ causam efficientẽ sortiat: id quoq; cũ
res pficitur & consumat. Sed & illud etiam possumus opinari/ ut diuersa sint initia
partiũ diuersarũ: quæ. s. nõ siml/ sed deinceps ordine quodã absoluunt/ & hoc qdẽ
in uniuersum de rebus oibus/ tũ affirmari/ tũ defendi potest. De hoie uero q̃ mul
ta q̃ uaria/ nec incõsulto nec inerudite quidẽ afferri principia possunt/ & initia: ut
illi dicunt: fatalia/ cũ uir fœminæ congredit: cũ semen de mare accrescit in uterũ: cũ
uis ipsa seminalis puriorẽ excrementi muliebris partẽ cogit in fœtũ: queadmodũ
lac unit condẽsaturq; coagulo: cum in cõceptu partes oẽs hois potestati insunt/ cũ
menbranulis siue secũdis fœtus obducitur: cũ actu primũ cor secernit: qd & Ari-
stoteli placuisse/ & rationi cõsentaneũ esse uidet/ cũ mẽbri cuiuslibet dispositio fit/
particulare quodq; fatũ sibi coaptat/ cũ aĩa fœtui participat/ quo qd cõsultius di-
ci potest: tũc em homo esse incipit/ tũc ex materia sua formaq; cõsistit & integram
suæ substãtiæ rationẽ est nactus. An magis nõ unũ/ sed plura principia pbabunt/
ut q̃ sunt corporis ad seminale initiũ: animi ad animationẽ/ q̃ fortune ad ægressio-
nem ex utero referant. Huic tñ parti/ q. s. magis subiecta sensibus esset/ astrologo
rum uulgus primas cõcessere ut ex hora. s. natiuitatis nascẽtis hois fata depẽdeãt/
quæ tñ nec hoiem inchoat/ nec facit/ nec absoluit. Sed iã inchoatũ factũ & absolu-
tum dũtaxat ostẽdit: qd forte Ptolemæus aduertẽs plus cõceptui q̃ genituræ tri-
buit/ in tertio apotelesmatõ libro: Inquit. n. principiũ hois natura illud esse cũ semẽ
utero admittitur/ potentia aũt & secundũ accidens cum infans utero egreditur: &
quanq; alij Ptolemei sensum & uerba uertere alio sint conati/ nihilominus ex eius
uerbis sincere perceptis facillime refellunt: Sed & Haly quoq; in libro de electioi-
bus apertissime prodit efficaciã fati decerni ex hora conceptus esse petendã: illud
autẽ quis nõ uideat insignius astrologorũ erratum/ celebrioreq; insolentiã: dũ in
regionibus illis expectari fatũ aliquod admirabile pdicant/ quę. s. eo subsint signo
apud qd aliqua/ uel coniũctio syderũ/ uel luminariũ defectus cõtingerit/ nec solũ
quæ signo penitus eodẽ/ sed eiusdẽ saltẽ triplicitatis/ cum nihilominus apud illos
ignotissimũ controuersumq; penitus & abscõditũ sit/ quæ cui signo uel planetæ
regio subiaceat/ non minus quidẽ hoc illos pnosse oporteret/ de publicis regionũ
euentibus ariolantes/ quã ipsam genituræ horã de hois fato fabulãtes. Sed qd illis
ignotius: Ptolemæus in primo apotelesmaton/ igneã septẽtrionibus triplicitatem
præficit/ terreã meridiei subdit/ aereã imponit oriẽti: occidẽti aqueã præesse contẽ
dit: qd Firmicus est secutus. Idem Ptolemæus secũdo eius operis uolumine aliter
decernit/ igneã em illã ut dicũt triangularitatẽ/ non tam Septẽtrioni q̃ eis præficit
terris quæ sunt inter septemtrionem & occidentẽ sitæ/ atq; ita deinceps omnia in-
uertit Albumasar in sexti magni introductorij triplicitatem igneam orienti/ non
autem septemtrioni præesse uoluit/ Septemtrioni aqueam/ occidẽti aeriam: Idem
Paulus Alexandrinus sensit in institutionibus artis apotelesmaticæ/ a se ipso ue-
ro primo de magnis coniunctionibus libro dissentit Albumasar/ aqueam meri-
diei ascribit triplicitatem: occidenti uero terream dominari contendit. Henricus
machliniensis postremam hanc Aboasaris opinionem sequitur. Contra Alchabi-
tius & Zael israelita & Auenaçra & saphar in isagogicis & Messalla primã pro-
bauerunt: Auenrodã utraq; reiecta Ptolemæi sententiã oibus anteponit. Veteres
q̃q; sup his inter se dissenserũt ægyptij ab Hipparcho: ab Hipparcho Ptolemæus

Siquidē æhyptij antiquā Babylonē/& arabiā ægypto cōterminā Arieti subiace-re. Ptolemæus uero Galliā/Britāniā/Germaniā Palestinam. Hipparchus & anti-quissimi astrologorū/alijs signi partibus/alias regiōes supposuere/utpote sinistro Arietis humero Babyloniā/ dextro Thratiā / pectori Armeniā / lateribus Arabiā Aegypto confinē. Quid autē ficta planetarū & signorū dominia ꝓsequamur / ut nūc dicamus Iouē præesse terrenis/quia illis præfuit/ Saturnus inanis p̄cedētibus quē. s. ex ordine spherarū Iupiter sequit̄/& Taurū hoc anno dn̄ari/ ob id ꝙ p̄terito dn̄atus est Aries/q̄si uices magistratuū in syderibus inueniātur. Sed in his etiā mi-rum imodū dissentiunt/cū alius Lunæ/alius Marti/alius Ioui eosdē annos attribu-at/ægyptij quos Maternus sequit̄ cuilibet syderū in uita administrāda æqua parti-tione dant annos. x. & menses nouē. Per sæ ęgyptios aliqua ex parte sequūtur/sed eo dissentiūt/ꝙ nō cuiq; planetæ æquale tēpus assignāt / sed Soli quidē annos. x. Veneri. viij. Mercurio. xiij. Lunę. ix. Saturno. xi. Ioui. xij. Marti. vij. Capiti. iij. Cau-dę duos. Ptolemæus ab his dissentiēs ætatū dn̄os instituit / quaternos primos an-nos attribuēs Lunæ. x. sequētes Mercurio: Veneri. viij. Soli. ix. Marti. xv. Ioui. xij. Saturno reliquos. Aliter Indi: Aliter Arabes: Aliter Chaldei fabulantur: aliter He-mus/aliter Messalla somniat: De ipsius uero anni principio/ unde totius anni fata portendātur/quid garriūt: q̄d effutiūt: quod unū tn̄ nō posse constitui Ptolemęus asseuerat hac ipsa ratione in libro apotelesmatō secūdo: ꝙ in circulo nullus cogita-re principiū simpliciter potest/quare in zodiaco coniecturis ipsis quibusdā quat-tuor quasi principia imaginantur/ quæ sint duobus æquinoctialibus / solstitiali-busq; duobus terminata: ægyptij ab æquinoctiali solstitio annū exordiebantur. Romani ab hiemali/alij ab autūnali: hoc est ab ingressu Solis in Librā. Plutarchus in problematis approbat Numā pompilium/qui a tropico Hiberno principium anni fuerat auspicatus: ꝙ si quis paulo sapientior in hac cōtrouersia contenderet/ mundi geniturā inspiciendā/contentiōes ciebit/non sedabit. Neq; enim apud He-bræos a quibus mundi genitura percepta est super hac re quicq̄ certū aut defini-tum inuenitur: sed alij Vere: alij Autūno exortum mundū contendūt / eoq; multi & perlibenter inclinant. Nam de Phase in primo mense celebranda (quod scriptū est) dictum uolunt ratione solennitatū celebrandarū. Sed & scriptū quoq; in Exo-do Scenophegia id est festa tabernaculorū in anni exitu celebrari/ ea uero medio Septēbri celebrabant̄: alia quoq; afferūtur plura in hāc sn̄iam/ q̄ cū his q̄ Lersien-sis in cōputo/& Beda in libro tēpoꝝ & Iosephus in primo antiquitatum scribunt omittēda ad pręsens uidētur/qn̄ & Hieronymus cū alias/tum Eęechielē exponēs: octobrē primū dicit esse mensem: Ianuariū uero quartū. At de fixis stellis q̄ nutā-ter/q̄ uacillabunde baubātur: ut cum innumere sint/nec earum cognitas ullas ha-beant præterq̄ mille & uiginti duas / putant nihilominus artem se posse tenere: artis scilicet materia penitus ignorata: a quo errore se cum tueri uolunt/tam leuia/ tam fatua spargunt/ ut confutare pudor simul & fastidiū sit alij quas ignorant in-efficaces asseuerant: Bonato impensius insaniente / qui eis omnibus uti Astrolo-gum putet cum signis uidelicet utatur duodecim / quasi signa graduum latitudi-nem non habeant / extra quam stelle utrimq; innumerabiles. quod si fatū de mi-xta syderum omnium afflatione conficitur: quomodo id sciet qui maximus ipso-rum syderum numerus ignorabit: ꝙ si philosophiam theologiamq; prætendant/ quæ a suis penitus professoribus non possideantur / nulla prorsus in similitudine consecutio: quandoquidē ad philosophū constituendum/necessaria nō est totius naturæ cognitio/omnium autem stellarū astrologo cognitio necessaria/ si ab uni-uerso stellarum cętu/terrena patiuntur/& afficiuntur uarie & ꝑmutantur. Sed nec

theologo sicuti non possibilis ita nec numeris omnibus necessaria suę professionis cognitio est: ut credere scilicet ut scire/ut suadere plurima possit: quid? quod & super ipsis stellis varia pugnantiaq; dogmata tradiderunt: & eas quãdoq; planetis efficatiores: quãdoq; minus potentes asseuerant. Alij ordinariã fœlicitatẽ a bono planetaꝝ statu fluere contendunt. A fixis vero stellis fœlicitates: ut Ptolemęus inquit omni opinione maiores: cui Proclus in Timeum Platonis aduersatur. Mitto cõtrouersias multis in alijs astrologorum dogmatis. Mitto q̃ in harmonia cœlesti dignosci nõ potest/quid cuiq; stellę proprium/nisi singulę per se motę fuerint: quod fieri minime potest cũ mixta (ut ita dixerim) defluuia experiamur/quẽadmodum in composito pharmaco euenit/cũ perspicere non datur quid quodq; simplex in cõpositione pariat/nisi extra compositionẽ eius vires cognouerimus: tametsi hoc pharmaco possit accidere/quod cœlo nullo pacto cõuenit: ut tempus perfectionẽ adiungat. Est enim concors harmonia/& ut (ita dixerim) forma totius quę ad singulos effectus vniuersa concurrit/quod Astrologię defensores nõ percepere. Sed iã nimis multa quãdo hac in re satis putamus factũ Astrologiã ipsam mõstrasse cũ diuinis tũ hũanis/& auctoritatibus & ratiõibus cõfutatã detestatãq; tũ a mathematicis ipis deiectã/& ab ipsismet ꝓfessionis auctoribus incõstantẽ fallacẽq; iudicatã/nec nõ respõsiões ad libros patrui/defensiõesq; astrologię minus ualidas & nullius fuisse momẽti bonis iudicijs ostẽdisse. Nã & quinti huius libri magnitudo/nos monet ut ad alia q̃ restãt exordiẽda cõplẽdaq; transimeamus.

¶LIBER SEXTVS.

¶IO. FRANCISCI PICI: LIBER SEXTVS DE PRAENOTIONE SVPERSTITIOSA ADVERSVS GEOMANTIAM/ CHIROMANTIAM ET RELIQVAS SPECIES: QVAE DE OCCVLTO DAEMONIS FOEDERE PRODEVNT.

¶Quid hoc ipso libro agendum Caput Primum

Estat ut Astrologia iam prostrata reliquas supstitõis species quę de occulto dæmonũ fędere ꝓdeũt/hoc libro cõfutemus: sicuti supra facturos nos ꝓmisimus quito quĩti voluminis capite. Sed utinã minori ĩpendio facere id possemus/adiuti.s.opibus patrui ut ægestati nr̃æ & uerborũ & rerũ suppeteret alimonia: Vtinã q̃ aduersus istiusmodi supstitiões gerebat in aĩo/tulisset in chartas: vnde nobis & eximia illa rerũ maiestas/& affluẽtissimus ṽborũ delectus & claritas suppetiarũ posset occurrere.ꝗ.li. disputationũ suarũ/ q̃bus astrologia deiecta ẽ/huiusce rei ãplissimã dederat spem quã illico nobis mors eius pręmatura diripuit. Scripserat eñ proficisci & alias ab astrologia supstitiões ipsas/q̃ cõfutãdę sunt nobis/Geomãtiã/Chiromãtiã Magiã cęteras: q̃s inquit ille fatuitates ꝑticulatim ꝓseq̃mur: cũ post euersam dominã & reginã reliquã supstitionũ turbã in cursu ꝓteremus. Sed hoc laboris exãclandũ nobis restat/q̃m ille nec præstare potuit/nec exordiri: sed utinã viribus quę satis esse possint hoc subierimus/& humeris quãq; nõ herculeis illis q̃ ferre tãtũ ualeãt nec recusent: quãq; aũt hę ĩnumere fere habeant insigniores & antesignanę nobis de sumendę sunt/quibus ꝓstratis & reliquæ corruant. Chiromantiã igitur inprimis mox Geomantiã aggrediemur expungere/ dein Augurium Auspitium refellere ac sternutamentorum & fulgurum præscita rescindere. Postremo vana omina &

inanes sortes/ & superstitiosa somnia/ cū irridere/ tum confutare.

¶ Aduersus Chiromantiā/ & quāpiā phisionomicæ ꝓfessionis partē. Caput. ij.

Qui manus inspiciūt ut diuinēt/ unde a græcis Chiromantes dicti/ septē in uolis mōtes effinxere/ qui septē planetis ascribūtur: sed a uarijs uarie ut in ꝓgressu mōstrabitur/ quos tn̄ obseruaui. Primores fere in hoc qđ mox narraturi sumus cōueniunt/ dein diuerse ille opiniones recensebūtur/ & cōfutationē inde aggrediemus: illi igitur/ æditiore locū illū/ q sub pollice quasi digiti eius basis & fundamenta uisitur/ montē ueneris nominarūt: qui uero sub indice conspicuus tumulus/ Iouis noīe dignati sunt: Solis locū statuūt sub medio digito/ qui apud alios medicus/ aut famosus(neq꜓ eñ apud græcos & latinos de huius & sequētis digiti nomine satis constat) collocatur uero collis seu tuberculum monteve malueris appellare/ qui annulari(quē alij dicūt medicū) subſtat Saturno coaptāt/ eum autē cui minimus auricularis ve adſtat digitus mercuriālē appellāt: media in uola Martis montē delineāt/ post quē in tumore. s. illo colli Veneris aduerso Lunę constituūt. Quattuor insup principaliū linearū qbus pene oīs uola distinguitur aliāq꜓ inter pollicē & indicē exoritur/ & Veneris montē amplectens/ eundēq꜓ circuiēs ad conū manus ꝓtenditur uitalē uocant oēs Chiromantiæ auctores & cordis etiā noīe pleriq꜓ nuncupāt: ea significari uitæ spaciū contendūt indeq꜓ & corporis tēperaturā/ & sanitatē infirmitatesq꜓ multi deduxerūt. Quę uero inter Mercurij & Lunæ montē sūmit initiū/ & ad eū qui dicit̄ Iouialis extēditur: mēsalē appellāt. Spaciūq꜓ illud qđ inter hāc & naturalē iacet mēsa manus uocitari solet. Eandē & thoracē & uesicę & renū lineā dixerūt alij pestiferā martialē alij nominarūt: Illā uero que a sūmo lineæ uitalis digrediēs ad montē Lunę descendit/ eā mediā & naturalē: aliqui uero cerebri lineā uocitarunt eiusdēq꜓ inspectu naturæ uires dignosci posse autumarūt. Est & linea alia cuius in imo manus initiū est finis ad mercurialis montis uergit cōfinia: hanc ꝙ ex cono/ basive manus deducat̄/ basilarē appellauere. Sunt & nōnullæ præter has qbus manus afficitur lineæ: quarum q̄ brachiū seperat a manu restrictā dicunt/ quæ ab indice ad mensalē ducitur capitis & cerebri noīe ab aliquibus donata est: triāguli quoq꜓ fiūt quādoq꜓ ex harum intersectiōe linearū. Sed & alias quoq꜓ nomēclaturas iuxta diuersoꝝ auctorū uolūtates huiuscemodi lineę sortitę sunt: nanq꜓ & primā(q̄ uitę dicitur) & Saturniam & dextrā trianguli uocatā inuenio. Secundā naturalē appellatā sinistrę triāguli appellatione donatā legimus: q̄ basilaris dicitur: Stomachi & epatis dictā reperimus/ ac tabularē etiā appellatā: ijs pene uniuersa pendet Chiromātia/ hinc diuinandi ꝑ manus vana illa cōmenta deducta sunt: hinc ex planetarū natura(q̄. s. a circulatoribus qua sunt auctoritate sculpta est in ipsis manus regionibus: q̄s montes quasi naturales quosdā tumulos uocauerūt) de rebus pene oībus pronunciāt: Sed nec rata hæc apud oēs sunt: antiquiora pene placita sup ijs quæ diximus cōueniunt: recētiora discordāt: legi tuberculū pollicis Marti dedicatum/ a neoterico huius uanitatis studioso/ cui recētior alter multis rationibus cōtradixit: & de hoc tuberculo quasi de regno Lydię digladiant̄. Motus ille ꝙ fortior īpugnat alius litem recēsere/ nec ratio/ nec tēpus/ nec ꝓpositi opis cura postulat: tantū dixerimus/ & illū nō recte tribuisse Marti/ ꝙ digitis reliquis fortior haberet: nec hunc recte ꝓbasse debiliorē: nā quæ sympathia fortitudinis? quandoquidē si diuinatricis astrologiæ placita uera essent: non tamē ea fortitudine Mars donatur ab eis/ ut reliquis præstet & cætera sydera uerset ad libitum: Soli potius qui dux astrorū appellatur id conueniret prærogatiue: Sed & fortior habet̄ pollex/ tum Aristotelis auctorita

te/ tum ratione/ quandoquidem fluit ab interiore esse ualidiori: Digiti autem re-
liqui/ex neruis qui inter utrūq; os agglutinantur originē ducunt & adstipulatur
experientia/qua vnusquisq; nisi mancus sit pollet. Sed hæc mittamus/considerantes quæ nam sit artis constantia/ ut partes uolæ ex quibus diuinaculi satagūt/ pro
arbitrio & friuolis quibusq; coniecturis planetis subdantur. Sic & mediū digitū
apud alios non soli/sed Saturno tributum legi/ & annularem nō Saturno/sed Soli destinatum: Sic & caueam quā uel omnes uel pleriq; Marti dederunt Mercurio
tribuunt/& minimus digitus Mercurio assignatus/ab alijs Veneri concedunt: resistūt alij/nulla tamen ex parte rationes afferuntur/ sed friuola quæpiam/ & adeo
uana/ut confutare sit pudor/quare in cōmune aduersus prisca illa placita disputabimus: & primum ex eis sciscitari libet qua nam ratione ducti/ montes hosce planetis distribuerunt: Sane nullam est afferre: Somniant autem diuinis quasi litteris
inscriptam manum/Iuliano auctore/atq; in Helenum etiam Priami filiū/ quo suā
uetustate aliqua superstitionem confirment huiuscemodi cōmenta referunt: eo risui patentiora/ ꝙ nihil aliud eas esse proferunt/ꝗ figure uel signa planetarum. hæc
certe uana sunt/ & ut sint aliquid/ dogma non consonat: Illud autem inter alia querendum/quod nam iudicium partitionis: quæ distributionis ratio? cur montem
ipsum cui pollex præeminet: Veneri magis ꝗ Ioui? cur eum qui annularem fulcit
digitum/Saturno magis quā Mercurio tribuerunt? atq; ita de reliquis: quocunq;
illi modo distribuant: Equidem si diuersæ planetis naturæ/ diuersæq; & pugnantes etiam proprietates insunt/ ut pertinacissime contendunt astrologi: non potest
omnino eorum dogma consistere: quandoquidem nec naturę diuersitas/ nec varie pugnantesq; proprietates / mōtibus illis inesse possunt: uniformis enim uolæ
natura/nec uaria ullatenus aut diuersa potest depræhendi/seu pellis substantiā cōsideres/seu colorē intuearis/siue operationes contemplari malueris. cæterū discordant omnino loca situsq; planetarum/a uolæ locis & mōtibus/quos illis subiectos esse uoluerunt/qui artem hanc/seu uanitatem uerius prodiderunt. Saturnus
enim qui superiorem inter planetas locū sortitus ē/ quartū in uola possidet locum
si a pollice: Secundum uero si a minimo sumatur initium. Venus uero cur primū
in manu locum occupat/si a pollice principium/ cur postremum/si aut a Lunę/aut
Mercurij mōte fiat exordium/cum ea quartam inter cœlestes planetas/sedem obtinuerit: Si a Luna fiat ascēsus/tertiam/si a Saturno descendatur. Q; temere igitur
ꝗ mendaciter fabulantur eas iungentes & proprietates & sedes/ quas opificio naturæ disseperatas esse/ac prorsus disiunctissimas/negare nō queūt. Iam uero quis
non aduertat/quo pacto Chiromantia suo uno dogmate/ cætera demoliatur/& ꝓprio quasi gladio se perimat. Receptū enim & ratum apud aliquos eius auctores/
mutari quandoq; lineas/& eas aduentare/ subinde & discedere variariq;: ꝓpterea
prædictiones oportere/adeo ut quæ interniciem uesperi sua præsentia minarent/
mane sublatæ ex absentia salutem promittant: contraq; cōmoda præsentes pollicerentur: difficultates & ærumnas ob discessum enuncient. Igitur si huius imperitiæ periti atq; consulti dicunt quottidie suboriri lineas / quotidie aboleri: quæ artis
demum potest esse soliditas/si eius uidelicet principia nō magis permanent/ ꝗ fabulosi adonidos horti ꝗ uita animātis ephemeri. Huc accedat & alia uanitas prorsus irridenda quæ ex lineæ colore/ ea omnia quæ ipsius lineę situs portendebat
euentat/ disterminat atq; dijudicat/cito ne an sero expectanda / si rubra/ si pallida
fuerit/aut ardēter sperandū/aut patienter expectandum/monent ꝙ optatur quasi
qui ex corporis temperatura prodit rubor urgere calcem eis maxime euētis possit/qui extrinsecus adueniunt: quasi corporis uitium pallere uolam non possit ob-

ducere/non rubriciem adducere queat/aut peregrinũ alium colorem inferre / iam
in iudicanda uita quæ conſtantia dogmatum? Alij uoluerunt a linea uitali/quæ &
cordis etiam dicitur: uitæ ſignificationem ſummi: Alij ab Epatis linea petendam
pronunciãt: alij a linea capitis deriuari uoluerũt: ſunt qui groſſitiẽ(ut aiunt)uitalis
lineæ inſpitiendã moneant/eamq; ſolum ad prognoſtica uitæ ſpectare contendũt
Sunt qui colorem eiuſdem & longitudinẽ penſandam edoceant: ſunt qui illas om
nes examinandas præcipiãt: nec apud quempiã probabilẽ rationẽ/ aut ueriſimilẽ
uel imam reperias/non ſolũ hac in re pro exemplo adducta in mediũ/ſed in cũctis
eadem fere conditio: controuerſias autẽ unde quaq; tam uarias & crebras / ut nõ
tot forte fuerint/quod greco prouerbio dicitur: de Myſiæ finibus & phrygiæ: ſed
nec ſe ipſos quandoq; de proprijs queũt laqueis extricare/dicetur forte non ratio-
ne/ſed experimẽtis artem confectam: Reſiſtam ego & experimenta in contrarium
non pautiora deducã: Sed & quæ poteſt ex contradictorijs & pugnantibus prin
cipijs uera experimenta duci/& cur illi ſi rationibus carẽt ratione tamẽ uanitatem
ſuam roborari contendunt: Almadal arabs (qui ut magiæ & ſuperſtitiõibus om-
nibus/ita huic maximopere fauit) percunctatione dignũ exiſtimat/cur lineę quas
referri oportere cẽſet in ſpiritus uitales/quibus ſanguine intermedio caro cutisq;
gignuntur & humore interueniente uitali / naturaliq; calore lineales tractus edu-
cuntur: cur inq; ſi eiuſmodi cauſæ & certæ ſunt & uniformes/lineæ tamen utpote
earum effectus cauſarum/uariæ & difformes uarijs in hoĩbus habeantur ? cur oĩs
homines ſanguinẽ uitalẽq; humorem & calorẽ & ſpiritus poſſident/nec omnes tñ
eaſdem ſimilesve lineas/ſed diuerſas & diſſimiles obtineant plurimi/planetis id ac
ceptum refert/qui non æque omnes in hoĩs formatione concurrunt/quare aſcen-
ſum deſcenſumq;/ propinquitatẽ item & remotionẽ planetarum in cauſa eſſe ar-
bitratur/ad hæc diuerſitatẽ uitalium ſpirituum adſtipulari/ quandoquidẽ ſangui-
nea temperatura/ſeu habitudo plus habet ſpirituũ ꝙ melancholica: ſed ut ſint hęc
non inania/quæ alioqui non difficile refutarentur: nihil tamen uere ſolutionis af-
fertur propoſite difficultati: cum ex ijſdem cauſis intentio tantum & remiſſio colo
ris/longeq; & curtæ lineæ producerentur: At cum aliæ aliqua in manu uideãtur/
quæ non conſpiciuntur in alia: cum alia item uni ad montem quempiam Satur-
ni(uerbi cauſa)decurrat: alteri Iouis tumulum uerſus extendatur/ acceptæ referri
nequeunt huiuſcemodi uarietates/multitudini ſpirituum & elongationi præſen-
tiæq; planetarum/Nam propinquitas luminis intentionẽ dũtaxat nõ autem diffe
rentiam idemq; ſpirituum multitudo facit: ex hac difficultate aliam ſoluere ille ag-
greſſus/uoto fruſtratus eſt: diuerſitatem enim fortunæ quomodo poſſet pendere
de lineis anxie perquiſiuit/ ad planetarum impreſſionẽ confugit / quæ reciperetur
in homine/& ſuo poſtmodũ tempore operaretur: & quaſi pęniteret incepti in mẽ-
tem/non in corporeos ſpiritus mercatoris lucrum reiecit: mox illud idẽ expunxit
Ariſtotelis auctoritate/plus ibi caſus & fortunæ aſſeuerãtis/ubi rationis eſſet mi-
nus: demum ad ſtabilitatem induſtriãq; & arbitrium hominis contulit / a quo &
lucra & inuentiones theſauri deriuarẽtur: quod minime improbaremus / niſi hoc
iterum ad planetas rettuliſſet/cum hominis uolũtas libera ſit/quam firmare & mu
tare induſtriam & operationes ſuas poſſe manifeſtum / adeo ut diſputatione non
ſit opus quare non fruſtra ſolum de lineis hominũ ſtudia fortunaſq; deducũt. Sed
tanta etiam cum ignorantia ut præter multa/quæ confutare pudet: id etiam quod
profitentur neſciant. Scribit hic auctor Chiromantiã dictam a manu & firmitate/
quaſi ſciẽtia ſit firma eiuſq; certa p̃ſagia. Nec ſemel hoc delirauit ut librarijs error
poſſet adſcribi: id enim ſæpe repetijt/ & ubicunq; mantiam reperit firmitatem in-

terprætatur:Sic & aliæ de quibus tractat Pyromantia/Geomantia/ Hydromãtia/ Aeromantia/a firmitate denominant/ adeo ut uolumen ipſum quod magiæ ſubſtruxit/& ad futura prædicenda ſpectat/ de firmitate ſex ſcientiarũ iſcripſerit. Alij hoc tantum fundamẽto nituntur/ ut manus inſpectione diuinari poſſit/cum inter humani corporis membra pateat id magis & hac ipſa ratione manũ ipſam uires totius p ræſentare corporis poſſe. Alij nullo prorſus argumẽto ducti/ cenſent deũ homini conceſſiſſe/ut ſignis exterioribus depræhendere poſſit/ quæ proſint/ obſintve. Quamobrẽ Chyromantiã ipſam hinc initium ſumpſiſſe quo quid incõſultius dici poteſt. At inquient fortaſſe. cur Ariſtoteles inter philoſophos naturales ſummus auctor/Si hæc non ars/ſed ſuperſtitio/eius tamẽ meminit:ſicuti & phyſionomiæ adſtipulatur/& dicato opuſculo/& in ꝓblematis : & in ope de natura animalium:tum illud inter alia docet/longinquitatẽ vitæ ex lineis uolæ portendi. Atqui ſi Ariſtotelis ꝑpendantur ſenſa tam ea Chiromantiæ uanitati fauere iudicabit/ ꝗ̃ quæ omnino nihil de phyſionomia poſtea dicemus. Nunc quid ille Chiromantibus fauerit uideamus/nunꝗ̃ ille ſuperſtitionis huiuſce patrociniũ ſummit. De articulis em̃ animaliũ loquens ex eis ſi magna ſint uitæ magnitudinẽ conſentanea ratione ſignificari docuit/illudq; occurrit exemplũ/cum ex inciſione manus per lineas eius mẽbri partes dirimantur/fieri ut eius.ſ. uita extẽdi facile poſſe credatur cui magnos & extentos ineſſe artus cõſpicimus pari pacto in ope de aĩalibus longinquitatẽ uitæ ex multitudine ſanguinis pronunciauit:ſed ad naturalẽ hæc ut diximus nõ ſuperſtitioſam pręnotionẽ ꝑtinet: ſicuti & dogma de mẽbrorũ magnitudine cuius declarãdi gratia uolæ per lyneas partitiõis meminit/ ita em̃ apud eũ mos ut q̃ in propatulo eſſent pro exẽplo ſũmeret quo magis nota fierẽt quę pręſſe & conſtricte ꝓtulerat:quid autẽ magis expoſitũ magis in ora omniũ/ꝗ̃ manus ꝗ̃ eius articuli ſuis quiq; lineis abiũcti. Adde ꝙ frequẽter ea pro manifeſtatiõe ꝓponit/quæ nõ illius ſed aliorũ dogmata ſunt/vulgo alioquin nota atq; protrita. A natura igitur & ratione nõ abhorrere putauit/ut ſi multæ in manu inciſure/nec ꝑpetuæ fuerint breuitas uitæ/de longinquo iudicetur/cõtraq; diuturnitas/ſi paucę atq; perpetue. Dixi de longinquo/quoniã ex eis corporis habitus ſeu tẽperaturã dicere mauis conijcitur/ex quo uel diuturnitas uitæ/uel breuitas prodit:ut autem hæc Ariſtotelis mens fuerit/alia indicãt uitæ præſcita ab eo litterarũ monumẽtis tradita inter quæ rari dentes/plũbeus color/præmaturę mortis ponuntur indicia: quis non uideat iſthęc nullo pacto uanis metoſcopis adſtipulari/nã cui rari dẽtes obtigerunt/is minus cibum terit ꝗ̃ concoctioni ſit ſatis/ inde cruditas/ inde mors/ ut alia omittã & cauſam præcipuæ/nam effectũ attigi/cauſam inꝗ̃/nõ rara corporis humani textura & minus cõpacta elementorũ coitio in cauſa ſunt/ ut rari dentes euadãt/qui ex materia ſeminali & cerebro trahere originem dicuntur contrario id exemplo confirmatur ab eodẽ auctore poſito:cui enim multitudo dentium eſt ei uitæ diuturnitas ꝓmittitur/nõ aũt ex oraculo ſed ratione quæ a nobis explicatur. Signũ enim potentis habitudinis habetur & cauſa eſt ut alimenta dentium ſpiſſitudine & multitudine cõtrita/facilius a uitali calore digerantur concoquanturq;/& in eius qui nutritur ſubſtantiã facilis tranſeant ſine cruditate ſegete & aliũ na morborum/ſed non reſpondent ſemper/ nam paucorum dentiũ longeui quandoq; & multorũ imbecilli & uitę breuis de plumbeo colore tam notum omnibus qd indicet ut ſuperfluũ ſit uerba facere qñ & quiuis emedio Sarcophagũ nunciet ei cuius in facie plumbeã palliditatẽ inuſtam uiderit/utpote qui humorũ diſtẽperie laboret/hirriant ergo & baubẽtur diuinaculi & ſuperſtitioſorũ doctoꝝ cateruas citent non pro eis Ariſtoteles non ullus ſanementis eſt/ſed ementiti librorum

tituli & uanitatis studiosi/nulla ratio/nulla recte phylosophantiū legittima auctoritas/quanq̃ rationi posthabetur auctoritas quæ ideo probatur ratione fulcitur: Diuina eloquia semper excipio/quæ humanæ cuicūq̃ rationi præualēt & hæc diuinaculis refragantur. Sed iam si placet Chiromantū particularia aliqua dogmata examinemus Saturnios hoĩes medio in digito plures habere lineas contendūt. Iouios uero in indice: Martios uitę lineā & quā naturalē appellant optime habere dispositas/Solares subtilibus in radice digiti lineis insigniri contendunt: Venerijs triplicē lineā a pollice ad indicē duci affirmāt: Mercurio subdititios minimi digiti lineas nō aptas/sed obscuras gerere: Lunares montē suū si transuersis lineis ad instar pene figure qua octonarius vulgo numerus exprimit̃ inscriptū habeāt prima ætate ægenos: Secūda per quā diuites futuros/has delegimus opiniones/tanq̃ ꝓbatiores apud huius uanitatis studiosos: quanq̃ non desunt qui quotidie cudāt inania huic nugacitati fulcimenta: & paulo ante publicatus est liber uanissimus q tutelam præ se tulit uiri cuiusdā boni inter peripateticos nominis/& mihi amicitia cogniti: Sed nō accedo eū tam m̃ltis a ueritate & grauitate philosophica alienis rebus adstipulatū: alter nō multo antea vulgatus est ab hoĩe penitus illiterato oppidi mei inquilino/ qui pene semꝑ Sutoriā exercuit/mox Galeoto patri dū Venetorum ductaret equites/stetit ille in castris ad cellaria / & demū ob fidē & diligentiā uictū suscepit nihil ille penitus litterarū nouit/deperiēs hanc uanitatē & multa prędicens cui cum aduersarer & arguerem uanitatem /ac de imperitia monerem/ discessit & in aliena ditione librū edidit. Sed redeamus ad eas uanitates confutandas quæ a multis discreuimus tanq̃ insigniores: sane præter id quod falsum est/ alios esse Iouios/alios Saturnios hoĩes: hoc ipsum qđ prodiderūt quid rationis in se cōtineat/ nec uideo/ nec sit puto q uideat: Sicut cur ille Saturnius magis q̃ Iouius/ q̃ Martius/q̃ Venerius sit: cui signa plura digitū medium delineāt/ ꝙ si ulla inueniretur/huiusce rei causa/quæ nam reperiri daretur/ut Saturnij amici homines & cōsulti sint/graues audacesq̃: qui Ioui subdunt/pulchri/sapiētes/religionibus obnoxij: qui Marti/audaces/impigri/ad bella prompti/feroces/impij/atq̃ ita de reliquis quas planetis inscribunt proprietatibus. dicent fortasse paulo eruditiores ab eadē causa. i. planetis & ea manuū signa & effectus qui de illis portendūtur pariter educi. At supra quinto libro monstratū mores a cœlo & fortuita non pendere: tum si concederetur/ut inde quemadmodū astrologi uolunt deducerentur: quid postea connexionis habere putant: ut Saturni/Iouis/Martisq̃/natura huiuscemodi lineamenta designet in manibus: ꝙ si depræhensum id experientia contendent ipsa prorsus refragabitur experientia cum plurimos inuenias iuxta dogmata astrologorum Martios homines/qui nullius prorsus Martis dominij signū in uola gestēt contraq̃ Martios/Iouiosq̃ plerosq̃ cōstitues lineis inspectis: quos themate geniture prospecto Lunares/Solaresve/& Saturni mancipia pronunciabis: Idem pene in reliquis oĩbus dogmatis ferri iudiciū potest. Adde discordias fere auctorū in ipsis principijs innumeras: adde astus & uersipelles dolos: huc affer pronūciantis diuersa delyria. Alij non singulis diebus / nō omni tēpore/sed statutis & tēporibus & diebus iudicāt/nec nisi Vere aut Estate/& die Solis & Iouis uirilē dextrā aspiciunt: Sinistrā uero muliebrē Hyeme & Autūno ac Veneris die: Alij pueros dūtaxat & puellas perspiciendos affirmāt ꝙ frigore & laboribus abolita signa nō sint/qualia in adultis eorūq̃ dextrā dūtaxat examinandā præcipiunt. Si quinq̃ lineæ ad basim uenerij tumuli compræhensæ glomerataeq̃ non fuerint/ sin minus/ ut sinistra percenseatur statuerūt: alij singulis diebus: modo sol orbem illustret: & lotæ manus fuerint & os ieiunū indiscriminatim iudicāt: quę uel omnia uel pluri

ma nulla ratione fulta sunt/multa uero discordia seiuncta:atq; diuulsa quę ideo ꝑ-
censenda nõ duximus:quoniã Aristotelicũ illud metuimus quo cauetur nimia in
confutandis manibus scrupulositas/tũ ꝙ fundamenta uanitatis excindẽtes/ quod
supra structũ est consequio destruimus:ita a multis tum hac in re/ tũ alijs supersti-
tionibus refutandis tẽperabimus quę de particularibus pendẽt/uel regulis vel ex
perimentis/nec solum ignobiliũ oĩno auctorũ/sed & aponẽsis/ Michaelis Scoti/ &
aliorũ contenti vulsisse radices/& si quid naturalis in se contineant rationis indica-
uisse:Hinc exorsi ab ipsa Chiromancia/quã post astrologicã uanitatẽ primã sum
psimus confutandam huius nõ nulla naturalem præseferũt noticiã/ sed exiguam
prorsus indeq; nocentius periculũ imminet ꝙ hoc quasi prætextu innumere sup
stitiones admittuntur. Itaq; si lineæ longiori tractu suas particulas ꝑmeauerint: si
decentem colorem prę se tulerint:Si interrupta perseuerauerint:Si uiuida fuerint
sanitatis haberi signa poterũt ac tẽperature cõcordis : quanq; id impendio mino-
ri de facie constet:quã p̃ cæteris physionomi speculandã pręcipiũt:de quorũ arte
nõnulla hoc loco monuisse cõueniet.Aristoteles eo in libro q̃ physionomia inscri
bitur(si titulus nõ mẽtitur auctorẽ)multa docuit/quę naturã sapere uident̃/ quãq;
a supstitiosis hoĩbus alio torqueantur:In libris quoq; de natura animaliũ nõnulla
posuit eodẽ pene spectãtia/quo & quorundã physionomorũ ducũt p̃cepta:ac in
ꝓbleu.nõ oĩno uacuus a naturalibus quibusdã præscitis fuit:quaꝓpter q̃ citra ua
nitatẽ obseruari quoquomodo possent/generatim insinuandũ/ q̃ penitus itẽ elimi
nanda explodendaq; subsignandũ:nõ supstitiose recipi existimatur ꝙ ex affectio
nibus animæ corpora patiant̃ : ꝙ affectiones itẽ corporũ in animas quodãmodo
deriuentur/inditio sunt amores/timoresq; anime/q̃bus corpus afficit̃/& ex aduer
so quoq; illius ægritudo molestijs aĩas affligit:hinc tristities & hilaritas facile dep̃
henduntur:Ex motu quoq; figura colore & nõnullis alijs qualitatibus ducuntur
similitudines quin & mẽbrorũ quantitas inditio esse potest cõiectoribus quæ nã
corporis cõdictio illius sit:quæpiã itẽ cõijci/uel eminus queũt/ liquido tamẽ & ex
tra dubitationẽ iudiciũ haberi nõ potest:ut etiã euãgelicũ illud hac in re uerũ sit/
quo uetamur secundũ faciẽ iudicare:Iam & aristotele auctore / nec de sciẽtijs / aut
artibus/physionomõ disquirere potest:ne dum ferre sniam:quãto magis de mori
bus/de futuris euentibus/ad utrãuis contradictiõis partẽ spectantibus ꝑcunctari
nequit atq; decernere physionomorũ quorundã supstitiosa garrulitas:quæ & me
dicis sua prognostica p̃ripere & suas ꝓphetis p̃dictiones surripere satagit.Contẽ
dent fortasse de moribus nõ nihil se dicere posse tũ ꝙ ex corporis tẽperatura com
plexioneve/q̃ illis alioquin sit explorata & cognita mores ducantur : tũ ꝙ mores/
Aristoteles e physionomia deriuet.At rogo quid consequẽtie putatis/ ut si tẽpera
turam cuiuspiã nostis:mores quoq; illius qui nã sint & quales ꝑnoscatis ? quinto
ẽm huius opis libro eis Pici patrui argumẽtis quorũ ui repellunt̃:quicũq; mores
hoĩm de cœlo deducunt/nostra quæpiã adnexuimus/ ut quæ ille.s.protulerat ro-
borarentur eorũq; pariter retudimus peruicatiã/qui de tẽperatura corpis hoĩum
traheret mores & instituta:docentes nõ posse quẽquã de illius moribus diuinari:
cuius etiã tẽperaturã perspectã habuerit: diffusius ibi materiã hãc ꝑtractauimus/
q; breui hoc loco similitudinis cuiuspiã argumẽto colligimus. Nempe non secus
aberrãt qui de corporis cõplexione ad amores rationaretur / q; qui a corpore ad
animal/ab aĩali ad hoĩem recte se argumentari putaret: piaculũ hoc in arte dialeti-
ca ponit̃ maximũ: si in affirmationibus a superiori(ut aiunt)ad inferius affirmãdo
descendũt.uerbi causa:hoc est corpus:ergo hoc est aĩal:hoc est animal:igit̃ homo
Cõmunius quidẽ & magis ambiẽs/corpus q; aĩal / animal q; homo:Ex quibus.s.

generibus particularis aliqua & determinata ſpecies ratiocinando affirmari non poteſt aut colligi: ita ex tēperatura/uerbi gratia: Sanguinea cuius in radice mores ſunt hilares atq; iocundi: qui prorſus indifferentes ſunt ad piā prophanāq; iucunditatē ꝓmendā nequeūt/aut uitia aut uirtutes ꝓnunciari. Sic & Ariſtoteles & Trogus & poſteriores nōnulli intelligēdi eſſent ſi recte eos putamus ſenſiſſe: ut cū mores uidelicet prenoſci poſſe docēt/nō mores ipſos ꝓprie/nō uitia/nō uirtutes intelligamus/ſed ipſam habitus corporis & tēperature ſpeciē ex qua mores in alterutram partē uel. ſ. uirtute redimiti/uel ab ea penitus abhorrētes ꝓdire queant: nam præter liberū hoīs arbitriū quod uirtutū uitiorūq; oīum dux & imperator haberi debet uniuerſe etiā num tēperaturæ corporeæ natura ea eſt/ut nec uitia per ſe/nec uirtutes promat: quandoquidē tā ea quę ſanguinea dicitur q̄ aliæ qbus de utraq; bili & phlegmate cognomē ē/æquę ſe habēt ad uirtutes & uitia: nā & ira bene maleq; uti hoīes poſſunt: uidete quantū abeſt ut impie poſſitis de virtutibus & uitijs & religione quoq; decernere: neq; em̄ iſthæc uanitas/ de corpore/de externis ariolari cōtēta. Mores honeſtos & improbos & religionē quoq; aggreſſa eſt. Scriptū enim ab aliquibus legi hoīes per ſolares dicūtur/tali & tali facie inſigniri honeſtariq;: uerū Idololatras eſſe & hypocritas: Sed o mirā uane ſuperſtitiōis incōſtantiā: legi pariter apud eoſdē ſolares hoīes religioſos eſſe & optimorū morū multa eiuſmodi uel uaniſſima/ uel alterne cōtrouerſa atq; pugnantia/ uel impia inuenire nō eſt difficile: Recenſere aūt ſuperfluū ſat erit eruiſſe fundamēta & baſes contriuiſſe quas ut ſolidius permanerent naturalibus ueluti furcillis adminiculati ſunt: & de corporis cōplexione multa funditarūt incaſſum/uobis. n. ęgregij coniectores / ut cōcedā tēperaturā ipſam/de colore/de figura q̄ totius cognoſcatis/de citrino (ꝟbi cauſa) colore: bilē/ de albo: phlegma ſanguinēve pronūcietis/falli plurimū i colore poſſe quēpiā prognoſticis utentē. ꝑcellēs medicus Auicenna docuit ſcribēs partē humoris quādoq; cutē ipſam & extrema petiuiſſe: partē aūt quæ ſit alterius generis ſubſediſſe intus: quare nō difficulter errorē cōmitti/ſi a cutis colore cōplexio iudicetur. Idem & Ariſtoteles ſenſiſſe/ & hac particulariter in cauſa putemus cū decreuit fatuū eſſe & turpe phyſionomo uni ſignorū credere/& iterum plurimo uſu pollere illū oportere: qui de ſingulis diſſereret. Sed. n. multa illo in libro ſunt Ariſtoteli inſcripto a uero abhorrentia: ut ꝙ in uno quoq; genere fœmina ſubtiliora maribus crura poſſideat: ꝙ beſtiæ maſculæ/fortiores fœminis auctoritate paſtorꝝ & uenatorū decernit. Nos aucupū experiētia & noſtra quoq; affirmamus uncunguia maſcula pleraq; minora & imbecilliora fœminis eſſe. & crura illis ſubtiliora eſſe. At qui ſigna huiuſcemodi ab animalibus ducta nō ſatis mihi faciūt/ ac ut ipſius phyſionomię exemplis utamur molles pilos timidū/ duros autē fortē ſubindicare uolunt: hinc ceruū/ ouem/leporē/ timidiſſima animalia uideri: Leonē autem & aprū fortiſſima: piloſi uentrē loquaces denotari/ ſumptū id ex auibus eſſe: ac ſi qua generis eiuſdē habent dogmata nō placent/minora em̄ apparēt q̄ ut Ariſtotelica cenſeātur/nā ex corpore beſtiarū ad hoīes ſimilitudo nō probe ut arbitror deriuatur/Siquidē ipſe differunt & cōmunes & ꝓprias habēt affectiōes: quæ autē cōmunes ſunt oīm animantiū generi nō magis ab hac ſpecie/q̄ ab illa trāſferri ad hominē uidentur/ſed ſi uni ꝓpter excellentiā/quidpiā eorū cōmunicari dicant indeq; trahi oportere ſimilitudinē. Inſtabo utiq; utrāq; earū ſpecierū diuerſam proprietatem ſortiri contendens: exempli gratia: quæ urſis fortitudo ineſt/nō eadem eſt quæ leonibus/& alia urſinæ/alia leoninæ fortitudini peculiaria. At non ab his omnibus fortitudo hominis euariat: ut nō poſſis ex leonis urſiq; ſignis fortitudinem portendētibus / de ea quā homines decet fortitudine ſatis firmiter cōiectari.

Vere autē proprias & peculiares affectiones cuiusq; speciei nō ducimus in cōtro-
uersiā: quoniā in alias demigrare nequeūt tanto magis quāto magis sue a quibus
fluunt essentiæ seu formę terminos nō egrediūtur: Iam cur canis molles habet pi-
los/nec tamē timidus in genere animantiū: quin & fortis iudicat: cur equus pari-
ter forte anīal uestitur pilis tāto mollioribus quāto generosior est & fortior: quē-
admodū Hispanus: Afer/ ęgyptius/ sed & Thrax & Geta licet ad Septētrionē ge-
nitus molli tenuiq; pilo nuditatē operit. Porro loquacitas in homine cur ex auitio
genere ducatur/ cū multę sint aues pene mutæ/ quales quæ curuo rostro & adun-
cis unguibus / illis. n. uox rarenter emittitur/ nisi lacessitis iniuria: canes uero pilis
etiā uentrē tecti semp̄ fere baubantur: Adhæc & illius quoq; physionomię pręce-
ptum est: si parū adsit inter ipsas res dissidiū difficilē cognitionē reddi / sed quota
queq; res est alteri collata quæ mille (ut sic dixerim) differentiīs nō dissideat: Qua-
re extra omnē cōtrouersiā colligere possumus uanitatē hanc/ ea etiā ex parte quæ
fulta naturæ columnis uidetur ruinosam & nutabundam esse.

¶ Aduersus Geomantiam. Caput Tertium.

u

Erum superstitiosius insaniunt diuinaculi in futuris ex geomantica fa-
tuitate p̄nunciandis: Nam quanq; manus lineis abutuntur Chiroman-
tes: quanq; trāscribi optēt sibi munia quæpiā altiora se ipsis physiono-
mię curiosi: nihilominus naturalia sunt illa/ naturalis motiū tumor/ nec
a natura dissentiēs linearū color: quid autē naturale quid nō extra præscriptū ra-
tionis: quid nō superstitiosissimū in Geomantia: p̄forāt em̄ indetidē uel terrā/ uel
Abacū/ uel quid simile solidū punctorūq; capax: nulla uel numeri/ uel temporis
interpungendū habita ratione/ sed ductū impetūq; phātasiæ sequētes/ quā regi cœ-
litus autumāt/ quæ ubi quieuerit: pūcta colligētes figuras ex eis trahūt/ sexdecim
domibusq; inde more Astrologorū extructis/ nullo. s. fundamento nomēclaturas
imponūt/ maioris minorisq; fortunæ/ amissiōis/ aquisitōis/ albi/ rubri/ pueri puellę/
leticiæ/ tristiciæ/ uiæ/ cōiūctionis/ populi/ carceris/ capitis/ & caudæ: Illudq; potissi-
mū contendūt/ ut cœlestibus gubernent & iusta p̄portione cœlo/ planetisq; respō-
deāt/ eorūq; uim oēm in q̄stionibus interrogationibusq; cōstituunt: Sed. n. quāq;
nulla sit ars astrologiæ/ uideri tn̄ potuit q̄busdā male sanis oculis/ ex cœlestiū cor-
porū sublimitate/ magnitudine/ luce pēdere posse/ multa ex q̄bus futura elicerent:
qui aūt hoies: ne dicā noctuæ/ aut talpę/ ex pūctis a se temere/ nec ullo cōsilio iacta-
tis trahere diuinationē potuere/ Astrologi nō usq; quaq; stulte putarūt/ causas in-
feriorū rerū cęlestia & esse & haberi debere causę. n. sunt plurimorꝝ/ sed nō eo quo
ipsi cōtendūt modo: potuerūt & autumari signa esse/ siue p̄ se/ siue cū causis: nullo
autē pacto nisi q̄ oīno dignus sit in antycira sanari/ aut q̄ a dæmone fuerit excæca-
tus/ potuit accedere ut crederet puncta ipsa a se ipso infixa tabulę uel harenulis in-
tersperssa causas esse futurorū/ aut signa. supra. n. de cœlo probatū si causa inferio-
rum nō est/ nec signū etiā esse potuisse. Sed illud mittamus/ ad præsens: hoc perpē-
damus: fieri ne possit ut effectus credatur sup̄ioris alterius causæ/ q̄ manus teme-
re & incōsulto interpūgētis/ manus autē motus referri quidē potest in cœli motū/
tanq; in superiorē causam: a qua. s. pēdet inferior. Sed q̄d inde colliges diuinatiōis
fautor: īdifferēs. n. cœli motus ē oībus rerū īferiorū motibus etiā inter se cōtrariīs:
Eodē. n. & terra descēdit & ascēdit ignis/ causam uero aut esse/ aut haberi nō pos-
se eorꝝ q̄ expectātur aut formidantur euentuū puncta/ illa nemo unq; protulit q̄d
sciā: adeo ab oīni etiā male sano iudicio isthæc abhorret insania: & q̄ minus eā di-

gnati ſunt/ꝙ ut ſuo enſe moreret̃ inter uanas ſortes repoſuere: ꝗd igit̃ dicēdū: ut q̃
ĩ cœlis cā futuroꝝ ſit/ſit etiā pūctorū & figurarū q̃ ex illis cōflant̃ cōficiunt̃: Ideoq;
hoc pacto ea futura iudicare/ſicuti & Iris indicat ſerenitatē: cū & Iris & ſerenitas ab
eadē cauſa ꝓueniāt. At q ſupiore libro ꝓbatū futura in cœlū ut uolūt diuinaculi re
ferenda nō eſſe/ ꝙ ſi illis etiā condonetur quo pacto inde colligere poterūt: ut per
ſuadeāt in cœlū tū Geomāticas figuras tū effectus ſimul/ q de illis ꝓtendunt̃ acce⸗
pta referri debere/pūcta ꝗppe illa motu manus infixa ad cœli dūtaxat motū per⸗
tinere mōſtrauimus. In motum uero nō referūtur futura/ quæ inde pēdere cōten⸗
dunt Aſtrologi/ſed in cōfigurati ōes & aſpectus ſyderū: in uarios eorū poſitus/in
uarias naturas & proprietates/quas & cœlo & planetis ipſis imponūt: qđ ut Geo
mantes quoquomodo ſomniēt figuras illas in Abaco de pūctis temere infixis cō
pactas & coalitas ad ſimilitudinē ſignoꝝ zodiaci inſtituūt/ſed qđ rogo effecit my
ſteriū/ut ſexdecim potius ꝙ duodecī deligerent̃: Hic ſane numerus cōuenit ma⸗
gis obliqui circuli partibus ſignisve quę annua peregrinatione ſol ꝑmeat/ dicunt
quattuor eſſe matres oportet/totidē filias ex ꝗbus & nepotes pendeāt/ & teſtes q
poſtmodū iudicē conſtituāt/igitur ad figuras & caſas: ut dicitis: numeꝝ cōforma
tis nō ad zodiacū: rurſus interrogo: reſpōdete queſo/ q̃ nā ruditas obtinuit: ut ex
pari & impari quæ prima differentiū figurarū domorūve radix habetur: modo
hæc/modo illa diſſultet/unoq; addito puncto figure/& thematis etiā totius uis uni
uerſa uarietur: aliuſq; & alius expectetur euētus: nec dici niſi iniuria poteſt ſequi
hoc & pēdere de natura & proprietate figure/ q̃.ſ. tali ſigno cœleſti uel tali plane⸗
tæ ſubdatur. Nam ut mittā (qđ Ariſtoteles plane reijcit ullā in figuris ineſſe poſſe
uim poteſtatēq; naturalē/ ut præterea q̃ in diuerſis cœli partibus / in diuerſis pla⸗
netis ee nō ſunt quas fabulātur Aſtrologi uires & poteſtates diuerſe/ q̃ figuris (ſi
earū etiā capaces eſſent) cōmunicari queāt. Illud certe omni ruditate imperitius ut
rubra figura: exempli gratia: & q̃ dicitur puer: Martis potius ꝙ Veneris habean⸗
tur: eiuſq; naturā imitentur: nam ſi ob colorē id feciſſe dicerent: ut rubrā figuram
Marti deputarint/ q uidetur ardere & flāmas emittere: nō oĩno nihil putaſſent: ſi
rubricies ulla punctis ineſſe poſſet/ut inde ſimilitudo pēderet. Vnde & alia ſe ꝓ⸗
dit inſania/ ut hic pūctorum ſitus rubri iudicetur coloris non ille: cum neuter aut
rubro/aut ullo colorū ſubiaceat/puer uero cur Marti iure dicetur cadere in men⸗
tem non emotā nequit: uir ei potius bellator cum fabulas imitentur/non imbellis
puer tribuēdus erat. pari quoq; ratione id eſt nulla prorſus capiti & caudę cū ho⸗
rum neutrū ſubijciant planetis/ res & accidentia ſubdunt: quæ Virginis & ſagitta
rij naturā ſapiunt: ad hæc tam futilē habet rationē ꝙ omnino nullam: ut ignem &
quæ ignea ſunt/cauda ruber amiſſio minor fortuna gubernent: nam ſi ex ignis co
lore rubræ fortaſſe figure meminerunt/ſi ex ignis effectu amiſſionem & caudam
quam minuere etiam facultates credunt illi præpoſuere: Cur tres alias non colo⸗
ratas inuexerunt figuras: cur penitus obliti ſunt humanis negotijs ignem prodeſ
ſe & uſui maximo eſſe mortalibus: quanq; præter uoluntatē & ex accidēti quan⸗
doq; noceat/cum incendūtur ſegetes: cum flagrant urbes/ cū pręcioſa cremat̃ ſu⸗
pellex. At ſi plura ſūt cōmoda ex igne ꝙ incōmoda: fruſtra & caude & amiſſioni
ſimul ignea ſubiecere. Minor uero fortuna/quanq; minoris exiſtimant p̃ſtetq; illi
fortuna maior fortuna eſt/ tñ pari delirio/aerē/puero/cōiunctioni/acqſitiōi leticię
ſubdidere: populo aūt & uię/puelle/albo/aquā & aquæ aquea ſunt ſuppoſita uo⸗
luerūt/terrā uero atq; terreſtria: capiti/maior fortunæ triſticię/& carceri: nā nec ter
rę/nec aeris/nec aquę ꝓprietates qualitatesve ulle ineſſe figuris ullis: Añ paululū
Ariſtotelis auctoritate monſtrauimus/ꝙ ſi in aliquibus inueniretur uis ulla ĩ iſtis

nullo modo reperiri poſſet/q̃ totæ arbitrariæ/quin temerariȩ potius ad inanẽ ma-
nus caſũ conſtituunt. Singula pſequerer: ni & temerarij mihi nomẽ metuerẽ in va
nis hiſce temerarijſq; ſcrupuloſius refutãdis: Quãdoquidẽ ex iſtis q̃ ad baſim de
moliendã ictibus uſi ſumus/cuſpis quoq; uanitatis huius ſimul corruat neceſſe ẽ:
Ad hæc imperiti huiuſcemodi circulatores ut nullus deſit fallaciȩ locus fortunari
& infortunari figuras putant/ut q̃ bona ex ſui natura putatur eadẽ ex loco quẽ.ſ.
in themate ſortita fuerit infœlix euadat/cõtra quã malã opinabant̃ ſuo ex poſitu
fœlicitate poſſe donari/& id quoq; nulla prorſus ratione aſſeuerarũt/Lunã obſer
uandã eſſe/ cauendũq; ne cum Geminos Capricornũ Scorpionẽq; ſub ambulat
figura pijciatur: hoc aũt ratiõe utiq; nõ careret/ſi & illud pariter addidiſſent/ dũ p
cœlũ mouetur Luna: dũ zodiaci ſigna percẽſet/ab omi pcunctatiõe/ ab omi uana
ſupſtitiõe penitus deſciſcendũ eſſe: Almadal arabs aliã Geomãtiæ ſpeciẽ inuexit/
non expunctis/ ſed ex tonitruis/ex ſubitarijs terrȩ tumoribus/ex chaſmate: ſciſcu-
riſq; cũ ſua ſpõte terra dehiſcit/uana illa q̃dẽ/ſed ſupſtitioſa minus/ utpote ex qua
piã ſilitudine ducta: q̃ prorſus caret pũctalis temeritas: uerũ & ipſa reijciẽda: qd.n.
aut diuine aut naturalis cauſȩ pſeferre poteſt/ut terremotus ſi noctu uenerit uaſti
tatẽ depopulationẽq; puintiæ: ſi p diẽ ſȩgetũ frumentorũq; abũdantiã portẽdat:
inani certe ſupſtitione dogma fulcit̃: ſicut & incẽdiũ indicari ſi ſciſſura cõtingat/&
alia pleraq; eiuſmodi ut illud dicere poſſimus: Sũt bona/ſũt q̃dã mediocria/ſũt ma
la plura. Nã qbuſdã naturalibus pſagijs inania quædã & ſupſtitioſa permiſcuit.

¶ Aduerſus Auguria & Auſpicia. Caput Quartum.

ſEquens eſt ut Auguriũ & Auſpiciũ explodamus: ſupra.n. aruſpicium
cũ ſuo auctore dãnauimus: idq; ſupſtitionibus eis q̃ de apto pendẽt pa
cto cõſociauimus/uel hac ratiõe/q in dirũ illud tagis portentũ tanq; in
auctorẽ refertur: q in agro tarquiniẽſi repẽte de terra tanq; fungus ex-
ertus aruſpicinam Ethruſcos docuerit: qs.n. nõ hoc irridiat potius q; confutet: qs
etiã mẽtis æmotæ eo feratur/ut credat a uictimis in ara aſpiciẽdis: unde aruſpicina
eorũq; conſiderãdis extis: unde & eadẽ extiſpicina dicta poſſe quẽpiã de futuris
uaticinari: Lanij hoc officiũ magis q; uatis: medici potius q; arioli munus q euolu
tis prius q̃ inuolueban̄t inteſtinis ijſq; diligẽter inſpectis/ ſi bene/ ſi male affecta/ſi
ſana/ſi marcida/ferre iudiciũ poſſent/ ut ni occiſa eſſet/ ſuapte ſpõte uictura diu fu
iſſet beſtia an quãtotius pitura: Ad paſtorẽ id etiã libẽtius a ſane mẽtis hoibus/q;
ad uatem pertinere diceretur: qui ſi exta ſanie & tumoribus: qui præter naturã ſũt
referta conſpiceret/ arbitrari non iniuria poſſet eodem morbo & pecora alia quæ
ijſdem ueſcuntur herbis afflictanda/ qua de re. tertio libro experimenta protuli-
mus: Verum & hæc quoq; ſuperſtitio a multis palam irriſa q prudentes inter
ȩthnicos crẽditi ſunt: unde illud Catonis: mirari ſe q non rideret Aruſpex Aruſpi
cem cum uidiſſet. Eodem ab Ariſtotele quoque in rhetoricis taxatos inuenimus
utpote qui (ut eius utamur uerbis) quando/non determinant/in eoſdem pari-
ter poetæ palam quandoque inuecti ſunt/ interdum obliquæ: cuius rei ſupra
in medium/ Vergilij/ Silij/ Lucani teſtimonium duximus: nec puto Calima-
chum ab hac ſententia abhorruiſſe cum in Elegia illa ſua in lauacra Palladis: Scri-
bit eam Tyreſiæ quia ſe nudam uidiſſet oculis capto inter alia munera contuliſſe
γνωσεῖται δ᾽ ὄρνιθας ὅσ ἅισιος οἵτε πετοντα ἤλιθα καὶ ποίων οὐκ ἀγαθαὶ
πτερυγεσ q̃ a nobis carmina ĩ latinũ minime uertunt̃: qm̃ Policianus ita illa trãſ
tulerat/Cognoſcet uolucrũ quæ pſpera queq; uolatu irrita/ cuius itẽ triſte ſit Au-
guriũ quaſi uanitatẽ ipſam / uel ex hoc irridẽs ut auiũ.ſ. uolatus ei pſpecti fierent

qui esset iã lumie orbatus: quid: qđ & aliter Ethrusci/aliter Egyptij: pœni aliter in terpretabãtur/nec couenìebãt quæ in extis ps amici/& interdum primis extis mi nabãtur/bene ꝑmittebãt secũdis/adde ꝙ & casu & delectu hostiæ uariari possent intestina: sed & terrore & astu sacerdotũ: ut dæmonis fallacias ꝑtermittã/quid: qđ cæsar(ut ille inquit) cõtra Aruspices tenuit Aphricã & innumerabilia possent aru spicũ prædicta recenseri/q̃ euentus / aut nullos/ aut cõtrarios habuere. Et quanq̃ pendeat Aruspiciũ expræsso expacto dæmonis cuius supra meminimus: nihilo minus nõ abre fuit & hæc paucula hoc loco disseruisse: quã doquidẽ uaria hęc sup stitio noïa obtinuit/Aruspicio.n.fulmẽ & ostentũ de q̃bus sequenti capite agetur cõuenire creditũ est extis.n.fulguribus & ostẽtis in.ij. de diuinatiõe libro totã aru spicinã absolui putauit Cicero. Sed.n.Augu.noster i libro de natura dæmonũ/tũ alij Aruspices nõ modo dixerũt eos q extis in aris aspiciẽdis uacabãt: sed qui dies etiã & horas in agendis negotijs opibusq̃ custodiũt: qđ cũ alijs plurimis diuina tionũ supstitionũq̃ nominibus repositũ est in decretis pontificijs in uigesimæ se xtæ causæ q̃stiõibus. Cæterũ affinitate quadã Auspicio Aruspiciũ coniũgit adeo ut eadẽ esse nõnulli putare potuissent grãmaticorũ quorũdã snïa moti / q ex hara aut cui uaticinãtes intẽdebãt & specio: compositũ haruspiciũ uoluerũt. Ab haru ga alij.i.hostia ita ab hara in qua seruaret̃ concludereturq̃ denoïata/sed a uictimis in ara aspiciẽdis deductũ sine aspiratiõe aruspiciũ ipm/cum grãmatici/tũ theologi pleriq̃ uoluerunt: augurãdi uero superstitiones cũ ipsis auspitijs diuersa quidem ab haruspicina sunt Auguriũ quippe qđ a phrygibus manasse putatũ est/licet alij a Chaldæis ad Græcos: a Græcis ad Ethruscos: ab Ethruscis/ad Latinos ductum uelint: id ipsũ pro respõsis deorũ suorũ quandoq̃ sumpserũt gẽtes: unde illud in iij.Enei.augurijs agimur diuũ: Aliqñ etiã ꝑ cõi rerũ oïm cõiectatiõe & diuinatiõe sumptũ uidet̃/& ab auctoribus latine lingue ꝑsępe ita usurpat̃: ꝑprie tñ circa aues diuersatur ab eisq̃ & gerẽdo quasi auigeriũ siue ab earũ garritu nomẽ tulit: Au spiciũ item: ab inspiciẽdis auibus dictũ est/q̃bus de rebus fit ut ꝑmiscue quãdoq̃ acceptũ aliudq̃ pro alio positũ appareat: quanq̃ auspiciũ proprie dici uideat̃ id qđ ꝑ rerũ exordijs capiebat̃/ex gestu uolatuq̃ auiũ: Vnde factũ ut rerũ initia & ductus auspicia uocarẽtur: ea quoq̃ stulticia inter auspicia ponebatur a gẽtibus/ quæ degustatu auiũ ꝑmebatur/cum pulli.s.Gallinacei trahebant̃ ex cauea porri gebaturq̃ illis esca inde terripauiũ & tripudiũ solistimũ: tũq̃ ꝑnities portendebat̃ si escã minime capere uoluissent: Inter auspicia quoq̃ hynnitus equorũ & fremi tus in libro de moribus & situ Germanię reposuit Tacitus: idq̃ ꝑpriũ gentis præ sagiũ esse memoriæ prodidit. Duæ aliæ diuinatiõis species quæ de auibus pepen dere/una ex uolatu: ex garritu altera uidẽtur ad auguriũ pertinere: Nã quę de gar ritu fluxit ipso noïe se manifestat.de cætu quoq̃ uolatu cantuq̃ Cygnorũ in quẽ Aquila crassata fuerat tyriæ uirginis mentita imaginẽ/ Venus apud Maronẽ ca nit: Ni frustra auguriũ uani docuere parentes. Hæ oẽs fatuitates & impia delira mẽta unico noïe augurij sacrę litteræ detestãtur. Gentes inquit Moses ad populũ uerba faciẽs augures & diuinos audiũt/tu aũt a dño deo tuo aliter es institutus. & alibi. Nõ augurabimini: & iter: nõ inueniat̃ in te q obseruet auguria. Malignus aũt dæmon cũ aliqua ex auibus capi cõspiceret ex q̃bus cõiecturã de futuris texere hoïes possent natura duce/queadmodũ tertio libro docuimus: cũ de naturali præ notiõe uerba faceremus; imiscuit se fallatijs innumeris/ ut ex uera cõiectura natu ræ innoxiã superstitionis fraudẽ/curiosum hominũ genus præcipitaret: cũ enim aliqd iminere aduersi uel regionibus: uel urbibus uel principibus deprehẽderet. Nã hoc ille prænosse ante hoïes potest/ut supra monstratũ/impingere aues/uel in

conſuetis uolatibus/uel tetris garritibus/uel ſtridulis crocitationibus cõſueuit/ ut
obſeruatis his quæ auibus inſolita contingerãt collatiſq; poſtea/uel ad exorta bel
la/uel ſecutas cædes/colligi poſſet ars uel hac obſeruatiõe/ut quotienſcunq; id aui
bus eueniret conſequio uel bellum uel pernities expectaretur: tanq; hoc ex illo
portenderetur/& ueluti effectus ex ſua cauſa penderet. Decepit olim gentes hac
noxia uanitate:& utinã ſolas gentes nec etiam ſalutari ablutis unda nocuiſſet/nec
in eos craſſaretur indies/& cornices/bubones/lepores/muſtelas/offerret quotidie
ex quibus quaſi infœlicibus augurijs portẽdi ſibi male ſani homines malum pu⸗
tant:nec illa Almadalis arabis ſententia prætendi pro excuſatione poteſt/ qua fre
ti ſuperſtitioſorũ nõnulli autumarẽt ad naturalia præſagia pertinere huiuſcemo⸗
di auguria. Aſſerit enim bubones & nycticoraces/cum ad inſolitas regiones man
ſioneſq; diuertunt inditio eſſe homines earundẽ regionũ & ædium morituros:ꝓ⸗
pterea ꝙ cadaueribus aues ille delectantur:moriturus autem homo iam poteſta⸗
te inquit cadauer eſt:O bellam rationẽ:nonne & hi qui poſt decem annos moritu
ri ſunt poteſtate & ſunt & exiſtimantur cadauera? Dices remotã illam eſſe poteſta
tem/hanc proximã:quã ſcilicet præſentiũt: eſto cadauer autem nõ eſt qui uiuit ad
huc:Iam hominis forma remanet manẽte.ſ.anima quę cadaueri prorſus repugnat
ut quæ ſimul eſſe nullo modo poſſint. Sed finge/ut hoc aues illę pręſagiant impul
ſu naturæ:alia nõ nulla quæ Almadal affert dogmata:ſeu mauis deliria & uanita⸗
tes augurandi: quo pacto defendes:ad præſenſionẽ naturæ pertinere / ut eiuſdẽ
ſpeciei aues inter ſe confligentes prouintiæ mutationẽ ſignificent: quæ uero ſpe⸗
cie differunt/& amplius non uiſe regionis illius nouam fortunã portendãt:miſcet
itaq; nõnulla falſa ueris quibuſdã quorum nos cõmunem rationẽ & cauſam ter⸗
tio libro protulimus. Sed hallucinantur facile qui nimio plus hoc ſtudio tenentur
Memini dum magno cuidam principi & affini adęquitarem quo perquam fami⸗
liariter utebar & uenatum pergeremus/cornicẽ qua tranſibat palo quopiam inſe⸗
diſſe propinquo adeo principi illi ut eius pene crure pertingeretur: ea horrẽdas
uoces diu edidit uidebatq; & roſtro & colli flexu & crebris garritibus minari. At
ille conuerſus uide inquit/ frater deceſſit e uita:nunciũ eñ acceperat eundẽ ægrũ
eſſe & magnopere ambigi ne moreretur:quod equidẽ paucas poſt horas euenit:
cum domũ reuerſo illi fratris mors per epiſtolas ſignificata eſt:quã nec ſiniſtra ca⸗
ua prædixit ab ilice cornix:dextra eñ erat: & nihilominus noua nõ ueteri ſupſti⸗
tiõe ſignificari aduerſa percepit:quanq; etiã apud ueteres/alij dextrã/ ſiniſtrã alij:
alij aliter uarijs i auibus pro euẽtu malo obſeruauerũt. Sed ꝗ; ſint huius uanitatis
uaniſſimæ ſniæ ꝓditæ hinc licet intueri: ꝙ alij nec ad leuã/nec ad ſiniſtrã cantante
cornice bonũ captabãt auguriũ/uerũ quocũq; loco:quocũq; receſſu ſolã eam auẽ
inueniſſẽt/inauſpicatũ putabant/ut ꝓdit ęlianus.iij.de aĩalibus libro:callidus itaq;
dæmon malæ principis illius mentẽ/ſimulq; uitã fratris morte abrũpendã pręno
ſcẽs/cornicẽ impulit/q̃ infauſta putatur ſupſtitioſis/ ut fratris quaſi obitũ ſuo illo
garritu/principi male ſano præcineret:ita exigente diuina iuſticia/ut qui auiũ ma⸗
gis uoci/ ꝗ; dei oraculis concredũt/ ſeſe ludificationibus dæmonũ decipiantur/&
abeant in præceps. At qui ſigna hæc & geſtus uolatuſq; auiũ cauſas earũ rerum
eſſe nõ poſſe quas p̃ſentire augures auſpiceſq; contendũt / manifeſtũ opinor:ſed
nec effectus dicturos eos puto/ꝙ ſi nõ cauſas/ſed earũ cauſarũ effectus eſſe dicãt:
a quibus & futuri etiam euentus deriuantur/nil magis ipſi colligerent:vt ſuã hinc
ſuperſtitionẽ fulcire poſſent:Nã & ſi quoquo modo afficerent̃/impellerẽturq; ab
eiſdẽ cauſis/quæ etiã num futura ꝓferrent/affici tamen inde alio nequirent modo
ꝗ; qui ſuæ naturæ conueniat: cuius eſt propriũ ad unum phantaſia impellẽte du⸗

ci/liberoꝗ in alterutram partẽ iudicio carere: eo enim naturæ impelluntur inſtin-
ctu/unde ſibi uitæ cõmoda & neceſſaria procurent: has autẽ cauſas/quę & futura
pariant/& illa etiam afficiant/quas rogo alias ꝗ naturales aſſignabũt/ cœlum.ſ.&
ambiẽtem aera: Vnde & frigus & calor/& uenti & tẽpeſtates/& ſerenitas proue-
niunt. Mitto diuinã cauſam/ quæ omnibus imperat: qua factũ ut coruus Heliam
pauerit: ut Cæte Ionã uomuerit. Qua ꝑpter cum a cœlo & ambiẽte aere iſtiuſmo
di animalia afficiuntur ſigna eſſe poſſunt earũ rerum quæ ab aere & cœlo depen-
dent hymbriũ.ſ.uentoꝝ/frigoris/caloriſꝗ futuri/a quibus cum affectę fuerint gar
ritus edunt. tutaꝗ ob id loca præter uolantes petunt / nobiſꝗ ea (quaſi dixerim)
aduentantia incõmoda prænunciant. Sed & cõmoda etiam cum impendente ue-
re/accedunt ad nos nidificandi gratia. Tempus quippe uernum prænunciant no
bis ſuo aduentu hirundines/Luſcinię/Ciconię/ Turtures/& ſi quæ huiuſmodi/cũ
eorum tamen peręgrinatio natura duce fiat quæ terminatur ad unum ſtatũ ob id
tempus obſeruãt: unde & illud apud Hieremiã de turture/hirundine/ & ciconia q̃
aduentus ſui tempus cuſtodiũt. Cæterũ hoc nõ ſolum auibus: ſed & quadrupedi-
bus & piſcibus cõmune eſt/ut quæ pręſentiũt eorũ nos quodãmodo pręmoneãt
ut tertio libro docuimus: quod quidẽ auitio dũtaxat generi / augures auſpicesꝗ
tribuere & in duas id ſpecies diſtribuerũt/ ut aliæ eſſent aues q̃ cantu/alię quæ vo-
latu futura quaſi oĩa prædicerẽt/de aduerſis/de proſperis/de pace/bello/uictorijs/
uaſtitatibus: Illas oſcines: has præpetes uocauerunt. Veſaniã addiderũt auſpices
tertiã in pullorũ eã eſcis collocãtes ut ante meminimus. unde igit̃ potuere etiã phi
loſophi hoĩes inſanire ut uolatibus & garritibus auiũ cõmouerent̃: Vnde & Stoi
cus Epictetus quanꝗ alioq grauis auctor ſuſpicari potuit ut ſi coruus aduerſum
crocitaret/uel corpori uł gloriolę uel natis/uel uxori ſignificaret a natura em̃ eis q̃
bus uſi ſumus rationibus fieri nequit / uti ad hæc externa protendatur. Si uero ui
eas aues diuina impelli autumaret: quomodo effugeret quin illis quoꝗ portẽde-
rent quę in nobis ſunt. Ab eo tamen libera appellata/nec eiuſmodi nugamẽtis ob
noxia: quanꝗ he quidẽ fatuitates irriſione potius egent ꝗ longa confutatiõe. At
forte illud Ioſephi a quopiam aduerſum nos afferetur: quod in ſacra Geneſeos hi-
ſtoria deſcribitur: dum & in cypho eum augurari ſolitũ ipſius diſpenſator narra-
uit fratribus/ & eiuſmodi poſtea præcellentẽ ſcientiã ſibi ipſi Ioſephus adſcripſit:
ſed nil magis hinc ſuperſtitioſe trahes: ioco enim dicta illa ſunt: qđ & uoluit Au-
guſtinus & eo forte relata quo iudiciũ tendebat vulgi: ſimilia quoꝗ fratribus Ioſe
phi ioco dicta nõ ſerio legi facile poſſunt: quid: ꝗ & diuerſis etiã augurãdi auſpi-
candiꝗ exploſa demẽtia eſt/in quo nihil diuini/quia uel coactũ & expræſſum/uel
naturale eſt/alia quippe Romanis ſiniſtra auguria: alia nationibus alijs/contrariã
quoꝗ augurij diſciplinã/deiotari trachaniorũ tetrarchæ Romanis auguribus ſcri
bit Cicero/Romanoſꝗ ipſos paucis admodum auibus/omnibus uero alias natio
nes uſas/Grais & Barbaris dextra meliora / Romanis ſiniſtra putata eſſe: queli-
bet tamen natio experimentis euentuum ſua confirmata auguria contendebat:
quæ cum aduerſa eſſent penitus & pugnantia quæ poteſt experimentis ineſſe
ueritas: Dextra enim ſi obſeruatum eſt malos euentus parere: ſi alia ex parte ob-
ſeruarunt/ alij bonos inde effectus euenire : contraque ſi alius ex ſiniſtra bo-
num / malum alius diuturnis experimentis collegit: quæ fides dextris haberi
poteſt: Quæ ſiniſtris: Hinc enim fieri manifeſtum eſt ueſanam huiuſmodi ſuꝑ-
ſtitionem/aut cauſam/aut ſignum futurorum eſſe non poſſe/ quæ inde pendere
iactant inſani: Adde ut quemadmodũ a Plynio ſcriptum eſt in augurũ diſciplina
conſtabat/ neꝗ diras aues/ neꝗ ulla auſpicia ꝑtinere ad eos qui quanꝗ rẽ ingre-

dientes obseruare se ea negauerint: Hinc plane cognoscamus etiam si aliquid pen si haberent auguriorum deliria ipsorum tamen augurũ auctoritate firmatum in nostra esse facultate/ut ipsa viribus effeta penitus reddantur/ cum illis ex in obser-uatione scilicet fidem abrogamus nostram.

¶ Aduersus omina gentium. Caput Quintum.

Eliquæ superstitionum species/ quæ occulte de fœderibus dæmonum prodierunt recensendæ confutandæq; supersunt: omina/sortes/ osten-ta/monstra/fulgura/& si quæ aliæ/ac demum somnia dæmonica tumq; sexto huic libro ponetur finis. Pythagorei hominũ uoces obseruabãt/ quæ uocabant omina/nec mirũ/quando & se deorum etiã:ut dicebant: uoces ob seruare profitebantur: ea ualere Romani consuerunt: propterea rebus agendis omnibus/quod bonũ faustum/fœlix fortunatũq; esset præfabãtur. Rebus quoq; diuinis quæ publice fierent/ut fauerẽt linguis imperabatur: cum imperator exer-citum: Censor populũ lustraret/bonis nominibus qui hostias ducerẽt eligebant/ in tantũq; superstitio creuit/ut non ex improuiso solũ / uox oblata sumeretur pro omine/sed expectaretur etiã petereturq; / ita ut capiendi ominis causa in Sacellũ exirent/& uocẽ expectarent. Omẽ etiam ex rebus quandoq; summebatur: vnde illud apud Ciceronẽ/ꝗ Lucius paulus cõsul ex catella thracia filiolæ mortua omẽ gerendi prospere belli/aduersus regem Persam accepit: Hęc autem nullam omni no/aut naturalẽ/aut diuinam rationẽ habent/sed plane superstitiosam & superua cuam: neq;.n.aut boni aut mali euentus causa esse potest humana uox/ incõsulto prolata: ni forte ad bella/ad cœdes: si uel ab insano quopiã uel scelesto / qui popu-lis & exercitibus etiam præsit effusa fuerit. At pro omine huiusmodi uox quo pa-cto sumetur? quã ideo nõ portẽdere id cuius esset causa pósset aduerti nisi quia ꝑ eã excitarent dũtaxat animi ad bella/uel inferẽda/uel referẽda ad cædes & uastita tes perpetrandas: ad pacem etiã num uel in eundã uel firmandã. Signũ autem po-tius futurorum omen & esse & haberi debere contenderẽt: At quæso quod signũ haberi potuit/ut gratia exempli: Lucius paulus aduersus Persam Macedoniæ re gem/bellum prospere gesturus esset / quia filiolæ mortua esset catella quædã no-mine Persa/signum inq; / ꝗ uel causa esset belli prospere gerẽdi/ uel magis illius ef fectus/uel forte ꝗ ab eadem causa/a qua & belli prosperitas simul produceretur: Aliud.n.dici uere non potest ut supra sæpe a nobis allatũ.sed rogo mortua catel-la/quæ scilicet iã perierat & non erat/ quid potuit esse causa bellãdi fœliciter quo-modo effectus eius prælij illo modo potuit existimari/ cum causa præcedere effe-ctum oporteat: Mors autem præliũ diu præcesserit? Dices ab eadẽ causa fluxere & secundus belli successus & catelle mors/quæ nam oro.est illa causa: profer si po tes: adduc in medium cœlum ne: At illud mortis pariter & uitæ causa est & uni-uersalis adeo/ut non distinguat effectus/ut diffuse declaratũ est: an superiorem for tasse aliam excogitaueris/& in dæmonẽ uel in deum contuleris? quippe cum infe riorem aliam quæ & mortis catellæ/& fœlici pugnæ cõmunis sit inuenire causam non possis/si dæmoni acceptum id referes resistamur equidẽ/prælia fœliciter ge-sta non ei tribuens/sed deo qui olim exercituũ deus uocari uoluit qui itidem Ro-manis concessit imperiũ longe lateq; propagatum / sed & catelle mors ab eodẽ ꝓ-uenit: sine cuius uoluntate nec passer in terram cadit / ut euangelicis præceptis in-struimur/cuiusq; b enigna largitas: quod & in psalmo scriptũ est: coruorum filios pascit: quod si minus christianæ sapiens/earũ rerum auctorẽ demonẽ contẽderis/

multa opponere poſſum/quibus proſternaris:Sed illud in primis diſſoluas/quo pacto ita mors catellæ/ſignũ potuit eſſe pugnæ fœlicis/ut ex mortua ſcilicet Perſa deuincendus Perſa portẽderetur:quid catella cum homine:quid rex cũ beſtia:qd mors cum uita/ cum uictoria conueniunt:At forte non illud inquies te intelligere ſed in diuinã pariter prouidentiam utrũq; te referre quibuſcunq; id ſecundis & inter medijs cauſis perpetretur ſi hoc ſentis/non perperam ſentis: nulla tamen ob id acceſſio facta eſt/quibus tua confirmentur / infirmantur autẽ magis: cum diuina prouidentia non illorum ſolum/ſed omniũ quæ fuere/quæ ſunt/ quæ erunt cauſa pariter eſt:peculiaris autem & proprij nil dicis.Nanq; hoc ipſum ad illud ſignificandum ordinaſſe deum/probari a te neceſſarium eſſet/ ni ſecundã aliquam cauſam inueheres/cui hoc eſſet muneris delegatum:tantum autẽ abeſt / ut hoc poſſis ut etiam ſi ſacras litteras perlegeris ubiq; uanas iſtiuſmodi ſuperſtitiones damnatas intelligas:nec mihi opponas Gedeona/nec ſeruum Abrahæ/quorũ alter audito inimici ſomnio/ſe ad bellum accinxit/alter Abrahæ Nurum futuram intellexit: hic enim orauerat petieratq; ſibi futuram Iſachi uxorem uerbis indicari:quam ut quereret domini eius Abrahami mãdata & tradita iuramenta perurgebant eaq; uerba ueluti ad ſui inſtructionem a diuina prouidentia præordinata deſumpſit: Ille uero iam de ineundo prælio inſtructus ab angelo: qui & uictoriã ampliſſimam ſpopõderat inimicis/aduerſa quæ ſibi uidebãtur ſomnia recitantibus ad eos aggrediendos animatus eſt/ad quod prius fuerat diuinitus edoctus/ ut in caſtra pergeret ad eorum obſeruanda uerba/quo ſecurior ad inuadendos hoſtes deſcenderet/potuere enim huiuſmodi uerba a deo cui omnia ſubſunt: & iuſtiſſime quidem ordinari/ut per ea inſtruerentur qui ſibi nõ iniuſtum exhibent famulatum quem dæmon iniquus conatur peruertere:cum enim protẽdũtur ulterius uerba/q̃ exigat/aut naturę aut diuinæ prouidentiæ ordo: ſuperſtitioſa prodeunt omina/cum alias/ tum noĩe diuinatiõis & augurij nobis interdicta: quę cũ alijs etiam a natura exploduntur/cum nec effectus (uti diximus) nec cauſa eſſe poſſint futurorum: nec ſimul ab eadem naturali cauſa cũ futuris ꝑduci/ quorũ nullo pacto ſigna indiciave ſunt/aut iure meritoq; haberi poſſunt. Ad hęc illud cogitandũ in huiuſcemodi ſuꝑſtitionibus poſſe quẽlibet paulo exercitatũ in quodcunq; malueri t ſignificatũ ſignũ ipſum cõuertere: ex uaria videlicet conſideratione rerũ ipſarũ quæ pro ſignis offerũtur:ad portendẽda futura. Nanq; ſi Aſtrologicæ incubueris uanitati/ & ab alijs cultoribus euariare uolueris/in fato decernendo / præſto erunt pugnãtes auctorum contradictoriæq; ſententiæ:ut ſi illa ad illud ducat: & ad aliud alia uergat qua malueris uti poſſis/ uel ad pernitiẽ (ſi tibi id cordi fuerit) cõminandã/ uel ſi pleniora marſuppia ſonuerint ad ꝑmittendã fœlicitatẽ: Ita in Chiromãtia uariæ lineę In Geomantia figurarũ diuerſitas imperite ſuperſtitioni ſuppetias ferũt:ita in ipſis ominibus euenit/ quod multis probari poſſet: illud ſit ſatis/ qđ nũc ſuccurit apud Maronem in. iij. Eneidos libro. Illud inq; omẽ:qđ in alterutrã partẽ Anchiſes interpretatus eſt/cum quattuor illos aſpexit equos candore niuali/ ob id em̃ qđ in belli opere equorũ uſus inquit:Bellũ o terra hoſpita portas:Bello armantur equi: bella hęc armenta minant̃:ob id itẽ qđ curru iũgunt̃/& cõcordi iugo trahũt:Spes eſt pacis ait:Ita in reliquis oĩbus cõſpici datur:q̃ in utrũq; latus ſuperſtitiõis uergi poſſunt a ſuis cultoribus:refellunt̃ autẽ magnopere tripartita illa ratiõe/qua & aduerſus alia ſuperſtitioſa ſigna & aduerſus ipſa omina paulo ante uſi ſumus.

¶ Aduerſus Oſtenta/Monſtra/Sortes/Terremotus/Fulgura/ quibus gentes diuinabant. Caput Sextum.

Ac ipsa argumentatione: Ostentorũ: Fulgurũ: Sortiũ aliorũq; istiusmo
h di superstitionum præscita cõmode refelluntur: nam perquirenti nul-
lo impendio constat/signa ea futurorũ secundum naturam haberi non
posse cum nec illorum effectus/ nec causa aut sint aut esse queant/ nec
ab ea simul causa dependeant/ a qua & futuri pariter effectus proficiscuntur: qd
em̃ cũ futuro euentu cognationis habet ostentũ monstrũve aliquod: an qđ ex de-
fectu particularis naturæ uel materiæ scilicet repugnantis uitio/uel agentis imbe-
cillitate forte contigit/ad efficiendũ aliquod magnum adducetur a nobis: signifi-
cari eo dices non effici: At illa te incommoda sequentur/quæ Astrologos supra
nonnullos miserunt in præceps/asseuerantes non effici a syderibus/sed significa-
ri tantum portendiq; futura/respõdebis causam futurorum effectuum/monstro-
rum etiam & ostentorũ causam haberi: refellam & ego ijsdem intermedijs quibus
paulo ante destructa sunt omina/ac destrui facillime possunt/pleraq; alia mox se
cutura/cum naturæ opere fieri non possit/ ut Ostentis/ ut Monstris magni illi seu
dextri seu sinistri euentus portendãtur/& ab aliqua pendeãt proxima causa/ quæ
& futura etiam proferat. Impostura dæmonum ut id fiat uideri potest. Sed & ple
raq; non monstrosa/non ꝓdigiosa per sese/pro monstris tamen & portẽtis haberi
possunt a quibusdã quibus rerũ natura nõ satis comperta est causarũ enim igno-
ratio noua in re admirationẽ parit: propter quã philosophari homines cæpisse in
exordijs primæ philosophiæ scribit Aristoteles. Adde ꝙ in Ostentorũ prodigio-
rumq; numerum sumpti aliqui effectus sunt/quibus nulla debetur admiratio eo-
rum autem debetur causæ ob raritatem/quæ tamen minime consideratur/ nec ob
id miratu digna iudicatur: propterea Cicero & quidem recte ait: Mulæ partus mi
rabilis non est/sed conceptio/nam quæ concepit parere necesse est: concepisse au
tem rarissimum & difficillimũ nedum necessarium: ꝙ si portentum est quod raro
fit certe portentum (ut ille inquit) est sapientẽ esse: uerum qui raros huiuscemodi
uident effectus aliqua obseruatione (ut superiori capite declarauimus) a dęmone
decepti superstitionẽ confirmarunt: viderunt: uerbi causa: Mulæ partum insolitũ
uiderunt eodem tempore insolitam uastitatem/actutum ingerente se dęmone per
suasi sunt hanc ex illo deriuatam/& quadam quasi habena deductam/ita in saltu
mẽbrorum: Vnde huius stulticiæ obseruatores saliarij dicti: ita spatule diuinatio
& huiuscemodi plurima. Ita in fulguribus/fulminibusq; interpretãdis: unde apđ
Maronem in Buccolicis: Melibęus introducitur/qui amissi agri calamitatem quæ
paulo post fulminatam quercum obuenerat/in fulmen referebat his uersibus:
Sæpe malum hoc nobis (si mens non leua fuisset) De cœlo tactas memini prædi-
cere quercus. Huius superstitionis peritiam maxime profitebant̃ æthrusci: ij cœ-
lum nõ ut Astrologi in duodecim/sed ĩ sexdecim partes diuidebant ut qua ex par
te fulmen euenisset ex eo sibi clareret. Sinistrum id si fuisset: indicare prospera pu-
tabant Romani: In cõmitijs autem habendis tam dextro ꝙ̃ sinistro fulmine aduer
sa portendi/idipsum quoq; formidabãt quacunq; ex parte tonasset fulgurassetq;
Idem in terremotibus etiam obseruauit antiquitas cuius rei liber græco eloquio
nuꝑ ad manus peruenit/in Orpheũ relatus authorem: Sed perabsurdũ nimis/ ut
qđ frequentissime fit: pro uario terrę anhelitu/pro uentorum uiolentia/uaporũq;
condictione/ex eo rerum futurarum significationem petere/quorum nec effectus
esse possunt nec causa/præterꝙ̃ forte mortis inferendæ illis qui fulmen exceperit/
aut qui terrarum hiatu perierit: Sed nec ab eadem proxima deduci causa possũt/
a qua & futurę pendeant res/ut supra deductum est/ Sane num illud redolet insa
niam/uariari euentus/si leuum intonuit/ si dextrũ fulgurauit: quid enim solidi po-

teſt afferre ſola dextri ſiniſtriqꝫ conſideratio/ ſolus reſpectus ſola relatio & ſi eo cō
fugiant ut dextrū quodāmodo (Ariſtotele auctore) in cœlo ſit atqꝫ ſiniſtrum nullo
etiam conſiderante: Regiones dubio procul aliæ aliam conuexi partem pro de⸗
xtro habent/ quę alteri erit regioni ſiniſtra: quare ab eodem fulmine illi malū huic
bonum erit expectandum: quid: quocunqꝫ nos uertimus dextrū ſiniſtrūqꝫ idē
tidem uariamus: quid: cum iacitur in ſolitudines fulmen cum in mare deijcitur/ cu
ius aut ſonitus/ aut coruſcatio aures oculoſqꝫ interpretū lateat. Prætereo Tagē ar
tis inuentorē/ quem ſupra irriſimus: eū enim Ethruſci primariū auctorē faciūt aru
ſpicinę ſub qua & fulgura compræhēdi fatetur Cicero: quis enim ſanus accedere
poteſt ut credat ex tam mendaci Tagis fabella: alia ꝙ fabuloſa ꝙ uana dogmata
poſſe deriuari. Nec ſane Orpheus ille/ ſi tamen Orpheus fuit ullam affert omnino
cauſam cur quiſpiam ex terremotibus/ urbium hominū regionum euenta præſa⸗
gire poſſit/ ſolum uano narrat arbitrio/ Si terræ cōtigerit motus nocti: Si ęſtate/ Si
hyeme/ ſi aurora/ ſi interdiu quid portēdat: quæ certe & ſaniore poſſunt arbitrio
refelli & experientie teſtimonio ut arbitror non ſecus irrideri ac ſupra Tagis por⸗
tenta irriſimus Aruſpicinæ auctoris. Sed nec latium multo inſigniorem habuit au
ctorem ſuarum ſortium/ ꝙ Aruſpicinę habuerit æthruria: Prænestinorū monu⸗
menta narrant Numerium Suffuſium ſomno monitū ut ſilicem cederet fractoqꝫ
ſaxo ſortes erupiſſe/ quæ ſcilicet inſculpte erāt in robore. Mel item eodem tempo
re prope templum fortunæ ex olea fluxiſſe qua propter ſortes eas laudauiſſe aru
ſpices & iuſſiſſe ut ex ea olea arca fieret quo conderentur/ quæ poſtea fortunę mo
nitu manu pueri miſcerentur ducerenturqꝫ/ qua quidē in re caſus atqꝫ temeritas
non ratio aut cōſilium ualet: Sortium multa ſunt genera ut in talorum iactu in teſ⸗
ſeribus proijciendis/ in figuris Chartaceo ludo pictis/ & quæcunqꝫ prior adue⸗
nerit expectandis in eruendis longioribus paleis/ in oculorum iactu ſuper pa⸗
ginis. Vnde & Virgilianę ille ſortes apud Sparcianum in Surculis/ ut olim apud
Germanum ſuper candida ueſte temere & inconſulte iactatis: & ſi quid huiuſmo
di quæ prope infinita eſſe poſſunt/ tam & ſi appellarētur/ aliquando ſortes/ ea quę
per uoces fiebant reſponſa: unde illud Vergilij Italiā lyciæ iuſſere capeſſere ſor⸗
tes: quæ pro reſponſo Apollinis ſummuntur: Sic & apud Sylium Iouis hāmonis
oracula ſortes appellantur: Heu fruſtra reditū ſortes tibi ſæpe locutas/ Mentitūqꝫ
Iouem: & apud Horatium: dictę per carmina ſortes. Item apud Ouidium: ſortēqꝫ
dedit: quę pro ipſis oraculorum uocibus & reſponſis deſumebantur: Inuenio au⸗
tem ſortium nomine/ non uoces ipſas: ſed ea quæ per uoces & oracula futura indi
cabātur ſignificari: ut apud Valerium flaccum in Argonauticis/ cum Iaſon hæc
proferre introducitur: O utinam ſcythicis ſtruerem cum funera terris. Vox mihi
mentitas tulerit parnaſia ſortes: Apud Ciceronem quoqꝫ ſcriptum eſt: Reſtant &
ſortes he quæ dicuntur non ille quæ uaticinatione funduntur/ quę oracula uerius
dicimus: & ſane in hoc conueniūt ſortes omnes/ ut tum eo poſſint nomine appel⸗
lari/ cum eius euentu conſiderato atqꝫ perpenſo/ quod oculebatur manifeſtū fiat:
Ad tria nihilominus genera facile reducuntur de triplici fine pendētia/ qui enim
ſortibus utitur aut diuidēdę rei cuiuſpiam cauſa id agit/ aut ſui alteriusve conſulē⸗
di gratia/ aut diuinādi: Euentus autem ſortis aliunde expectari non poteſt/ ꝙ aut
ex fortuna & caſu/ aut ex ſpiritali cauſa/ cuius vi moueri phantaſia poteſt ſortem
mittentis aut trahentis & cętera id genus patrari quæ ad obſcura ſortibus declarā
da conducunt. Qui fortunę euētus morantur uanitatis taxari titulo cōuenit/ quo
niam ei confidunt quæ conſilio aduerſatur & rationi cuius beneficio cōuenit ho⸗
minem gubernari. Si uero de iuditio ſpiritalis pendet cauſæ/ euenire id bifariam

potest/cum & a bono & a maligno spiritu possit euentus deriuari. Si ultimũ des/ detestãdum illud quidẽ sicut & alia oĩa uel occulta uel expræssa cum dęmonibus inita fœdera/quæ & ratione cõfutata & ab ecclesiastica ueritate condemnata sunt præcipuus hic gentiũ error quo & Babyloniæ regẽ circũactũ propheta Ezechiel monumentis retulit. Si uero primum malueris/ut a deo scilicet & bonis angelis euenta rerum operiare: plurifariam etiam aberrare poteris / tantum abest ut imitendis sortibus frequens esse debeas: Nanqȝ & si nulla id necessitate facias quod ad curiosam de qua sumus acturi prænotionẽ spectat/si abqȝ dei reuerentia precibusqȝ porrectis/si ad uitæ uanitates/seculiqȝ negocia perpetranda/ si ad ecclesiasticas electiones perficiendas id ipsum paras a rectĩ uia flectis: quemadmodum ex ecclesiasticis canonibus: Ex Beda/ Augustino/Ambrosio/Thoma potes edoceri: ꝙ si quando in ueteri testamento legimus a sanctis hominibus sortes obseruatas & in nouo quoqȝ Zachariam posuisse incẽsum/& Mathiã in apostolorũ numerũ sorte delectum: scire nos oportet/quattuor illas condictiones absuisse/ quibus carere ij debent/qui per sortes diuinũ expectant iudicium. Illud quoqȝ sciendũ frequentius hoc in ueteri testamẽto factum/ut sortibus uterentur/ꝗ in nouo in quo magis elucet ueritas in quo discussę legis umbræ sunt: Neqȝ enim post Christum nisi electionem Mathiæ in apostolorum actibus reperies / quæ ante spiritussancti in die Pentecostes effusionẽ facta est/& Zacharias sorte electus legitur: ut incẽsum poneret Christo nõdum nato: nedum euangelio promulgato: Semptem diaconos non sorte/sed electione apostolorũ ordinatos legimus: post Mathiæ sortẽ/ de qua quidẽ multi loquuntur: & quæ nam sors illa fuerit ambigunt & enixe quęrũt eã ego ꝑcipuã sñiam existimo/quã Dionysius Ariopagita sanctissimus theologus in libro de ecclesiastica hierarchia perscripsit. Videtur inquit mihi scriptura sortem appellasse diuini quiddã & præcipui muneris/ per quod illi choro sacratissimo insinuaretur qui esset diuina electione declaratus.

¶Aduersus superstitiosa somnia. Caput Septimum.

Estat eam quæ per somnum fit diuinationẽ explodere / ut omnes eius species quæ de occulto fœdere/quasi de antro stygio fluxerũt protinus elidantur & ad magicas uanitates & in nanes noxiasqȝ obseruantias eliminandas calamum cõuertamus: Monstrauimus supra multis ex causis pendere posse somnia/ naturali/ diuina/dæmonica multa de ea ꝗ scd'm naturã diximus/& de diuina quæpiam & dæmonica/ ab astris quoqȝ pendere non posse prophetiam secundo libro probauimus/ & quarto potissimum ea de re ægimus/ eo præcipue ꝙ existimauimus id conducere ad ea explodenda somnia/quæ spectant ad pactum fœdus cum dæmone: nunc de ijs potissimum loquendum quibus ut illudat malignus ille se ingerit/quanqȝ fœdus publice non pepigerit/ quod quarto quoqȝ libro quoquomodo nos facturos promisimus/Indi/Egyptij/ Gręci Romani/alij multa obseruarũt in somnis: ex quibns ad futura coniectanda quasi artem conficere præsumpserunt. Sed & iudei quoqȝ ipsi postqȝ Christo abnegato in mille insanias iuere præcipites/ære minuto ut inquit ille somnia uendiderũt/ uana illa nihilominus & superstitiosa admodũ obseruatio iudicari debet: quippe cum diuina non sit ad ea extendit sese ad quæ non pertingit natura: quo autem & quantum progredi hac in re ipsa possit iam declaratum est: ꝙ autem mẽtibus ho-

minum non insit tanq̃ oraculum / ut antiquus dicearchus & Cratippus uoluere/ quo futura præsentiantur uel furore uel somno satis ex illis quæ supra diximus patere potest. Adde q̃ furor uim naturæ illatam sonat ab exteriori & potenti causa/quod Apollini uates inuadenti tradiderũt: Causę autem somniorum partim explicatæ sunt/mox ex negocio recensendę: quibus qualia & unde nam hominibus euenire possint insomnia declarabitur: cum ex obseruatione somniorum paucula respondere euenta collegisset antiquitas: adeo curiosum hominũ genus est: ut etiam ea de re philosophi hallucinati sint: vnde & ob ueritatem clarius percipiendam & Pythagoras & Platonici nonnulli putabant cultu quodam & uictu præparatos ad dormiendum proficisci oportere/quasi uerum ex falso prodire neque at: quasi casu id non euenire potuerit: quasi qui totum diem (ut inquit) ille iaculatur non aliquando collimet quasi & insani & ebrij & rude vulgus quandoq̃ in ueritatem multa delirantes non incidant/ qua propter rejicienda omnia/ quæ aut a deo bonisve angelis missa non sunt: aut secundum naturam euenisse commode iudicari nequeunt. Nam tam & si amentium hastas collimare contingat/& amicorum sollicitudo/ nonnihil per quietem redeat/ & humores etiam ut diximus inferant somnia quorum interpretationi & medici & interpretes uacarunt/ex humorum illi qualitatibus hij ex figuris similitudinibusq̃ coniectantes & naturæ præscriptum non egredientes. Immiscere tamen se aliquando potest dæmon/ ut olim cum etiam sub Esculapij numine eius in templo & phano Phasiphæs deludebat insanos. Salubris monitio posita est ĩ libro q̄ ecclesiasticus inscriptus est: multos inquit errare fecerunt somnia/& exciderunt sperantes in illis: quin & præceptũ Mose est/ne somnia obseruarentur: & quãuis diuina quæ ita esse cognoscuntur/ excipienda sint & ea quæ secundum naturam sunt non excludenda putemus in uniuersum/tamen id forte est dictum/ut quanto in discrimine uersentur somniorum studiosi diuino testimonio percipiant. At qui portenta omnia: monstraq̃ somniorum de quibus interpretãdis/iuxta Egyptios/ Chaldęos/ Assyrios libri editi sunt/ uana esse & ridicula nemo sane mẽtis nescit qui ea perlegerit: nihil enim ibi quod in diuinam / nihil quod in naturalem referri causam possit/quo fit ut superstitiosa & sint & haberi iure meritoq̃ debeant. Siquidem cum eis animaduertimus somnijs nec exactos philosophos nec probatos medicos naturalem coniecturã consequi posse / sistere mentem animumq̃ debemus pariterq̃ scrutari nunquid pro diuinis haberi somnijs possint/ quę scilicet haberi pro naturalibus non potuerũt. Et sane si diuinum lumen/intimusq̃ ueritatis tactus abfuerit: aut cum vanis / aut cum superstitiosis si computentur nihil incommodi eueniet: quibus de rebus cũ de prophetico lumine ageremus mentio facta est & adducta in medium sanctæ Monichæ somnia/quæ utrum diuina essent internoscere se non figuris non imaginibus ipsis/sed intimo quodã sapore quem uerbis explicare nõ poterat Augustino filio referebat/eo igitur lumine diuina a dæmonicis/a naturalibus a uanis distinguuntur: patefiuntq̃ dormienti: quis enim sacro fonte lauatus accederet ut suspicaretur/ Iosephum uirginis uirum/ cum Christo & matre in ægyptum fugisse persequentis Herodis inuidiam somnio monitus/ ni eidem pariter lumen adfuisset declarans Mandatum illud a deo proficisci/eundemq̃ de traducenda coniuge de reditu ex ęgypto in Iudeã non dubitasse/ alia de causa q̃ ob immissam illã diuinitus collustrationem qua perciperetur / dei illum esse angelum qui monebat in somnis non malignum dæmona/non somniantem animã & uana fingentẽ: Idem iudicium de Magis ferendum qui Christũ adoraturi in Iudeam ex oriente profecti sunt/neq̃ enim per aliã uiam Herodẽ Hierosolymãq̃ declinãtes reuersi illi in

suam essent regionem/ueriti & regē offendere & se ipsos: ni responso illo quod in
somnis acciperent simul percepissent dei id esse consiliū affulgente.s.lumine quo
tenebrę mentis effugantur/ uerum superstitiosi homines eo insaniæ deuecti sunt/
ut non dubitarint/obseruanda quęcunq; somnia & cum rerum euentis conferen-
da ut inde ars aliqua confici parariq; possit.Sed nec paria illi sunt locuti: alij di-
urna uel crepusculo sumpta/ nocturna alij obseruauere: Vnde ille de somnijs Au
rorę cecinit: Tēpore quo cerni somnia uero solēt:Orpheus uera in Argonautica
ἠδ' ὅσα θεοπίζουσιν ὀνειροπολοισιν ἀταρπους ψυχαὶ ἐφημεριωὕπνω βε-
βολήμαι ἦτορ. Alij mediæ noctis īsōnia plurimi æstimauere hinc illud Homericū
φίλον δέ οἱ ἦτορ ἰαμθηώσ οἱ ἐμαργεσ ὄμειρομ ἐπέσσυτὸ μυκτὸσ ἀμολγῶ
qui tamen & nocturnum insomniū post habuisse uidetur cum inquit: οὐκ ὄμαρ
ἀλλ' ὕπερ ἔσθλον ὅ τοι τετελεσμένον ἔστε quas ob res uarium arbitror &
anxium in interpretandis insomnijs delectum prodijsse Platonicus Synesius hoc
ipso ræte cōplicatus ex uisis accidētibusq; cū somni tum uigiliæ cōmendatis me-
moriæ & sigillatim in litterarū monumēta relatis putauit artē paulatim accumala
ri/id ut fieret opere præciū autumauit/nisi ciuilis cōsuetudo nouitatē istius exerci
tationis horreret:multa se beneficia ex somnijs pcepisse affirmauit/ instructā men
tem/orationē compositam / subministratas insidias/aduersum feras dum uenera-
retur/patefactas in se Magorum insidias / conciliatum regis amorem/ & alia ple-
raq; ob quæ exarsit adeo in somniorū amorem ut ciuili q; timebat consuetudine
posthabita in calce libri unūquenq; cui & datur otiū/& suppetit uictus / animarit
ad oīa conscribēda/quæ uel uigilāti uel dormienti contingāt/ autumās plurima
inde cōmoda oībus pene ordininibus quesitū iri/Sed in eū sequēti capite disputa
bitur/sane ita est/ita dubio procul malignus dæmon superstitiosos hoīes edocuit
huiusmodi artē/ quā deus abhominat̄ & populo suo per sacras litteras in Deute-
ronomij & Leuitici libri ea interdixit Mose legē ferente qui idipsum criminis Au
gurio/diuinationi/maleficio/incātationi/ariolationi/lustratiōi per ignē Necromā
tiæq; demū associat quæ omnia inquit deū abhominari/qui gētes illas quæ terrā
promissiōis inhabitabāt: erat ,ppterea delesurus: tanto aūt magis offendit dæmō
in somnis quāto magis dissimulat uirus & occultas premit insidias . Auguriū em̄
ariolatio/necromantia & quę maliciā uidentur prætēdere/eo minus appeti uiden
tur qd' ex pacto fœdere cum prauis spiritibus proficisci creduntur.Somnus uero
cū naturalis quedā res & sit & habeatur q̄ per eū diuinatio fit illicita minus appa-
ret eis qui uim naturæ & quantū eius potestas ,ppagare se possit exploratū nō ha
bent:quiq; aliquādo legerūt deū ipsum quæ futura sunt ,pphetis per somnū pa-
tefacere consueuisse hoc igitur quasi prætextu serpentis caput obuoluit dæmon:
& humanā effigiem / hoc est naturalē uim animaduertendā presetulit / & cum id
minus potuit/in angelū se lucis transfigurauit persuasit olim quanq; paucis qd' &
supra rettulimus ut in tēplis recubarēt hauriēdæ diuinationis gratia/pluribus aūt
& magis oculatis hoībus hac sua impostura tenebras effudit:ut quę ille iam facta
quanq; hoībus incognita cognouerat aut e proximis causis iam iā pendētia supi-
orūve reuelatiōe pceperat per somnū eis reuelaret:idq; crebro:& identidē factitās
supstitio creuit:quotiēs em̄ id insomniū acciderat:qd' gratia exempli uel bellū uel
pacē/uel parentū affiniūq; mortē paucis p̄cedere diebus solebat/ toties expecta-
bantur idem rerū exitus qui.s.eodem somnio portēdi cōsueuerat:nō uno aūt mo
do omnibus imposuit callidus sathan: Nā quæ figuræ imaginesve in somnis uni
bellum indicare solite fuerant/pacem alteri significabant. Hinc factum puto:ut in
terpretationes uarie somniorum apud gentes emerserint.Hinc apud Homerum

ſomniorum portæ: Vnde illud Vergilianum tractum eſt: ſunt Geminæ ſomni porte/ex quarum altera quæ cornea eſſet ueris umbris dari exitum dixit/quæ uero ex elephanto mittere ad cœlum falſa inſomnia manes: Hinc uaria in libris multarum gentium de ſomniorum ſignificatu relata in quibus etiam tempeſtate noſtra pleriq; inſaniūt: cōmoneri aūt deberēt ut reſipiſcerent uel ex ipſa diſcordia interpretum ſingulis inter ſe certantibus & adhibendam ſibi fidem contendentibus ac rerum euentus quaſi mellitas offas protendentibus/cum nihil magis poſſit iudicari uanum & fallax ad futura noſcenda/ꝙ id quod utrinq; contrarijs experimentis aſſeritur. veritas enim una eſt/nec ſibi aduerſatur: quare multa ex illis quæ inuicem aduerſantur/ placita falfa eſſe neceſſe eſt: quomodo autem a falſis uerū internoſceret cum mixta & confuſa ſint omnia/ eorumq; ſingula experimentis confirmata fabulentur: Igitur ſuperſtitioſa omnia habentur inſomnia/ quæ aut a diuina/aut a naturali cauſa non pendent. Sed quia nonnulli (ut in prouerbio eſt) cum ratione inſanire uoluerūt/ inter quos Syneſius platonicus qui de ipſis quoq; inſomnijs librum ſcripſit: contra eum calamus uertendus eſt.

¶ Contra Syneſium Platonicum ſuperſtitioſis inſomnijs ad ſtipulantem. Caput Octauum.

Yneſius itaq; cuius ſupra mentionē fecimus omnes libros ſomniorum irriſit/decernens nec Phemonoē/nec Melampū audiendū eſſe/cū nullo pacto inſomniorū leges ſtatui poſſint/ nec de eis queat cōis regula tradi/ Recte irriſit/ſed in hoc ille non procul ab irriſu qui ꝓpterea uoluerit unum queq; propria obſeruare ſomnia/ut repetitis experimētis diuturna obſeruatione artem conſuerer/quā ante prætulimus ĩ interpretandis ſomnijs diſcordiā ille cōmentus eſt ex uarietate phantaſtici ſpiritus: quorū alius cum ſphæra cōgruere alia ſomniauit: quatenus in eius contēperatione earū aliqua præualuiſſet. Idem ex lapſu animę confirmatū iri putauit/quæ circa materiā libentius habitant & diuerſis affectibus uarie inquinantur. At ſint hæ ſomni diuerſitates o Syneſij: cōdonetur tibi hoc ad præſens quin potius cōmodetur loceturq;/tā & ſi ratōibus poſſit auferri/ſint inq; ſomniorū diuerſitates nunqd & inſomnij ſomnijve aut uiſi eſſe poterint? nunqd uarietatē interp̄tationū illi/uarietati referes acceptā? At ſi hoc eſt/num & anima illa quæ in eodē ſtelle cratere ut vis tēperata eſt cū alia/ uaria habebit ſomnia & nō potius cōmunia? Dices ſtellā quampiā præualuiſſe in cōtemperatione phantaſtici ſpiritus/dic & illud ſi eadem ꝓportione phantaſticus alius ſpiritus pariter contemperabitur nonne communio ſomniorum ſequetur? Si hoc nonne & inſomniorum? ſi id conceſſeris artem confecturus ne es an magis ſi qua eſſet deſtructurus? quid? ꝙ eadem anima: modo male affecta & inquinata terrenis prauitate utitur/modo liberata uitijs pollet uirtute. quo pacto igitur fiet ut ex ſuorum ſomniorū obſeruatione qui uariorū fuerit morū artem cōficiat? dices fortaſſe obſeruanda ſimul utriuſq; temporis ſomnia & ſeorſum obſeruationes reponendas. At illud queſo reſponde (ut pretercam quam difficilimum ſit ut homo ſe nouerit) quomodo ea agnoſces inſomnia quæ de praua conſuetudine prodibunt a te/quanq; tu prauus eſſe deſieris? fit enim in uigilantibus ſæpenumero ut malis operibus abdicatis/operum tamē eorū imagines craſſentur & phantaſiā occupent proq; diuturniori conſuetudine diuturnius uexent & truculentius: ꝙto magis id ſomniātibus eueniet? præſtās itē dogma illud tuū quo modū interpretandi docere vis queādmodū tueberis? duces inq; exercitus q̄s nō dū uidemus ſæpe

affore coniectamus a p̄cursoribus/ nam & eisdem præcurrentibus subsequi con-
sueuerunt eadem ratione per idola res ubiq; futuras præsignare solemus: O insi-
gne delirium/ quãdo causę dissimillimę somniorum similia possent afferre somnia
quæ tu ab una semper causa reris dependere indeq; coniectaris: unico exemplo
contentus ero/ potest humiditas in stomacho exuberantior efficere ut in somnijs
tranare flumen uidearis: potest idem euenire ex seruatis recens imaginibus eius
fluuij quem transmiseris: Idem potest deriuari sermone habito colloquijsq; de na
uigatione & cursu fluminũ freq̃ntibus. Idem a dæmone potest imitti/ ut ex nego
tio qđ tibi affuturũ nouit/ unde iucunda sit nauigatio tranatandũq; flumen conie-
ctet supstitione capiẽdũ te facilius si tibi id quodãmodo fuerit in somnis nũciatũ
fluuiatili p̱ quietẽ imagine & nauigatione: ut inquit Varro somnoria hoc tenẽdũ
Synesi fuerat quo uanitas simul teneri non poterat. Qua nã te rogo ratione colle-
gisti: ut isthæc somnia tua quibus regẽ tibi conciliabas & insidias in capiẽdis feris
didiceras semper eodẽq; modo interpretari deberes/ quæ. s. essent artem confectu
ra: Conciliatũ tibi regẽ in uigilia mirarer nõ miror in somnis: quando ne ille unq̃;
tecum ad ueri lucernã uigilauit: perpetuo superstitionẽ ueterno consopitus: sæpe
in somnijs: sæpius in sacrificijs dæmonum / in magicis semper uanitatibus occu-
patus: Dixerit pro te quispiam natura duce somnijs te obseruandis incubuisse/
cum tradideris idola antecedentia esse eisdẽ rebus similiaq; similibus / si perstete-
ris in dogmate uicimus: Desume tibi ut ex imagine cuiusdam somnij significatum
sit ducendã esse uxorem: cuius rei euentus somniũ scilicet tale secutus fuerit: Num
simile potest redire somnium: si negaueris id temere facturus es/ & tibi ipsi quoq;
aduersaturus: qui lasciuientem & quasi pro libito fingentem phantasiam atq; fal-
lacem eodem tuo de insomnijs libro posuisti arbitratus fabulas quoq; copiã suã
atq; licentiam ab insomnijs accepisse in quibus prodigiosa sit phantasiæ uarietas:
Si affirmaueris igitur iterum duces uxorem: at non eandem: primo enim eadem
uxor duci nisi semel potest: ergo aliam/ & ita deinceps interrogabo: si somno simi
li euentus similis respondebit/ atq; ita uel centum uel mille tibi ducentur uxores:
Idem de filijs/ idem de magistratibus dicendum. At qui acrius te urgebo & euen-
tum aliquem pro exemplo capiam qui nequeat nisi semel in uita contingere/ eun
demq; somno præsignatum statuamus/ quo fiet ut nullo pacto colligas artem in-
terpretandorum somniorum ex crebris scilicet obseruationibus de ijs præsertim
rebus quæ uel rarissime uel semel eueniunt singulis hominibus apud quos solũ
obseruanda somnia censuisti. Illud postremo dissoluas opere preciũ est effectus/
ne an causa futurorum sit insomnium/ an magis eius sit effectus rei quæ etiã num
futura pariat: in quibus portendendis pro signo capi soleat/ quod supra iridis ex-
plo patefactũ est/ effectum esse non posse claret hinc/ q̃ nullus effectus suã præce-
dere causam potest. Sequuntur autẽ somniũ euenta ipso præsagita: pro causa aũt
accipi nequit præterq̃ in his quæ in facultate hominis reponuntur. potest eñ ab
ea quę in somnijs uiderit excitari quispiã ad agendũ: in quæ uero acturus est nisi
in subiecta & obedientia nutuq; seruientia: sed signum futuri respondebitur esse
insomnium quatenus in cõmunem & sibi & futuro euentui causam refertur. In-
uestigandũ igitur an uspiam/ & quæ nam sit huiusmodi causa: Interior ea erit aut
exterior: Internã somniorũ causam / multi etiam ex antiqua gentilitate uoluerunt
esse/ putantes homines per se ipsos excitari/ externa uero & aduenticia uisiõe pul
sari dormientes Democritus censuit: utraq; Aristoteli non displicuit/ quæ a no-
stris etiam theologis probata latius tibi philosophos potius prætendere cõuenit
Synesi q̃ nostros theologos qui eos scilicet nõ reciperes: Interior uero causa bifa-

riam diuidi potest/scilicet quæ ab anima & quæ a corpore proficiscatur. Animæ nullo pacto referri accepta potest/a qua si somnia & euenta aliqua deducantur simul id ex accidenti fiet/ neq; per se alter dependebit ab altero / tam&si ea dormiẽs uideas/quæ uigilans mente uersasti : sed nec ab illa euentus ullus potest deriuari cuius ipsa domina non fuerit: Regum igitur gratia & fauor & pleraq; innumera quæ alieno non tuo subsunt arbitrio/a tua anima aut phantasia ueluti a causa deduci non possunt/a qua etiam insomnia deducantur: a corpore item nullo pacto id potes eruere: quanq; enim ex dispositione corporea motus in imaginatiõe possit afformari/ei ipsi conformis: quemadmodum fit cũ exuberans humiditas fluit/ frigusq; abundat quibus niues & flumina in somnis apparent & in glatie & pruina uersari uideris : Nihilominus medicorum non uatum opus erit huiuscemodi insomniorũ interpretatio : aut etiam eorum qui ex quadam conuenientia naturæ quam Sympathiam dicunt coniectantur: neq; enim aliud q̃ corporeas affectiones tuas isthæc uisa indicare poterunt utpote effectus earum: quando quid ex eis ad causas noscẽdas progredi cõceditur: ut hinc obiter irridere quoq; liceat Arthemidori cõiecturas qui ab insomnio trium uirilium/ tria nomina quæ seruo obuenerunt deduci non abnuit. Si uero exteriorem dixeris causam & aduenticiã nihil magis nobiscum Synesi lucraberis : Hæc dupliciter etiã diuidetur /in corporalem scilicet & spiritalem. Si primã capias falleris/nã si ab aere ambiente / uel cœlo affectam phantasiam putes / non poterunt huiusmodi corporales naturalesq; causæ aliud q̃ naturale q̃ corporeum prætendere: quomodo ergo ex insomnijs huiuscemodi uiam depræhendisti conciliandi tibi magnum regem maiori fiducia / ut dicis/q̃ Græcorum aliquẽ/quomodo ciuitates regere per isthæc insomnia didicisti/quomodo uigiliæ dubia in insomnijs tibi declarata fuere/quomodo eisdẽ stolidam(ut inquis)atq; tumentem linguæ dispositionem: quam in uigilia contraxeras ob nimium Attheæ linguę antiquioris & durioris amorem correxisti : Hæc enim ab aere corporeaq; ulla causa dependere non posse adeo manifestum/ ut si maiore subsellio declaremus periculum sit ne uerba prodigamus quando etiam secundo libro satis probauimus prophetiam fluere non posse ab impressione cœlestis corporis / & quæ ibi rationes adductæ sunt conducunt etiam ad omne uaticinium improbandum quod somniantibus dicerent de stellis immitti: quarum consideratione falli Astrologos diuinaculos non dormiẽtes modo & ebrios : sed uigilãtes & sobrios toto quinti libri decursu copiose mõstrauimus: restat ut a spiritali causa tua deriues insomnia: ea item sectionem patitur : partimur quippe illã in diuinam atq; dæmonicam : primam pro te quomodo afferes/quæ obseruationi somniorum inimica est / illa sane interdictum dei populum præcellens Moses asseuerauit: q; si quando in somnis reuelat deus occulta lumen prophetæ demittitur quo dubia a certis/a falsis uera secernuntur. Scribit idem Moses in libro numerorum dei prophetis in uisione deum apparitururm: uel per somnium ad illum locuturum/& sane obseruatione ulla imaginum in propheticis somnijs opus non est: Docet lumen diuinitus missum quid euenturum sit : & quandoque uerbis angelico ministerio in imaginatione afformatis : quid agendum sit erudiuntur prophetæ/ quid ve futurum percipiunt. Si dæmonica dixeris causa (quod eorum ultimum est quæ afferri possint) te ex insomnijs ad noscenda futura progredi bifariam id poterit intelligi : aut quia cum dæmone fœdus pepegisti / aut quia nullo fœdere interposito immittit ille simulachra talia in somnis quotiens tale tibi / uel tale in uigilia occursurum est / cuius obseruatione colligi ars commode queat quod eo maxime loco : quanq; non plene sensisse uideris: ubi bonũ

vnicuiq; dæmonem adesse dixisti: qui quasi præceptor occurrit ijs qui uigilantes meditati sunt artificiose aliquid inuenire: Sapientiq; itidem animæ mundanum se deum adiungere definisti: primum supra confutauimus & inter noxias supstitiones quarto huius opis libro reposuimus/& q̃ male a dæmone misereq; sperandũ sit aperte docuimus: Secundum superiori capite refellimus abiecimusq;: Sed nec dæmonicam etiam afferre te causa posse tua ipsa prope tui libri finem uerba declarant. Ais enim ratione & disputatione opus esse/ ut uisum quod non occurrit/ occurrat: neq; leue opus esse motionem prodigiosam atq; absurdam sub orientẽ animæ in alterum traducere modum: Secutus es fortasse Porphyrium/ arbitratũ non nihil somnorũ præsagij prouenire animæ ab ipsa natura: & Iamblicho aduersatus qui somnia ea quæ de humanis prodeunt causis minimi duxerit: uel tertiũ tibi cõfinxisti modum: ut scilicet sopitus uigiliæ munere perfungaris disputationeq; & officio rationis pro arbitrio utaris: quo fit ut a tuo arbitrio tua pendeant somnia/& quæ alia de causa immitterentur inuertas/mutesq; pro libito / id autem fieri quomodo potest: nisi somno tenearis/& quando suboriuntur animæ prodigiosi insomniorum motus præterq; in ipso somno: tum autem ratio & disputatio non uigilantis sunt sed somniculosi: Vide ergo ne profundissime somnians tuũ de insomnijs librum composueris in quo quibusdam non malis/nec falsis: multa & falsa & mala: Sed & superstitiosa & noxia somniasti: minus certe culpãdus q̃ si uigil & experectis sensibus disseruisses. Sed ad magicas iam uanitates procul eliminandas conuertamus stilum: Augurio enim Auspitijs/Geomantia/Chiromantia/Sortibus/uanis somnijs / Ominibus procul abdicatis/in magicas fallacias q̃d promisimus rationum copias educamus.

IO. FRANCISCI: PICI: LIBER SEPTIMVS: DE SVPERSTITIOSA PRAENOTIONE ADVERSVS MAGIAM.

¶ Quid nomen Magiæ & magi significet. Caput Primum.

Eruata est magia ut Septimo hoc libro confutaretur / cuius cultores
& fœdus cum dæmone quandoq; pepigerunt / ut diuinent quod in
euocationibus umbrarũ/inferorũq; colloquijs incõtrouersum est/&
eo etiã non uocato id satagunt pro noscendis occultis ex alijs cõplu
ribus/aere/aqua/quæ supra cum diuinandi uanitate reprobauimus:
ea Plynius Magiæ rettulit accepta: Sed & opera etiã num pacto nullo fœdere init
quasi naturalia/quæ quoniam aut supergressa naturam: aut ab illa seiuncta sunt/
dum in supera conantur labuntur in infima / & in superstitionẽ uesanã & noxiã
reuoluuntur/ingerẽte se dæmone clam occultoq; ut dictum est pacto/ut quod ex
presse non potest/suppræsse moliatur. Confutatis igitur libro quarto eis supersti-
tionibus quæ de manifesto pacto prodeunt quinto & sexto quæ de occulto pro-
dierunt / hunc ipsum sternẽdę magiæ deputauimus/ quæ de alterutro pacto depẽ
det/ & ab utroq; fulcitur. Prius tamen quid nomine illius indicetur/& quotuplex
habeatur exploremus ut facilius in eam suasq; species omes disputare queamus.
Magiæ nomen sua moneta latium nõ percussit/ ut magus quasi magnus dicatur/
sicuti Horatiano placuit interpreti / non a magis particula deducit / non Grecum
non Chaldæum/non ægyptium/ sed Persicum est. Magorũ nomine apud Persas
auctore Porphyrio diuinorum interpretes & cultores indicabantur: apud alios
scriptum inuenimus / eos a Persis magos appellari qui elementis numen tribue-
rent. legimus & magos a Persis ita nuncupatos quia præessent sacris quasi sacer-
dotes dicerẽt/& in hanc sententiam Apuleus in prima oratiõe Apologiæ scribit se
apud plurimos legisse eundẽ esse Persarũ lingua magũ qui nr̃a sacerdos/ Suidas
magiã & astrologiã inquit cæpisse a maguseis. ἀπὸ μαγουσσαίων ἤρξατο οἱ γὰρ
τοὶ πέρσαι μαγῶγ ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ὀνομάζον καὶ μαγουσαιοι οἱ αὐτοὶ
Syrus bardesanes cuius mentio apud diuuũ Hieronymũ cum alibi tum libro / de
viris illustribus cuius item nõnulla recitat Eusebius: Magos eos scribit esse persas
ita ab alijs gentibus appellatos quæ odio haberent abominarenturq; eorũ matri-
monia cum filijs/cum sororibus/cum matribus / ipsis lege ita inter eas lata/quam
non modo in Perside sed quocunq; diuerterent custodiebant. Memini me legis-
se apud Orpheum in libro de lapidibus magi nomen vulgo sapientibus fuisse im
positum qui multas essent ærumnas perpessi in uendicãda sibi uirtute/quã heroũ
omniũ matrẽ/ante sophistã Aphthoniũ nuncupauit/is cum multa in uirtutis & di
sciplinæ laudem in primo proemio operis cecinisset & multis sapientes laudibus
extulisset adiecit denominationem magi fuisse illis a multitudine inditã inquit.n.
ἐπωνυμιην λαοὶ τεύξωσι μάγοιο ferunt & alij Persas eo nomine suos intelligi
uoluisse sapientes / quẽadmodum Egyptij & Hebræi sacerdotum prophetarũq;
nomine significabant: qui diuina nossent & græci philosophorũ nomẽclatura q
sapiẽtię uacassent: & ęthiopes Gymnosophistas & assyrij chaldeos/& Indi Brach
manas/& Galli druidas: quanq; legimus etiã magos in ęgypto in Chaldea in Ba-
bylonia/& Gymnosophistas i India. Sed & Porphyrius sapiẽtes Indorũ Gymno-

soph istas appellat/ita & in æthiopia quoq; & India naturalem magiam uiguisse Guilhelmus Parisiēsis meminit/sicuti in ægypto scelestā/ sed nulla in nomine aut certe parua/magna autem in re discordia. Si quidē nomen ipsum æquiuocū/multiplexq; est/ eo enim preter persas usi quicunq; umbraꝝ inferorūq; colloquijs/uel inuocatione demonū mirabilia satagebant/ & qui etiam ueneficijs omnifarijs incumbebant ut nominis cōmunione quoquomodo honestarentur: queādmodū Genethliaci qui mathematicorum nomen usurparunt/ eoq; sumpto quod honestum .s. habebatur infamarunt. Sic magi illi uenefici & incantatores persarū nomē prostituerūt & exosum adeo bonis indicijs reddiderūt/ut id aures pati non possent. unde & in codice Iustini. de maleficis & mathematicis habet: Augures Chaldeos/Magos ob facinorū magnitudinē a vulgo maleficos appellatos auctor ē Rabanus magos esse qui de singulis rebus philosophantur/ & quāuis cōmunis sermo eos pro maleficis accipiat/aliter tamē apud suam gentē haberi philosophosq; Chaldæorū esse. Apollonius ipse tyaneus qui & magus creditus est in suis ep̄lis multa de magis scribit inter q̄ ait. μάγουσ ὀνομάζουσι τουσ θεοὺσ οἱ πέρσαι hoc est persæ deos magos nominant: Alij nec Persarum more / nec incantatorum ritu magna & ardua conantes consideratis naturæ rebus/ eiusq; uires exploratas habere credentibus/operanti illi ministrare quodāmodo & subseruire statuerunt unde & illud apud Plotinū/Naturæ ministrū esse magum: quo factum puto/ut ꝓ rerum magnitudine quā animo conceperant & opere perficiendā existimabant se naturales magos nūcupauerunt: Alij iam vulgato magorū nomine quodcūq; mirabile etiā dei nutu & uoluntate fieret magiæ referebant acceptum. Sic Moses apud Plyniū magus est creditus. sic & ante eū tum Lysimachus tum alij putarūt/ quos in secundo contra Appionē libro Iosephus redarguit. Sed & hac quoq; infamia multi christianorū a gentibus in primitiua ecclesia lacessiti: qui tantū distabant a magis quantū a tenebris lux/a mendatio ueritas: ut demū quā ab ima uanitate summa & sincera pietas: in hos etiā Origenes inuexit: sed cessauit q̄ totius nomen hoc magiæ in christianis: qui dei mandato & uirtute patrabant miracula & in tribus illis hominum generibus mansit.

¶ De multiplici Magia & eius inuentoribus: & quid de Magia naturali: Ioā. Picus ad ultimum senserit. Caput Secundum.

h

Inc triplex magia suborta: prima quæ Persarū esset peculiaris & in Perside nata: hec auctorem habuit Ormacē & Zoroastrē: sed nō eum forntasse qui vulgo etiā doctioribus persuasus: sed aliū Oromasi filium hāc postea Threicius Zamolxis excoluit: Secūda quā incantatores ueneficine cromantes profitentur. Tertia quā naturalē uocauerūt: cuiusmodi haberetur prima illa Persarū Magia persicis monumentis minime nobis cōstitit: Plato in alcibiade Zoroastris magiā diuinorū esse scientiā affirmat/ qua Persarū reges filios erudiebāt: In Charmide Zamolxidis magiā medicinā appellat animi. Eubulius qui historiā Mithræ multis uoluminibus explicuit: narrat tria genera magorum fuisse apud Persas quorū qui essent doctissimi & eloquentissimi excepta farina & olere nil aliud in cibo sumerēt: huiusce rei meminit diuus Hieronimus aduersus Iouinianū: hinc facile cōijci potest diuersas etiā in Perside fuisse magias quorum alie degenerarēt & huc illud conducit/ꝙ ad alias postea nationes translata est magia: Nanq; non modo apud Thraces / ut diximus: sed & Medos & Babylonios/ Arabes/Assyrios/Græcos/Gallos/Britānos/Italos diuagata est. Primus qui de ea

comentatus sit/ Hostanes traditur is/qui in Xerxis græciæ bellum inferētis comitatu fuerit/ tam & si diligentiores Zoroastrem alium Procōnesium ponunt/uires cæpit in peregrinatione:aucta enim plurimū usq; ad Alexādri tempora/ quibus secundus Hostanes auctoritatē cumulauit Magiæ:ita in scelestissimā aliā Magiæ speciem declinatum est a multis:qui ueneficijs incantationibus necromanciæ abhominandisq; sacrificijs uacātes adusq; imolationē humanę hostiæ deuenerunt. Apud Romanos. Dc.lvij.demū anno ab urbe cōdita Senatus consulto factū est/ne homo imolaretur:siluitq; in tempus prodigiosi sacri celebratio/& Tyberij cæsaris principatu Gallorum druidę in quarto diximus libro: sublati sunt:qui inter Magos a Plynio reponi uidentur:Acceptum referri debere Romanis hoc beneficinm uoluit ille/qui monstra inquit sustulerint in quibus hominem occidere religiosissimū erat:mandi uero saluberrimū/ut narrauit Hostanes. Sed Christo non Romanis debemus/qui & aliarum gentium & Romanorū etiam sustulerit monstra in sacrilegis sacris & abominandis ritibus/& aperto dæmonum cultu qui eos demum de principatu mundi pepulerit & eorū templa simulachraq; subuerterit Huiusmodi autem magiæ scelestæ malignos dæmones gentiū deos inuentores asserit Cæsariensis Eusebius/ confirmaturq; Porphyrij testimonio asseuerantis in libro de responsis/deos ipsos quibus rebus gauderent & quibus illigarentur ab hominibus/significasse: ad hæc quibus rebus cogerentur / & quæ sibi offerenda essent / & quos dies uitare oporteret: figuras quoq; ipsas simulachrorum quales esse deberent:characteres quoq; & figuras non parum ab eis diligi/se de Proserpinæ oraculo percepisse.Apuleius rettulit idipsum ad dæmones in libro de Socratis deo ad quos inquit pertinere diuinationes Augurum/ Auruspicum/ uatū atq; Somniorum/ab ijs quoq; esse miracula magorum eosdem autem malignos spiritus non asseruit.In quos equidem spiritus neq; Arabs Almadal magicem rettulit/sed risu digna res est.In antiquissimis Barbarorū libris tradidit se legisse magum quempiā omnibus quæ possidebat dimissis / in montem altissimū secessisse / tum ens primum hoc modo compellere cæpisse/cum prius animaduerteret regem per suam:ut inquit:coronā seruis suis:& contra seruos suo regi per eandem coronam & regnum præcipere.Itaq; se regi quoq; per cœlum & terram & omia quę in eis effecerat mandasse/ut eius sibi ministros ostenderet misisseq; ob id angelorum cateruam:mouisse uentorū turbines/excitasse tonitrus/& fulgura:subinde quoq; præcepisse:ut aeris conturbatores ostenderet:qui ubi præsto adfuere:interroganti respondérūt se patrimonio priuatos proprijsq; characteribus insignitos: quos postq; petijt inscriptos ab illis in monte fuisse:& potissimū in lapide. Montis altitudo nouem ita scribit leucis extendebatur:lapidis uero in quo potissimū delineati characteres fuerunt longitudo/passuū duo milia:sexcentorū latitudo/nec prius triginta annorum spacio/completum opus a quo Magus characteres ipsos exscripsit/& in uolumen ordineq; redegit continuo quinquaginta annorū labore: Hec uanus ille scriptor.Sed & spiritus ille nequā Acynope mago in Ioannis apostoli necem destinatus/ubi apostoli uerbo / quasi cathena uinctus substiterat.Interrogatus inter alia/cur mago pareret/Respondit illum sathanæ potestate praeditum/cū uniuersis principatibus coniuratione inijsse/ nosq; inquit: ipsi pariter cū eo / & obedit nobis Cynops/ & nos uicissim obedimus ei:Firmianus quoq; ut in qnto diximus libro:& magiā & Astrologiam a malignis spiritibus inuentā asseruit uerum naturalis magię auctores eosdem esse olim Ioan.Picus patruus meus putauit:qui & Persicæ inuentores Zoroastrem inq; & Zalmoxidem quos essent secuti Abbaris / Hyperboreus/ Carondas/ Damigeron/ Apollonius/ Hostanes/

Democritus/Eudoxus/Hermippus/& alij/qui Pythagoricis Platonicisqꝫ myſte-
rijs pernoſcendis uacaſſent/ tantumqꝫ horũ Magia ab illa diſtare prophana atqꝫ
ſceleſta/ ꝙ hæc firma ſolida: illa & irrita & uana: hæc abſoluta eſſet naturalis phi-
loſophiæ conſummatio/ illa portentoſa & execranda ac tota dæmonum opere &
auctoritate conſtaret illam a græcis γοιτιαν hanc μαγειαν appellatam: ex iunio-
ribus autem qui hanc ipſam olfeciſſent tres tantum ſe reperiſſe. Alchindũ arabẽ/
Rogerium Bacchonẽ/& Guilielmũ pariſienſem: Sed in hac ipſum ſententia natu-
ralem hanc eſſe Magiam & tantopore celebrandã ad ultimũ uitæ non perſtitiſſe
ut putauerim/multa me mouent: primum ꝙ is liber in quo hæc ipſa repoſita ſunt
Apologia eſt: quã adoleſcens annos uiginti quattuor nondum natus edidit ad re-
tundendas inimicorum calumnias: qui ut ſcribit quodcunqꝫ ignotum ueluti ca-
nes adlatrabant: per id tempus & Aſtrologiæ diuinatrici fidem nõ abrogauerat/
quã poſt aliquot annos libri duodecim acerrime confutatã exploſamqꝫ reliquit:
Alterum ꝙ in ipſo aduerſus aſtrologiã opere admirando ita ſcribitur libro ſcd'o.
Quis Zoroaſtre inter antiquos in Aſtrologia in Magicis/ & in omni ſupſtitione
potentior? & tamẽ eum in bello & uicit & occidit Ninus/nec aſtrologus utiqꝫ nec
Magus/ſuperſtitioſum appellans quẽ Magicæ artis auctorẽ alio loco nominarat
& infra: docet magos artẽ ſuam Aſtrologiæ clauẽ nuncupare: & quanqꝫ intelligi
hoc poſſet/de ſceleſta illa magia quæ etiam a ſtellarũ obſeruatione non abhorret/
nihilominus cõſentaneum eſt/ut de hac ipſa quæ naturalis appellatur locutus ſit/
quando Alchindus ille quem inter naturales repoſuit: ſuperſtitioſiſſimam ſcripſit
magiam quæ ab Aſtrologia uane quidẽ & monſtroſe deducitur/ cuius dogmata
hoc ipſo libro quoniã ab alijs confutata non ſunt (ꝙ ſciuerim) deo fauente refellã:
Ita & Procli Platonici librũ qui de ſacrificio & magia inſcribitur ea de cauſa cõfu-
tare pergã: & Rogeriũ Bacconẽ libro. ij. refutatũ nõ nihil etiã taxabimus: qui in li-
bris quoqꝫ aduerſus Aſtrolo. & confutatur & irridetur a patruo. ꝙ ſi dixeris ſcri-
ptum eſſe ab eo olfeciſſe hos naturalem magiam non percalluiſſe/qua propter &
aliam magiæ ſpeciem conſtitui debere quæ proprie naturalis ſit non ſuperſtitioſa
uera ſcilicet philoſophia non uana aſtrologia & ſuperſtitiõibus fulta atqꝫ ita qua-
drifariam magicẽ ipſam partirentur/in Perſicã/dæmonicã/ſuperſtitioſam & natu-
ralem/quam ipſe in oratione ſua ex quadã Sympathia conſtitui mõſtraſſet: Equi-
dem nõ difficulter admitterẽ niſi mihi dum eius ſcedas excuterẽ aliqua aduerſus
ſuperſtitiones notata occurriſſent quæ ſupra narraui/ & in progreſſu recenſebo/
inter quæ illud inueni particularẽ magiã naturalẽ a libris naturalibus & Aſtrolo-
gicis accipi: Sicuti & dæmonica/ ex libris demonicis adiectione ſacrorũ/quæ ſup-
ſtitioſi polluũt & inuertũt: Aſtrologicos uero libros uanos & ſuperſtitioſos duo-
decim ipſe libris oſtendit. Sed neqꝫ hanc naturalẽ magiã eſſe q̃ apud Perſas a Zo-
roaſtre deriuata eſt: ut credã: id me ualde mouet cum ad memoriã reuoco quo tẽ-
pore apud Perſas & Thracas nata & adulta magia: ueri dei cultum non uiguiſſe.
Qua propter ſi tota naturalis nõ erat ſupſtitioſam utiqꝫ eã fuiſſe putandũ eſt: ſi. n.
ut patriũ indicat nomen ut Plato uoluit: diuinorũ erat ſcientia: cum Perſarum &
Thracũ dij dæmones eſſent & eorum cultus nõ religio/ ſed ſuperſtitio/colligitur
illam ipſam inter ſuperſtitiones reponendã: quid? quod Apuleius quoqꝫ illã quæ
a Platone laudatur Magiã/ & ab Zoroaſtre fluxit/ & Ormace. Poſtea ab Zamol-
xi Thracio culta docuit in uerbis & ſacerdotio cærimoniarũ & ſacrorum uerſari.
Mitto ꝙ miſcent propria dogmata & inter ſe cõmunicãt: nã & phyſica & Aſtrolo-
gica quãdoqꝫ uarijs in ſpeciebus arcanæ magiæ concludunt: unde uarias quan-
doqꝫ noĩationes ſortitæ: ſed & Goetica & Theurgica cõmiſcentur/ſiue a magia ex

integro differant/siue nõ differant & sub ea ueluti species contineãtur. Accedit ꝙ in duodecimo aduersus astrologiã libro patruus ita scriptum reliquit. Neq; uero nos fallat qđ me quoq; adolescentẽ olim fallebat celebrata ueteribus etiãq; Platoni ægyptiorũ sapientia & chaldeorũ/quos adijsse Pythagorã & Democritũ/Eudoxum/& Platonẽ memoriæ proditũ est. Nã celebre quidẽ illud atq; diuinũ sapientiæ nomẽ de sola sibi cerimoniarũ & colendorũ deorũ cognitione uẽdicabant Idem paulo post multis edocet supstitioni eos tantũmodo deditos & mathematicæ fuisse: In eodẽq; libri ꝓgressu inde mõstrat emersam magiã quæ non est aliud ꝙ cõplexus idololatriæ Astrologiæ supstitiosæq; medicinæ quã sicut alias quoq; superstitiones in libris de uera fide aduersus septẽ hostes singulatim cõfutaturus esset: De qua aũt magia: de illa utiq; putauerim locutũ quã adolescẽs naturalẽ appellauerat/quẽadmodũ & sequẽti capite Albertũ dicit cognomento magnũ dum esset iuuenis uulgasse magica/quæ postea matura esset ætate detestatus: Naturalem autẽ magiã secutũ Albertũ scribit in quinta questione Apologiæ: & in primo contra astrologos negat Alberti esse illud opus quod de licitis & illicitis prætitulatur in quo inter alia scriptũ reperiatur non solũ imagines fieri posse quibus non vnus homo dũtaxat/sed una etiã ciuitas tota uel fortunata fieret/ uel infortunata/ qui magicos etiã libros minime abijciẽdos docuerit: ꝙ si eius esse libri cõtendant de Alberto se illud Apostolicũ dicere/In alijs laudo/in hoc nõ laudo. In quinta itẽ eiusdẽ Apologiæ questione affirmat vnam haberi speciẽ Cabalæ de uirtutibus rerum supra lunam tractantẽ quæ sit pars magiæ naturalis suprema: uirtutes autem rerum supra lunam: aut spiritales sunt/ & ad eas inuestigandas naturalis explorator non commeat aut corporales quæ cœlo scilicet & syderibus insunt: huiusmodi aũt uires / si quæ sũt præter calorẽ lumẽq; uiuificũ qđ homini patere nõ possint/toto cõtra Astrolo. libro declaratũ est: De magia uero a Persis orta in uniuersum Plynius existimauerat: quod de hac quã superstitiosam nos: uos naturalem dicitis Picus explicuit/ e medicina inquit ortam / ĩmixtasq; illi mathematicas artes & additas uires religionis quæ quidẽ eorum prisca religio apud nos idololatria est: Hoc sane nõ eius magiæ propriũ est/quę tota pẽdet ex dæmone: quanq; homines eum docuisse mox probauimus / sed eius quæ naturalis ex Astrologiæ Medicinæq; cõmertio nuncupatur quæ scilicet naturales causas contemplatur/ sed non legitime: hac ipsa Persas polluisse/eiusq; fuisse inuentores Plynius asserit: hac & Chaldęos usos non inficiatur Picus: ꝙ si nec Astrologiæ dicas nec medicinæ principijs haberi/ut ĩmoletur homo: respondebo illud haberi ex gentium religione/id est idololatria/quę omnes fere gentes humanũ fundere sanguinẽ in aris dęmonũ edocuit: ꝙ si iterum dixeris Abrahamũ vnius dei cultorẽ Chaldęũ fuisse Respondent aliqui ex uicinia ita appellatum: tum si detur præceptum illi a deo: dicimus ut de terra sua & de cognatione peregrinaturus exiret / in qua scilicet pius dei ueri cultus non esset/sed dęmonũ impius uigeret: ꝙ si quispiã de magis qui ad Christum colendum Hierosolymam ex oriente perrexerunt addubitaret: quanq; multa dici possent/hoc possumus testimonio satisfacere/ asserentes non Rhabani solum auctoritate: sed Augustini eos fuisse Chaldęos quos impios etiã atq; sacrilegos nominauit: potuisseq; eos nõ solum a malis sed a bonis etiam instrui angelis: Stellam ipsam quæ recẽs exorta fuerat Christum natũ significare/qui in patriã reuersi deum coluerunt/ uixerũtq; quoad Thomas apostolus eorum prouinciã ingressus est: cui (ut inquit Chrysostomus) iunxerũt se & baptiçati prædicationis ipsius executores extitere. Origenes contra Celsum libro primo disputans eosdẽ magos malis artibus & dęmonum cultu ante Christi cultum deditos dicit: Sunt

qui Perſas eos fuiſſe affirment: Sunt qui ex ultimis orientis finibus adueniſſe
in Iudęam uelint. Sunt qui ex genere Balaam aſſeuerent/ ſunt qui reges eos fuiſſe
aſtruant: Sed hanc materiam pertractandi proprius hic locus non eſt: tantum hęc
dicta uelim ut multiplicem eſſe magiam depræhendamus/ aliãq́ ex dæmone pen
dere cognoſcamus palam/ expræſſoq́ fœdere/ ut necromantiũ atq́ etiam uenefi⸗
corum & ſtrigarum incantatorumq́ / aliam quæ a multts colitur uti naturalis ab
ſuppræſſo dæmonũ pacto deriuari/ quæ totas in Aſtrologica uanitate radices fi⸗
xit qualis Alchindi. Rog. & aliorũ: aliam quæ partim naturalis/ ſuperſtitioſa par⸗
tim haberetur: & propter mixturã naturalem aliquando ſuperſtitioſam / interdũ
nominatam: ꝙ ſi qua alia ſit ſcientia quam appellant magiam quæ naturæ limi⸗
tes non excedat/ hanc non damnamus / minime autem conſentimus Picũ patruũ
in ea perſtitiſſe ſentententia / ut eam quæ Alchindi eſt & Roge. ueram naturalẽq́
putauerit/ Nam & ueritati/ & ſibipſi aduerſaretur: quid autem de priſca illa creda
mus magia Perſarum ſcilicet & Chaldęorum ſatis expræſſimus: eamq́ ſub idolo
latria partim quantũ ad cultum deorũ pertinet/ partim ſub ipſa ſuperſtitione/ quã
tum ad Mathematicã artem interdictam & refutatã ſpectat/ partim ad naturalem
ſi quæ naturæ uires miſcebantur reponi poſſe exiſtimamus: Vnde & naturalem
ſuſpicari quiſpiã potuit. Poteſt & alia coaleſcere conflariq́ magiæ ſpecies/ ex illa⸗
rum. ſ. coagmentatione/ mixtioneq́ qualis magorum Pharaonis creditur/ qui na⸗
turalibus ſimul & ſuperſtitioſis rebus utebantur/ & ita ex uaria eorũ quæ memo⸗
rauimus collatione ferruminari & uariari: Sed omnes ſimul duobus vijs & mo⸗
dis confutabimus/ & explodemus/ tam&ſi aliqui & fruſtra quidem diſtinxerint
hanc ultimam/ quæ naturalis dicitur magiam: incurioſam & neceſſariam / quam
equidem / nec neceſſariam: nec utilem: ſed plane ſuperſtitioſam dixerim/ ſuo il⸗
lo ex argumento/ ex copulatione inquiunt Aſtrologiæ & Medicinę conflatur/ cui
ſumpto nos addimus: igitur ſuperſtitioſa eſt: quoniam ſuperſtitioſam eſſe vani⸗
tatem Aſtrologorum quinto libro probauimus.

¶ Duabus uijs progrediendum in confutanda Magia: cuius opera ementita
& inefficatia multi autumarunt. Caput Tertium.

Vm itaq́ multiplex magia ſit habita/ cumq́ ad duas referri cauſas poſ⸗
ſit uniuerſa dæmonũ. ſ. aperto fœderi & occultę eorum ſuggeſtiõi atq́
commertio/ qui ſe a pactis dæmonum cuſtodire illeſos uellent a magi⸗
cis dubio procul obſeruationibus etiam cuſtodirent: quo pacto autẽ
daretur id fieri & quibus moueri cauſis deberent colligi ex ſupradictis poteſt/ ve
rumtñ duplici hac uia ĩ cõfutanda magia progrediemur/ prius enim docebimus
earum rerum obſeruationes quæ aut diuina aut naturalia non ſunt/ minime pro⸗
deſſe/ & Magiæ ſpecies omnes quæ in cognitionem indicibus iam litteris uene⸗
runt/ eas aut naturæ uim ordinariam adulterare atq́ ſupergredi / aut a diuinis ſe⸗
cedere & quaſi dixerim fornicari a bonorum auctore deo.: nec ea fieri poſſe arte
ulla naturam iuuante quæ Magi pollicentur: unde ſuperſtitioſa prorſus & abo⸗
minãda depræhendet̃: ſed hæc in uniuerſum atq́ ſummatim: poſtea aduerſus au⸗
ctores Magiæ celebratosq́ cultores bellum inibimus: & cominus congreſſi non
haſtis iam uerborum/ non enſibus perſuaſionum/ ſed rationũ pugionibus imma
nes illas ſuorum dogmatũ beluæ confodiendę ſunt: uerum nõnullis reſpondere
in primis oportet qui ficta & ementita Magorum opera autumant/ nec ſolum in
antiquitatis nebula/ ſed in recenti luce caligant. Si quidem a pleriſq́ me interroga

tum memini:uera essent an ne:quæ magis ad scriberētur mirabilia an potius ficta ad stuporem vulgi & magorũ mercedem / & ueluti circulatorum nugas & anilia ridicula haberi debere:hi ipsi christiano censentur nomine/nec abhorrentes a litteris/quin & legum studiosus quidã & Poeticæ atq; in primis Horatij / quē legerat Canidiæ cecinisse iam efficaci do manus scientiæ/ & alium de Medea cantasse: Oĩa quæ ponto quæ manibus eruit imis: Et quæ sanguinea lunę distinxit ab ira. Hac de re tamen uesane ambigebat/nec mirũ si huiusce oblitus uanitatis/quando & exciderat prorsus mente quod de maleficis Pharaonis in Exodo scribitur: qđ de magis item atq; maleficis in legum ciuiliũ libris/ in ecclesiasticis cãnonibus atq; decretis cautum præceptũq; est:mouebatur q nulla unq; experimenta uidisset/& nihilominus(quod fatebatur ingenue)id magis promittētibus nō refutasset: Hoc ipso motus Plynius magię opera irrisit/non qua mala/sed qua uana & inefficacia & impossibilia quoniã princeps Nero eius studiosissimus uana falsaq; comperisset:ex particulari & vnico exemplo uniuersale dogma colligere satagēs. Sane nō eo inficias & fuisse olim & esse posse aliquos se Magos fingentes qui non sint & uesanę atq; scelestę artis magistros se facere cum nil minus nouerint ut captent.s. fauorem superstitiosorũ principum & pecunias extorqueant:sed animaduertere debemus ea quæ facta iam dicuntur ab omnibus pene gentibus/ ab omnibus nationibus & linguis: Negari nisi proterue nō posse/cũ factu penitus impossibilia non sint/ut magicas operationes quæ dæmonũ ui atq; malitia patrari posse nemo rerum gnarus inficiabitur. Traditum autem a prima antiquitate est/ plurimos arte magica polluisse: Alij id palam scripsere/ut de ægyptijs magis Moses/Latinorũ & Græcorum omnium scriptorum antiquior: Alij quodã quasi uelamine ut Homerus & Orphęus:quorum alter de Iasonis:alter de Vlissis magia cecinit: sed qs non Historicorum/Oratorum/Philosophorum/& præcipue Platonicorum: quis non Theologorum asseuerauit:fieri posse magica dæmonum opera/ quæ uel naturali uirtute/uel arte alia non sperabatur/ Vnde tot decreta pontificia/ tot imperatorum edicta / aduersus artes maleficas in usu diuturno compertum esset ea non modo fieri posse/sed facta esse:sunt pleraq; litterarum monumentis relata/atq; ex eis quæ supra commentati sumus percipi pleraq; possunt. Mitto Circes/ Medeę/ Canidiæ/& aliarum fœminarum potestates magicas/Poetarum carminibus decãtatas/ quas omnes generatim iam eliminabimus. Sed certe ætate nostra fuere multi qui se circis dæmones claudere adiurationibus profiterentur/qui in phialis cō clusos dare quibuscunq; de rebus responsa dictitarent/ qui eosdē in annulis etiã gestitarent/ quã quidem impiam superstitionem non ab re fuerit si suspicemur iã usq; ab Heroicis temporibus ductam/ quoniã & uerbis etiam dæmones annulis adsistentes ludificare reges consuerant eiusmodi ea (ni penitus mentita sint) fuisse putauerim quæ de lapidibus manu gestatis & dæmonicam uocem emittentibus deq; Ostrite illo Atridis & Laomedōtiadi uaticinato in libro de lapidibus cantauit Orpheus siue Orphei Lebethrij illud sit opus (quod minime crediderim quoniam ille multo ante Troiana tempora floruit) siue falso titulo circumlatum / Sed enim Orpheũ ipsum nunq; fuisse scribit Cicero auctoritate Aristotelis / & sacros sermones eius nomine prætitulatos in quendã Cecropem refert pro quo omnes quos uiderim codices Cerdonē habent cuius(quanq; in re non magna) pene publici erroris primum me admonuit magna illa cum nominia:tum rerum compositio:cui Suidas est nomen quo in opere etiam auctoritate Dionysij scribitur Odryseum Orphea nunq; fuisse/multiq; eius nominis citantur auctores / atq; ipsorum scripta uarie recensentur/ut hinc etiam cognoscere possimus/multos Poetarũ ab-

erraſſe/qui unum pro alio Orphea ſæpe numero ſumpſerunt. Sic & de Homeri patria inaniter uidetur diſputatum: quoniam plures Homeri diuerſis urbibus orti/diuerſis temporibus floruerũt/quæ nominum communio inanis famæ ſitim remordere facile poſſet/ ſi animaduerterẽt qui ſcribunt glorię cupidi eam ad quãtãtopere anhelant facile ſibi poſſe ſola nominis communione ſurripi: Sed iam ad inſtituta reuertamur.

¶ Aduerſus Magiæ ſpecies omnes in uniuerſum. Caput Quartum.

o Stendimus libro quarto huius operis/eas prænotionis ſpecies eliminãdas & abolendas/ quæ de aperta dæmonum ſocietate pullulant: quinto & ſexto quæ de occulto palliatoq; commertio deriuatæ ſunt: quicquid ibi rationis & roboris in eas demoliendas allatum eſt/ huc afferatur quantum ſcilicet ad prænotionem ſpectat. Si quidem Magi ſe non operari ſolum/ſed & prænoſſe futura profitentur/ex eorum.ſ.ſodalitate a qua & cætera didicerunt: quando nil ob aliud q̃ ut prænouerint eam colunt Magiæ ſpeciem/quę de ſyderalibus configurationibus plurimũ pendet: a quibus etiã futurorũ notas hauriri nõ negant. in hos totus libri quinti decurſus armatur. Sed nũc operatiões eorum diſquirendę in uniuerſum diſijciendęq; ſunt iam pactum ſe inijſſe cum dęmone/quis poteſt ſecurus recordari? nonne id ille effecit/ ut diſſipet/ ut mactet/ut perdat/ut a deo bonorum omniũ auctore ſe moueat: a quo ille ab initio receſſit in ſemet reuolutus/ſibi diuinos honores querens poſtq̃ rebellauit proprio amore deceptus & ad caliginoſum hoc aera infernaſq; ſedes deſtinatus qua de re nuper in primo ad ſanctiſſimam Trinitatem in hymno de angelorum creatione pertractans ita ceciniſſe memini.

Quorum perpetuam pars colluctata ruinam.
Nacta chaos tetrum cœlo delapſa petiuit.
Et ſolium cupiens ſibimet placitura rebellis.
Tartareæ clauſtrum ſubit irremeabile ſedis.

An forte illi adheretis magi ut minime noceat/& in inferno mitius tractemini: quo ex prauis animi affectibus eundum uobis omnino ſit: hos Eſaiæ prophetæ uerbis irrideri aduertamus: Dixiſtis(inquit)percuſſimus fœdus cum morte/ & cum inferno fecimus pactum. Sed quã ob cauſam rogo colit dæmones ſtolida iſthæc & amens turba? ut ſcientiam norint/ut honorẽt inquies: & admirationi ſint/quatientes elimenta/cientes tonitrus/ ſanitatem pollicentes/morbos comminantes/ afflantes amorem/ illum ipſum obfrenantes & pellicentes in odium/maritales thalamos/& ligantes & diſſoluentes: non parua hęc: ſed tu ne id facis arcanæ Magiæ ſacer Antiſtes an malignus dæmon officio tuo in capiundis alijs abutitur/non ſecus ac auceps qui ut facilius tendere auibus inſidias queat/ alias eiuſdem generis ob rhetia & laqueos occulte illigat/ ut quæ ſolutę ſunt illarum uocibus citatæ ad pabulum cõuictumq; deſcendentes irrhetiantur: Sed qua pace conſcientiæ te rogo id facis? an ſemper cruciaris: & nõ datur requies animæ. Sane Eſaias monet Cor impij quaſi mare feruens/ non poſſe quieſcere. Agnoſti vnq̃/uel delonginquo quæ ſit illa dulcedo: nil conſcire ſibi/nulla paleſcere culpa? & decantatũ illud in fœminæ laudem: Magicas inuitam accingier artes/ quas tu ſciens/ & uoluens/ ſed & cupientiſſimus amplecteris: Ad mentẽ redi ueſane Magiæ/& pudeat te fa-

mulari ei contra quem iure tibi bellum indictum est: Agnosce naturæ tuæ dignitatem: dedignare te eius seruum fecisse cui esses imperaturus/ Si a deo tuo non recederes/ pigeat prohdolor idololatriæ crimine culpari/ doleat desertorem eius fidei censeri cuius sacramento baptismatis adactus spopondisti perpetuum te militem fore doleat pœnas tibi parari sempiternas: ex circis/uerbis/hostijs/characteribus/ lucernis/peluibus/ securibns/ & mille alijs sortilegis uanitatibus & superstitiosis insanijs/ quibus quasi manicis compedibusq; deuinctus/ ad perpetuam seruitutem ad æterna manciparis incendia. Recole damnatam semper scelestam hanc Magiam/umbrarumq; consortia/ nec sacris modo litteris Christianis/ sed & gentibus ipsis plurifariam explosa: adeo ut Anneus Lucanus de sexto Pompeij filio uerba faciens artes nonnullas alias alioquin illicitas/ & superstitionibus plenas minime incessat/solam detestetur Magiam/ quam ille scilicet auiditate quadam & rabie coluerit. Scribit & Seruius interpres Vergilij: Romanos cum multa sacra susciperent Magica semper damnasse: Et Augustinus noster docet: sectã omnẽ Magiæ pœnis decreuisse: ut in libris de ciuitate dei uidere licet: & in tertio quoq; de trinitate Magiam a scelestis spiritibus profectam monstrat: qui occultis seminibus adhibitis miranda quæpiam effecere permittente deo. Hæc sui amatoribus primum omnium prudentiam eripit/ persuadens illorum se uocibus audire/ dicto parere/quod equidem magnopere demirandum posse illos unq; adduci/ut credant spiritum natura nobilissimum/ malitia uero ob dei rebellionẽ admissa nequissimum ligari posse propria uirtute hominis/ qui & inferior natura sit & malicia quandoq; pene par. Dices non ligari non cogi/ non pati uim: uerum superioris quandoq; dæmonis parere imperio/ quandoq; ut seruet pacta/ sed & sponte homini se offerre/ obsequi/seruire/ insipientius deliras: De superiore enim dæmone idipsum dicã qđ de inferiore: insipiẽtius inq; deliras: si opinaris eum homini præter naturam subiectum esse uoluisse qui deo creatori natura inuitante subijci noluerit/repugnare autem maluerit & aduersari: seruare tibi circuli pactum qui fœdus naturæ fregerit autumas? Adde mendacem eum mendatijq; parentem quæcunq; uera ad falsitatem/ quæcunq; bona ad maliciam retorquere paratum semper/ semper accinctum: ꝙ si deus pro sua iustitia/ pro malitia reproborum hominum/ iustisq; alijs de causis sinit ut noceat/ ut deludat/ ut fallat: nihilominus tanta est illius clementia: tanta benignitas/ ut uersute adeo insidiari non possit Sathan quin deprẹhendatur ab ijs quibus Lucerna pedibus ipsorum uerbum eius/ & lumen semitis eorum. At si contendis illigari a magis neq; spiritus/contende & illud non alijs uinculis q̃ quæ ipsi tradiderunt/ mendatijs scilicet sacrilegis obscenitatibus uanisq; adeo rebus ut referri sit pudor/ multa enim quibus plerosq; Philosophorum cæperunt decrepitam anum/ & ob senium delirantem/non caperent: sed nec trimulo infanti persuaderet quæ Philosophis olim persuaserunt: Possem huiusmodi multa recensere: sed abolere ea impensius cuperẽ: rettulit Porphyrius a posteriori gentilitate maxime cultus & inter Platonicos ob excellentiã Philosophus agnominatus: sed qui asophos/uel misosophos cognomento nuncupandus sit: rettulit inq; in libro de responsis Hecatem gentium deam quo modo simulachra sibi constituenda essent præcepisse/ & ꝙ circumdanda Absynthio/ ꝙ pingendi domestici mures/ quæ pulcherrima essent ornamenta/ & animo suo gratissima: totque mures quot eius essent formæ sumendi/quod effudisse puto/ut falleret simul & irrideret: tum sanguis/ Myrrha/ Styrax. Horret animus hæc meminisse/ reliqua sileo/ quæ si fierent per somnum inquit me uidebis. Quis hæc nisi tu Porphyri epotaret/Quis epota aut deglutita nõ uome-

ret non tibi hoc Aristoteles/non Plato/ non Plotinus præceptor propinauit: curiositas tua & omnium superstitionum sitis eximia effecerunt/ut in amnem tartareum te ingurgitaueris/unde & illud impiū absorbuisti/& hęc quoq; pariter hausisti figuras a dijs peramari & contineri eos in sacrata imagine: quasi in sacra quadam terra / quis nisi stultior ipsa stulticia / hoc uenenum ebiberet/ hanc deglutiret insaniam/num ab Aristotele collegisti: separatas mentes supra hominem / ui herbarum/uerborum/characterum detineri posse aliqua in materia / hoc ille detestaretur/nostri abhominātur: theologorum enim consensus est/ uniuersam illorum nutu quoad loci pertinet motum subesse materiam/ob naturę spiritalis uim & excellentiam: Clamat Henricus ex hassia in commentarijs in Genesim in hanc sententiam/non eum mage compellis aut in uinculis/ ut putas tenes / captum se uinctum illigatum simulat/ ut capiaris ipse & funibus peccatorum irretitus ad inferna traharis. Scribit & Henricus Gandauēsis/non esse ullam / aut in lapidibus aut in uerbis/aut in herbis/vim quæ possit dæmones cogere uel fugare/quamuis hęc ipsi talia fingant/sed potentia supra naturam in illis compellendis opus esse/ quid quod Iamblichus ab alio qui superstitiosior hac in parte Porphyrio est/ dissentit/ut spiritus certis characteribus trahi possint/ aduaticinium uerum uel ullo modo cogi: is error nostra etiam tempestate multorum occupauit mentes / qui in anulis ut supra diximus/inclusos dæmones gestant/colligari se/& quasi in carceribus detineri qua sunt astutia insimulātes/ qui prohpudor a plerisq; summatibus consulūtur indies & exitiali fine plectuntur. Pręterea enim quæ quarto libro notauimus: sacerdos quidam & alius qui dæmonum familiaritate delectati sunt ille suffocatus & in fossam piectus est: hic uiuus paucos ante menses raptatus ad mō tem. Hæc magiæ stipendia/hi simulatę fructus amicitię/ hi ementiti phialæ & anuli / carceres / hæ fictæ compedes / & uesana perniciosaq; ludibria. Sunt & qui autument dæmones alios in fœminarum amorem ardere/quasi carnei sint/ aut sic apte natura sensibus oblectari possint & commisceri amant/ sane/ ardent deperеunt infœlicitatem animarum quas ut facilius fallant se captos amore mentiuntur ut liberius interrogari possint & honesta quæpiam suadentes / ut uideantur amici illos/mox hamo interiecto quasi captos pisces infernis littoribus allidere. Deficeret me tempus/ si omnia dæmonis tentamenta quæ nota sunt: quanq; & plurima ignoro recensere uoluero: ad unum hoc rediguntur uniuersa/noxiam esse dęmonum societatē prodesse nihil/supra modum obesse: At si non omnes dęmones prauos esse quispiam contenderet: nec quicunq; nostris temporibus sumptis corporibus apparent loquunturve/neq; esse spiritus qui quanq; boni non sint: quales beati Angeli nihilominus eos esse non malos ita etiam antiquitatem credidisse quæ multifarios induxit dæmones & eosdem distinxit a dijs. Sic Michaelē Psellum quanq; Platonicum christianū tamē opinari/a quo multa quoq; genera dæmonum enarrentur: Si hoc inq; contenderet quispiam falleretur impense omnes equidem spiritus qui ab initio creatori non hæserunt dissenserunt prorsus: qui em ut Euangeliū docuit/cū eo nō colligūt dispergūt: & iterū Christus inquit: Qui non est mecum contra me est / ex prophetis quoq; / ex apostolicis epistolis duo dūtaxat genera spirituum colliguntur: Boni quorum hierarchia a Dionysio Ariopagita conscripta est: Mali quorum partem & in caliginosum hoc aera detrusisse deum Apostolica monemur uoce / partem ad infernas etiam sedes religasse hoc monumentis sacris notissimum est / eadem ab omnibus Theologis boni nominis diuiso probatur: quin & Parisiēsis collegij doctores decreuisse legi/ errore teneri qui affirmarent aliquos esse bonos dæmonas/ aliquos nec salutem

nec damnationem consecutos: Apud gentes uero tam&si & dij & dæmones/nec vna eorum tantum species coleretur. Legimus tamen apud Orpheum deorũ præcipuos dæmones nominari. quid inꝙ præcipuos/& non oĩes quotquot ille citat dæmonis nomine sedulus & omnifarię superstitiõis cultor appellat. Sed quid Orphei testimonio utimur apud superstitiosos hoc roboris multum & efficatię obtinet apud nostros sit satis ꝙ legimus in Psal. Oĩes dij gentiũ dæmonia. & Michael psellus tam&si habitus inter Platonicos/ex fide ipsa decernit dæmonẽ omnem esse malum ob superbiæ & uanitatis excessum: ipsosꝙ non solum dæmonas/sed & deos accedere ad homines non spõte sed ui: Pythagorę auctoritate firmat Porphyrius. Sed uel aĩas quoꝙ uel spiritus alios apparuisse mortalibus Plynius Cecilius monumẽtis testatus est: ut dæmirari minus queant qui nomine Christiano censentur re ipsa diuersi dum rident eos qui asseuerant spiritus uel bonos uel malos assumptis corporibus se uisendos prębere & functorum animas uiuos monere: quod multi testatissimum reliquerunt: olimꝙ pontifici & cardinalibus dum in Gallijs morarẽtur publico adstipulatore fides facta quod Bartholomeus Monopolitanus memorię prodidit: Sed. n. hoc ipso anno in Germania: ut mihi Augustę urbis præpositus Matheus longus a secretis Cæsaris & consiliorum omniũ particeps rettulit. Fœmina quępiam/multos mẽses defuncta aereo corpore sumpto apparuit/multa interrogata respondit & mille fere testibus diuersis temporibus locuta est: & se cum episcopo quopiam Cæsaris mandato rei ordinẽ gestę & testiũ responsa notauisse mihi narrauit: quin & ipse Cæsar eadem mihi asseuerãtissime confirmauit. Cuiusmodi autem ea apparitio: & utrum uel anima defunctæ fœminæ credenda sit/uel spiritus eius effigie desumpta/alterius & loci & temporis quęstio est. Cæterum & non nullos spiritus consuetudine id facere inquiunt/ut cum hominibus uersentur/bonosꝙ facilius accedere/alios autem cum inuocati aduenerint conari ut noceant. De dijs hoc Pythagoras & Porphyrius refert non dæmonibus/ligariꝙ eos lineis & characteribus asseuerat/eosdem ubi uenissent procurasse ut delerentur quo facilius possent recedere: Dij igitur eorum non dæmones tantum irretiebantur & delectabantur uanis/inanibus/noxijs/eademꝙ suis cultoribus suadebant. Scribit enim idem Porphyrius in epistola ad Anebonem ægyptium/inter alia mirari se/ꝙ dij iussi multa iniqua committãt/& ad inhonestam uenerem multos impellant: quare dæmones eos omnes/hoc est prauos fuisse spiritus manifestum est. Cõfirmat Psellus ex nostra/hoc est christiana disciplina omnẽ dæmonẽ esse malum propter superbiæ & uanitatis excessum ab Angelico statu ordineꝙ delapsum: tantum abest ut Platonicis gentilibus hac in parte consentiat: quanꝙ eius sententia nõ præiuditij certe/sed nec grauissimi testimonij loco sumenda est/ubi præclaris ecclesiæ doctoribus euariat: opinatus enim dęmones habere corpora/id tamen non solus quando magna antiquorũ theologorum pars huc inclinauit. Illud autem eius dogma detestandum/dæmones igne torqueri non posse nisi essent corporei: Oppositum ualidis rationibus astruitur/ab Augustino/Thoma/Scoto reliquis asseuerãtibus a corporeo igne ualidissimo diuinæ iusticiæ instrumento/& incorporeas dæmonum substantias & exutas corpore animas uexari/pati/cruciari/quomodo autem id fiat/locus hic non expostulat ut declaremus: Illud quoꝙ reijciendũ de generibus dęmonũ/mẽbris excremẽtis/uana hæc oĩa/& a uano auctore desumpta. Siquidẽ hoc a quopiã Marco se didicisse fatet/qui solitariã uitã elegerat/ac si qs alius in dæmonũ cultu pfecerat/inspexeratꝙ apparitiones dæmonũ: credidit bonus Psellus quasi Marcus ꝙ hoc. s. prætẽdebat in primis mendaciũ ꝙ in Mesim fluuiũ suũ genus referebat a mẽdatij

parente uera non falsa didicisset: Sane cauendum illis est plurimū qui Platoni hærent impensius ne superstitiosi fiant: quemadmodū iis qui Aristoteli se totos dedidere ne impietatē exhauriant: expertus noui periculum: Nisi enim christianam imprimis fide & theologorū rationibus stabiliti gressus nostri fuerint/ ex feruētiori Platonis amore in superstitones/ ex nimio Aristotelis affectu in impietatē non difficilis est lapsus. Nanq apud illum/ & sectatores multorum deorum/ multorū Dæmonū pluriū multifariorūq sacrificiorū mentio: hic vnius uix dei & prouidētiæ meminit/ & tribus ferme locis paucula: nihil de uera religione/ nihil de futuræ uitæ fœlicitate definit: ut ex hoc fere incitatio suboriatur ad nihil credendum ex illo ad plusq oporteret credendum obseruandūq: uestigiis profecto Augustini & Thomę aquinatis incedendum est/ quorum hic Aristotelis/ ille aliquādo Platōis doctrinam excoluit: quibus præssis nec præter id quod decet estimatis/ ueris & diuinis eloquiis/ sacrosanctisq nostræ religionis dogmatis institerunt non condēnantes q̄ apud eos philosophos bona & uera/ quę falsa/ quæ impia/ undequaq scaturirēt pro uiribus abiicientes/ destruētes/ exterminantes: Sed ꝙ attinet ad uim uerborū si potuisset edere aut componere/ quæ spoponderat Picus patruus nihil ultra ad eorum confutationē desideraturi essemus: satis nobis faciat eius auctoritas pro multis rationibus: quā uel solam reperi in Isagogico sacrarum litterarum/ quem paulo ante obitū exorsus fuerat & imperfectū reliquit & mancum suffecturi autem sumus id ex eo: quod præstiterit diuina largitas: ita igitur ille de hac materia notauerat: Illud autem attendendū ꝙ sicut in magicis ipsa uerba quatenus uerba uim non habēt/ ut stulti & superstitiosi credūt/ sed ex occulta ui dæmonū in illis uerbis operante/ in animā eorum qui sibi secundū impiam fidē & malos mores sunt mancipati: ita nec inest hæc uis uerbis scripturæ quatenus uerba sunt/ ut superstitiosus quispiā autumaret/ quare eadē uis ī latino quę in hebræo sermone uerum occulta dei uirtus in illis operatur ac per illa quasi per uehiculū in eos trāsmittitur qui habent aures audiendi. i. qui purgatas & circūcisas cordis aures possident/ & per fidem & purgatissimos mores facti sunt habitaculū dei & capaces huius diuini ignis: hæc in illius scædis paucula reperi: Verū enimuero quæ de occulto dæmonū pacto prodit magia ab astris deducta/ uerbis/ herbis/ characteribus/ & animaliū cæde utens/ nulla dæmonū inuocatione facta/ quales Achindi & aliquorum Arabū/ quæq dæmones citat/ & præterea adhibet herbas/ lapides & ligaturas/ qualis in Gallia/ in Germania/ in Italia exerceri quandoq solet a fœminis p̄sertim fascinantibus. Quæq dæmones nō inuocatiōe solum/ sed quadā quasi cognatione & affinitate ad naturales res quibus magi utuntur descēdere autumat/ & apparere mortalibus/ qualis apud Proclum Platonicum/ & alios quosdā/ omēs hę seu simplices/ seu mixtę/ atq compositę/ seu quas olim ęthiopes/ Gymnosophistæ/ & Indi Brachmanes dissimulabant. Omnes inq postea redarguendæ nunc paucis confutari possunt: quantū attinet ad generalia atq cōmunia. Nam si dæmones simpliciter aliis superstitiōibus sequestratis inuocantur per ea quæ paulo ante diximus refelluntur: si naturalibus dicūt se rebus uti & characteribus & figuris & herbis & uerbis publica alioqn comertia dęmonū abominati hinc refellent̄ cū sit apud Aristotelē & oes naturales philosophos cōpertissimū actiuas uirtutes inesse nō posse figuris & litteris/ characteribusq huiusmodi/ cum nihil aliud sint q̄ cōpositio & ordo excogitatus ab artifice seu pingēte seu fingente herbas præterea & materiales imagines ultra suam speciē & formā operari non posse testatissimum/ nedum eas ciere posse tempestates & elementa concutere & subdere terremotus & mouere tonitrua: Hę igitur causę esse nō possunt illorū effectuum quos

pollicentur magi: Signa autem si dicantur cum diuinitus instituta non sint quin & diuinitus reprobata & a natura abhorrentia: restat ut superstitiosa sint & a dæmone inuenta / uel palam fabricante / uel clam in imaginatione superstitiosorum insusurrante & suggerēte: si uero quapiā compositione mixta magia fuerit eorū procuidubio alterutro dæmonum fœdere participabit: quæ ad expressum pertinent ex superioribus / quæ ad suppræssum spectant / ex his quæ mox diximus confutantur: Sed iam hæc ipsa particulariter demoliamur.

¶ Quæ magiæ / & quo ordine particulare confutandæ: Item cōtra Procli Platonici magiam. Caput Quintum.

s Ed proprijs iam locis & peculiaribus argumentis cōfutandæ sunt magorū insaniæ / quæ pernitiosius eo nocent / qđ a doctis alioquin uiris traditę ꝓbatęq; sunt superiori capite aduersus quascunq; ex locis / & argumentis cōmunibus generatim summatimq; disputauimus. Nūc ut ꝓmisimus singulari certamine / nec hastis iam aut ensibus / sed pugionibus dimicandum: singulas tamē nō citabimus magias aut magos / id.n. tā laboriosum q̄ Sibyllę folia collegisse / sed insigniores / & qui ea de causa q̄ impensius colunt̄ impēsius nocent percensebunt̄ a nobis: & ij præsertim refellent̄ qui operā dedere / ut cū studio & labore insanirēt: philosophi alioquin apud suas quasq; sectas in precio habiti & præclara æstimatione celebres: Ex græcis igitur scriptoribus Proclū platonicū sumpsi qui sicut Iablichus ægyptię scholę Platonicę / Italicę Plotinus / ita Asiaticæ patronus fuerit quiq; habitus omniū Platonis mysteriorū consultissimus: ex Arabū turba Alchindū delegi quibus cū esset mihi disputandū / quanq; & Almadalē & alios plerosq; in transcursu refutabimus / ijs quippe linguis communicata latio plurima fuere posterioribus tēporibus post hos aut nihil aut certe parū de magicis superstitionibus mandatū litteris: Si qui eīm inter latinos superstitiose scripserunt / Arabes plurimū secuti sunt / & Græcos platonicos quosdā / in nostrā linguam male translatos. Adde q̄ ij de oībus fere ad magiā pertinentibus scribūt & copiose / de sacrificijs / uerbis / characteribus / & huiuscemodi obseruationibus: quare in ijs confutandis & reliqui omnes una cōfutari uidentur: Postea aduersus particularia quędā nobis eundū / Alberti / Petri aponēsis / & eorū qui litteras aspernati memoria & obseruatione uanitates suas cōstituerūt: Demū aduersus æthiopū & Indorū magos & Apolloniū pręcipue Tyaneū nobis erit pugna. Sed iam Proclum audiamus is igit̄ postq; suprema in infimis / sed modo suo rettulit inueniri / & in supremis pariter infima quibus anim aduersis sacrā suam scientiā condidisse antiquos sacerdotes / ex cognatione scilicet & sympathia / cui hoc uerbum compassio respondet: uideriq; id facile posse in Helitropia / selinotropiaq; herbis quæ ad solem scilicet uerterentur & Lunam uideri in loto ante Solis exortum folia cōplicante / explicante post ortum / uideri in alijs plerisq;: quo fieri ut similitudo ipsa satis uideretur facere cur diuine uirtutes ad inferiora deducerent̄ subintulit alias aīas sub numinibus alijs ordinari & aīalia quæpiā esse solaria ut Leo / ut Gallus / cuiusdā.s. solaris numinis ꝓ sua natura ꝑticipes: inferiora quoq; in eodē ordine cedere supioribus: hinc a leone quasi coli & timeri gallū / cui magis cōueniret solaris uirtutis p̄sentia: id inde apparere q̄ q̄si q̄busdā hymnis applaudūt surgenti soli & ipsum aduocāt: sed & uisos esse solares angelos eiusmodi formis p̄ditos q̄uis sua pte natura sine forma sint: uisos & dæmonas solares leonina frōte / eosdēq; cū gallus obiceret̄ disparuisse / cognitis itaq; eiusmodi rebus ueteris auctores sacerdotij

ſuperiorum uirium cultum adinueniſſe dum alia miſcerent/ alia purificarēt perqꝫ mutuam cognationem conducere in unum per repugnantiam expellere purificare quoqꝫ cum oporteret ſulphure & Aſphalto hinc cōſtitutas ſtatuas ex materijs multis permixtas/odores quoqꝫ compoſitos: ſed & quandoqꝫ ſine compoſitione ulla ad diuinū opus ſufficere herbam unam uel lapidem unum / Cnebiſon herbā ad ſubitam numinis alicuius apparitionē ualere/ad cuſtodiā uero laurum/ Raccinum/cæpam/ſquillā/corallum/adamantē/iaſpidem: Sed ad præſagium cor talpæ/ ad purificationem uero ſulphur & aqua marina: imolatiſqꝫ animalibus deorum cultui congruis/cæteriſqꝫ obſeruatis cognitum eſſe potentias dæmonum proximas eſſe rebus actionibuſqꝫ naturalibus/ per quæ in præſentiam ipſi ob propinquitatem.ſ.& affinitatem conuocati ſunt. Deinde tum dæmonibus docentibus/tū propria induſtria/conuenientia ſymbola interpretantes deorum uires & actiōes perueſtigarunt in eorum intelligentias aſcendentes/ac deniqꝫ poſthabitis naturalibus rebus actionibuſqꝫ ac magna exparte dæmonibus/in deorū inqt conſortiū ſe receperunt. Hæc ſummatim Proclus in libro de ſacrificio & magia: quæ quidem utrum conſtent ſi diſquiramus inania & ſacrilega & falſa comperiemus. Sane ex hac Sympathia cognationeve rerum aut conſenſu qui naturæ ſeruat ueſtigia/nil indagare poterit/quo feram hanc magicam depræhendat/nam quo pacto ſimilitudo huius amoris cauſa eſſe poteſt: ꝙ ſi cauſa amoris/num & motus etiam & deſcēſus habebitur: ſiquidē ſimilitudo ſpeciei nō eſt/ſed neqꝫ generis: quod minime Procle negaueris: ſimilitudo ergo ꝓportionis cuiuſdam/ſed quæ res ad quālibet ſua proportione caret: neqꝫ enim ulla res ſpoliari ſua eſſentia ſuis proprietatibus poteſt/quare quoquomodo referetur ad aliā quęcunqꝫ demū illa ſit/ꝙ.ſ.eſſentiam habet ꝙ ꝓprietates ꝙ operationes etiā/dices deterioris notæ / & indignioris naturę/eſſentię proprietates operationes inferiorū ſunt/nō abnuo ſed quid conſequentiæ eſt ut ſuperiora ob id inclinent ad ima/nōne magis conſentaneū aſcendere inferiora ꝗ ut ſuperiora deſcendāt: dices aliter fieri nō poſſe/ negabo audacter in omnibus/præterꝗ in ijs qui conſilio & uolūtate agunt: Nanqꝫ cœlum aut ſtellę non deſcendunt/ut herbas/ut plantas/ut frutices/ut animalia generentur alantur/foueant/perficiant: ſed radios ſuos emittūt diffunduntqꝫ quorū lumine & calore bene eſt/beneqꝫ agitur fragili turbæ mortaliū: reſpondebis cōſilio & uoluntate dæmonas tuos & deos agere/non alio te confugere uolebā: unde puto non aufugies/ didiciſti igitur non ex lapidibus/non ex loto nō helitropia/ quomodo alię animę ſub alijs numinibus ordinarentur/quomodo Gallus & Leo ſolis eſſent animalia/inquies illud te ex conuerſione & motu illius ad ſolem/hoc te ex colore leonis & uirtute ex galli cantu & applauſu in ſolarem aduētum percepiſſe: confirmataqꝫ tibi hæc ipſa eſſe angelorū dæmonūqꝫ apparitione: priora quod uis nō probant/ unde huic confirmationi inſiſtas uelim/quæ paulopoſt etiam tolletur. Helitropia & ſelinotropia/cur ad ſolem lunamqꝫ uertantur: eam quam aſſignaſti cauſam non eſſe contendere poſſumus: alias inuehentes ægere ſcilicet illas herbas ad ſui conſeruationē/ea luminis caloriſqꝫ intentione/non qua lumen ſolare lunareve ſed qua ita intentū atqꝫ remiſſum: in formā item id reducere non inconuenit/ut in magnetis formā ferri ſequelā referri debere pene omnes cōueniūt: ſed & de qualitatibus affectionibuſqꝫ materiæ helitropię cōuerſionē pendere ſi arbitrabimur: nullum ſequetur incommodū. Si inqꝫ ob humiditatē nimiam in ſolari cauſa uehemēter oportere putemus quare uerti eā quodāmodo/& trahi a ſole appetitu formæ innato ut cōſeruetur ut maneat in rerū natura: idipſum altera ex parte in exuberantē calorē elementalē conferri poſſet: qui uiuifico calore Solis ęgeret ut foue-

retur/temperareturq;: Loton uero herbam ex humiditate ſua: unde illud Poeticũ:
& aquatica Lotos. complicare & explicare folia dicimus/humiditate inquã uiui-
fica quodammodo & naturali/quę Solaris luminis beneficio fouetur/& quaſi ſur
cillatur/ne decidat: ea enim natura luminis eſt/ut humiditates nõ ſuperfluas & ex-
crementicias/ſed naturales & neceſſarias trahat & augeat illas uero diffluere faci-
at atq; diſperdat: quare loti folia in ſeſe recidunt & complicantur / cum ſolaris lu-
minis beneficio deſtituuntur: Adaperiuntur uero Solis iubare exorto: & eo ma-
gis explicantur quo magis ille ad cœli ſummũ euehitur. At queſo cur idem in lu-
pino/quod in Heliotropia non conſideraſti? te forte mouit nominis proprietas/cũ
illa ex ſua ad Solem conuerſione nomen ſortita ſit hoc minime/cum tamen eadem
conuerſione uigeat & foueatur/Helitropium (ait Plynius) & lupinum circũagun-
tur a Sole/& nullum ſane obueniſſet dedecus Aſiaticæ illi tuæ/ſeu lyciæ mauis fer
tilitati/ne dicam an luxuriãti abundantiæ: ſi hoc ipſum meminiſſes. Leo uero cur
Solare magis animal/quam Iouium: ex colore/ut puto/figuraq; non depræhendi
ſti: nam & plurima hoc pacto conſtitueres ſolaria magis q̃ leo: multo minus in-
ueſtigaſti decreuiſtiq; gallum ſolare animal haberi/ Martium alij decantarũt: un-
de illud/Martius ales: qui forte ob id quod criſta eſt ſpectabilis alta/quaſi militem
quendã/criſtata inſignẽ galea: leones metuũt/& ſi fabulas irridere fabulis licet: quis
Martẽ militesq; martios nõ formidet? At canit inquis & applaudit Soli aduentãti/
noſtroq; hemiſphærio illuceſcenti: cur hac ipſa ratione/auiculas oĩs ſolares nõ fa-
cis/quæ dum aurora roſea/in aureos Solis radios deſinit/ miros ędunt concentus
Cæterum cur canãt ante lucem non diſſeruiſti: Dices fortaſſe te id intellexiſſe atq;
eidem cauſæ acceptum rettuliſſe/ Soli uidelicet propinquanti/ cum ex Antipodũ
medio cœlo ad nos deflectitur: uide ne melior & acceptabilior ſit Democriti ratio
qui & ipſe ad perdiſcendã magiã enauigauit/ & nihilominus gallorum cantũ nõ
ſuperſtitioſe/ſed naturali cauſæ rettulit acceptum: Is igitur gallos aſſeruit depulſo
de pectore cibo/& in om̃e corpus diuiſo/& modificato cantus edere quiete ſacia-
os/qui (ut inquit Ennius) fauent faucibus: Rurſus cantu plauſuq; præmunt alas:
Mitto ꝙ ſæpius & diuerſis horis noctu cantant: Ridicula uero illa tua de angelis
illis animalium formas indutis/& dæmonibus leonina fronte gallum fugiẽtibus/
quis non exſibilet potius q̃ confutet? quis unq; crediddiſſet tã ſtulta a Proclo pro-
diſſe/ut opineretur dæmones etiam leoninos gallum formidare & expaueſcere?
Superior certe natura dæmonica dicetur a te/& conſentaneũ eſſe/ut ſolare animal
prius digniuſq; ſit tuo ex dogmate q̃ gallus: quare ergo formidat? ſed ſit leoninus
dæmon/ſit etiam ut leo formidet gallũ/ conſequens ne ob id erit/ ut etiam dæmon
leoninus paueat & fugiat: poteſt ne fortaſſe in eo leonina natura magis q̃ dæ-
monica? Si ita eſt unde ſubita diſparitio negata leonibus. Si uero plus dæmoni-
ca/ quæ humanam præit: vnde tanta formido? Ita eſt dubio procul/ ut quicunq;
chriſti hoſtes ſunt/ inter quos Proclus & Porphyrius præ alijs qui etiã aduerſum
chriſtianos acriter agere deſipiant/adeo cum uideri ſapiẽtes uelint/ut riſui pateãt/
ſic & prophanus ille deſertor ac impius apoſtata Iulianus / & ipſe magicis appri-
me uacans/qui in libro contra chriſtianos/quos Galileos uocabat ſcripſit/æſcula-
pium ex mente Iouis genitum/& per Solis uitam ad terras deſtinatũ/uarias pere-
grinationes ſuſcepiſſe/ ut animas ſanaret / & corpora quaſi edoceri non potuerit:
hominẽ eum fuiſſe ab ipſo Celſo cornelio / qui docet illum in deorum numerum
ob id receptum/ꝙ rudem adhuc medicinã paulo ſubtilius excoluiſſet / quaſi non
depræhenderit Iouis genitura eum adeo indignum ut a patre interficeretur. Scri-
bit enim Pyndarus Eſculapium a Ioue fulmine adactum / auariciæ merito: ꝙ me-

dicinā nocēter excreuisset:sed vulgatū olim interfectū tum q Hippolytū ad supe-ras auras/postq̄ occiderit pæonijs herbis euocasset. unde Maro fabulādo cecinit

Tum pater omnipotens aliquem indignatus ab umbris:
Mortalem infernis ad lumina surgere uitæ:
Ipse repertorem medicinæ talis & artis:
Fulmine phœbigenam stygias detrusit ad undas.

Alij qđ narrat Plynius de cœlo ictum fabulati sunt/qm̄ Tyndaridā reuocauisset ad uitā. O insipientissimū tuū Iouem Iuliane/qui ex suis(ut inquis) intelligibilibus/ ex se ipso Esculapiū genuerit adeo scelestū/ut fulmine in eo coercēdo opus fuerit. At si ex seipso num ex sua substantia: nunc ergo talis & pater. Si præterea eum genuit/ut aīas sanaret & corpora/illeq̄ infirmaret & perderet/ multa profecto ignorantia/multa insania laborauit/nesciens quæ esset acturus filius. Sed cur per Solis uitam: an quoniā fabulæ Solis illū phæbiq̄ filiū nuncuparūt: an q inde animæ descenderent omnes/ut mentiūtur impij: & per lunā ascenderēt: ut etiā Firmicus blaterat stultorꝝ uestigia secutus: quales sunt omnes/qui Christo aduersantur. Sed ad apparitiones tuas Procle reuertamur/ alio te nō magis loco/quasi in pistrino quodam intrudi uolebā/ut dæmonicas.s.pro te apparitiones afferres/tū enim materialem naturā palam egrederis/& ratione fugis/teq̄ in umbras & simulachra/ & dæmonum deniq̄ laruas conuertis/quæ te pariter & alios fefellerunt: Nā queso te illud edisseras q̄ pacto carduus seu cnebison malumus/ad subitā numinis alicuius apparitionē sit satis/ad custodiā laurus/ad p̄sagiū cor talpæ. Miror q non subnexueris/recens & palpitās/ita em̄ si deuorantur diuinationis & rerū efficiendarum euētus teste Plynio magi p̄mittebant. Sed quæ hic rogo Sympathia/q consensus/ quod naturale symbolū: Nonne mera hæc figmenta / meræ ludificationes malignorum spirituū: unde philosophe unde nā fit: ut couenīat laurus & spiritus custodia: vnde iungatur carduus & dæmonis apparitio: unde homī præsagiū ex tali patnum illud saltē uidisti/si analogiā considerabas: si tuam spectabas Sympathiā talpā lucifugum aīal/tantū distare a p̄sagio debere: quantū a tenebris lux: Futurorū prenotio ex luce & quidē eximia/non corporali sed spiritali cōparatur talpa spiritali nō collustratur lumine/q̄ inter bruta & quidē stupida reposita est: Sed & corporali luce damnata/qua & omnia fere pollent animātia; habitat præterea in cauernis terræ/elementorum despicatissime. Sed eo te tueberis/secretiora isthæc ex dæmone hausta respondēs: hoc est quod in te confutando quærebā: ut naturales rationes aufugiens/superstitiosam fugam arriperes / & eo te conferres loco / quem supra expugnauimus/cum omnes doctrinas dæmonū/uanas & detestandas/omniaq̄ dæmonum cōmertia noxia fugiendaq̄ docuimus.

¶Aduersus Magiam Alchindi. Caput Sextum.

a Lchindus mirabilia opera quæ superstitiosi pollicentur nō spiritibus/ sed corporalibus radijs accepta rettulit: eo in libro quē de effectu proiectuq̄ radiorū cōposuit/qui magicarū artiū/theorica prætitulat: eius libri uis & summa hæc est: Cœlestē harmoniā oīm miraculorū / causam esse/oīaq̄ inde ex necessitate pendere/stellarū uires/terrenorū turbę multifariā uarieq̄ cōmunicari: hinc ad elementa radios mitti: hinc in ea quæ ex elementis componūtur diffundi: unamquāq̄ rem suos habere radios a cœlestibus sortitos/quos refundat in alios. Subdit & desideriū hoīs plurimū prodesse/ quod si imaginatiōi coniunctū fuerit quā suos etiā habere radios uoluit mirabilia perpetrētur/ uerbis/ figuris/characteribus/sacrificijs / in q̄bus omnibus operatores radios somniauit.

Summatim uanitatē eius & stoliditatē recensui / & summatim etiam refellere possem. Sed dum eius legerē librū memini me plurima eius errata collegisse/ex quibus suā superstitionē: extruxit. Quapropter si quorūlibet eorū deo iuuāte redarguēdo destruxerimus/ opere prçciū fecisse videbimur/totū eius librū ex integro retexentes: nec se iure fautores eius defraudatos expostulare poterūt: ꝙ ideo libē tius facturi sumus/quo minus nobis in reliquis confutandis incumbet negotij.

Nullā enim magiæ speciē inuenies quç aut figuris/aut uerbis/aut materialibus rebus aīalibusve non utatur quibus rebus Arabs iste/adusqꝫ insaniā ebrius/stoliditatis poculū supstitiosis porrexit īnumeris/eo autē illius pnitiosior ebrietas: ꝙ sobrium se esse enixe contēdit. Exordit͠.n.librū ex Aristotelica disciplina/docens ex multis singularibus ope sensus perceptis vniuersale quoddā cōparari: quibus collectis/rerū generet͠ sciētia: & lōgo tandē ꝓgressu ꝑuenit ad cœlū: ī quo primū hoc erratū cōmisit. directionē & obliquitatē radiorū/causam esse uarietatis specierū in inferioribus/qđ quidē nō modo ijs repugnat/quæ ꝓbauimus quinto libro / quo totius uanitatis istius fundamentū tollit͠/cum ibi decernat͠ ꝓ effectibus eiusmodi/ quales supstitiosi pollicētur ad astrologicā uanitatē/q̄ magiæ clauis appellatur recurrendū non esse/sed Aristoteli ipsi plane aduersatur/aqud quē nullo modo recipitur/ut ex intentiōe remissioneqꝫ/specierū diuersitas ꝓdeat q̄ ex cōtrarijs.s.& differentibus principijs dependet: nō aūt ex eodē nūc intento tunc remisso: Directio aūt & obliquitas radioꝝ nil aliud parere potest/ q̄ꝫ intētionē remissionēqꝫ caloris & luminis/fortius em̄ radijs afficimur cū ex directo ad lineā videlicet & ꝑpendiculum nos feriunt: Debilius uero cū a nostro capite lucida corpora/a quibus.s.effunduntur/ad hanc uel illā partē inclināt. Sed apud Aristotelē fortasse legerat corruptiōis & generatiōis causam in obliquū circū/& ꝓpinquitatē remotionēqꝫ radiorum esse referendā quibus terrena uidelicet afficerent͠: unde ad specierū differentiā inepte & incōsulto quidē trāstulit/qđ ille de indiuiduis tantū ob infirmā materialium.s.rerū condictionē affirmauerat. Secūdo loco oīa dicit ex necessitate/ꝓuenire de cœlo oiaqꝫ nostra accidētia inde pēdere / facinus apud Aristotelē inexpiabile: qđ in libro de interp̄tatione: & in.vij.primç philosophiç/ & alibi suarū cōmētationū abominatur & fortissimis argumētis eliminat / ut sacras litteras omittā/ & nostros theologos/quos Barbare Maomethis alūne nō admittis. Tertio errat Alchindus/nec modo cōtra Aristotelē/sed Auerroi/Auicēnç & toti fere Arabū litterariæ turbæ contradicit/putās causæ cœlestis consideratione Metaphysicam esse: mitto rationes ex corpore/ex motu/effectu/fine desumptas/ne lōgior sim in re nō dubia. Quarto delirat hoī minoris mūdi nomenclaturā ideo tributā asseuerans ꝙ recipit ut eius utar uerbis potentiā inducēdi motus in cōpetenti materia: uide quātum aberret/nōne hoc & equo & mulo/& simiæ cōpetit/ut in materia competenti motū inducant/mouēt & hæc & aīalia fere oīa/māducant/nutriunt/generāt/alunt/ nec nisi hæc incōuenienti materia operātur: Minoris tamen mundi eis appellatio non cōuenit: quare nō isthæc: sed aliæ sunt causæ/cur homo minor mūdus nuncupetur: ꝙ in solo eo oīa suo modo uisunt͠/ quæ conspiciunt͠ in uniuerso: ꝙ cum inanimatis/cū plantis/cū aīalibus/ cū spiritalibus substantijs aliqua ex parte cōuenit: ꝙ nexus & mediū est utriusqꝫ naturæ corporeæ.s.& incorporeæ: ꝙ ex arbitrio cōformare se oībus potest. Sed hæc mittamus quasi suæ stulticiæ præludia: Imaginationē deinde ponit radios habere mūdi radijs apprime cōformes/quo fieri ut facultas ei sit in rem extrariā imprimere/ꝙ qꝫ in ea concipitur actualē: ut inquit: existentiā habere in spiritu imaginario/qua ꝓpter extra produci posse qđ cōceptum est/q̄bus si desideriū iungat͠ effectū rem sortiri nō secus ac operatur medica potio

cui Scamonea iungatur: Multa hic falsa/multa impossibilia: neqꝫ em̄ insunt imagi
natiōi quos fingit radij: Sed quicquid exit ab hoīe/ ex corporeis spiritibus ꝓuenit
quibus tanq̄ instrumētis/utitur aīa: eo autē impensius ferūtur/& quodāmodo ꝓij
ciuntur: si uehemens desideriū fuerit/uel amoris/uel odij/ unde ex cōcupiscibili ue
hementissime excitata semen effunditur: ex irascibili fascinatio sequitur: qđ forte il
le somniare uoluit: sed nō in quācunqꝫ distantiā/spiritus effundi poterūt / uel oso-
ris uel amatoris: nec fascinari potest qđ remotū & longinquū est/aut durū & ad re
cipiēdas corporeorū spirituū impssiones minime cedēs. Illud aūt īsigne deliriū/ qs
non aduertat sequi ex uana hac opinione/ut homo possit qđ natura nō possit ipa
ꝗ abhorret illa in promptu homini sit/negabit: probabo utiqꝫ ex eius uerbis ne-
cessaria id cōnexione pendere: quod conceptum inquit in imaginatiōe est/modis
enarratis extra produci posse: igitur cōcipiat quis imaginatione Chymærā: imo
animal mille formarū alterne repugnantiū: potest hoc quilibet ut est euidentissi-
mū: iungatur desideriū ꝓducendi/qđ cuilibet nō sanę mentis facillimū est: produ
cetur ergo Chymera/& aīal ut sic dixerim milliforme/ hoc autē absurdū est & na
tura nō patitur/affert postea/quasi pœnituerit/effectus eiusmodi nō euenire/præ-
terq̄ raro/nisi uel uerba/uel manuū operatio intercedat/ sed nil minus barbare cō
ficies: nam ꝗ uniuersa natura nō patitur a particulari natura nequit ꝑpetrari: qđ
si forte Auicennā imitatus/tribuis imaginationi id tantū quod potest natura & nil
ultra cōcedis refelleris oīno: nam particularis aliqua natura/ qualis imago id non
ualet qđ tota natura: sed quod sibi ꝓpriū peculiareqꝫ est: sed que nā sunt hæc uer-
ba/quæ manuum tandē opatio: uoces inquit aliæ faciunt radios differentes a ra-
dijs aliarum uocum: hoc nequaq̄ est/ qn̄ uoces corpora non sunt/ nec res quibus
inesse possint radij/quorū parēs est lux qualitas utiqꝫ corporea/& a lucido corpo-
re iungitur manās: Sed finge radios habere: num aliter differre poterint/ q̄ acuto:
graui/longo/breui/quas differentias uocū esse Aristoteles & alij statuerūt/ quid:
ꝗ Plynius asseuerat/quanq̄ multe olim in promēdis uerbis/uanitates obseruarē-
tur: sicuti & Sortilegijs/Ominibus/Auguribusq̄ insistebatur/semꝑ tamen incertę
questionis fuisse/ualerēt ne aliquid uerba & incantamenta carminū / quæ uiritim
a sapientissimo quoq̄ repudiata fuissent. Subdit Alchindus easdē uoces effectū
suū enancisci ex harmonia cœlesti/quo quid delyrius dici potest: quasi uoces ali-
quid sint priusq̄ ꝓducātur: cū em̄ uox sit sonus ab aīalis ore ꝓlatus / imaginatio-
ne concurrente: quo pacto imprimi illis potest ex cœlo quicq̄: certe neqꝫ stabilis
est uox/ut affici possit a corporea qualitate/nec ullius influētię capax est: Nam ex
percussu respirati aeris ad arteriā uocalē cum fit uox/uerberat̄ aer/ & diffunditur
sonus in eo: afficeret̄ ergo aer non uox quæ. s. ꝓ arbitrio generatur/& statim quasi
filia/ex patre emancipata / sui iuris esse incipit/ ac per aera diuagari in quo etiam
quantotius perit. hinc & alia insignis Alchindi proditur insania mentientis uoces
alias Saturni operationes confortare Iouis alias/alias Martis: prius em̄ eas a cœle
sti pendere harmonia dixerat: nūc confortari cœlestes planetas ab eis plane som-
niat: quasi effectus agere in suā causam/& eam fouere & perficere queat/ cui recla
mat uniuersa philosophia: effectus enim suam naturā a causa possidet/ nec in illā
hoc pacto refunditur. Illud autē superat oēm stultitiā/quasdā uoces cū quibusdā
cœli imaginibus cōuenire: & uerba quæpiā cum solēnitate prolata mutare sensus
brutorū & hoīm: hinc in speculo cōsecrato uideri imagines: hinc moueri fœmīas
ad amorē: hinc mutari elemēta: terrā calefieri: ignē a cōbustione cessare. O deliriū
incōparabile / quæ nā queso uis hæc/unde deriuata/ubi recepta: Nanqꝫ si ab har
monia pendet cœlesti/tota uis uerborum / ut cōtendit/cur nō ipsa per sese operari

hoc potest/ cum sit causa superior: Dicet fortasse cœlũ media & ꝓxima causa/hoc est uerbis ægere. Sed illud respondeat in sono ne/aut in uoce: an in uerbis exterioribus operãdi uis recipit: prius.n.natura sonus ꝙ uox/& uox ꝙ uerba: hoc.n.ex illo/illudq; ex alio cõsit: uerba em̃ uocẽ & sonũ includũt/& in definitiõe uocis continetur sonus: Sine uoce sonus esse potest/quia natura prior pari ratõe sine uerbis uox: sine uoce uero & sono uerba nõ sunt. Si igitur uis in sono recipitur: & qua sonus mouet elementa/omni sono etiã in aĩatorũ corporũ poterit ea uirtus cõmunicari/quare nec uoce nec uerbis erit opus. Si aũt in uoce: cũ ea plerisq; aĩantibus ꝑterq; hoĩ competat/idipsum poterit a brutis fieri: si uero in humanis verbis tantũ recipi dixeris/cũ ex successu uerba formentᷣ & syllabatim ea fluere necesse sit: nec tota simul esse aut permanere unq; possint. Quæro unde recipiatur uis: in prima ne syllaba: aut intermedijs: aut ultima: si in prima iam nõ in uerbis/ sed syllaba recipitur cœlestis impræssio/quæ mox perit pereũte.s.syllaba & succedẽtibus alijs: Si in alijs singulatim eadẽ ratio stat: Si in ultima idem etiã euenit: Iã enim syllaba non uerbũ est q̃ mox transit/quẽadmodũ & alia cuius natura nõ permanet: sed in continuo fluxu successuq; constituitᷣ: quare colligitur nullo modo uerbis inesse hanc posse uirtutẽ cœlitus operantem. Si quis uero ex ijs qui sibi sapientes uidentur hoc ipsum argumentũ & ad baptismi conficiendi & ad eucharistiæ consecrandæ uerba / sacratissima transferret bifariam responderetur: neq; enim consensus nostrorũ theologorũ est causas esse uerba illa: sed signa: quare nihil ad propositã questionẽ conducet. Præterea nõnulli signis ipsis per se nihil efficatiæ tribuunt: ut Scotus & asseclæ: sed & ij qui in sacramentis/ut sunt signa etiã aliquid operationis instrumentalis attribuunt Thomã secuti: nullo pacto cõcedunt effectũ sacramenti ad uerba tanq; ad causas referendum: cum sacramentũ sit sacræ rei signum: operari autẽ deũ & pacto quod ꝑ illa pepigit signa assistere illius uirtutẽ dicerent: prolatis statim uerbis operantẽ: quę & aĩam ab originali purgat labe: & panis substantiã in Christi corpus mirabiliter conuertit: De qua re late in quarto cõmentariorum in sententias a theologis innumeralibus pertractatum: quid: ꝙ insanum hoc dogma Alchindi alijs per eum effusis insanijs minime quadrat: neq; enim cœlum potest naturas (cuius causa est) destruere: cuilibet enim causæ non ex uoluntate: sed naturæ necessitate operãti propriũ est: ut suos cõseruet effectus nõ destruat: Sequitur ex eadem insania uerba hominũ/ posse nõ solũ elementa / sed & cœli ordinẽ quod ex necessitate prius operari uoluit/ inuertere atq; ꝑuertere / uel ea ut afformentur ab hoĩe in eius facultate nõ esset: aut em̃ potest uoluntas a ꝓferendis illis uerbis cessare/aut nõ potest/si ultimũ dicis: libertatẽ & arbitriũ tollis. Si primũ tum nõ immutabũtur elemẽta: sublata enim causa effectus pariter aufertur/ & nihilominus potestas illa in cœlo remanet effeta uiribus: igitur ex necessitate nõ ꝓducit/cum in hoĩs facultate reponatur: operetur illud an ne ex prolatione uerborum. De figuris postea & characteribus multa blaterat opinatus figuram omnẽ/ in elemẽtali materia impræssam parere radios/ex quibus motus alijs in rebus excitentur/& demũ illis tribuit/quæ uerbis concesserat: Manifestũ autẽ & ex Aristotele/in primo physicę auscultationis libro/& ratione quoq; decretũ/figuras characteresq; huiusmodi/qua ex arte sunt nõ natura/admittere nõ posse superiorũ causarum influxus: quod forte subodorans Alchindus subdidit/ex reuelatione spirituum edoctos hoĩes illarũ uirtutẽ: quã rationi quoq; consentaneã esse toto libro conatᷣ ostẽdere/eo deuectus hebetudinis/ut imaginẽ & simulachrũ aĩalis habilius esse dixerit ad uirtutẽ recipiendã a uerbis & operibus ut sui formatiõe exhibitis/ ꝙ sint ipsę materialiũ rerum species. Sed iterũ uidere mihi uideor: sciolos illos qui

uerba ſacra/quæ formas dicimus ſacramentorũ nobis ingeſſerunt: nõnulla etiam
de ueteri lege cõminiſci/quibus errori huic ſuperſtitioſo uerborũ figurarũq́ʒ potẽ
tia freto patrocinentur:afferẽtes eximiã in uerbo Tetragrãmo uim hebræis exiſti
matã ſerpẽti Moſis æneo largiendæ ſanitatis potentiã adſtitiſſe/Zelotypiæ aquas
in q̃bus cum execratione ſacerdos maledicta cõgeſſiſſet/ poſt ſcripta nõnulla in li
bello uerba quæ aquis illis deleta fuiſſẽt: pactiſq́ʒ nõnullis cærimonijs dirũpendi
fœmur Mœchę mulieri poteſtatẽ obtinuiſſe: ſed incaſſum pugnãti/quicunq́ʒ ſup
ſtitiones religiõe putãt confirmari poſſe.Siquidẽ uerba/lineamẽta/figurę/aut cha
racteres/deſcriptaq́ʒ uerba/nec pręter/nec ſupra naturã operari quicq́ʒ ꝑ ſe poſſũt
quin & ea ipſa quorũ parens & alũna natura eſt/ efficere nequeũt niſi altioris ope
uirtutis adiuta fuerint.Ariſtoteles præterea in libro de aĩa/ neq́ʒ ſonũ/neq́ʒ odorẽ
præterq́ʒ per accidẽs ſortiri dominiũ in corpus teſtatũ reliquit. Diuina igitur illa
uirtus fuit qua illa ipſa operabãtur:quæ quidẽ uirtus quoniã naturæ præſtat/ ita
& effectus ſupra naturã/ex illa prodibant:qui per Moſen uidelicet perq́ʒ ſacerdo⸗
tes illos fieri aſſerunt/ quare nullũ Alchindo/ aut ſuperſtitioſæ turbæ ſuffragium
hinc peti poſſe putemus/cum cœlũ/cum uerba/cum characteres res naturales &
ſint & habeant illud ſubſtantia/hęc autem affectiones & accidentia/quorũ quęq́ʒ
uel ſimile uel inferius/nõ autẽ ſupra ſuã ſpeciẽ operatur. Sed oro te cur in Tetra⸗
grãmo nomine Hebræi nũc portẽta non conficiunt:cur aſpidũ morſus/ ſerpentis
ænei fabricatione minime ſanantur: cur adulteram fœminã ſimplici aqua & uer⸗
bis nõ dirumpũt/ ꝙ ſi uirtus illa nõ aſſiſtit amplius:cur parte alia in Ieſus nomine
fieri miracula adeo teſtatũ/adeo conſpicuũ/ut negare opus nõ ſit:cui nomini ſup⸗
naturalis uirtus adſtat eius/quẽ nomẽ illud ſignificat:hoc eſt Ieſu Chriſti uirtus/in
quo diuina eſt humanaq́ʒ natura/qui ꝓ nobis natus & crucifixus/qui antiqui ſer
pentis vulnera ſanauit/& in cuius uirtute aut figura: æneus ille ſerpens exaltatus
in deſerto/quemadmodũ & hic poſtea fuit in cruce ſerpentiũ morſibus medebatᷣ
Dices quattuor eſſe litterarũ nomen/quare & magna etiã operari:ſed falleris/Pen
tagrãmaton eſt ſiue Hebræã/ſiue latinã linguã conſideres: tam&ſi Ieſus maiores
noſtri abbreuiarunt quẽ uſum poſteriores plurimũ ſecuti:Sex autem Græci ſcri⸗
bunt litteris:in unaquaq́ʒ tamẽ lingua eadẽ uirtus/modo eadem pietas.ſic & Græ
ci ſua lingua baptiçant/& ſacroſanctũ altaris conficiũt ſacramentũ/nõ ſecus ac la⸗
tini.Cur ergo Hæbrei ueſtrũ quattuor litterarũ nomen.I.H.V.H.uobis nõ pro
deſt:Idem nobis addita littera/es noſtra/ſin ueſtra ſupra naturã operatur.In quat
tuor ergo ueſtris uocabulis conſonante addita agnoſcite ſacramentũ diuinitatis
& humanitatis:quod Ioan.Reuchlin Sueuus egregio uir ingenio/multaq́ʒ doctri
na diſſeruit.Sed præterea quæ ille de occultis dogmatis Hebręorũ in eos demo⸗
litus eſt:deq́ʒ Hieronymi auctoritate deſumpſit/ut.ſ.litteræ naturam & ſignifica⸗
tum explicarẽt miſſa facimus:quod mea quidem ſententia paucis præſtitit cumu
latius/q̃ integro olim libro Meſſalla Romanus: quadrare tñ & illud quoq́ʒ huic
rei mihi nunc occurrit/ꝙ eadem littera nõ ſolũ per dentes ſignificatur/ſed per con⸗
ſtrictionẽ maxillarũ exprimitur/ ut ex ſuperiore ſcilicet dentiũ ordine cũ inferio⸗
re/q̃ ad ꝓnunciandũ es cõueniũt/ſupioris inferioriſq́ʒ naturę vnio/uel tacite ſigni⸗
ficetur.Sed ne digreſſionis leges tranſgrediamur: querendũ item ab eis cur multa
quattuor litterarum etiã uocalium/multa quinq́ʒ/ multa ſex/ uirtutem ſupernatu⸗
ræ uires nõ obtinẽt:Cur & Naue filius & Ioſedech/& ſacerdos ille magnus apud
Zachariam/& ille de Bethiomes/ cuius apud Samuelem mentio/ & filius Syrach
eodem uocati nomine/eadem non effecere:cur Hebræi in nomine filij Naue & Io
ſedech/& Syrach mirabilia non operamini: illi enim quanq́ʒ magni fuere/ hoĩes

tamen:hic Iesus dei & marię uirginis filius/quem uos crucifixistis/nos colimus &
adoramus & homo & deus est/suppositū diuinæ humanęq; naturæ:Cur uos im-
pij Maomethenses ꝑ Alla nomē miracula non patratis?nec ullū unq; uester Mao
meth eodē est molitus nomine quod ille in Alchorano fatetur:sed æmulatę sunt fe
re omnęs nationes nomen quattuor litterarū/ quo diuina substantia exprimitur:
Nam præter Hebræos & Græci θεοσ : & per eam forte Pythagoras quaternitatē
iurabat/nisi Tetragrāmū nomē Hebræorū intellexisset/ex quorū etiam disciplina
multa eum in suā phylosophiā trāstulisse Hermippus est auctor Latini deus: As-
syrij Adad/Arabes Alla/ & populi nonnulli paulo ante/ab Hispana classe reperti
Zimi. Verū sublustri umbra adhuc uideor cernere/ & qui aspirationis notas me
pro litteris posuisse calūnientur & theos nō Tetagrāmū/sed Pentagrāmū debere
affirmari/ & Naue & Iosedech filij: & alij Iesu non eisdē litteris & syllabis conscri-
pti quo noster dux & deus Christus Iesus.Sed norint quicunq; hi sunt nomē He-
bræorum Tetragrāmū/quanq;. H. contineat duas/quæ apud nos litterę nō habē
tur/sed spiritus:nihilominus aliter euenire apud Hebręos/apud quos nomē quat
tuor litterarum & est & appellatur. Theos uero apud Græcos θεόσ scribitur: &
apud nos filius syrach & Iosedech/& sacerdos magnus Iesu Christo cognomines
sunt/sed nec aduertūt Priscianū Hebręis legē nō tulisse loquēdi/ut Iesus sine aspi-
ratione scribat̃:putantes in.h.Hebræorū H esse Græcorū qđ in ę longū ut pluri-
mū uerti soleat/a nobis ut cunq; sit aperte satis ꝓbauimus/nec aspirationibus ipsis
nec litteris ex se/nec syllabis nec noībus inesse posse uim quæ naturæ potestatem
æquet/nedū superet præter q̃ pijs dei cultoribus in dei & iesu noīe:unde olim He
bræis/nūc nobis ea adest qui Iesum colimus/cuius regni & potestatis/nullus unq;
finis.In pietatē igit̃ & fidē in deū bonis opibus redimitā/& christiana potētia fretā
nomini lineamenta figurarū litrerarūq; characteres opera supra hoīem referant̃:
Sic apostoli/sic & alij pij nostræ religionis cultores innumeri mirabiliū operū effe
ctores fuere.Sed quanq; in sacris litteris legimus in die illo diuini examinis dictu
ros multos:Nonne in tuo nomine domine ꝓphetauimus / & dæmonia multa eie-
cimus:quibus respondendū est: Nescio uos: ut cognoscamus malos ī dei uirtute
posse patrare miracula:quod minime inficiamur:Legimus etiā in sacris litteris ten
tantibus Iudeis exorcistis inuocare sup eos qui habebāt spiritus malos/nomē dñi
Iesu dicentes: Adiuro uos per Iesum quē Paulus prædicat/ respondisse spiritum
neq; atq; dixisse:Iesum noui & Paulū scio:Vos autē qui estis?nec duro contentus
respōso adiecisse uerbera/adiecisse & vulnera/ut pariter quoq; dinoscamus/ quā-
q; dei gratiæ quæ gratis dicuntur datę & uirtutū operatio concedantur malis: bo
nis tamen in primis conuenire/in quibus cum recta fide uita & mores conueniāt
quare & superstitiosorū omniū & præcipue Alchindi illa deliria exsibilanda/quæ
is ea persuasione admisit/ qua etiam autumauit sacrificia pollere: ea quippe ideo
esse efficacia somniauit q in uictimis centrū & unitas(ut inquit) regitiua inesset ac
proportionata complexio in suis partibus/quemadmodum & in uniuerso con-
spiceretur: quapropter uictimā mundo conformē euadere: hinc inquit dum uiuit
animal elementalis mundi partes suis radijs informantur:Si uero naturaliter mo-
ritur mundus non cōmouetur. Fieri autē cōmotionē cum ui & hoīs actione ma-
ctatur:mundi eñ materiā/tū contrą naturā in mutationē incurrere/ & hoc pacto
alterationē passam fieri habilē ad eam receptionē formæ quā nō admitteret cursu
naturę his si iungat̃ cū imaginatione desideriū moueri & cōcuti elemēta/queq; ex
his coalita & coaugmētata sūt: Holocaustis aūt & thure tāta nō fieri/cū mūdo cō-
formia ita nō sint quēadmodū & uiua aīalia:demū ex initijs operꝝ si ea cū ꝟbis &

figuris quæ stellis cõueniant exordiremur fœlicia euadere:sin minus infœlicia & vnã quãq; stellã/ꝑpria habere noĩa/ propriosq; characteres / ac antiquos medicos in sumendis herbis medicaminibusq; conficiendis hoc ipsum obseruauisse: nec ab illo quē puto/non intellexisse quę scriberet:Nanq;(ut hoc ultimū primo redarguamus/nec Hippocrates/nec Galenus/græcorū celeberrimi: Nec Auicenna & Auerrois Arabum præstantissimi/id cõsueuerunt:irriserūt potius & aspernati: Quæ præterea hæc noĩa stellarū:qui characteres:quis noĩa imposuit:quis characteres conformes inde deliniauit.Sane si a proprietate rei sumenda nomina sunt/ cum syderū ignorētur ꝑprietates/numerus/ordo/ ut quinto libro probatū est/cassa erit & absurda nuncupatio:Si uero stellarū figura spectetur/ rotunda omnia in characteribus igitur rotundis oĩa faceres:quomodo ergo ꝑprie unicuiq; figuræ characteresve:cū rotūditas oĩbus sit cõmunis/qua singula.s.participãt & nullo pręterea.sed reuertamur ad sacrificia illa sacrilega contēnenda/quid quęso potest hæc tua conformitas:quid pura meraq; relatio:neq; eĩ illi cõpetit actiuæ causæ condictio/finalis magis cõpeteret:sicuti cõformitatē amoris dicimus causam. prę terea nū & idē eueniret si ab alio aĩali / aĩal aliquod occideretur. Quottidie igitur elementorū cõmotio/quotidie tumultus orbis:cū ceruū leo:cū gallinã vulpes / cū agnū lupus/falco anatē/holorē aquila occidit: quid si fulmine intereat cõcutietur ne elementa iterum & maior suborietur excitatio:ut ex illo fulmine aliud idq; ex alio atq; ita deinceps orbis rector eiaculetur: Cæterū quis motus interfecto aĩali potest in elementis fieri/aerem impurū hoc uicinum terræ/ex uoce/ex mēbrorum motu dispergere & difflare potest/quid præterea:quid in res procul positas/quid in elementorum sphæras.Aduerte quęso ni periculū formidasses/consequēter dicturum te:humanas hostias uitulinis præualuisse/ siquidē maiorem esse mundo affinitatē cum homine ꝗ cum bestia fatereris/ & te quoq; in ijs scribēdis bestiam potius fuisse ꝗ hominē si recte cõsideres non negaueris radiosq; illos tuos non a luce diffusos:uerum de tenebrosa nube stulticiæ prodijsse qua septū caput & obtenebrati adeo sunt oculi/ut in miseriæ baratrū præceps abieris.

¶ Aduersus Rogeriū Bacconē:& quędã Magica quæ inscribuntur Alberto Itē aduersus Petrum Aponensem. Caput Septimum.

n On fuit ab re factū si aliquãto in Procli & Alchindi Magia confutanda substitimus/moratiq; fuimus cū illis reiectis plurima/ quæ inde pependerunt inania placita quæq; affinitate quadã sociata sunt/ reijci facilius possint.Nã quæcunq; Rogerius Baccon portenta scripsit/ꝗ ad Magiã naturalem spectare posse uideantur ex his quæ diximus/sine alia controuersia & disputationis altercatione taxari cõmode possunt/ & sane uberius/ si quæ aduersus eum auctorē/cum de ꝑphetia disputaremus a nobis allata sunt ad memoriam reuocata fuerint/ex sui illius speculi facultate confieri opinabatur posse: ut bruta animalia se ad hoĩs imperiū prosternerēt/ quo rationibus abunde perfracto imaginaria illa & ficta sua aĩalia in eo relucere & præsentare nequeunt. Totas enim fere cum illius tum Alchindi uanitates ex Astrologia deriuantur / qua corruente corruunt.Multum & rebus ipsis inferiorum corporum tribuit Baccon/ne a natura desciscat:sed nimium cõcessit secretorum auidior/& nimis oĩno credulus:inter quæ illud:sapiētes æthiopū/in Italiã/Galliã/Hispaniã/ Britãniã proficisci & arte quapiã de cauernis excitare dracones/quibus imposita sella & freno superequitent agitētq; per aera concitatissimo uolatu/ quo carniū rigiditas dometur & prę-

paretur ad esum/eam enim ad euitandā senectutē & intellectus / ut eius utar uerbo subtiliationē ultra omnē extimationē conferre / nec quenꝗ posse ex humana doctrina tantū sapientiæ nancisci:quin illarū carniū esus ampliorē præstet/ hoc ille ab hoībus ut ait probatæ fidei & sine mendacio didicit : quod Dauidici quoqꝫ uersiculi auctoritate confirmatū iri putauit/quo scribitur/Dedisti eum escā populis æthiopū.Miror ꝙ ad ꝓphetiā ualere carnes illas arbitratus nō fuerit : quādo & primo libro notauimus fuisse q crediderit ab brutorū sensa percallenda cōducere/cor draconū & æpar comestū:Atqui dubitassem hæc a Rogerio non credita nisi eius in cōpendio studij theologię cōscriberentur:Ementiunt̄ sæpenumero supstitiosi hoīes sua delyria:quanꝗ Rogerius alioquin doctus ab hac suspitione longe uidetur ut falso ei supstitiosę uanitates inscribant̄ / qui eis.s. plurimum insudauit. Sed inscribuntur pleraqꝫ Alberto quæ forte ille nō scripsit inter quæ de mirabilibus liber:cuius hæc est summa rerū mira fieri per cœlestes quandoqꝫ uirtutes/per qualitates/ꝑ necromantiā/& dæmones/ꝑ reuelationē rerū & similitudinē dissimitudinēve/ꝑ uirtutes rerū īnatas suisqꝫ formis substātialibus īditas explicat aliqua quorꝫ nō nulla mediocria/ sed mala plura/nō experimēta quę protulit si uera sunt ad qualitates uiresqꝫ naturæ occultas pertinere possunt/leonis pellē reliquas ledere pelle lupi/eāqꝫ agni est absumi/& si qua huiusmodi. Nimis autē effertur putās fieri audacē qui cor aut oculū leonis gestaret/terrorē eo animātibus incuti. rebus alijs si gestentur ad amorē accendi/ad odiū inflāmari homines/Inter res naturales amicitiā quandā uel inimiciciā uigere nō abnuimus: nā & a suis formis seu mauis essentijs fluere id potest/qđ in magnete uisitur/in carabe ī adamāte/in plerisqꝫ:potest & ad qualitatū similitudinē / repugnantiāqꝫ aliquando spectare/ uerū ꝙ aīa ex affectu excessuqꝫ amoris & odij per sese res extrarias ligare possit uel soluere/ ꝙ characteres & imagines & uerba ad omnem rem efficatiā habeant/ pro affectu operātis animi pro hora in qua fiant/pro cœlesti configuratione influentē / plane detestamur/& supra confutauimus.Idqꝫ a Ioā.Gerson multifariā improbat̄ apud quem inter alia taxatur Albertus/ꝙ de sculpturis lapidū in characteribus delineādis in alijsqꝫ nōnullis ad superstitiosam partē inclinauerit nimis : Sane eo in libro quem supra nominauimus illud absurdū scribitur Platonē aspectibus & figuris Astrologicis quicꝗ contulisse adducitur enim ibi & allegatur liber qui nusꝗ est: nec unꝗ res illę apud Platonē:quare ne liber ille Alberti sit ambigo : tā&si in alijs a superstitioībus nō uideatur abhorruisse. Atqui per Necromantiā & dæmones fieri multa non imus inficias/sed ea ipsa omnia superstitiosa / mala abomināda & suos cultores præcipitantia in præcedentibus satis ostendimus : illudqꝫ asseuerauimus/admirabilia quæcunqꝫ illa sint/quæ aut in naturā spectatam exploratamqꝫ: aut in occultiores eius uires:aut in diuinā causam referri nequeāt/uel quia deo indigna aduersaue/uel quia maiora sunt ꝗ̄ ut natura ꝑ sese/ aut illo quo fiunt modo prestare possit/ea oīa reputanda esse dæmonica & supstitiosa/atqꝫ in malignos spiritus uti in auctores referenda hinc ꝑcātiones oēs abominandæ Circi destruēdi: quibus ad ciendos utuntur spiritus : Membranæ secundæqꝫ quibus fœtus in utero obducitur reijciendæ:& quæ ex sphæris/ex peluibus/ex aere/ stellis/ lucernis/ securibus secretiora ꝓmittunt̄ exsibilanda contēnenda umbrarū inferorūqꝫ colloquia/striges & lamiæ uexādæ/& q maleficijs utunt̄/in ligādis soluēdisqꝫ maritalibus thalamis/in exsiccāda puerorū carne/in cōcubitu dæmonū delectantur/ qui ad ludificādas precipitādasqꝫ aīas excrassioribus elemētis corpus fingūt assumuntqꝫ:ut tāgi uideriqꝫ possint/quicūqꝫ hi sint/seu mares seu fœmiæ acerrime puniēdi & quicunqꝫ affinitate quadā in huiuscemodi dęmonū uel expressa uel sup-

præſſa pacta pene innumerabilia declinant ſeuere coercendi ſunt: Solet dæmon uel minus cautos/uel nimis ſecretorũ auidos aggredi quibus.ſ. facilius imponit/ hinc ad fœminas ſæpe cõmeat apparetq́/modo afficit/& in ecſtaſim ponit/modo reuelat occulta:unde & Caſſandra & Phemonoe & innumere uates/ & ipſa Me- dea atq́ Canidia/plures quoq́ ueneficæ aliæ noſtra etiam tẽpeſtate repertę/ qui- bus dæmon aſſiſteret/& ex uentre illorũ uel coxa reſponſa redderet inſanis:fingit quandoq́ ſe amore captũ/& hodie in caſtro in quo hæc ſcribimus duo ſunt neq́ ſpiritus/domos duas identidẽ uexantes/ut affirmãt incolæ / quorum alter uxorẽ moleſtat unius eorũ qui mihi ad itinera famulantur/is aſſeruit ſæpenumero ab ea uiſum induto corpore/ſpiritũ ſe autẽ nõ uidiſſe/ſed ſuo icõmodo frequẽter ſenſiſ- ſe/inuerſis uaſis domus/direpta ſuppellectile/iactatiſq́ lapidibus/pari pacto/quã q́ tum amorẽ nõ fingerẽt/ad cupidos & lucri & futurorũ ſacerdotes olim ibant/ in lucis/in templis/in antris/fantes oracula/in quorũ cultu inſaniores philoſopho- rum frequẽtes fuere/& præ oĩbus ſtultiſſimus ille Porphyrius tẽporibus noſtris qui dæmonũ reſponſis concredũt ſeſe uel ignari principes ſunt/uel tyranni rudio- res:ex philoſophis pauci/quorũ ignorãtiori turbę periculũ magis eſt ut dęmones diffiteant̃ eſſe/qui ſupſtitione inter eos capiuntur eis potius delectant̃/ quæ ad oc cultum pertinẽt pactũ/Petrus Aponẽſis olim inter medicos boni noĩs:Sed qui ex acte philoſophatur aduertit plurimæ lectionis hominẽ fuiſſe / minimiq́ iuditij ab oĩbus ferme creditus eſt magus:uerũ ex præcedentibus cõſtat/q́ oppoſitũ ei do- gma aliqñ tributũ ſit/quẽ etiã hæreſeũ inquiſitores uexauerit:quaſi nullos eſſe dę- mones crediderit:is plura reliqt ſigna/cur ſupſtitioſus crederet̃ in libro pręſertim quẽ appellauit cõciliatorẽ/cuius libri differentia qnquageſima ſexta ſupra cente- ſimam de præcãtationibus multa in utrãq́ partẽ agens / eis tribuit plurimũ / illiq́ abſurdiſſimę & impię ſupſtitioni fauet/placari deũ Aſtronomica oratione / qđ ſe expertũ dicit:uiſumq́ ſibi uberiorẽ ſcientiã impetraſſe/dũ eã petijſſet cœli mediũ capite draconis occupante/ſed hanc mittamus & a patruo & a nobis alibi deteſta tam/præcantationes cẽſuit ægris cõferre idq́ pſuaderi ratione & experimẽtis de- monſtrari:Pro experimẽtis affert multa inter quæ eucharistiæ noſtræ uerba & di uina ut inquit artis notoriæ noĩa/& pleraq́ magicæ artis cãtamina : & ſane Apo- nenſis iſte minus deſipere poterat/q́ ut præcantationibus cõmiſceret quæ diuina ſunt:quęq́ ,pphana & noxia diuinorũ noĩe dignaret̃. Diximus ſupra Chriſti cor- poris ſanctiſſimũ ſacramentũ/uerbis ipſis ut cauſis nõ confici/ intercedere autẽ ea ut ſigna qbus aſſiſtat diuina potentia. Notoriã quoq́ artẽ/nõ modo illicitã ſed ua nam prorſus & inefficacẽ. Diuus Thomas aſſeruit noxiorũ delirametorũ hoſtis/ ut ſanctũ & doctũ hoĩem decet:Is igitur poſt multa aduerſus ſupſtitiones diſpu- tata de arte notoria uerba faciẽs/docet eã ſuis figuris & ignotis uerbis uti tanq́ ſi- gnis:Manifeſtũ autẽ ex illis aĩam naturaliter ſciẽtia nõ informari/quare eã ad pa- cta ptinere dæmonũ cum diuina auctoritate inſtituta nõ ſit / docet & illud effectũ ſcientiæ qui ea ex arte ſperatur a ſuis cultoribus mõ quo ſciẽtia naturaliter aquiri tur haberi non poſſe/inueniendo ſcilicet per ſeſe/ uel diſcendo ab alijs/quare relin- qui ut uel a deo uel a dæmone expectetur : Deum uero per huiuſcemodi obſer- uationes largiri non ſolere ſcientiam: ſed ex arbitrio ſuo / liberaliq́ clementia : ut Solomoni olim:ut apoſtolis/ut alijs:quare colligi debere ut rei huiuſce ſit auctor dæmon / ad quem intellectum illuminare minime conueniat / quem tamen collu- ſtrari oporteat in adeptione ſcientiæ:faſſum quoq́ Porphyriũ Auguſtino narrã- te theurgicis operationibus nihil purgationis accedere animæ/ ut deũ ,ppterea ui dere poſſit:& perſpicere quæ uera ſunt ſcientiarũ theoremata/ex eo confici:nemi-

nem unq̃ a dæmone scientiã edoctũ/quanq̃ dæmones ipsos/dum loquunt quæpiam scientiarũ documenta ꝓferre nihil uetet/id autẽ notoria ex arte nõ queri/ ita hac in re Thomas decernit: cuius auctoritas Aponensi præstabilior/cuius iudiciũ excellẽs/adeo ut Aponensis cõparationẽ excludat. Magica alia quæ affert Aponensis experimẽta/in pacta dæmonũ referenda sunt/quæ aũt pro ratiõibus affert/nullã rationẽ continẽt: posse inquit incantantẽ ita affectũ esse/ ut mundanæ materiæ dominari possit/hoc supra confutauimus: ex affectione quoq̃ incãtati ita euenire qđ pari ratiõe refellit. Nam tã &si aliqua possit hoĩs imaginatio / & uehemẽs desideriũ/non tñ ea ualet/quæ ille plurima cõgerit/ inter quæ illud / ut ex uerbis in aure haustis/largiatur quis quecũq̃ alius petierit/ambulet sup acutissimũ gladiũ/super prunas ardentes illesus/stupefieri præterea serpentes/furibũdos equos carmine quiescere: Fieri enim ope dæmonis id potest/ non naturæ qualia. Si pro ueris suscipiantur/& non ab antiquitate confictis/fuere nõnulla Circes & Medeæ cantamina: ꝙ autẽ a deo sortiatur effectũ præcantatio huiusmodi/tam impium q̃ delyrũ/nec propterea excusaris/ꝙ in fine questionis/seu discordiæ differentiæve/ prodideris hæc omnia topice a te dicta/nullam enim probabilitatẽ habent/ nullũ ex topicis Aristotelicis argumentũ sumptũ est/execrãda omnia & deo aduersa/& Theologis explosa/nec minus illa ꝙ in angelos hæc etiam referri posse dixisti: illi siquidẽ a dei nunq̃ uoluntate deflectunt. At qui dicuntur orationes ferre & pręsentare deo/ proq̃ nobis intercedere uere ille sunt & ab eo ecclesiave sua institute/recta uoluntate / & religiosa pietate sursum effuse: tales non sunt magicæ uanitates / & phanaticorum superstitiosa incantamenta: ꝙ uero in dæmones ea ipsa etiam rettuleris / recte sensisti/sed non ex integro/ibi enim plane delyras cum Ptolemæo & eius interpreti accedens / non negas ex cœlesti configuratione/deriuari ad nos potentiam cogẽdi malignos spiritus/& ex mortuis diuinare: quod irrisum confutatum & explosum est libro quinto/& demũ desipis dum non abnuis coniunctas orbibus intelligentias/seu cœlorum animas prodesse nobis & officere ex diuersitate cantaminum/quasi substantiæ quæ mouent orbes / & quoquo modo eis coniunguntur male sint/& nocere magis q̃ iuuare mortales curent / quasi magorum uerba formident: tum autem Horeste insanior iudicãdus es cum subdis expertum te eas in amorem non leuem & odium cõtinuato carmine duci/hęc puto ex Piccatricæ magna ex parte decerpsit Aponẽsis/uanissimo libro superstitionibus pleno/& ueluti scala ad idololatriam facto/in quo & præces ad quenq̃ planetarum docentur & suffimenta & conciliatiões prauorum spirituum/ quæ & ob stulticiam explodenda & ob superstitionem penitus execranda sunt.

¶Aduersus nonnullos Hæbreorum magos. Caput Octauũ.

C Aeterũ & alij quoq̃ nõ desunt qui Petro isti superstitione iungantur/ uel eum/uel alios sequẽtes: tantoq̃ libentius: quãto impossibilia magis promittũt: tũq̃ nõ ad auiditatem modo supstitiõis/sed ad rabiẽ pellunt cum ignota magis sunt quæ discũt nomina/uel characteres / fingunt & ementiuntur Enoch libros & Solomonis Barbaros characteres delineant homines alioqui circulatores & illiteratissimi / produnt se ipsi libri per sese nec celebres illos uiros / pro auctoribus agnoscunt: res insulsæ Barbara prorsus extructio/ac penitus indocta phrasis & ordo dissentiens / adulterinas atq̃ suppositicias inscriptiones: & titulos patefaciũt: quid uero de ægyptijs/Chaldæis/Hebræisq̃ nominibus: quomodo ea scribũt/quomõ enũciant: nunquid ignorant consuesse ęgyptios/alios ĩ sacris/alios ĩ ꝓphanis characteres adhibere: corruptã esse hebręo

rum linguā magna ex parte/scribiq; nunc alio modo ꝙ olim fiebat dum punctis illis litterarum præsertim vocalium uim permutantibus non uterentur/ Chaldeæ proprietatem paucis exploratam atq; compertam/tum & librariorū in curia/& iniuria temporū & negligentia cultorū/pleraq; inuersa/expuncta/ interpolata/deleta/suffecta. At uideo insultantē Iudeum & superstitiosum illi adstipulantē/ posse uidelicet multa quæ dæmonica dicimus in diuinā causam referri accepta Iosephi auctoritate & Thalmudica doctrina nixi: cū ille octauo antiquitatū libro scripserit Solomonē contra dæmones inuenisse artem ad utilitatē hominū & curas/ modum etiā coniurationū & incantamēta quoq; aduersus ęgritudines instituisse. sed & Thalmutistæ aliqui & animalia & hoīes facere somniauerūt/ ex hoc quid colligis Iudeæ? quid supstitiose cōsequeris? Si potes Iosepho credere/cur in ijs nō credis/quæ ille pro nobis contra te scripsit? Dixeris forte illa in Hebræo non haberi/ sed in Græca dūtaxat Latinaq; editione: Atqui Græcæ hystoriā Iosephus nō Hebraicæ composuit. Sed cur non credis & illud in septimo positū libro in Hebræo textu: Absoloni eam capillorū multitudinē fuisse/ ut octo dierū spaciū in eis incidendis uix esset tonsori satis si hoc esset: num diuina tacuisset scriptura/ in qua tot de Absolone deq; eius capillis enarratur: cuius annuā tonsurā ducentorū siclorū pondus æquasse scribitur. Sed nec illud tacuisset/ quod quidā nō improbasse miror: Mosen annulos nescio quos fabrefecisse. Sed esto uerū dixerit Iosephus de arte: de artis uero auctore quē deum fecit ut recipiamus quæ dixit/nec diuina auctoritas/nec ratio humana cōuincit: multa enim recte operatus est Solomon quę scriptura non tacuit/multa perperā cōmisit in deum ab eadem narrata/in alienigenis fœminis in lucis dæmonū/in dijs gentiū colendis. De huiuscemodi uero cantaminibus omnino nihil: ad hæc nulla ratio suffragatur ut radice ulla extrahi per nares dæmon queat. Scribit enim Eleaçarū Hebræū se uidisse Vespasiano pręsente dæmoniaci naribus intulisse annulū habentē subter signiculū radicē a Solomone monstratā/indeq; per nares odorantis abstraxisse dęmoniū: sed finge Solomonis sint/finge bona(quanq; Gerson non abnuit quin mala queamus arbitrari/ sicut ethnicarū uxorum connubia) finge inq; bona/ nunquid illa possides/ostende radicem/exhibe cantamina. Sane hoc oībus superstitiosis cōmune/ & singulis peculiare/ut libros semper aut faciant/aut sequantur/ quibus titulus sit pro doctrina hac cum minime polleāt/ de magnorū sibi uirorū auctoritate apud imperitū uulgus fidem conciliant.

¶ Aduersus Indorum Brachmanū & Gymnosophistarum æthiopū magica. Caput Nonum.

IAm Græcorū/Arabum/Latinorū/Hebræorū superstitione prostrata/ ad æthiopes/ad Indos transmeemus: Horū sapientes Brachmane appellabantur olim/non a regis nomine/ut quidā longe desipuerūt: Nūc ex ijs qui ab occidente meridionale pelagus uniuersum nauigāt/& ex Lusitania feruntur in Indiā/manifestum est apud Indorū sapientes eādem cognominationē uigere. Apud antiquos mihi nō satis cōstare videtur/qui nā & quo aut loco aut numero Brachmanę quive propriæ Gymnosophistæ fuerint. Syrus Bardessanes/cuius libri partē Eusebius rettulit/ multa scribit milia fuisse Brachmanū apud Indos & Bactros/ quibus religione patrū simulachra nō colebātur: nec aiatum aliquod comedebatur/nec uinum gustabatur/ab omni malignitate alienis/& unum deum colentibus/cū Indorū cętera turba/ Adulterijs/cędibus/ ebrietatibus/

ſimulachris/inſeruirent:eoſdem Brachmanas: Dydimus Alex. plurimum laudat/
quibus inter alia legem fuiſſe dicit / contra ius non ire naturæ: Multas Indorum
ægyptiorũ/ſed & Græcorũ deorum ſtatuas Apolloniũ apud eos uidiſſe / & ritu
Gręcorum ſacrificari ab eis ſcribit Philoſtratus. Is Gymnoſophiſtas apud æthio-
pes dicit eſſe: Apuleius apud Indos forte ob id ꝙ orietali æthiopię India cõtermi-
na eſt/uel ut ſomniauit Apollonius Gymnoſophiſtę quondã fuere Indi/ & diui-
nis portentis impulſi in æthiopiã conceſſerũt: Porphyrius ex inſtitutiõe Bardeſa
nis Babylonij ſapientes Indorum Gymnoſophiſtas cognoĩatos aſſeuerat. Brach
manes autẽ qui inter eos quadam generis ſucceſſione/ qui uero electione ſapien-
tiam religionemq́ profitebantur Sammaneos appellari. Videtur refragari Philo
ſtratus in uita Apollonij / qui non ſucceſſione/ ſed electione magis Brachmanes
Philoſophatos narrat/ & diuus Hieronymus in ſecundo contra Iouinianũ volu-
mine/ex Bardeſane Babylonio refert Gymnoſophiſtas apud Indos in duo do-
gmata diuidi/quorum alterũ Brachmanes appellari/alterum Sammaneos/qui tã-
te continentię ſint/ ut uel pomis arborũ iuxta Gangẽ fluuium / uel publico Orįçe
& farinæ alantur cibo: & cum Rex ad eos uenerit adorare illos ſoleat pacemq́
ſuę prouinciæ nullorum præcibus arbitrari ſitam. In epiſtola uero ad Athletam
pro inſtitutione filiæ de brachmanis & Gymnoſophiſtis mentionẽ habens hos
in ægypto ponit: Illos in India utroſq́ continentiſſimos. Idem in epiſtola ad Pauli
num Philoſtrato nõ diſſentit in peregrinatione Apollonij qui ad Brachmanas in
Indiam perrexerit/ & ad Gymnoſophiſtas in æthiopiã/ Is paucos admodũ nume-
ro: hoc eſt duo de uiginti ſub Iarcha principe fuiſſe brachmanas dicit/ nõ ſparſos
& numeroſos/ut Bardeſanes uoluit: eos uero lineis ueſtitos aſſerit: Idẽ Philoſtra-
tus(quanq́ bapyri tegmine ſcripſerit Dydimus) nudos uero æthiopũ eſſe Gym-
noſophiſtas quod nomẽ ipſum plane declarat: hos etiã Philoſtratus/ ægypti acco
las aliquando meminit/nec ſemper nudos/ſed dum una conueniũt de rebus com
munibus ꝑtractantes/alioq̃ uti eos eo habitu/ quo meſſores Athenis cõſueuerũt:
utcũq́ ſit de ijs Brachmanis & Gymnoſophiſtas q̃s Apollonius acceſſit mẽtionẽ
habebimus eorũq́ magica cõfutabimus/poſtea in Apolloniũ ipſum diſputaturi
ſumus. Præcabantur inquit Brachmanę Solẽ die noctuq́/ex quo intelligi poteſt/
quęcunq́ admirabilia fiebant ab eis/in dæmonas potius q̃ in deũ referri debere
quos uidelicet & ſub planetis/ & ſub ſimulachris ritu Græcorum colerẽt: qđ ſi uel
oĩa illorũ uel plurima particulatim examinẽtur liquido fiet: Tertio igitur libro de
uita Apollonij Philoſtratus recitat eum cum ad Brachmanas & eorum principẽ
perueniſſet popoſciſſe Iarcham (ita enim principi nomen) Indorum regis litteras/
quas. ſ. tulerat Apollonius quoq́ magis miraret̃ dixiſſe. D. unũ in epiſtola deeſſe
quod nouiſſet/ nullo hominũ narrante atq́ dixiſſe & patrẽ & matrẽ Apollonij:
& eorum multa quæ illi in itinere contigiſſent. Equidẽ hæc ſicuti naturæ impoſſi-
bilia niſi narrentur: ita dæmoni facilia & cognoſcere & indicare: quẽadmodũ &
deo minima/qui ſuis non dæmonũ cultoribus reuelare occulta ſolet/nec inania &
friuola iſtiuſmodi/ſed grauia ſtabilia & agendis maximis rebus conducentia/ q̃
leuiter enim ſe Iarchas extulerit in throno ſedens ex ære nigro fabrefacto: aureis
ſtatuis cõpluribus exornato/ q̃ inaniter de ſe ſaperet/ q̃ dæmonũ ſe non ueri dei
cultorẽ proderet/illa ad Apolloniũ interrogatio manifeſtat: quid inquit de nobis
ſentis? & quid ſupra nos te ſcire arbitraris? & paulo poſt interroga quicunq́ uis:
ad uiros enim acceſſiſti/qui omnia ſciũt: Interrogante uero Apollonio qualẽ de ſe
ipſis brachmanæ æſtimationẽ haberẽt. Reſpondit Iarchas/opinari ſe deos eſſe: ꝑ-
cunctãti quã ob cauſam? quoniã inquit uiri boni ſumus: q̃d plura heſitabimus ne?

ſuperborū hoīm opera quæ demirat̄ mortalitas ſupbiæ principi tribuere: ſtultos hoſce qui ſe deos etiam credebāt inuadenti: vnde illud/ꝙ miſſa epiſtola fuit ad dæmonem: qui puerū uexabat minas terroreꝗ nuncians/niſi inuiolatū eum dimitteret: an necromantes dæmonibus præcipiunt: ita illis uolentibus & fœdere pacto obtēperātibus. Prætereo ꝙ ſolis ſacerdotes ꝓfitebant̄ ſe/ꝙ memoriā poſt deos colere dicebāt: ꝙ pythagoræ de aīa opinionē ſequebant̄: ꝙ Iarchas gangē ſe dixit/ Gangis fluminis filiū/& adoleſcentē alium Indum/ fuiſſe Palamedē in alio corpore & huiuſmodi pleraꝗ exſibilanda/ quæ ideo dicimus/ut facilius percipiatur nō diuinos hoīes fuiſſe ut inſani putāt/ſed dæmonū ſocios atꝗ cultores & magos/ac ſi qua prodigia & oſtenta & monſtra ſupra hoīm moliebant̄ uires in ſpirituū malignorū poteſtatē referenda: ſicuti cū dolia illa gemina/quæ negando irridet Euſebius apud eos ſeruarent̄/quorū alterū imbriū: Alterū uentorū eſſet: ex qbus.ſ.ſiccitates & pluuiæ emitterentur: Sicuti cum inter canendū hymnos orienti Soli baculis terrā percutiētibus illa exurgeret in tumulū: atꝗ eos ſubleuaret/ & quaſi aduentanti Soli obuios faceret: ſicuti & illud ꝙ regi Medorū (cui propius accedenti non aſſurrexit Iarchas) cœna cum pararet̄/ uaſa illa ex gēmis & trypodes pythici quattuor ſponte ſua in mediū proceſſere: dæmoni hoc facillimū parato ſemꝑ ad ſuperſtitioſorū eorundēꝗ ſuperborū aīas irretiendas & trahendas in tartarū: nil demū apud eos ſupra hominē legitur/quod dæmonē nō agnoſcat auctorē/cuius opera pollentes magos in præcedentibus confutauimus. Multa uero minora homine facta dictaꝗ inania & nonnulla etiā quæ fieri humana ope potuerūt ſupra humana putata ſunt/quēadmodū illud a Philoſtrato pariter narratū ſapiētes illos Brachmanas claudū direxiſſe/cui in uenatiōe eam quæ in natibus eſt iuncturam diſſoluerat Leo/manibus eam perfricātes detorquētesꝗ. Magnū profecto miraculum quod & luxatis oſſibus quottidie reſtauratoriæ magiſtri artis impartiunt: alius inquiūt oculorū altero captus recepta uidendi potentia obijt: morbus is potuit ex eis eſſe qui ophthalmia dicuntur: arte humana curabilis/potuit & dęmone intercedente ſanari: qui & hodie quoꝗ ſinente/permittēteꝗ deo vulneribus incātatis patrocinantur: Ita de prædictionibus: de alijs multis/quas ex dæmone quandoꝗ pendere probauimus/eaſdēꝗ & noxias & fugiendas oſtendimus. Illud aūt ſtolidā ſapit magicē quod ut ſiſterent mulieris aborſū uiro præceperūt/cum pariendi tempus adeſſet uiuum leporē in ſinu occultatū eo deferret ubi erat paritura/ & inde cum ſępius circū mulierē deambulaſſet repente leporem e ſinu dimitteret. fore enim dicebāt ut ſimul embryonē matrix emitteret/niſi lepus repente extra fores aufugiſſet. qd hoc pręcepto ſuperſtitioſius: quid inſanius: poteſt ne aut diuina aut naturalis cauſa excogitari: aut etiā ab æbrijs ſomniari: ut Embryo dimittatur e vulua/ ſi lepus non dimittatur e foribus. Mitto ꝗ fatua deliramenta illa occultati leporis in ſinu & repente dimiſſi/& frequētis inambulationis circa eam quæ parturit/& ægre parit: Indigna profecto ut in os ueniāt ſopitis extremo ueterno nedum a philoſophis ſobrijs eructent̄/& nihilominus nr̄i æui ſupſtitioſi hoīes quādoꝗ inquiunt/ ita Sapiētes Indorū ita ſummi illi uiri/ex ægypto/ex Perſide factitarunt quæ me ſicut & alia multa ſupra confutata adeo pudet referre/ut alioqn omiſiſſem: niſi & iam vulgata litteris atꝗ eorū plurima impreſſa formis noſſem ac refellendi pariter & reijciendi cauſa eo me cōpuliſſet/quādo reijci refelliꝗ nō poſſunt/niſi uel quodāmodo enarrentur. Sexto libro eiuſdem uoluminis Philoſtratus de nudis philoſophis multa profert: pro quibus uiſendis Apollonius in æthiopiam perrexerit/ea oīa quæ maiora uidentur: ꝗ ut arte humana/uel ingenio patrari poſſint malignis ſpiritibus accepta referri debere conſentaneū eſt quando a

cultoribus dæmonum præstantur/quales fuisse nudos illos perspicuũ est qui sa/crificabant in meridie / statua Memnonis utentes/quem lugebant/Solisq́ꝫ & terrestrium uenerationi deorum intenti: Nilum præterea colentes maxime / quẽ terrã simul & aquam esse arbitrabantur. Apud hos igitur duo illa quę miratu digna uisa sunt a Magica superstitione fluxerunt non secus ac illa Brachmanũ & Iarchæ: ꝙ enim Memnonis statua loqueretur cum primum Solis radius ad eius os peruenisset/ potuit dæmon: sicut & nostra etiã tempestate proditur illius ui ex mortuorum Craneis uoces reddi: tanto autẽ superstitio colorabatur magis quanto id Solis quẽ colebant radijs tribuebatur impensius. Q2 item Gymnosophistarum antiquior Thespion imperarit Vlmo ut Apolloniũ salutaret/ & ita factũ sit/ uoce distincta & tenui & fœmineæ simili/nõ difficile maleficis est: qui fœdus cũ dæmonũ ferierunt/nam potest uox circũ afferri a dæmone ut ex arbore prodire uideatur: submissa quoq́ꝫ & mulieris cum ulmus nõ sub masculo/sed sub fœmineo genere reponatur/ut etiã superstitionis uis ex grãmatica confirmetur: Vlmus hæc mihi/ uel eadẽ uel similis uideri posset quę a nobilissimo deridetur poeta. Vlmus opaca ingens quam sedem somnia uulgo: Vana tenere ferunt folijsq́ꝫ sub oĩbus hærent. Sed solum hoc a superstitione alienũ apud hos legi/ꝙ diuinationes somniorũ nõ sequebantur: non sic Apollonius de quo mox dicturi sumus.

¶ Aduersus Magica Apollonij Tyanei. Caput Decimum.

e T sane si errores omnes Tyanei huius: qui aliquãdo ueluti deus habitus est ab insanis/recensere & confutare uellẽ ingens uolumẽ implerẽ: tot enim de eo & Damis & Maximus & utrũq́ꝫ cõplexus Philostratus cartis rettulere: Magũ eũ fuisse si ostẽdamus eiusq́ꝫ magiã confutemus tum ꝓposito negocio/tum ꝓmissis uidebimur satisfecisse: quomodo autẽ magicas fuisse operationes illius ostendere poterimus: ni prius constiterit eum magum. s. fuisse qui ea tentauerit & molitus fuerit. Hæc igitur in huius libri calce facienda sunt nobis obiter quoq́ꝫ & ueluti in transcursu plures simul eius errores taxantibus. Ambigebatur olim Magus ne fuisset Apollonius: cuius rei diuus Hieronymus meminit/ad Paulinũ scribẽs: Apollonius siue ille magus ut uulgus loquitur: siue philosophus ut Pythagorei tradũt: quod quanq́ꝫ uarias interpretatiões pati possit/arbitror ego dictũ ob repugnantiã quę inter facta & dicta ipsius Apollonij circũspiciebant: Illius eñ opera Magiã testabant: uerba negabãt/ & dãnabãt magos: plurimũq́ꝫ Philostratus & Hierocles nitunt/ ut a Magiæ eũ infamia uẽdicent & Pythagoreis philosophis adscribãt/quẽ se faciebat ipse Apollonius: sed illi crimen ei magicũ uel nolẽtes impingũt: Nã quæ superare mortalitatẽ uidẽtur ab eo patrata/nec naturæ/nec unius ueri dei uirtuti cuius cultor nõ erat adscribẽda sũt: uerũ dæmonibus quibus seruiebat in multorꝫ deorũ sacrificijs iugiter occupatus Eusebius Pãphili magũ eum demõstrat in ope qđ aduersus Pythagoreũ Hieroclem composuit: cuius tanta stoliditas/ ut sacrilegũ hunc Christo & hoĩ & deo nostro contulerit compararitq́ꝫ: multa ibi Apollonij redarguuntur sed non omnia etiam insignia. Quippe cum refutare illi Hieroclis librum præcipua mens fuerit. Nos eius opera detestari proposuimus/quorum aliqua que diuina putãtur in naturam potuisse referri contendemus/quæ pręter naturam magica fuisse monstrabimus: cum magiã dicimus artem faciendorum mirabilium intelligimus: nec ope naturæ nec dei/sed dæmonis. Quæ uero Apollonio inscribũtur si eiusmodi fuisse depręhẽdemus execranda & cõtemnẽda erunt/quoniã in precedentibus magica

omnia/ſeu prædictiones/ſeu mauis opera/ quæ ex dæmone pendẽt cõfutauimus execratiqꝫ fuimus:tertiũ illum Philoſtrati librũ quo diuerſatio cũ Brachmanis cõ-
tinetur/Euſebius non confutat/niſi ꝙ falſa illa de dolijs portenta putat:tum redar-
guit Philaletem defendentem/ Apolloniũ magni non pendiſſe magicẽ Brachma
num/cum tamen geſtarit annulos planetarios & Damide fidiſſimo ſocio ſequę-
ſtrato obuerſatus/cum Hiarcha ſit percipiẽdæ magiæ gratia:& cõmode uidet̃ de
planetarijs annulis mentionẽ factã/qui ad magiã ſpectẽt: Diſplicet autẽ ꝙ noſtra
etiã tempeſtate in id inſaniæ deuenerint pleriqꝫ ut fabrefieri aurea geſtamina ſub
ſyderum configurationibus curent/ & imagines illis inſculpi. Diſplicet ꝙ ætate
quoqꝫ noſtra a quopiam docto alioqui uiro/ & inter Platonicos eximiæ auctori-
tatis de imaginibus Aſtrologicis nimis multa conſcripta ſunt/cum inaniter ſibi ui
tam de cœlo prorogaret:quẽ & hoc loco:& quinto maxime libro pro uiribus cõ
futaſſem(nec me ab hoc munere/aut ea quæ inter nos dum uixit amicitia interceſ
ſit aut in mei nominis & dictę ab eo & ſcriptę laudes:ſed & Ioan. Patrui apud eũ
præconia reuocaſſent)ſi pſtitiſſet in dogmate/amicitiæ quippe & ueritatẽ & amo
rem religionis noſtræ prætuliſſem.Sed contra illã nihil a ſe aſſertum uelle ille ante
præfatus eſt:nec præter id aliud ꝗ cõprobaret eccleſia: quanqꝫ ſatius erat & recte
& theologis ꝓbatis cõſentanee ſcribere: Nã piaculũ ẽ audirę nolle iuſte quorũcũ-
qꝫ caſtigatiõi/eccl'iæ uero ſanctiſſimis receptisqꝫ dogmatis refragari/nõ boni uiri
nec chriſtiani eſt:qua de re/& in noſtris de fide Theorematis/ & alias quoqꝫ ægi-
mus.Sed & ipſe eo in libro nõ tam ſe probare dicit ea ꝗ narrare/ quin & ut dimit
terent̃/a lectoribus ſe nõ cõcedere modo/ſed etiam conſulere: Is etiã Plotini ſecu-
tus ueſtigia in Aſtrologos ſcripſit/ut alijs in operibus eius nonnihil depræhendi-
tur/ac in epiſtolis maxime:Reijcienda igitur hęc Aſtrologicarũ imaginum ſuper
ſtitio/quæ nec illa pręfatione honoris defendi ſatis cõmode poteſt.Nam ſicut ne-
ceſſe eſt habere ſemper in animo/ uelle eccleſiæ dogmatis aſſentire/ita illud cui-
cunqꝫ libro/aut ſententiæ præfari ſemper non conuenit: Nãqꝫ in ijs quæ aut ſunt/
aut quoquomodo uideri poſſunt/ uel noua & ambigua aperte requirit̃/in mani-
feſte bonis & ueris nõ oportet/in manifeſte malis & falſis irriſio eſt: Aſtrologicas
itaqꝫ imagines/quas etiã poſteriores theologi/& pręcipue Thomas aquinas cum
præcellẽtis doctrinæ/tũ eximię ſanctitatis auctor aperte dãnauit cũ in libro contra
gentes/tũ de fato ſcribẽs/ tũ de opibus naturæ occultis/ tũqꝫ præcipue & maxime
in.ij.parte ſummæ theologicæ/quo in opere ut ultimo/ ita abſolutiſſimo/ & ueluti
teſtamento ædito/monet aſtrologicas imagines eo a necromãticis differre/ ꝙ hæc
ad expræſſum cum dæmone fœdus apertasqꝫ inuocatiões/ illa ad occultũ pactũ
pertineãt/& poſt eum inſigne ſcripſit opuſculũ Ioan.Gerſon/dum medicinæ artis
profeſſor quiſpiã Leonis imaginẽ quibuſdã characteribus effigiaſſet/curandarũ
rerum prętextu/nec ſolũ ſuperſtitionẽ ipſam ualidis rationibus adiecit/ſed & quo
pacto uel corrigendus uel puniẽdus auctor edocuit:Sic & magicas vanitates pe-
culiari quoqꝫ improbauit opuſculo/& aduerſus dierũ obſeruationes ęgregie bel
lauit/necnõ Aſtrologiã magna ex parte deiecit uir multifariam doctus/pſpicuaqꝫ
doctrina & rerũ omniũ prudẽs eſtimator:cuius aliqua meminimus/ plura non re
cenſuimus ne facta faciamus.Sed unde diuertimus redeundũ: non confutat item
præſenſionẽ Euſebius/ qua prædixit futurũ quempiã Eleuſinæ ſacerdotẽ digito
illum oſtendẽs:nec item eã qua uſus in oſtendẽdo eo qui futurus erat templi anti
ſtes ad epidauria ſacra/peſtẽ quoqꝫ Epheſijs pulſam nil aliud a pręſtigio fuiſſe di-
cit Euſebius:Nos iſthæc non contentioſe negabimus/ſed uera etiã ſi fuerint oſtẽ-
demus ope dæmonis facta/ut placuit Euſebio affirmanti cũcta illius miracula dæ

monis mysteria esse/& assistente dæmone illū prædixisse / & hoc inde patere ꝙ ꝑpetua diuinatione nō ubiq; usus deprehēditur:Nā plurimis inquit de rebus ipse quoq; dubius pendet homo futurorū maxime cōscius:quę confutatio ualida plerisq; non uideretur/nam nec ꝓphetæ nostri/ semp ꝓphetæ:hoc est semp uidentes prædicentesq; sunt:Necq; habitus ut supra ostensū est/sed passio transiens ꝓphetia est/Exempla ex Nathā/Esaia & aliȷs plurima recensuimus. Verum si tueri velimus Eusebiū cogitabimus & quidē re uera nō displicuisse fautoribus Apollonij ut diuinatione polleret:quasi artem nosset/qua futura perciperētur : quale illud a Philostrato narratū de rerū præcognitiōe: freques inquit habebatur sermo inter Iarchā & Apolloniū/q tali sapiētiæ ꝑcipue studebat: quaꝓpter in ꝑpetuā diuinādi peritiam Eusebij uerba directa sunt. Itaq; & nonnulla ab Eusebio aliud agente nō ex integro cōfutata demoliemur:aliȷs plerisq; ab illo nō tactis insistētes/cōtradictōes uero plurimas/quas collegit ille nō afferent a nobis/neq; leuitates multas Apollonij uiro philosopho indignas/tū ne facta ex integro faciamus/tū qa magicis ꝓstigijs/q̄ & ad ꝓdictiōes/& ad mirabilia patrata opa spectāt bellicū cecinimus Is igitur Apollonius auctore Philostrato/eius.n.nitimur textu/q reliquos cōdēnabat magos/ q ex uictus subtilitate cūcta ꝓspicere dicebat / tā facta q̄ futura/ tanq̄ in speculi claritate:Is inq; præstigijs dæmonū obcecatus pernitiosiorem magiam excoluit/quæ sine uerborum/imaginū/sacrificiorū ministerio & prædicit & operatur/tam&si etiā eis aliquādo uteretur. Pernitiosior autē ideo putata quia diuinior apparet/sicuti quę Alchindi/ & aliorum naturalior. Sed quæso te si ex uictus tenuitate cernebas futura/cur annulos planetarios gestabas/ aliaq; faciebas/ut diuinares/ut operareris. Rursus si tanq̄ in speculo euentura tibi præsentabant ex animę natura tibi hoc contigerat:an exteriori aliqua ex causa:Primum supra confutauimus. Si secundum effatus fueris/ querā iterum quæ nam causa hæc: cœlūne: an cœlo superior:hoc est spiritales potestates/& deus ipse: si cœlum dixeris/ ex.v. libro te confutatum agnosce:illudq; subde. Ex corpore futurorū notas / si ibi etiā essent insculptę/in animam illabi non posse non internuncijs sensibus:quare fieri non posse/ut ex corporeo cœlo euentura trahi queant/etiam perquietem : secundo libro ostensum est : Si uero uel deum & bonos angelos uel dæmones pro causa assignaueris/ aliquid concedā/plura redarguā:inter quæ nec deū nec spiritales substantias quæ deo hęrent tibi patrocinatas in diuinatione: tibi inq; uiro sacrilego/qui orbem pene peragraueris/uel ī instituēdo uel reformando malorū dæmonum cultus/quos tibi famulari crediderim/cum alia ob mala/tum ꝓcipue ꝙ Christi fides & cultus uigere tum cœperat/cui aduersatū iri operibus tuis maxime uolebant impij illi & deo infensi nequissimi spiritus: horum itaq; opera/ & sacerdotē Eleusinæ futurum/& Hierophanta epidauriorum prædixisti/ sed & docuisti quo pacto in templo Esculapij dormientes/ uera somnia captarent. A Pythagora inquiunt ritus colendorum deorum didicisti/a patre mendacij edoctus es Tyaneæ non a Pythagora/quē dubitasse etiam de dijs scribit Cicero: sed ad pestē ab Epheso pulsam diuertamus. Pestem inquit Philostratus/quæ cœperat Apollonius prędicabat:sed hoc minime utiq; mirum/tum enim demiratione dignū fuisset si duobus uel tribus annis/nullo existente uegitio uenturam prædixisset: Verum cum eam sensit/ tum tandem prædicare sategit:ita enim ab illo scribitur/ cum pestis æphesum paulatim īuaderet/ neq; tum adhuc satis aperte dignosceretur/prænoscens Apollonius uenturum malum/palam id cœpit predicare:Item deorum templa/ut malum auerteret ambiebat. O inanem prænotionē/o uanam prorsus medelam:Nam subdit:postq̄ in grauescere morbus cœpit/nihil iam amplius prodesse

illis posse arbitratus/reliquas inquit Ionię partes peragrauit: paulo post cedere la-
pidibus peregrinũ in theatro fecisse narratur/ubi ꝓ malis depellẽdis sacrificia fie-
ri consueuerãt: uide pietatẽ/uide sapientiã Pythagorei philosophi. Iubet ut ꝑegri-
nus lacera & attrita ueste amictus lapidibus etiã teratur & laceretur: idq; ephesijs ipsis
renuentibus & inhumanũ & crudele cẽsentibus ꝑegrinũ. s. hoĩem occidere/ mẽdi
cum senem/atq; humillime pro salute deprecantẽ sua/multaq; pro captanda mise
ricordia loquentẽ/ Tyaneus instat atrocius/ut lapidibus cędatur/ deorũ inimicũ
appellãs/& Ephesios cohortatus/ne diutius illũ uiuere permitterẽt. At inquies ple
nos igne oculos monstrauit: ex quo Ephesij dæmonẽ esse illum potuerunt agno-
scere/quare & ingenti lapidum tumulo sepelierunt; mox corpus educere tentanti-
bus bellua spumas emittens/tanq; molossus interfecta comparuit/ & peregrinus
euanuit. O rem detestandam: potuit certe peregrinus ille & pauper/ Tyanei iussu
lapidatus deorum esse inimicus/qui forte unum coleret deum/potuit & uideri flã
mas emisisse oculis cum ex ictibus lapidum in dolorem excitaretur/Iam enim in-
quit lapides iecerant/potuit & dæmon impię superstitioni atq; crudeli famulatus
& hominis auferre & bellue rabidæ corpus inferre. Sed rogo si illa erat pestilen-
tiæ causa: cur nihil prodesse posse Ephesijs Apollonius arbitrabatur (ut dicis) Phi
lostrate: Rursus num liquet Apollonij supplicationẽ prius ad deos factam: quid/
q; & conuentus ad locum ubi etiam dijs sacrificare/ꝓ pellendis malis Ephesij con
sueuerant/superstitionem firmat. Cæterum & illud considerandũ/ ex humoribus
prauis a corporibus Ephesiorum iam euanescentibus/& ex aeris quasi infirmita
te ad sanitatem redacta/ præscire dæmonem potuisse & Apollonium edocuisse
pestis exitum/& ut cumulatius consummatiusq; noceret peregrinum hominẽ iu
bere interfici/& Ephesijs hoc præstigio imponere/q; crassantem pestem/ sub ꝑe-
grini simulachro cecidissent. Sed dic oro quid causæ est/etiã si pestis ut fingis/ etiã
si dæmon cederetur/ut corpus spumantis bellue/sub lapidum tumulo cerneretur
An forte dæmon ille interfectus est/corpus belluæ gerens: An peregrinus cõuer
sus in belluam: aut utrumq; aut alterutrum si dixerint insaniæ decipulas incurrẽt
cum uel neutrum uel alterum dici a philosopho theologoq; homine nequeat. Po-
test sane quod & ante diximus afferre dæmon belluã ut eam se crederent occidis-
se Ephesij: quos simul cum Apollonio tã in superstitione q; in crudeli opere cõfir
maret. Veniamus ad alia pleraq;/sed paucis retexenda quæ Philostratus octo li-
bris texere sategit/ Apollonius ut uiros bonos agnosceret Soli preces fudit: Inter
rogatus quo ꝓficisceretur/ eo inquit/quo me sapientia & dæmõ ducet. Quid arro
gantius: Quid magicen redolentius dici potuit: quid uero delirius: cum a se ipso
missus dicebat suãq; esse terram uniuersam: quid uanius cum ex leæna cœpit Au
gurium: quid superstitiosius cum thure Soli sacrificauit: quid iactantius: cum uer
bis lamiã modo in unam/ modo in aliã sese effigiem conuertentem pepulisse cre-
didit: Dæmonem eum fuisse putandum est/qui se pulsum Apollonij potẽtia cre-
di uolebat/quo magis ille & superstitiosius insaniret/quid autem indoctius: cum
docuit philosophiã recuperari ab eo non posse/qui eam semel contempsisset cum
Bacchum daturũ ueniam arbitrabatur/ si abstinuisset ab omni uino. Si uero uinũ
ex dactilis vuaceo prætulisset illum indignari: cum putauit humorem illum qui e
Tantali phiala distillabat/& ob firmandam amiciciã: quoniam Tantalus hospita
lis ac benignus habitus esset porrigebatur a Brachmanis potionis fuisse incorru-
ptibilis/sed insigniora notemus. Euocata inquit Achillis umbra/quinq; quæstio-
nes interrogare permissus est. Putabã ego de rebus altissimis priusq; totas explo
rarem percunctatũ Apolloniũ. Prima fuit: An iuxta poetarũ dicta sepulchrũ ha-

buerit. Secunda an eius causa iugulata Polyxena fuerit: Deinde utrũ ad Troiã
uncq; uenisset Helena. Deinceps miratus cur tot præclaros hoĩes Græcia tulerit
Troiani tẽpore belli. Demũ quã obcausam Homerus Palamedẽ carmine nõ ho-
norarit. Quæstiones certe/ præter tertiã de qua dubitatũ/ quãdo raptã eam nec di-
ctis asseruit/ & Dion prusiensis Homerũ impugnãs abnegauit/ nõ modo minus
digne hoĩe/ qui pro deo coleretur/ sed etiã mediocri philosopho minime congruę.
Prædictiones autẽ illę/ quibus Tyaneus iactatur: partim humana cõiectura/ par-
tim dæmonis cõsortio fluxerũt: Antistites qppe illos futuros: & Vespasiani fortu
nam/ & Domiciani cædẽ instantẽ/ & alia pleraq; prænosse potuit/ uel ex ambitiõe
illorũ fortasse ad primatũ uel eo ipso ad illos quasi per manus deuoluẽdo/ aut ex
potentiorũ amicicia & opibus/ aut ex inclinatione & assensu eoꝝ ad quos pertine
bat electio/ uel ex dæmone ꝓnosse/ qui hæc eadẽ & coniectari futura & præsentia
scire exquisitius poterat/ & Apolloniũ afflare ad ipsa vulganda uel uigilẽ/ uel som
niantem: cui uaticinationi studebat/ idq; insigne ridiculum ea de re prodidit som-
nia manifestiores significationes ijs ostendere/ qui in linthea: ut ipse faciebat: ue-
ste pernoctabãt/ affectabat & dæmonũ colloquia sub religiõis prætextu/ nã & cũ
Trophonio inquit Apollinis filio clam inuitis sacerdotibus locutus est/ prius &
Esculapiũ frequẽter sciscitatus fuerat. Iam uero quę tribuũtur ei miracula de reuo
catiõe puellæ ad uitam: de cruribus ex compede tractis uana sunt omnia/ uel om-
niño dęmonica: Neq; enim Philostratus mortuã affirmauit puellã: sed finge dixis
se: potuit Syncopi detineri & ex seipsa ui naturæ uel adiumento quopiã uideri re
uixisse potuit & dæmon cooperari ut astãtes hallucinarent̃ præstigio: sicuti exu-
ere pedicis crura illi perq; facile fuit. arte inquit Damis magica effectũ non putari
quoniã incantamentis non est usus: quasi necessariũ sit necromãti & mago quoti-
enscunq; operantur uerba ꝑfundere: nec alia sunt signa quibus tanq; uocati se dę
mones præsentent: qui etiam iniussi sponte sua multa cõmittunt. Illud quoq; si ue
rum fuit in dæmonẽ referendũ est/ ꝙ e prætorio disparuit Romæ ante meridiẽ/ nõ
multo uero post Aurorã in dicearchia Demetrio/ Damidiq; apparuit: recte qui-
dem huiuscemodi gratia Epidauriorũ Hierophãta respondit nolle se Apolloniũ
initiare hominẽ incantatorem & dæmonibus non liberũ: addere poterat crudelẽ
& inhumanũ/ quod & peregrini cædes ante narrata/ & consiliũ Gymnosophistis
datum plane declarat: homicidã enim quempiã ab eis honorandũ monuit/ qui. s.
occidisset Philiscum trahentẽ originẽ a thamo tertiadecima iam generatione ꝓpa
gata/ a quo nudorum regio deuastata fuisset: Impium hoc atq; crudele consilium
quis philosopho dignum arbitrabitur/ nedum eo qui supra hominẽ aliquãdo sit
habitus: Monet ut appetentes uindictę sint/ in insontem illatę: Nam & philiscus q
genus referebat in Thamũ populatorem regionis ex tertiadecima generatione/
cur pœna plectendus erat insons/ uidelicet illius criminis: cur hoc desiderari & a
Gymnosophistis ratum gratũq; haberi: sed exploremus demum qui de Apollo-
nij morte Philostratus enarret. De morte inquit non satis constat/ cum alij mor-
tuum/ alij uiuentem sint arbitrati/ postea tamen ueluti oblitus eorum quæ dixe-
rat/ mortuum dicit: Mirari tamen se cum magnam habitabilis terrę partem cir-
cũierit sepulchrale nusq; uidisse: De ætate etiam non conueniunt/ cum alij octo-
gesimum/ alij nonagesimum/ alij etiam centesimum excessisse annum perhibẽt.
De genere item mortis/ deq; loco/ incerta & uaria funduntur: Alij dicunt Ephesi
decessisse ubi duarum ancillarum ministerio uteretur/ Alij in Tyndo cum palla-
dis templum ingressus repente ex hominum conspectu disparuisset: huic ipse
libentius accederẽ opinioni: cum paucos etiã ante annos/ præsbyterũ quempiam

dæmon cuius commertio delectatus fuerat strangulasset / accepi hoc ab homine qui eo familiariter utebatur. Hoc ipso uero anno alterũ uiuũ asportatũ colloquijs dæmonum utentem compertissimũ est. Alij in Creta / in templo (ut aiunt) Dicteæ matris: ubi uinctus a sacerdotibus uti sacrilegijs fuerat excessisse produnt: Hæc autem contrarietas mendaciũ patefacit: nam si amici & laudatores nõ cõueniunt / quin & contradicunt sibi in illius tamen laudibus certãtes ficta sint aliqua in eius gloriam necesse est / cum omnia simul uera esse nequeant / quæ nihilominus eiusmodi sunt / ut demonũ ui atq; astu fieri singula potuerint: sicut & illud post mortẽ decantatum / ꝙ apparuerit: & de anima disputauerit. facile hoc dæmoni eius imagine desumpta / ut superstitiosis illius in uita gestis adstipularetur: ꝙ autẽ colatur / ut deus omnium sermonibus falsum quidẽ Philostrate: a paucis certe id factũ est / citoq; uanus hic & dãnatus perijt cultus: ut solent omnia alia figmenta atq; mendacia: cuius etiã meminimus in primo theorematũ nostrorũ / de fide & ordine credendi: Neq; officit ꝙ Tyana regijs illum honoribus coleret / ꝙ reges olim eisdem quibus gauderent honoribus uenerati sint. Periere hæc omnia uti uana dogmata non a bonis iuditijs diuina & maxima credita / sed ut humana etiam in stabilitate minora: eum igitur comparabis Christo? quem non uenerati olim / sed & ꝑsecuti acerrime reges & principes / cui aduersi fuere rhetores atq; philosophi / tẽplorũ sacerdotes refragati / in quẽ totus deniq; mũdus & dæmonũ uniuersa potẽtia conspirauerant: qui tamẽ nõ sermonibus tm̃ / nõ in una ciuitate / nõ ad tp̄is momentũ / sed omnibus iam in populis / in uniuerso orbe: Nec regũ modo / sed dei honore ut decet colitur / non vno uel paucis annis deus creditus: sed mille iam quingentis & tribus adoratur & regnat / & illius regni nullus erit finis. Quid igitur magię nomine denotetur / & quotuplex ea sit / & ꝙ̃ uana & religioni aduersa mõstratum est / & in uniuersum confutata: particulariter quoq; reiecta / adeo ut ex ijs quę hoc libro disputata sunt / nihil esse magicũ puto quod reijci nõ possit atq; refelli.

¶IOANNIS FRANCISCI PICI CO. MIR. &c. LIBER OCTAVVS DE CVRIOSA PRAENOTIONE

¶Quid actum & quid agendum. Caput primum.

Rdentius fortasse q̄ oportuit aduersus omnia superstitionū gene
ra: a quarto libro huius operis adhunc usq; octauū uideri possu-
a mus disputasse: uerū aliter opinabunt/ qui in pontificijs libris/ in
Iustiniani Codice acerrimas & scte seueros canones legerit: aduer
sus Aruspices/ Mathematicos diuinatores Astrologos/ maleficos
Augures/ & cæterā supstitiosam turbā ꝓmulgatos/ in titulo de ma
leficis & mathematicis apud ciuiles leges / ac uigesima in sexta causa decretorum
In decretalibus quoq; ep̄ſis pōtificū titulo de Sortilegijs in articulis quoq; aduer-
sus uanitates sacrilegas editis a Parisiēsi uniuersitate toto in orbe christiano meri-
to celeberrima: ut doctorū sacrorū sentētias omittā. Opportunū igitur fuit post p̄-
notionē ipsam ī uniuersum diuināq; & naturalē illius species/ tribus primis libris
pertractatas quattuor sequētibus in supstitiosas & eas quidē multifarias cū inue-
here/ tū & rationibus fortiter dimicare. Nūc sequēs est/ ut de curiosa prænotione/
quietius aliquāto disputemus/ qđ polliciti sumus cōseruātes: ꝓpositū enim nobis
atq; in supioribus ꝓmissum curiosum genus/ post supstitiosum explicare: Demū
qđ ambiguū esset & dubiū/ sequenti libro declarare ꝓ uiribus/ quo. s. uera a falsis/
ab incertis certa: Diuina quoq; a supstitiosis curiosisq; dirimantur.

¶Quid sit curiosa prænotio eamq; multis prodire modis. Caput Secundū.

Iximus primo libro/ cū de prænotiōis generibus ageret/ curiosum esse
d genus qđ ex fine quęrendi ꝓdiret/ dū ea. s. cuperent sciri uel peterent q̄
uel fine ipō inania essent/ supfluave aut ꝓhibita: Itē & q̄ indigna quęsitu
fundereq; id se posse & alijs imiscere generibus: ut qđ ex se alioqn uel
diuinū esset uel naturale/ hoc pacto curiosum euadere/ qn̄ etiā adeo ipsisq; angelis
leuia/ uana/ & indigna curiositatis uitio qnq; postularetur aut optarentur intelligi/
& a natura quoq; inuestigari/ & peti solerent quæ præstare illa nō posset: quare cū
ueritatis quærēdæ studiū ad uirtutē ptineat: & uirtus quæq; suis terminis claudat/
quos citra ultraq; nequit consistere rectū. Diligēter considerandū est: Primū si ea
petenda sunt/ quo habito/ a quibus petēda/ itē quo modo/ quo tempore/ & quam
demū ob causam seruandæq; circumstantiæ omnes uirtutis ne eam affectantes/ in
opposita uitia quę illā hinc inde circumstāt dilabamur: Nam tā & si bonū quoddā
quęsierit quispiam ut inde uergat in malū/ studium hoc ex fine damnatur: Si id nil
prosit aut parū/ aut superfluū est/ & uanū cum fine adepto nihil minus consequa-
ris: pluraq; sint quorū ope ad recte uiuendū ad fœlicitatē indigeas/ quibus acqui-
rendis uacandum esset: ex eo quoq; si aut petis aut impetras/ a quo ne petas ne im
petres cautū est aberras: quēadmodū si ex dæmonis cōmertio sciscitari aut nosse
cupieris/ & quanq; supra hoc inter superstitiones computatū sit / nihilominus eo
etiā curiositatis inde uitiū ꝓdit/ q̄ ex nimio & inordinato sciendi appetitu ꝓhibitis
uteris & interdictis/ cultu uero & cōuersatiōe ꝑuersa in supstitionē & sæpe nume
ro in idololatriā laberis. Putauit Fabius Quintilianus: sic a diligenti curiosū dista
re/ quēadmodū a religione supstitio / & quanq; ipse inter religionē cuius minime
cultor erat/ & superstitionē quam. s. amplexabatur imprudēs/ nō recte dirimeret: a

diligentia tamen curiositatē nō imperite discreuit: Illius enim cura laudatur/ istius superuacua sane operositas contēnenda est: friuola quoqꝫ & nullius momenti si uehementiori studio quęrantur curiositas exurgit. Ex ultimo demū fine cū oībus ille nō præponitur curiositate peccatur: Præponi aūt is debet/ aut tū cum res agit̄ cogitando/ aut ex prioribus saltē cogitatibus præstitutū esse oportet/ ut habitu ut aiunt saltē homo id cogitet qđ actu alioquin nō cogitaret. Quippe cum malū ab omni nō solū re/ sed cogitatu nostro abesse imprimis oporteat ne id unqꝫ. s. sequi aut delectari eo uelimus: Deinde quæ etiā bona cupimus/ nō propter se quærēda petendaqꝫ/ ut eis tanqꝫ supræmo fini quiescamus/ sed in dei honorē & gloriā/ & ea oīa/ & nos ipsos in deū inqꝫ/ a quo sumus & in quem redire debemus cōferēda sunt. Illudqꝫ dignū aīaduersione ut homo supra ꝓprij ingenij captū & cōdictiōis hūanæ facultatē nimis abdita ne quærat & sua natura suiqꝫ facultate intellectus/ & humano studio contentus/ ad ipsius dei secreta ne peneret præsumptione temeraria/ scientiæ ordinē & modū peruertens. Curiosa itaqꝫ prænotio suboriri & ali modis ijs oībus potest: quos supra duximus in mediū: Nam curiositatis uitiū circa intellectus & sensuū cognitionem uersari manifestum est: Cum igitur ordo inuertitur & præpostere agitur in præcognoscendo curiosę prænotionis/ uitium eo modo scaturit/ præpositione addita dūtaxat ut curiosa prænotio dici ea possit/ quæ in præcognoscendi studio aberrat in ea incidens quæ supra docuimus euitanda/ in omni studio cognitionis. Sed ut cōmodius in ipsam differere possimus quæ præcognoscenda sint: a quibus/ quo pacto/ quo tempore/ & quam ob causam discutiendum decernendumqꝫ est.

¶ Quæ ut prænoscantur cupienda petendave. Caput Tertium.

p Rimū igitur ea nobis licet optare ut prænoscamus/ & quęrere quibus bene in hac uita nobis sit/ & in futura fœliciter atqꝫ beate/ ea omnia sunt quæ uentura nobis indicauit deus omnipotens per Iesum Christū/ per Apostolos/ per ꝓphetas/ de mundi fine/ de iustorū æternis præmijs/ de pœnis impiorū sempiternis/ & demū quæ uel formidanda in posterum/ uel sperāda diuinis litteris præcipiūtur & suadētur: Exin quæ ad uitā hanc cōmode & honeste transigendam conducūt/ & optare & procurare nobis possumus/ siue ea ad uniuersum genus humanū pertineant/ siue particulares hominū gradus & cōdictiones concernāt. Primi generis prudētia est & ꝓuidentia/ scriptū enim prudentiam homini sapientiam esse/ eamqꝫ diuinis monemur eloquijs obseruandam ut eruamur a uia mala. Siquidem prudentia est/ qua quilibet & commoda & incōmoda facile uentura prospicit/ ex ordine & gubernatione mundani ordinis/ ex moribus hominum/ ex condictione prouintiæ/ ex qualitate regionum & temporum/ quibus non solū sibi consulit: sed ijs quos ab eo regi & gubernari cōueniet. Hæc ad eum qui ratione pollet in discriminatim spectat siue alijs præest/ siue se ipsum dūtaxat curat & regit. Qui uero particulari officio incumbūt/ ea prænosse consentaneum est/ quibus seu officium illud seu artem appellare malueris perficere exactius queat/ Hinc Nauticæ rei/ hinc Agricolationis præcepta prænoscendi: hinc Militaris/ hinc Medica iuuatur ars: de quibus tertio libro ægimus: quantum operi conducibile uisum. Præter hæc qui plura uel uehementius quæsierint/ aut nunqꝫ/ aut uix uitium curiositatis effugiet. quod etiam taxabant gentes: Vnde me legisse memini Socratem uatum consultationi non concessisse quærelationem ad exitum non haberent/ & quorum occasio cognoscendi/ aut

ratione aut arte præberetur. Sed etiam fallit dæmon hac in re nonnunq; eos qui diuino q̃rendo amori ſe mancipãt/cupitq; maxime eorũ aliquẽ ex piſcari hãmata porrecta eſca/nõ ut ſuadeat amati cõfidentiã/ut animi cuſtodiẽdã mũdiciẽ inſinuet/cũ occurrũt quæpiã uel in noſcendis/ uel in agẽdis rebus ambigua extimulare illos nõ deſinit/quo ꝓcurẽt ſe de illis edoceri diuinitus. Verũ ij perq; facile inſidioſam eſcã euitauerint q nouerint quidẽ fundẽdas preces ad deũ/ ut peccatũ oẽ malumq; declinẽt/ut in primis diuina ſeruẽt ꝓcepta/ut eius uoluntatẽ efficiãt: Nihilominus & illud ſcire eos cõuenit ad quæcunq; etiã bona diuinaq; conſilia obligatos nos deũ ipſum noluiſſe/ꝙ ſi dubia emerſerint illa q̃ uel ad intellectũ/uel ad uoluntatẽ ſpectãt & actionẽ diuinas litteras cõſulẽdas eſſe/ qbus ueluti ſignis ducantur/alienã quoq; prudentiã & rationẽ ſciſcitãdas/ſicubi aũt humana nõ ſatis induſtria faceret/nec ſacrę ut eſſet in uotis litterę ſuppeterẽt/utrũ peti aliqd poſſet a ſupnaturalibus cauſis uerti poſſet in dubiũ/nã & is a quo petendũ eſt cõſiderãdus/& quænã illa eſſent/finis quoq; modus & tẽpus/exanimanda ſunt.

¶ Vtrum a deo & bonis angelis petenda prænotio Caput Quartũ.

S Vpra ſatis ut arbitror deteſtati ſumus eos qui a dæmone ut prænouerint irretiunt̃ deq; pactis cũ expręſſis / tũ ſubpręſſis abunde tetigimus & Aſtrologiã & Geomantiã & reliquas cũ ipſa magia prẹnotiones noxias eliminauimus: quare ab illis nullo pacto nec optari nec quæri/aut peti prænotio debet: qui ſecus egerit experietur quam graui conſciẽtię iactura/q; magno animæ detrimento demũ id fiat/ a deo igitur & bonis angelis petenda eſt prænotio/ſi qua tamẽ petenda eſt/quæ aut natura nõ inſit/ qualis prudentiæ prænotio/aut liberali uel honeſta arte queat cõparari: de quibus tertio libro diſſeruimus. Diximus ſi qua petẽda eſt/cum prima fronte/cõtenti eis prænotionibus eſſe debere uideamur / quæ diuinis eloquijs ꝓmulgatæ ſunt/ illud quoq; in eis ſcriptũ eſt: Non eſt ueſtrũ noſſe tẽpora uel momẽta quæ pater poſuit in ſua poteſtate: Accedit ꝙ Auguſtinus in. x. ſuarũ cõfeſſionũ libro/multa de curioſitate diſputans inter alia inquit: Nec curo noſſe tranſitus ſyderũ/nec aĩa mea unq; reſponſa quęſiuit umbrarũ: Multiſq; ſuggeſtionũ machinationibus ſecũ inimicũ ægiſſe docet/ ut ſignum aliqd peteret a deo multoſq; itidẽ ex curioſarũ uiſionũ deſiderio meruiſſe illudi. Idẽ auctor in libro de uera religione inter alia ſcribit/dicitur ſupſtitioſis: Regnũ dei intra uos eſt. dicitur curioſis: Nolite querere quæ uident̃. Quaꝓpter apparet illũ ſicut ſupſtitiones/ita & curioſitatẽ dãnare illis intra ſe dei habere regnũ ſi uoluerint/& dæmonis uel imperiũ uel ſocietatẽ effugerint/iſtis ſolũ deũ q̃rendum & ſempiterna. Hæc autẽ in ſacris litteris copioſe docent̃/ & prædicunt̃. Quare & ijs & ſimilibus pleriſq; moueri quiſpiã poſſet & opinari nullo pacto licere prænotiones rerũ a deo uel bonis angelis poſtulare: ſed exqſitius cernentibus liquet ea ipſa nihil officere ſi recte intelligant̃. Nãq; ut ſecũdo diximus libro cum de ꝓphetia ſcriberemus: Multa occurrere olim & in poſterũ occurſura cõſentaneũ eſt/q̃ de futuris pendẽt/qbus ignoratis incõmoda multa contingẽt/cũ in eccleſia ipſa/ tum varijs gradibus hoĩm & regibus atq; principibus: Euãgelica uero littera ipſa abũde ſignificat/nõ ꝓhiberi futurorũ inqſitiões cũ dixit: Nõ eſt veſtrũ ſcire/ nam non oĩa dixit/ſed quæ pater poſuit in ſua poteſtate: Et ſi iuxta Hilarij doctrinã/& iuris regulã dictorũ intelligentiã/ex dicẽdi cauſa capiamus: Depræhẽdemus tũ a Chriſto prolata illa uerba/ cum interrogaretur: An in tempore illo regnũ Iſrael reſtituturum eſſet. Reſpondit enim eorũ nõ eſſe tẽpora & momenta ſcire/quæ pater ſibi

reseruasset. Oia uero nō reseruata hinc liquido patet/ꝙ post uerba illa/ ut noui testamenti decursu conspicitur: Multa Paulo/Ioanni/Petro reuelata sunt. Agabus quoq;/& etiā Philippi filiæ/ diuina reuelatione ꝓphetarūt/ Augustini uero sniæ/ si quis eas probe cōsyderet/aduersus eos tēdūt/ qui rectam linquētes incuruas/ & labirynthæas uias amplexarētur/in cōfessionibus.n.post illa q̄ recitauimus adiecit/elata illos mente fuisse/qui deū quærebāt doctrinæ fastu exerētes/potius q̄ tūdentes pectora:quos narrat sibi adduxisse socias supbiæ suæ potestates aeris huiusmodi/a quibus qui potētias magicas deciperētur quare id nō sonāt Augustini uerba/ut nephas putetur/a deo bonisq; angelis prænotiōes postulare debitis modis/de quibus capite sequēti acturi sumus. Multi quoq; & sanctissimi & celebratissimi uiri reuelatiōes a deo postularunt/& impetrarūt: Sic Martinus & petijt & obtinuit a dn̄o ut nosceret cuius esset sepulchrū/qđ ueluti martyris fuisset cū latronis esset colebat̄/qđ: ꝙ sexto illius uoluminis libro/ipse Augustinus de matre Monica uerba faciēs inquit/cū sane & rogatu meo/& desiderio suo forti clamore cordis abste deprecaret̄ quotidie/ut ei ꝑ uisum ostēderes aliq̄d de futuro matrimonio meo/q̄ sanctissima tñ erat/& habebat̄ fœmina:Diuinis alijs reuelationibus assueta nūc in sempiterna cœloꝝ patria fœlix. Idē Augustinus. v. de ciuitate dei libro. Theodosiū imperatorē laudat/q̄ cū maximis successionibus angeret̄: quo & Gratianus occisus/& pulsus Valētinianus fuerat/non est lapsus ad curiositates (ut ait) sacrilegas atq; illicitas/sed ad Ioannē in ægypti eremo cōstitutum ꝓphetiæ spiritu præditū misit/a quo uictoriæ nunciū certissimū accepit/ eundēq; Theodosiū accepto rursus ꝓphetico responso Eugeniū tyrānū oppressisse. Thomas quoq; in q̄stionibus de quolibet/decernit aliquibus cōdictionibus/licere ab animis mortuorum haurire occulta/ & sponsionē ab eisdē petere dū uiuūt/ ut post mortē nos de seipsis reddāt certiores:quanq; ab eo Henricus de Hassia dissentit apte ex curiositate id fluere cōfirmās uerendūq; monēs ne aiarū ꝑtextu dæmon illudat. Cæterū inueteri testamēto/in nouo/& adultę iā ecclesiæ tp̄e/ & senescētis iam orbis ætate/ semꝑ utriusq; sexui reuelatiōes factæ & postulatæ/& quanq; aliq̄n id bene uertit/ si pia pręcessit humilitas/nōnunq; aliter euenit/si illa defuit. Accessit aūt curiositas ut sequēti libro dicet̄/neq; nos moueat/ꝙ ęterna q̄renda/nō tpalia petēda sunt.nā & peti si qua petunt̄ ad finē illū ut conducāt/ope preciū est. Illud aūt magni Antonij pręceptū ad monachos cōsideratiōe dignū/& memoria ꝑ curiositate frenanda est/ut uidelicet curemus nō pręscire q̄ ueniāt/ sed implere q̄ iussa sunt/nec instituti boni hanc flagitare mercedē/cū magis uictoria cōtra diabolū optāda sit: ꝙ si forte aliquis inquit/hoc libenter assummat/ut futura cognoscat/ puro sit corde/ cum anima deo seruiens/si in ea perseuerauerit integritate qua nata plus scire possit q̄ dæmones talemq; affirmat Helisæi animā fuisse.

¶ Quibus condictionibus petenda prænotio. Caput Quintum.

SEd neq; friuola & īania/nec passim & frequētissime desiderāda postulādaq; sunt/nec ab oībus indiscriminatim/nec quacūq; ex causa ut ꝑsciāt optandū a deo & petendū est / cū a deo dicimus / angelos intelligimus/ cū ipi nil unq; pręter volūtatē dei reuelēt/nec eius nutui refragent̄ unq; eorūq; fiat ministerio qđ impetrat̄/ diximus inania & friuola/cum amentes multi quorū curiositati terminus a ratione præfixus nō est/quęcūq; cupiunt/ dei afflatu prænosse affectarēt/audiētes deū crebriter ad Mosen locutū plurima Hebreis Regibus etiā de rebus particularibus/ nec maximis reuelata ꝑ ꝓphetas/ Carpū Cretensem episcopū singulis diebus/ꝓpitijs uisis anteq; consecraret diuinitus confor

catum/& pleraq; alia/quæ particulari tp̄i/particularibus hoı̄bus/iuxta ſummū di-
uinę prouidentiæ ordinē impartita ſunt. Singularia quippe uel tp̄is alicuius/ uel
hoı̄m priuilegia ad om̄e uel tp̄s/uel quoſcunq; hoı̄es trāſferri ęquū non eſt:qui ſe-
cus ęgerint ſi fallantur/id ſibi imputēt & eos pœniteat/qđ ꝙ ea ſępe quę ad ſe atti
nent ignorabūtur/ſcientur uero quę ſpectāt ad alios/ unde illud coniector emerſiſ
ſe poeticū:Ad proprios caſus cæca Sybilla taces.Fręnanda porro curioſitas eſt/&
ea quæ uel in ſacris litteris/uel ſtatutis eccleſiæ / uel theologorū doctrinis/uel ſanis
philoſophorū dogmatis / uel ciuilibus legibus aut medicinę præceptis reperiunt̄
uera inde trahēda/ut ante ſubſignauimus/ nō importuna curioſitate ſupne quęrē
da ſunt.Nā om̄e uerū a deo proficiſcitur nō uno aūt modo/ſed multis.Plurima.n.
per Apoſtolos &ꝓphetas/pleraq; ꝑ leges etiā humanas.Reges em̄ eo regnāt/eo-
demq; auctore legū conditores iuſta decernūt/multa ꝑ theologos/ nōnulla ꝑ phi-
loſophos etiā patefecit.Siquidē ut ait Apl's/ Qđ notū eſt dei manifeſtū eſt illis:&
iterū:Inuiſibilia dei a creatura mūdi/per ea quæ facta ſunt intellecta cōſpiciuntur.
Quare nec quęcunq; nec inania/aut friuola nec paſſim identidēq; ꝑueſtigāda di-
uinitus quę humanitus noſſe poſſumus.Pudeat hoı̄es in religione Chriſti/ contē
plādæ ueritati deditos/ꝓphana mēte & curioſitate ſacrilega/quęcūq; minutula ꝑ
reuelationē rimari:cū apud ægyptios ſupſtitionibus innumeris nō uerę religioni
obnoxios id nephas putaretur.Reſcribit Iamblichus ad Porphyrij epiſtolā pro
Anebone magiſtro.Sacerdotes ęgyptiorū de rebus exiguis diuinā ītelligētiā nō
interpellaſſe/ ſed de is quę ad purgationē/ſolutionē & ſalutē aīæ ꝑtinerent.Apud
antiquiores quoq; dānata futuroꝝ perueſtigatio nimia/unde illud ex Dicearcho
Neſcire ea melius eſſe / ꝙ ſcire/ ut mittā quæ a Phauorino hac ipſa de re perorata
ſunt apud Gelliū & ſane/quę nec conducūt ad bene beateq; agendū/aut quę mul
to poſt tp̄e futura ſunt/ut præſciamus deſiderandū nō eſt/ea tantū q̄ ad ſalutē per
tinent/de quibus alioquin erudiri ad unguē uel ſacris eloquijs/ uel aliorū conſilio
uel litterarijs monumentis nō poſſumus poſtulare qn̄q; datū ē/& quę eo tēpore/
quo in humanis permanenus/tā&ſi quæ poſteritati ꝓfutura ſunt nō oīno exclu-
damus.Demū in oībus præ oculis habendus oīpotens/& condictio ea præ intel-
ligēda ſemper ſi bonū/ſi ſaluti uel noſtræ uel aliorū conducēs.Subeat chriſtiano-
rum mentē pudor eximius / dū nimia futurorū anhelant cupidine & prænoſcēdi
magis ꝙ ꝓprie ſalutis æſtuāt ſiti/qn̄ Iamblichus ipſe uana religione plurimū hal-
lucinatus cenſuerit deos ſuos occulere futura/tū cū uirtus exercenda eſſet/ ad idq;
conferret ignoratio futurorū/ut animus inde melior euaderet.Si uero nihil inter-
eſſet expediret autē ut animus p̄ſentiret pro ſalute/pro reditu ad ſublimia/tū uati-
ciniū animis inſeri:Si hoc ille uidit in tenebris/in luce ipſi non uidebimus?& ſalu-
tem noſtrā & dei gloriā inprimis nō præponemus: quibus & cognitio oīs & prę
cognitio deſeruire debet:qđ ſi nequeat appræhēdere quiſpiā ex ſe/ex eis accipiat
quos benignitate ſua elegerit deus ut hoībus cōſulant dubijs in rebus & magnis
de quibus alioquin aut oīno non erudiri/aut ita exacte atq; perfecte & particula-
riter poſſumus / quanq; ſacrilegiū minime putaremus:ſi quiſpiam humiliter id a
deo peteret ſibi fieri eis quas memorauimus condictiōibus/ac dū urgens eſſet ne
ceſſitas/nec adeſſet qui diuinis reuelationibus illuſtraretur. Sed qm̄ de particulari
bus non eſt ſcientia/qualia ſunt humana opera:ideo vniuerſalibus huiuſce cōdi-
ctionibus poſitis receptui canamus : cum itē cōmode ſciri nō poſſit/ qui nam ſint
diuinis hauriendis afflatibus idonei/quibus nos ipſos uidelicet concredamus/ Id-
circo ad dubiarū reuelationū regulas deſcendamus.

T

¶IOANNIS FRANCISCI PICI CO. MIRAN. LIBER NONVS DE PRAENOTIONIBVS DISCERNENDIS.

¶Q. difficile sit discerniculum prænotionum: quod tamen regulis quibusdam iuuari queat. Caput primum.

Mnifarijs rerũ p̃notionibus octo iã superiorꝝ librorꝝ decursu deo ferente opẽ ut cũcꝗ tractatis / sequẽs est ut de discernendis illis disseramus: Ita nostra pollicitatio / & ordo etiam uoluminis efflagitat rem equidem arduam: Quippe cum omni in re de qua agitur difficile sit iudiciũ / in hac maxime uel difficilimum existimabitur / nõ tam propter rerum de quibus egimus affinitatem cõmunionẽcꝗ cꝗ proter obtusam humani intellectus suapte natura aciem ad pernoscenda diuina: ad hæc propria cuiuscꝗ affectio / & rerum terrenarum amor magnopere impediunt. Cõmunicant autem sæpenumero cum diuinis prẽnotionibus naturales cũ superstitiosis curiosę: ex quibus non mixtio iam dissultet atcꝗ confusio uerum nostri potius oculi mentalis inter discernendũ hallucinatio: Nam ut mittã ꝙ supra naturam proxime stat / & quasi illi incubat gratia / ꝙ ex curiositate in superstitionem abitur: ꝙ se religionẽ esse superstitio mentitur: & qui cuiuscũcꝗ suprẽmi gradus in fima cum supræmo ex imis cõicant: hac in re illud præcipue aduertendum ꝙ noster intellectus / cum intellectiliũ substantiarũ infimus & sit & habeatur angelicis substantijs sine intermedio substat / proxime.s. illis (ut sic dixerim) iunctus & quodammodo contiguus / uti etiam angelis / archangeli / principatus & reliqui diuinæ hierarchię chori supstant. Quapropter cum nostra anima parũ ab angelis diminuta sit: a se quãdocꝗ extimare etiã potest percepisse qđ alioq angeli reuelassent & ecõtra percepisse ab angelis qđ ipsamet ex se ipsa finxisset / uel somno præpedita / uel nimio amore obcecata / uel ardentioribus odijs affecta / uel corporalibus morbis hallucinata. Quaꝑpter regulas ꝑuestigare atcꝗ cõstituere si fieri posset oporteret, quibus.s. a diuinis humana & naturalia / a curiosis supstitiosa / & hæc quocꝗ ab illis / & ab alterutris alterę secernant / hoc aũt pacto uoti cõpotes cõmodius fiemus / si res & obiecta ipsa a qbus trahi eæ regulæ debeãt / & quæ nã sint & qualia consideremus / eocꝗ diligentius id obire officij debemus / cũ discrimẽ sit nõ mediocre / aut falsas approbare ꝑ ueris / aut ꝑ falsis uera reijcere & improbare / nisi in eis considerãdis ꝑpendẽdiscꝗ duce utemur prudẽtia: q̃ ijs in rebus tanti etiã facta est ab ipsa gentilitate / ut quancꝗ falsa religione ducerentur / curarent nihilominus ne deciperentur / & habendũ imprimis delectum iudicarẽt: Nã & apud Ciceronẽ ꝑiculũ scribit esse / ne aut neglectis ijs / q̃ ad diuinationẽ ꝑtinẽt / impię fraudi / aut suscep tis anili supstitioni locus detur: & Philostratus affirmat lucrũ esse necꝗ oĩbus auditis habere fidẽ / nec oĩa rursus aspernari: quãto id magis nobis curãdũ / quos uera instruit religio / ut probemus spiritus / utrũ ex deo sint / Sathana in angelũ se lucis transfigurãte. Perpẽdenda igitur reuelantis conditio / ipsa quocꝗ alia ex parte reuelatio eiuscꝗ natura ꝑpendẽda qbus.s. ꝑprietatibus polleat / & hoc si in alijs reuelatiões suscipiãtur. Si uero in nobis ipsis desuꝑ exceptæ fuerint / tũ affectiões ꝑpriæ & ipsæ pariter reuelatiõis ꝑprietates diligẽter examinãdæ / ijs oĩbus ea quæ reuelãtur dignoscere / & internoscere datur / sed exactius dei dono illo qđ ab Apostolo / spirituũ discretio nuncupatũ est: de quo agendũ in ultimo capite / aliæ prius regulæ quæ & ipsę ad probationẽ spirituũ pertinẽt discutiendæ & uestigandę sũt.

In eo igitur hoīe qui nobis patefaciat futurorū abstrusa/extrinsecus in eo quæpiā intrinsecus nonnulla consideranda erunt/nā & uita & mores exacte rimādi/quantum extrinsecus liceat: dein quæ patiatur intrinsecus/dū superna percipit disquirendū percunctandūq; ab illo est. Reuelatio uero q̄ nā sit/primo inspiciendū postea hoc pacto examinādā si constās: si sacris litteris consona/si ad bonū cōducēs: Si uero nos sumus q̄ diuina patimur/tū ea ipsa quæ prius in reuelatione diximus examinādā. Scrutabimur demū & mores ꝓprij/& affectio/reuelationis non modo natura/sed modus in consideratione cadat necesse est/ Demū an lumē ipm ꝓpheticū adsit absitue ꝑpendēdū fuerit: quibus de rebus/quāq; secūdo libro plura disseruimus particularia hic nōnulla quo ad discerniculū spectat ꝓmēda sunt.

¶ Quæ in eo hoīe consideranda qui prænotiones suas uti diuinas manifestat. Caput Secundum.

P Rimo is qui se prænoscere dicit cōsiderādus est/quādo ex hoīm imposturis fieri potest/ut prenotiōes prædictionesq; appareāt/q̄ nō sunt sed uel Sycophantorū ludibria/uel stultorū deliria: possunt em̄ astu dissimulato/qđ ordinario alioqui noscēdi more iā factū didicerint/quasi illud pernouerint ostentare possunt & insani sua somnia/sua uisa/ꝓ reuelatiōibus præbere credēda. In hoc uno etiā decepti a semet/uel ab nigro humore/præter debitum occupati/nā qui nimia macie confecti/& cholera nigra laborāt/quandoq; uidere sibi uident inaniter & q̄ senio quoq; macerati/ad extremā decrepitā ꝑuenerunt nisi multa sanctitatis inditia ꝑcesserint/ne delirēt maxime formidandū. Apud gentes hæc quoq; formido fuit/ut in Marone deprehendimus/q̄ Turnū sic intro ducit respondentem furiæ formā Chalybis anus indutæ.

Sed te uicta situ uerīq; effœta senectus.
O mater curis ne quicq; exercet & arma:
Regum inter falsa uatem formidine ludit.

Plurimū & in primis reuelantis hoīs cōdictio pēsitāda/euāgelicis hoc & aplicis ꝓceptis admonemur: Attēdite (inqt euangelica doctrina) a falsis ꝓphetis/q̄ ueniunt ad uos in uestimētis ouiū/intrinsecus aūt sunt lupi rapaces: scribit̄ itē: probate spiritus utrū ex deo sint: Et iterū: Venient (ait dn̄s) multi in noīe meo dicētes: Ego sum Christus. Et Apl's cauendū nobis ꝓcipit ne decipiamur. Et ī ueteri quoq; testamē/to monemur: Ne falsis ꝓphetis etiā si uera qn̄q; dicerēt fides haberet̄. Sed & Paulus quoq; Apl's ait: Prophetias nolite spernere: Oīa ꝓbate/qđ bonū est tenete. Ante oīa igitur/ut mihi quidē uidet̄ perspiciendū/unius ne dei cultor sit ille qui ꝓdicit & catholicæ ecclesiæ alūnus/nulla hæresis tabe maculatus/exin pensandū/an cū fide quā ꝓfitetur uita cōcordet/ne. s. agni pelle ꝓtensa inexhaustę famis lupus insidietur. Si primū deest & dæmonū cultu mācipatus fuerit/q̄ ꝑnouit abrogāda illi credulitas/uti & dæmoni ipsi cuius afflatu ꝑnoscere cultores suos cōsentaneū est eæq; inter ꝑnotiones supstitiosas reponendę: quales supra in Brachmanis/Apollonio/alijs fuisse docuimus. Sic & Hesiodi musarū apparitio existimanda fortasse dū ad montē Helicona gregē ęgisset. Vnde seu id finxit antiqtas/seu dæmonum nympharū specie illa uis fuerit Ascræo illi pastori poeticā isinuatā ferūt. Sic Ennius dū aquā potasset fontis Hippocrenes somniasse scribit se Homeri aīam hausisse/& exin carmina cecinisse/q̄ certe Meletæas cartas minie redolēt/potuit sibi uideri/sed falso: Sic & Minoē fabulati sunt a Ioue edoctū: Lycurgo leges ab Apolline datas: sic Melesagorā Eleusiniū a nymphis edoctū Atheniēses diffamarūt/& Romani sua illa cū Egeria nympha Numæ colloquia decantarūt: Sic & Epimenides

ille Cretensis fertur lõgo quodã eruditus somnio: Sic Hermotinius Claçomenius
cuius aĩam relicto corpore errare solitã dixerũt/uagãq; e lõginquo multa nũciare
Sic & Proconesius Aristeus/cuius aĩam exire corpus corui effigie autumabãt: q̃s
ante Homerũ cum multis alijs scriptoribus floruisse putauit Tacianus/ nec dissen
sit Eusebius quanq; alij aliter. Sic Socrati ut Plato in eius Apologia uoluit astabat
dæmon/cuius uoce ad nil unq; agendũ impulsus a multis uero coercitus est: & p̃-
sertim a fuga mortis qđ etiã ĩ altera Socratis eiusdẽ Apologia Hermogenis apud
Xenophontẽ testat̃ auctoritas/q ꝓdit Socratẽ dixisse meditãti defensionẽ sibi dæ
moniũ aduersatũ: de quo dęmone Apuleius librũ scripsit/quẽ de Socratis deo nũ-
cupauit: & licet apud oẽs fere Platonicos dęmonũ sit/deorũq; distinctio: Amelius
tamẽ putauit dęmones erraticos esse deos: cui Proclus in cõmẽtarijs in primũ Pla
tonis Alcibiadẽ refragat̃/quanq; & ille quoq; deliret. Taliũ igit̃ p̃dictiões abijciẽ-
dæ & eorũ qui nostra tẽpestate se dęmonibus mãcipãt. Idololatris similes / & hac
in parte peiores q̃ susceptę legis desertores sunt/& uni deo palã aduersi : quẽ illo-
rum multi ĩ participatũ cultus admittebãt/q̃ si fictilia isti nõ colũt: uenerant̃ tñ dæ-
mones sublimes alioq creaturas/sed praua ex uolũtate deterrimas/& in deũ q̃bus
possunt uiribus bellãtes: forte nec desunt q colãt adhuc idola/q etiam cœlestia cor
pora dei honore supplices adorẽt. Scribit Pius secũdus/ põtifex maximus/suo in
libro q Asia inscribit̃: põtificatus sui tẽpestate/a cuius fine iã septẽ & triginta circi-
ter fluxere anni/repertũ iuuenẽ q Solẽ coleret/ in hũc aũt errorẽ uehementioribus
Astrologię cultoribus ruina timẽda est. Audiui quoq; in remotis illis & insulis &
terris incognitis olim / quæ Hispaniarũ & Lusitaniæ regũ opa nup inuentę sunt:
fuisse gentes multas idololatrię deditas: cauendum itaq; ne huiuscemodi oracula
aut sciscitemur/aut suscipiamus oblata attollũt inq̃t ille uanos oracula fastus: Et sp
tacita sortes ambage malignę: Possunt.n. sæpenumero in facinus ĩpellere cupidi-
tatibus inflãmatos: quẽadmodũ uesana spe Sybillini uaticinij pellectos Lẽtulum
& Cæthegũ/ad perdendã patriã/cũ alij/tũ Portius latro disseruit: Iis ergo cõsidera-
tis/si unius dei cultor q prænoscit & prædicit esse depræhendatur uidendũ proti-
nus/an catholicæ ecclesiæ membrũ sit: ne exemplo Montani & Priscillę decipiant
Fingebãt eñi illi ꝓphetas se/& magno fuere detrimẽto: nam p̃ter alia docebãt solui
nuptias & Mõtanus se Paracletũ asseuerabat / & alia cũ assectatoribus agebat / q̃
ꝓbatis ꝓphetis aduersabant̃/ut Apollonius & Apollinaris ꝓbauere/ Hieronymo
& Eusebio referẽtibus. Deinceps cõsiderãdi mores & uita si fidei qua se pollere fa
tet̃ cõueniãt: si supbia soleat efferri/si uoluptate dilabi/q̃ uitia in diuites crassari so-
lent/quare si diues fortasse fuerit/q prænũciat/an uitijs huiusmodi infestet̃ inspiciẽ
dum est: parte altera si paup exquirendũ/ in quo & timenda auaricia / & subtilior
etiã q; in diuite supbia: Pauperũ autẽ duæ species quantũ ad præsens attinet nego
ciũ: nã & alij p̃ter uolũtatẽ paupes sũt/alij ex uolũtate: in illis timẽda auaritia/in his
formidanda superbia/& quidẽ deterior quo latentior/quæ de suo opposito/humi
litate modestiave quandoq; nascitur/dum quis complacet sibi de uirtute nimis &
supra se ambitiose reflectitur. Primi generis hoĩes antiqua gentilitas quanq; alijs
mille falsorũ deorum fallatijs aperte delusa suspectos habebat. Vnde illud a Iuue-
nale decantatũ propter eos uates/qui lucra sequebantur: diuitibus responsa dabit
phryx augur. Et illud Actij/qui uerbis aures diuitãt̃ alienas/ suas ut auro locuple-
tent domos: & de Iudęis quos forte per id tẽpus recẽs illa sub Tito captiuitas di-
sperserat ægestate confectos/id quoq; pariter a Satyro vulgatũ. Atq; ære minuto/
Qualiacunq; uolũt iudęi somnia uendũt: Nã & si fallerentur semp in cultu falsę re
ligionis: quam uerã autumarent/ueras tamen & ludicras apparitiones esse posse

putabāt/ uera & falsa ꝑquietē uisa & simulachra ostendi arbitrabant̄: unde apud
Homerū & Vergiliū/ fictæ illæ portæ quarū eburnea illa falsis deputata somnijs/
cornea ueris/ cuius natura pura ꝑspicuaqꝫ: sicut illius solida & crassa: secundi gene
ris homines apud nos multū cauendi cum a proposito desciscūt: nā quanqꝫ uolen
tes paupertatē professi sunt/ possunt nihilominus aliqn̄ eam perosi affectare diui-
tias/ & sua somnia/ sua uisa/ quo honorent̄ magis & secretius thesauros accumulēt
principibus & populis uēditare. Scribit Augustinus se nō expertū peiores ijs q
in monasterio defecerūt: sicut nec meliores qui ꝓfecerūt. Eiusmodi sacerdotes pra
uos gentilitas etiā notauit. Vnde ueritus utputo Demosthenes a Philippo antisti
tes Apollinis corruptos/ scripsit Pythiā Philippiçim: quare in illis uoluptas & am
bitio publica/ ī istis utrūqꝫ/ sed & affectatior & subtilior sup̄bia/ occultiorqꝫ libido/
& demū hypocrisis nocētior metuēda est: Sciscitādi amici/ interrogādi familiares
obseruanda uita diligētissime quantū datur & licet: nam tam & si quod secundo li
bro diximus/ mali homines aliquādo & uera & magna prędicere possunt ut in su
perioribus/ & in Balaā & alijs uidimus: nihilominus raro id euenit/ sincere nunqꝫ
hoc est/ quin ex altera eius uel doctrina/ uel moribus falsitas/ aut error īmisceatur:
Quapropter fraus in istis metuēda semp̄: his cōsideratis ingeniū & iudiciū ꝓphe-
tantis alijs in muneribus quos forte obierit/ ęqua lāce pēsandus: si recti iudicij fue
rit/ si prudēter habuerit se: nā qui nimis auidus/ minusqꝫ consideratus & præceps
aliqua in re est: siue ea ad cōcupiscibilē/ siue ad irascibilē pertineat/ uerendum ne
ita in ijs quæ ad intellectū & diuina spectant pariter ruat, & ex imprudentia prola
psus offendat. hinc etiā æstimanda quadātenus corporis temperatura/ sanitas/ stu
dium/ cum & ægroti multi & ipsi phrenites ac ob intētionē animi nimiā exorbitā
tes/ uidisse quandoqꝫ se putent & audisse/ quæ nunqꝫ aut oculis/ aut auribus hau-
serūt ex multifarijs uehementioribusqꝫ phantasijs hallucinati. Igitur & quo ani-
mi eius feratur impetus & ardenti/ ne uel amore uel odio maceratus fuerit/ ꝑcun-
ctandum/ quādo & in ijs etiā qui nouitio quodā feruore deo famulātur ob fixas
imagines rerum quibus meditandis ad pietatem excitari cupiunt uana pro ueris
ostendi possunt/ & a dæmone & a seipsis etiā illudi/ eoqꝫ potissimū/ cum pręter ma
gistrorū dogmata habenas laxāt/ sinente. s. deo ut in posterū cautiores euadant/
uel ut piaculum eluant. Sententia est Antonij aduersum nos diaboli potestatem
dupliciter dari/ uel ad penā si delinquimus/ uel ad gloriam si probamur: In somno
uero potissimū periculū inest/ cum ea quæ interdiu etiam uigiles frequēter cogita
uerimus: Tempore nocturno reddat amica quies. & in amatorijs pręsertim rebus
id euenit/ ut qui amant sibi somnia fingunt: quod quidē a ratione nō abhorret/ cū
nulla in nostris animi affectio regnet impetuosior amore: quāobrem eis qui fer-
uentiori amoris impetu feruntur: etiam ad res non malas periculum imminet/ ne
affectu nimio hallucinentur: Dum enim uoluntas nimio plus ꝓpensa est/ aberra-
re iudiciū potest: modus autē seruandus/ quādo nihil aliud pręter deū ex toto cor
de/ ex tota anima/ & om̄ibus uiribus nostris amare præcipimur: qđ quo pacto in-
telligendū est alibi declaratū: Nec omittendū perscrutari/ qua de causa qs suas prę
notiōes inuulgat. Inde enim facilis uia ad inuestigandū leuitate ne an utilitate/ &
hac quidē spiritali an tēporali sua an aliorū/ an utrorūqꝫ magis moueatur. ꝙ si finis
bonus uidebitur prima fronte/ non ob id tamē pes figēdus sed de finibus ipsis ha
benda quæstio: cum nō solū apertū & proximū/ sed occultū atqꝫ longinquū inspi-
ciendū esse Io. Gerson doceat/ qui etiā hisce de rebus sæpe & salubriter scripsit: At
tendamus itē cōuersationem reuelantis/ si cōis/ si priuata/ si secreta/ si publica/ si in
actiua/ si in contēplatrici uita degit/ si uestimētis affectatis/ & deuotionē prætendē-

tibus nimiã utatur:Si mas/ſi fœmina/ſi uaga & garrula/ſi ſtabilis & quieta/nam in
pace factus eſt locus dei:cuius ſpũs ut docẽt ſacræ litterę nõ quieſcit niſi ſuperqui
etum & humilẽ/& trementẽ uerba illius. Signũ autẽ humilitatis inaffectata cõuer
ſatio & cõmunis/quãq; in ſolitarijs/& habitu quoq; & uictu raris dei uirtus inha
bitet/ut in Helia/Ioan.Baptiſta/ & ægyptijs illis monachis ſanctiſſimis/ Antonio/
Paulo/Hilarione/cæteris cõmunẽ tamen conuerſationẽ Christus homo & deus
elegit/ad eiuſq; exemplũ plurima monachorũ turba: Baſilio & Benedicto patri-
archis uitã duxit.& ſub Franciſco/Auguſtino/Dominico/ſancti & innumeri gre-
ges/maribus/quoq; q̃ fœminis(ſi cætera ſint paria) ſincerius adſtipulandum: eas
quippe ne publice in eccleſia docerẽt uetuit Apoſtolus: ſed & prima parens uer-
bis abuſa eſt:ad hæc rationis iudicium in hominibus potẽtius eſt.& illuſionibus
vanis pugnatius obſiſtens.Henricus ex Haſſia/& qui eũ ſequitur recẽtioribus ꝓ-
phetis parũ tribuit:&.s.Brigidæ.s.q; Catharinę Senẽſis/reuelatiões minimi ducẽ
das putauit.Multa in mediũ ducta ſunt/quibus eius opinio confirmet̃/ tũ ꝙ ea fie
ri potuerint quæ prædixerũt humana induſtria/ lumĩe fidei confortata/ tũ ꝙ illu-
di potuere/ tũ quia fœminę/ quas docere uetarit Aplus:tũ quia (multa inquiunt)
eorũ ſuperuacua uident̃/tũ alijs de cauſis/quas diſſolueremus fortaſſe in ꝓgreſſu
diſputatiõis/ni alias in oppoſitũ ipſi duxiſſent/ & fieri idipm diuina diſpenſatiõe
potuiſſe nõ negẽt:uerũ apud alios maioris id momẽti ꝙ eadẽ in re cõtraria ꝓtule
re:Nã illa uirginẽ dei matrẽ ſine pctõ originali cõceptã aſſeruit/hæc cũ pctõ cõce-
ptã ſibi reuelatũ affirmauit:cuius etiã diſcordis reuelatiõis / Antoninus archiepus
Florẽtinus meminit in ſũma ſua eo loco ubi de uirginis conceptione diſſerit.Sane
cũ hoc ꝑteritũ fuerit de q̃ affirmabat una/negabat altera/uerũ una ex parte falſum
ex alia prolatum ſit neceſſe eſt:nec diſtingui aut ad cõcordiã facile reuocari quę-
unt prænunciata de præterits euentis/quẽadmodum euenit in promendis futu-
ris:nam & auditorũ ruditas & nõ impleta condictio/quæ ſæpe numero uel a pro
phetis expræſſe ſubnectitur / uel ex rei ipſius natura intelligitur/ prophetas ipſos
excuſat/ ſi quãdo nõ ita uidetur impletũ ad lineã quod prædixerũt. Sic Bernhar-
dus ille ſanctiſſimus / pariter & doctiſſimus / plurimis olim laceſſitus calũnijs : ꝙ
eius hortatu ad regiones Chriſtianorũ in oriente recuperandas/ & a Maomethen
ſium manibus uindicandas ductus exercitus fuerat:cuius pars famę conſumpta/
pars icta gladio/& incõmodis multis affecta/reijcit in murmuratores calumniam
quos propter iniquitates ſuas/nec ſeruata dei iuſſa perijſſe confirmat/ ſecundo in
libro ſuo de conſideratione ad Eugeniũ papã/docẽs promiſſiones dei/iuſticię dei
non præiudicare/& Moſys utitur exemplo/qui populũ dei ex ægypto educturus
meliorẽ illi terrã pollicitus eſt:Eduxit nec eductũ tamẽ ob eorũ ſcelera ĩ terrã quã
promiſerat introduxit:Sed & iſraeliticas tribus aduerſum unam Beniamin/tribũ
quæ ſcelus cõmiſerat pręliantẽ meminit:quæ primũ dei nutu; mox iuſſu bellũ in-
iere/& ultores ſceleris ac plures dei etiã auctoritate freti ſemel atq; iterũ fundũtur
fuganturq;/a ſceleſtis & paucioribus / tertio tum monitis paruiſſe/atq; uiciſſe quę
ille fuſius/ facundius & doctius explicat.In quibus aduertere utiq; debemus/nõ
ſemper intelligi reuelationes/etiã cum liquide iudicãtur:nam & tẽpus & cõdictio
ni explicata fuerint/occaſionẽ interpretibus aberrandi præſtare queunt: Sic iſtę
tribus victoriã cõſecuturę erãt / ſed tertio ꝑlio illi in terrã promiſſionis ingreſſuri
fuerant/niſi durę ceruicis/& deo rebelles fuiſſent: quę autẽ abſolute proferuntur
& ita explicantur omnino euentura/ effectũ ſuum ſine dubitatione conſequunt̃:
de quibus ſecundo libro ſatis diximus. Condictio igitur erat in cauſa/ ut Bernar-
di conſiliũ calumniarent̃/non doctrina/ non uita / nõ reuelationũ diſcernẽdarum

ruditas nō ſexus/nō ſuꝑbia/cui maxime & uita & ſcriptis bellū indixit:q.n.ſuꝑbię delectaᷓ opibus/dignus ē illudi/q.ſ.iactāter/turpiterq; ſe tollit in ſublime/ ꝗ & ꝑte alia diſſimulata ſuꝑbia/ſuꝑbit elatius:Ita multi decepti/iuſto dei iudicio: quos ī exemplū aliorū legimus falſis uatibus obligaſſe fidē:ſic & apud Eſaiā/ut.v.libro meminimus ſuꝑba Babylon ab Aſtrologis decepta eſt/q̄ niſi prauos mores admiſiſſet nō iacuiſſet prædæ/nec fallaciæ p̄dicentiū qua de re in ſtauroſticho ita me ceciniſſe recordor. Sic ſeptēplicibus craſſatur perdita uinclis: Belua multorū capitū quibus impete ſęuo. Deiectā legimus quondā Babylona ſuperbā. Quā nec crudeli populaſſet milite Cyrus.Nec centū crebro nutaſſent ariete portæ.Nec Geneſis falſo luſiſſet dogmate mendax.Stellarū uarijs intentus curſibus Augur.Ni prius hoſtiles hauſiſſet ꝑfida mores.Ita.n.eſt: ita profecto praui mores in cauſa ſunt/ut fides habeatur uanis prædictoribus / & p̄cipue qui ſuperbia tumēt decipiunᷓ: cognoſcuntur autem uel hac ratione non difficulter/ſi aliorū ſpernūt conſilia/ſi de quibuſcūq; erudiri ſe a deo per reuelatiōes præſumūt:Nam & Moſes crebris dei colloquijs præ alijs aſſuetus/quiq; de minutis etiā rebus ad populi gubernationē ſpectantibus ſuꝑnis illuſtratiōibus clarebat.Ietro alienigenæ uiri conſiliū ſumpſit nec ſpreuit/tanq; ad oraculū relaturus/ſi ferendū renuendūq; eſſet.Sic Paulus qui ad tertium uſq; cœlum raptus fuerat/humana ope/humano etiā conſilio/eſt quādoq; uſus.Scribit aduerſus Mōtanū & Aſſeclas Apollonius apud Euſebiū oportere ex fratribus agnoſci/uel etiā ꝓbari prophetā:ſubdens ſicut dominus dicit/ꝗa arbor ex fructibus cognoſcitur:ita ꝓpheta probaᷓ ex fructibus: pręcipuū autem ego probati ꝓphetæ fructū ueritatē puto/nō fucatā/nō adulteratā: ſed puram ac nitidā quā altiſſima gignat humilitas quæ nō mereᷓ illudi/quæ non elata/nō pertinax eſt/nō inquieta/nō garrula/ nō auri aut honorū ſitibunda/ nec uani finis cupida/nec oīno ſapiens in oculis ſuis/ratione/auctoritate bonorū/ doctorūq; uirorum utens.Porro ſi tribulationibus uexatur/aut libenter patitur aut certe deſperata nō furit/uult eñ Auguſtinus/ ut aduerſitates amare nō iubeamur / ſed tolerare Hoc pacto ſi alijs ꝓphetis cōformes ſunt dignoſciᷓ/quorū alij odio habiti/& uexati/alij quoq; iniurijs affecti:alij etiā inani regū uel populorū ſuorū rabie trucidati. Sic impius ille Ieroboā ꝓphetis inſultauit: Sic Eſaias ſub Manaſſe rege ſerra diuiſus in partes:Hieremias populo lapidibus interfectus:Amos fuſte trāſfixus.Eçechiel occiſus.Daniel leonibus in pabulū expoſitus. Helias/Heliſeus / alij ab Ieçabel:ab Accabo ab alijs ꝑſecutiōes paſſi:& in nouo teſtamēto dn̄s Ieſus caput oīm cuius mēbra ſumus acerrime uexatus ē & crucifixus: cuius p̄curſor Ioānes plus ꝙ ꝓpheta capite trūcatus/ſic Paulo caput abſciſū.Petro crucis calixepotus/ſic & alij pene īnumeri/ꝗ p̄ter alia in ſe diuinitus collata dona:diuinas etiā reuelatiōes hauſerūt:demū ſi uerax ꝗ p̄noſcit p̄dicitq; ꝑquirendū:Nā ꝗ delectaᷓ mendatijs nō Chriſto ꝗ ueritas eſt:ſed diabolo mēdatij parēti cōformaᷓ:quare ſi qn̄q; p̄dicta alicuius mentiunᷓ:etiā ſi quæpiā uera ſunt/quęcunq; effatur/aut falſa aut de falſitate ſuſpecta protinus habeamus:& præſertim (ut diximus) ſi fœmina fuerit quæ p̄dicit/quæ minus ratiōe pollet/ut Ariſtoteles cū alibi/tū in politicis uoluiſſe uidetur. Quā obrem minus etiā apta ad diſcernendū . Sed & humidioris naturæ cum ſit fiuunt rerū ſpecies impenſius/anxie præterea fœminę/ & uoti cupidæ plerūq; ſūt quibus de rebus crebriores illis reuelationes fieri dicunᷓ & hallucinatiōes quandoq; ſequuntur credulæ:itē multū & phātaſiæ imbecillioris/ cuius fatigatione falli facile queūt/ quę omnia in uniuerſum illis tribuunᷓ:tam&ſi multę uiris plurimis prudentia/& iudicio quandoq; præſtent.Hęc extrinſecus perſcrutari nobis datū/ Intrinſecus aūt/ſi facultas cōcediᷓ perquirendū: Veteranus ne an Tyro in hac ipa

militia sit/qui prædicit deceptus ne unq; fuerit/an ut deciperetur tentatus dæmo-
ne se transfigurante in angelū lucis:Illud quoq; si iugi obseruatione dephenderit
eius p̄sensa præuisaq; euentū sortita:rectū.n.ut Aristoteles docet sui parit̄ & obliq
est iudex:quare si effectū fuerint nacta quæ longo tp̄e præuidit/ quo pacto illa re-
uelata sint memoria cōseruās cum alijsq; conferēs quandā ceu artē colligit discer
nendi ueras a falsis:a supernaturalibus naturalia : a supstitiosis & curiosis diuina/
cum id qđ reuelatiōes ueras comitet̄ experimētis didicerit.Si uero nunq; se delu-
sionibus tentatū dixerit/& nouitiū in pcipiēdis uisis affirmauerit suspectus habe-
ri debet ne tū maxime deludat̄:quē.n.nō aggredit̄ dæmon? & qs nautę vix initia-
to se cōmittat in fluctibus?uiri illi quos diuini claritas luminis plustrabat dæmo-
num tentatiōibus sæpenumero uexati infestatiq; fuerūt.Antoniū dico/ Martinū/
Frācıscū/Bn̄dictū/aliosq; cōplures.conandū itē / ut si fieri queat ad id eo examine
deueniat̄ quo noscere possimus ꝓphetico eo lumine illustret̄ nec ne: Nā si primū
aderit crudelitatis fieri accessio poterit/si aberit nil opinione & quidē tenui duca-
mur impensius/quā equidē distinctionē quoquomō subsignatā/cum apud Plato
nem/ut quarto libro mōstrauimus uidere possumus/tū apud Proclū eius enarra-
torē in primū Alcibiadē/uaticinatorē.n.distinxit a uate/qn̄ hūc sciētia/illū opiniōe
duci putauit.Percūctandū itē si dū uisis exceptis/ ad diuinorū amorē & terrenorū
contemptū excitetur:Si pacē animi & quietē nāciscitur:Diuini.n.spiritus excepti
ꝓprietas/ut a terrenis & tēporarijs auocet animū/& ad cœlestia æternaq; incēdat
paceq; & quiete perfundat/quā mundus dare nō potest. Illud aūt consideratione
dignū/aliū in antiquis/aliū in recētioribus ꝓphetis modum obseruandū/eorū em̄
uita & uirtutes in primis spectādæ sicuti & in exordijs positarū legū/ nō tā q̄d tra-
deretur/q; qs traderet examinandū fuit/queādmodū in principio nostro℞ Theo-
rematū de fide nos dixisse meminimus:In istis uero post cōfirmatū canonē: quid
tradatur magis q; quis tradat considerandū / cum.n.priscis illis tp̄ibus/ut ꝓbati iā
ꝓphetæ ut unius dei cultores recepti fuissent etiā si quæ uiderent̄ extranea opera
bātur: ut qui se percuti iussit in maxillā/ut Eçechiel muro perfracto/ut Hieremias
lumbari putrefacto/si hæc inq; facerent quæ uiderent̄ extranea:ęqui tamē boniq;
consulebāt auditores pij: Iunioribus autē & qui nr̄a tēpestate prædicūt/nō statim
aquiescendū : Siquidē operepreciū est attente perspicere q; prioribus consonent
q; declarent uetera/q; necessaria/q; utilia/q; bona suadeant.

¶Quo pacto ipsa uisio & reuelatio consideranda. Caput Tertiū.

i Taq; ipsa reuelatio perpēdenda quā supioribus libris diximus multis
fieri modis posse/p spiritales substātias in assumptis corpibus apparen
tes/loquētes/docētes multifariā / in somno & in uigilia p uoces quoq;
auribus haustas:formatas quidē ab illis quāq; nō apparētibus/ex uoci
bus itē in imaginatiōe ipsa eorūdē spirituū ministerio fabricatis nullo usu exterio
ris sensus adhibito:uideri etiam posse imagines/uel carneis:ul' imaginarijs oculis
ab eisdē spiritibus oblatas & significatrices rerū futurarū in intellectu demū euen
tuū notas sępenumero illabi/sine adminiculo sensuū/sine ope phantasmatū/ qbus
oībus/ut uera cognoscant̄:ut a deo manasse dephēdant̄ affulgere lumē q̄ddā qđ
ꝓpheticū dicit̄:cuius bn̄ficio clarissime extraq; oēm cōtrouersiā a falsis uera: a di-
uinisq; atq; angelicis & naturalia & supstitiosa dirimant̄:hoc ip̄m lumē de q̄ i supi
oribus multa diximus uaria noīa sortitū est/nā & p intimā inspiratione & p inter-
nū saporē qn̄q; exprimit̄/ & p expimentalē aliqn̄ dulcedinē perq; diuinā illustra-
tionē/interdū per utramq; significatur/ per sensum quoq; minus sensibilē p abscō

ditũ mãna nõnunq̃ patefactũ eſt / ꝑ donũ quoq; diſcretiõis ſpirituũ manifeſtatũ/
Ita ex ſacris litteris/ita ex theologis/qui non ſolũ doctrina/ſed expimẽtis id didice-
re multifariã declaratũ eſt/ꝓ ut quiſq;(qđ intelligebat) aliquo uerbo poſſe ſignifi-
cantius exprimi cogitauit:de quibus etiã in ſequẽtibus diſſerendũ/ uerũ philoſo-
phis nec theologis hoĩbus admiratio forte ſuberit/ quõ ꝑ lumẽ iſtud tã lucide cer-
nere notas rerũ ꝓphetę queãt/quos ne quęrant in re fere ſimili admonebo:dari.ſ.
apud eos cognitionẽ clariorẽ ea q̃ demõſtratiõis appellat̃ : nã principia illa & ꝓfa
ta & dignitates/demõſtratæ cõcluſiõis noticiã pręcellũt:qđ planũ incõtrouerſũq;
eſt in Ariſtotelica doctrina:In Platonica uero tã apertũ eſt/ q̃ qđ maxime : Nã &
apud Iãblichũ legimus tactũ quẽpiã diuinitatis dari q noticię pręſtet/ut mittã luci
dã illã ſcientiã/qua etiã vulgus participat oĩni ratiocinatiõe illuſtriorẽ cuiuis.n.de
medio cõpertũ nec ullo quidẽ diſcurſu/ſe nullo pacto dormire dũ uigilat:id enim
quodã ceu tactu & experimẽtali cognitione cõſequit̃/cui nulla inuẽta/ nullus oĩ-
no ſyllogiſmus potis eſt refragari:ſic & lumini illi nulla quęũt argumẽta uel igno
rantiæ tenebras uel crepuſcula opinionis inferre:Itaq; dũ reuelatio ſe offert exami
nãda conſiderandũ eſt primo q̃ nã ſit ſomnoria ne/ut Varronis utamur uerbo/an
uigil.hæc illi præpõderat ſi lumen abſit/ ſi adeſt tantundẽ ea roboris obtinet. Di-
ſcutiuntur.n.oẽs dubitationũ tenebræ ꝑpotenti illo diuinæ lucis radio/ & uniuer
ſa cõcurſantiũ phãtaſmatũ nubila pellunt̃.ꝙ ſi apparuerit ꝑſona nũciãs monẽs ve
ſiue angelũ ſe/ſiue defuncti hoĩs aĩam dicat nõ ſtatim aſſentiendũ: nã & eũ & quę
nã loquat̃ pie diligẽterq; ſcrutari cõuenit:Fieri eñ poteſt ut angelus ſathanæ/pro
uero angelo ab ĩprouidis colat̃ & q̃nq; ꝓ Chriſto:quare dũ ſanctiſſimo illo Mar-
tino ſe quondã offerret dæmon Chriſti figurã prętẽdere ſatagẽs ut falleret / Chri-
ſtum inq̃t nõ uſum eſſe aureis illis q̃ præferebat ornamẽtis/qua ſoliditate cõſtan-
tiaq; animi uictus abſceſſit:Simili fere mõ/& Frãciſcus beatiſſimus & alij apparẽ-
tẽ ſub Chriſti ſpecie dæmonẽ pepulerũt : Alius dũ trãſfigurato ĩ Chriſtũ dęmone
illudendũ ſe metueret/clauſis oculis reſpõdit/ſatis mihi ſi Chriſtũ in cœlis uidero:
alius eundẽ fugauit dicẽs/uide ad quẽ mittaris:neq;.n.ego is ſum : q Chriſtũ uide
re merear.Si hoc pacto fieret/nõ tot nr̃a tẽpeſtate illuſiões magno cum detrimẽto
ſentirẽtur:Fugandas eas pia hũmilitate/nõ impruđẽti cupiditate recipiẽdas/ cum
alij aſſeruere/tũ ipſe Gerſon monẽs cũ Petro dicendũ eſſe:Exi a me dñe/quia pec-
cator ſum.Nã ſi a deo oblata uiſio fuerit/cũ humilibus ille ſe exhibeat/ quanq; re-
nuas/nõ recedet/ſed uel tũ ꝑfunderis lumine/quo certior fies uel redierit/ cumula-
tius tibi ꝓfuturus/& te ꝓ humilitate/ad ampliores fortaſſe uiſiones exaltaturus/ q
humilitatis uirtute.ſ.ſupra te ſapere poſthabueris/nec ambitioſa curioſitate fluctu
aueris/ꝙ ſi id nolueris condictionẽ ſaltẽ adhibe / & te deludi poſſe cogita/priuſq;
admittas/aut refellas qđ nũciatur.Memini in oppido meæ ſuppoſito ditiõi/fœmi
nã quandã laudatiſſimę cõuerſatiõis ſacerdoti cui de cõtractis noxis cõfitebatur/
pręter cõfeſſionẽ patefeciſſe/a Chriſto ſe diebus pene ſingulis uiſitari/q ea forma
uidebat̃ quaſi duodecim eſſet ãnorũ eximiã ꝑſeferẽs pulchritudinẽ & ornatũ/nã
& illuſtri ueſte/& redimiculo frontis inſignẽ apparere/in qua rubra crux & inſtar
pyropi fulgida radiaret/alloq ſæpenumero/monere eã ſolitũ/& ad ꝓpoſitũ cæptę
religionis hortari:Rettulit ad me ſacerdos ille/hinc plurimum demiratus/hinc ſub
ueritus fraudẽ diſſimulari:iuaſit me ſtatim/nec ab re ſuſpitio/angelũ eũ eſſe Satha
næ/recordatus ornamentorũ illorũ/quæ ueluti poſitus in cruce/ Martino antiſtiti
ſctiſſimo q̃ſi eſcã ſub hamo ꝑtulerat / & ab eo redargutus abſceſſerat / recordatus
dæmones ipſos angelos dei ſe mẽtientes/Antonij ſtudiũ laudaſſe/ miratos ꝑſeue-
rantiã futura præmia pollicitos/eoſq; demum crucis ſigno/& deuota fide & ſpiri-

tali lęticia iugiq́ꝫ dei recordatione/quibus ille precipuis utebatur armis effugatos nihilominus percũctatus ſum de fœminę hũilitate/de tp̃e quo ſe Chriſti cultui mã cipauerat:Reſpondit humilẽ uideri:tres tantũ annos Chriſto ſeruiſſe ſed neq́ꝫ eximie/adeo ut eximijs iſtis priuilegijs apta ſibi uideret. Dixi opinari me illuſionem eſſe poſt paucas hebdomodas rettulit/puerũ illũ ita em̃ uidebat̃ minutula quędã & parui momenti retuliſſe/conatũ præterea omnẽ dubitationẽ ab ea tollere/ & inſinuari ſe/ut ſignum crucis imprimeret̃ inuertice/ob hæc mea mihi opinio firmata eſt tandeq́ꝫ ex opinione certior factus agnoui dęmonẽ eſſe/cum mendaciũ dixiſſe ſacerdos ille cõperit.Prædixit em̃ futura quæpiã tempusq́ꝫ præfixit/præterijt tp̃s nec res euenit.A Chriſto aũt q̃ ipſa ueritas eſt nil magis alienũ q̃ mendaciũ reperit̃.Poſſem & alia multa recenſere prædicta/euẽtu ſuo fruſtrata nõ modo ex antiquis ꝓphetis Baal/nec ſolũ ex is qui ꝓximi noſtro ſæculo fuerũt/quorũ aliqua Io. Gerſon enarrat/Sed meo quoq́ꝫ tp̃e multa obſeruaui: nã & qui alios/ & q̃ ſeipſos quoq́ꝫ deceperũt uidi/cũ a dæmone tũ a ſeipſis(utputo)ludificati/quanq́ꝫ & ueros etiã prędictores expertus ſum quorũ p̃notiones plerasq́ꝫ ab humana / & utputo/ dæmonica cognitiõe remotas/ cũ ipſo rerũ euentu ad lineã quadraſſe cõperi.Noui hoĩem ob nimiã credulitatẽ / aliq̃bus obſtrictã / q̃s ueros ꝓphetas autumabat: minimã autẽ eis q̃ illis ipſis aduerſabant̃ pœnas dediſſe nõnullas : ita em̃ factũ ut percunctantẽ illũ in aliq̃bus permiſerit dñs/ & illudi & flagellari/ quo erudiret̃ in poſterũ/ne poſthaberet probare ſpũs utrũ ex deo eſſent/quo minus dæmonicis illuſionibus incõſulto aquieſceret/& neu curioſior eſſet & elatior in deo p̱ ꝓphetas identidẽ ſciſcitãdo/neue circũferetur omi uẽto doctrinæ:Sed em̃ reuelatiõi quoq́ꝫ ipſi proſpiciendũ ſi uiſis alijs & reuelationibus cõfirmet̃ an infirmet̃ / q̄ ſi diuerſę ſup̱ eadẽ re fuerint/& pluribus & q̃ a ꝓbatioribus hoĩbus aſſeuerant̃ aquieſcendum:maxime ſi ei diuina eloquia & humana ratio cõſentiat:de quibus ſequẽti capite diſſeremus/penſanda itaq́ꝫ multa ſunt & illud in primis ſi conſtãs ipſa reuelatio fuerit/ ſi ſacris cõſona libris/ſi ad honorẽ dei & hoĩm ſalutẽ p̱tinet/ ſi nõ abhorrens ab eis uiſis & ab eo ſcribẽdi loquẽdiq́ꝫ modo q̃ ſanctis hoĩbus ab eccleſia ꝓbatis attribuunt̃/ſi ſimilitudinẽ gerat cũ eis de q̃bus nõ dubitamus. Sed neq́ꝫ prorſus inſolitę uiſioni aſſentiendũ diſſentiendũve/potius in neutrã declinandũ partẽ/ & in tp̃s examen differendũ:Iacob.n.dũ de ſomno Ioſephi filij ſermo haberet̃ / cui multa inuidebat̃ a fratribus/nõ ſtatim ſñiam tulit. Pater aũt(inquit ſcriptura) rem tacitus cõſiderabat/& ſtellã illã ex Iacob ortã.i.Mariã uirginẽ Chriſti matrẽ cælorũq́ꝫ reginã/dũ ab Gabriele angelo ſalutaret̃ nõ actutũ aſſenſiſſe legimus: ſed cogitaſſe qualis eſſet iſta ſalutatio.Sanctus quoq́ꝫ Ambroſius iudiciũ præceps non habuit in reuelatiõe ſibi facta de corporibus martyrum Geruaſij atq́ꝫ Prothaſij: Ita & alij quorũ & noĩa & merita ad p̃ſens recenſere lõgũ & operoſum eſſet Sãcti uiri pariter effecere:ita magnus ille Antonius/cuius ſæpe mẽtionẽ habuimus/nec nõ libẽter ſi opus fuerit habituri ſumus faciendũ monebat/ p̃cipiebatq́ꝫ inter alia ſuis auditoribus/cũ aliqua ſe illis offerret uiſio/audacter requirẽdũ q̃s nã ille eſſet & unde ueniſſet / ac ſine mora ſi ſanctorũ eſſet reuelatio ex angelica conſolatione timor uerteretur in gaudiũ:Si uero diaboli eſſet oblata tẽtatio fidelis aĩæ percunctationibus euaneſceret:Sic Naue filiũ auxiliatorẽ interrogando cognouiſſe:nec Danielẽ percunctautẽ latere potuiſſe inimicum ita faciendũ eſt nobis eorum exemplo cogitare.ſ.quæ nam uiſio / & qualis etiã reuelatio ſit / ſi conſtans an nutabunda/ſi plena aut interſperſa uanis rebus/an magis grauis & fœcunda bonis.Si cum prophetarum & apoſtolorum uiſis conuenit an euariat/ ſi bonum ſuadet purum atq́ꝫ ſincerũ/ an adumbrata uerius boni ſpecie ineſcat ad malũ : id multifariã

dæmon efficit/nam & malũ ſuadere poteſt/qđ malũ ex fine eſt/ ex ſuo etiã genere malum habet/& malũ etiam quia uetitũ eſt/quo grauius uidelicet pnitioſiusq̃ noceat/nõ em̃(ut Auguſtinus inqt in libro de uera religione)ſimplex peccatũ eſt nõ ſolũ malũ/ſed etiã uetitũ admittere:Inſidiat̃ uero callidius & facilius imponit uerſuto illo p̃ſtigio dæmon cũ diſſimulata malitia/quãpiã boni p̃tendit umbrã/ aut finis aut alterius circũſtãtiæ:Illud quoq̃ circũſpiciendũ nõ ſtatim uerũ eum haberi debere pphetã: qui id ipſum ptulerit qđ alius etiã uerus aſſeruerit: nã ut alias mittam cauſas poteſt dęmon aliquãdo nouiſſe reuelationẽ quæ ſancto cuipiã uiro facta ſit/illiuſq̃ ſenſum pſeudo pphetæ manifeſtare:quo & ſuus etiã quẽ afflat alioquin falſus ppheta uerus appareat/deinceps examinãdũ uera ne oĩa reuelatio cõtineat aduſq̃ minimũ. Quippe cũ in ſpiritu ueritatis/nulla ſit falſitas:in ſpiritu uero mẽdatij (ut Gerſon ait)mille ſunt quãdoq̃ ueritates apertæ/ut in unica latẽti falſitate decipiat/hac de cauſa dęmoniacos Chriſtus/& Paulũ pythoniſſas cõpeſcuiſſe/& a ueritatis teſtimonio phibuiſſe: deinde ſi ſupnę p̃ferat titulos ſapiẽtiæ quos Iacobus apoſtolus receſet: ea em̃ pudica eſt/pacifica/modeſta/ſuaſibilis/cõſentiẽs bonis: miſericordia & bonorũ operũ plena/cuius abſq̃ ſimulatione iudiciũ eſt:cęterum & cogitandũ eſt/cũ multi dicant̃/ſpiritus poſſe a quibuſlibet uiſiones ſpirari/quæ quanq̃ diuerſæ & ſint & habeant̃ p diuerſitate ſpirituũ internoſcere tamẽ & iudicare nõ oĩno facile: cum em̃ præter deũ qui ſpũs eſt oĩmq̃ ſpirituũ creator & corporũ: Angelus etiã ſpiritus ſit/dæmon ſpiritus/humanus ſpũs rationalis/humanus ſpiritus aĩalis/unũ accipere quis pro alio poteſt / qui in dignoſcẽdo uerſatus non ſit:qñ & in faciliori etiã conſideratione ſæpenumero nõ difficile labimur: quippe cum affectiões rationales animæ/ab aĩalibus eiuſdẽ quæ in phãtaſia.ſ.& ſenſu reponantur/ſecernere nõ oĩbus in promptu ſit:patet & de conſenſu in uitia dũ probe aliqñ neſcitur/conſenſerit ne ratio an magis ſenſus interior in iuſſu rationis aberrauerit. Mitto difficultatẽ inter ſuperiorẽ & inferiorẽ portionẽ ſpũs humani:Qua ppter ſi fieri poteſt / inueſtigandũ quantũ ad reuelationẽ ptinet unde ſpũs ueniat aut quo uadat/qđ Nicodemo quare id neſciebat Chriſtus dñs ait:Vocem eius audis/& neſcis unde ueniat aut quo uadat. Idipſum Bernardus quanq̃ diuinis reuelationibus aſſuetus nunq̃ ſciri datũ ſibi affirmauit : hoc etiã ad donũ diſcretiõis ſpirituũ ptinet/cui illud potiſſimũ peculiare dirigere hoĩem / ne aut in admittẽdo reuelatiões noxias aut in rẽnuendo utiles deliret. fit enim qñ ut niſi ſapor ille intimus aut diuinus radius illabat̃ in mentẽ/ nec ratio nec experimẽta ſint ſatis/ Nam mitto q̃ Zacharias Ioã. pater ppterea q̃ angelo reuelãti nõ credidit ſemeſtri linguæ uinculo pænas luit/de illo quid ſentiendũ: de illo inq̃ qui mandãti pphetæ/ut ſe percuteret nõ acquieuit/ut Regũ ſacra narrat hiſtoria: ob id em̃ quaſi facinus admiſiſſet. Idẽ propheta qui dixerat:In uerbo dñi percute me : ſubiũxit: quia noluiſti obedire percutiet te leo: atq̃ eo ipſo die leonis eſt uiolentia necatus: Ratio enim ad id caligabat/quod ſtatim diuinus ille radius oſtendiſſet.

¶De diſcerniculo contrariarum reuelationũ. Caput Quartum.

[S]Ed enim radius hic nõ datur omnibus/qui enim ſuſcipiunt/ de quibus ſequenti capite agendũ/eo uti ad certiſſimũ diſcerniculũ queunt: q̃bus uero deeſt alia eſt opus diſcretione ne decipiant̃/ & eo pręſertim q̃ ſup eadem re contrariæ ſæpenumero uiſiones prædictionesq̃ habentur/ prophetæ Baal numeroſi prædixerunt Accabo regi eundum illi in Ramoth Galaad aduerſus Syros fœlicem præliũ pollicentes / ſinente deo ut ſpiritus mendax

omnes deciperet. Micheas dei ueri propheta primo illis (impietate regis ita exigē-te) consentire uisus est/mox ueri proferēdi a rege adiuratus fundendū fugandūq; illius exercitum prædixit. actutumq; trusus est in carcerē: quoniā & regiæ uolun-tati/& prophetarum gregi fuerat aduersatus. sed Micheā uerum/reliquos falsos probauit euentus: In ijs uero difficile discerniculū: quoniā dei testis unus Myria-dis dæmonū extra controuersiā prǽferēdus est: uerum aliquando euenire posset ut qui dæmone ducuntur/uel simulando/uel dissimulando fallant: Sed nec omni-no clarum incontrouersumq; quispiā arbitraretur esse/quin diuersa & contraria possent a bonis angelis reuelari non qua illa ipsi a deo haurirent/qui est ipsa ue-ritas/sed qua quisq; eorū sua ducitur coniectura in rebus illis contingētibus/quæ ad ordinē & mysteria ecclesiastici decursus pertinēt: sicuti in Daniele patet apud eos qui principē illum angelū præsidentē Persis bonū fuisse asseuerant: qui tamē angelus angelo reuelanti Danieli uiginti & uno diebus restiterit: Sed quātotius ij ipsi qui instruuntur/certiores fiunt consulto ab angelis deo: nec putandum est bonos angelos reuelare posse contraria: Aliud enim corā deo merita offerre con traria: sic enim pugnā illā/seu prælīū & resistentiā sacri doctores interpretant̄/qui sententiā Gregorij suscepere/arbitrantis principē illum Persarum bonū esse non malū: ut alij putarunt: aliud inq; est quęq; merita offerre/pro suo uel populo uel ꝓpheta supplicante: aliud contraria pugnantiaq; reuelare (cum eorū qui contradi cunt uerus alter falsus alter sit necesse est: In angelis autē bonis nec falsitas esse po test nec mendaciū: qui primę. s. ueritati hæserunt ab initio eaq; perfruunt̄ ꝑpetua beatitudine stabiliti: cui falsitas inesse non potest. Periculū maius īminet dum qui prophetę creduntur contraria ꝓferunt & ambigitur cui nam sit assentiendū. Gra-uiores tū & doctiores rudibus præferendi: dicerē sanctiores/si sanctitas hęc in ter ris extra controuersiam posset agnosci: Mares quoq; fœminis ob eam quā supra scripsimus causam/q; si ambę sint fœminæ & contradictorias reuelatiōes promāt ut de beata Birgitta & Catharina diximus: Iam sexus nō in causa in quo pares nō uita & gloria alterius alteri præiudicat/utræq; sanctæ utræq; & beatæ in cœlis/& in terris ab ecclesia honoratæ/non inexperientia discernendi/utręq; diuinis reue-lationibus assuetæ/utræq; de earū discerniculo scriptis mandauere: quā ergo ue-ritate illustratā/quā delusam uel a dæmone/uel a seipsa dicemus: an forte ad theo logos recurremus: qui discordes etiā sunt/tam&si Catharinæ maior pars eorum qui probati sunt concordent. Birgittę nūc fere oēs qui religionibus addicti/diffi-cillimū sane limpidā cernere ueritatē inter rationes/auctoritates/reuelationes al-terne pugnantes & aduersas/quādo etiā nec adhuc ecclesiæ iudiciū/aut hanc aut illā opinionē condēnauit: utpote quorū nulla per sese ad fœlicitatē perducat & li-berum sit homini utrā maluerit deligere: tunc in cœlis ueritatē noscemus & q mo do alteram opinantur/tunc alterā intuebunt̄: Sic & de similibus facere nobis in ar bitrio est/cū utrimq; & placita & rationes & reuelationes huiuscemodi offerāt se. Maior numerus si cetera sint paria minori p̄ferendus est. Cæterū & in alijs diuino rum similitudo eloquiorū imitatioq; sanctorū & ratiōis etiā humanę cōsensus: Al tera in lance dūtaxat positus p̄ponderat: quare eis reuelationibus/quę alioqui cre dendę quoniam & sacris litteris & humanæ rationi atq; prudentię conueniūt/& doctis probatę sunt/si pluriū accedat confirmatio prophetarum/& eorū qui spiri-tus discernere nosse creduntur/sine ulla dubitatione assentiendū/tam&si quæpiā in contrarium duci uiderentur: nam sunt adeo insulsæ uel ex se quandoq;/uel cō dictione proferentium/uel cōparatione illarum quibus refragantur/ut eas confir ment potius q; infirment/& se uel a dęmone/uel a male sano homine profectas ꝓ-

dant/nec aliquo pacto mirandum/si dæmon Christo/& ueritati mendaciũ aduersetur: Vnde ueri semper prophetæ cum falsis bellarunt: Sic Micheæ non solũ/sed Heliæ & alijs aduersati sunt prophetæ dæmonũ. Sic & Delbora & Olda & Philippæ filiæ diuinæ ꝓphetissæ. Sic Prisca Maximilla & aliæ dæmonicæ.

¶ Quemadmodũ examinare considerareq; reuelatiões suas debeat q̃ p̃noscit. Caput Quintum.

Qui uero suscipit reuelationes diuinitus/ ea ipsa quæ in alijs cõsideranda monstrauimus in seipso in primis consideret/ in seipso inq; & extrinsecus & intrinsecus non solum quo ad uitam & mores / sed quo ad ipsam etiam reuelationis essentiam & qualitates pertinet: ne tanto sibi pernitiosius noceatur a dæmone quantominus sibi caute prospexerit & superos influxus aut curiosius affectauerit/ aut oblatas imprudẽtius admiserit: præter hęc & alia quoq; pensanda dum & sibi non solum/sed alijs etiam detrimento esse possit qui temerarius fuerit. Illud autẽ non obliuiscatur examinare quod apud Syrũ Isaac virum diuinis rebus inhiantem/ & peritum rerum spiritalium: legi multas esse causas cur reuelationes præbeantur: primum generalis utilitatis gratia dari eas censuit: Dein proprie consolationis proprieq; adhortatiõis atq; doctrinę/ tũq; id subnectit uel simplicioribus illas deum largire consuesse/ & quibus nulla penitus malicia dominatur: uel ijs qui ad summũ sanctitatis culmen peruenerunt: uel qui ȥelo dei incensi inflammatiq; sunt/& seculo huic & humanæ quoq; conuersationi: atq; ijs omnibus quæ uidentur nuncium remiserunt: Sed & aliquando euenire ait ut qui minus operantur / & minus laborant eas percipiant magis quoniã ei cui a uisilibus humanisq; rebus consolatio est/minus a spiritalibus atq; inuisibilibus uisitatur/& diuinum citat responsum/ quod solitario cuipiam hac de re datum/est querenti enim illi reuelationes dictum fuisse refert/ est tibi satis colloquij & consolatiõis humanæ. Alteri ab eręmo ad episcopatum tralato / & solita reuelationum solatia postulanti respõsum fuisse scribit/ non episcopatus causa priorem gratiam recessisse/ sed quoniam eręmi habitatoribus condonari reuelationes solerent/ nec decere ut quisquam utraq; polleat ni aliquod eorum quæ supra memorauimus in causa sit. Cõuersationem igitur tuam qui reuelationes suscipis/diligẽter examinato ne ludificeris /& ubi uel cõmunem in ea utilitatem uel propriã exquisite non percipis uel reijce/uel ad aliornm iudicium defer/quod nequaq; refugere debes præcipue ni magnopere uel experimentis/uel doctrina polleas. Quare ni diuinarum rerum sciẽtia aut diuturno usu peritus fueris/nec sacris eruditus litteris qui occulta prænoscis/ peritos doctosq; in reuelationibus discernẽdis ꝑtinus consulas/ij enim pensabunt in primis / si superba curiositate quæ te alioquin nimium tui amatorem præteriret ducaris in præceps: Si humilis fueris enixe rimabuntur illo si carueris/ hoc si tenueris: bene se habebit res: sed parum idoneus sciscitator fortasse eris ob minimã non aliarum tantum rerũ/ sed tui ipsius cognitionem superfluum autem amorem: nam & illud examinis dignum ducent: si hoc diuulges ut consularis/ut spiritali prouentu dites alios ad honorẽ dei / & utilitatẽ ecclesiæ: ob hæc Paulus/Antonius/alij: quanq; humilitatẽ seruarent / ipsi & alios docerent/ proprias tamẽ gratias/& contemplationum suarum mystica diuinasq;

reuelationes patefecerũt: alioquin tacendas ni aut propria: qđ diximus: aut publica urgeret utilitas / quæ illi aut quanta aut qualia cogitabunt atqꝫ decernent. Pensabunt & illud num tua illa alteri uisioni / reuelationi ve aduersetur / quæ sacris mandata litteris uel recẽs demissa cœlitus & euentum rei & nobilibus aliis signis ueluti diuina a peritis theologis confirmata sit. Euenire siquidem nec difficulter potest / ut cum difficile sit / a diuinis dęmonica secernere / malignus Sathan bonis semper infestus lucem ueritatis / quam exsufflare nequit obumbrare satagat / legitimis adulterina commiscens: ut cum reuelationes scilicet aduersę uideantur nesciatis ad quem pertinet / utram deligat alia relicta / uel quid nam sibi faciundum / & quo pacto interpretandæ sint / ut ueræ ambæ credantur / qua perniciosa fallacia tentatos etiam gentiles / indicant uaria dæmonum oracula sibi ipsis aduersa: Indicat & illud Vergilii:

Nil me fatalia terrent.
Si qua phryges præ se iactant responsa deorum.
Sat fatis Venericqꝫ datum: tetigere ꝙ arua:
Fertilis ausoniæ troes sunt / & mea contra.
Fata mihi ferro scęleratam excindere gentem.

Hæc inqꝫ pensabunt / si aduersa prioribus fuerint / quæ alioquin bona putentur / & finis quo rationem habebunt / si ad mores uidelicet ad rem publicam / ad diuini cultus honorem ipsa reuelatio pertineat / an magis iactabunda / nec aliud quicqꝫ præter admirationem paritura: Si sacris quoqꝫ sermonibus consona fuerit examinabunt. Nec te periculo uel contemptus uel irrisus cõmittent / priusqꝫ ad sacras alias reuelationes conferant / Cyprianus martyr eo in libro / cuius aduersus Astrologos fecimus mentionẽ / reuelationem sibi factam / ꝙ clerici fœminarum contubernio uti non deberent / testimoniis scripturarum fultam reliquit: ne ut ait ueluti somniator irrideretur: idem alii effecere / quanqꝫ aliquãdo ipsemet Cyprianus suas reuelationes sicuti & alii / sine testimonio prõpserint / quod probatos & expertos nõ dedecet: Sed ex te sciscitarentur illi / nũ carere uelles reuelatione ipsa / modo in alios / uel in te id emolumenti afferretur / si alteri data fuisset: bonum enim & diuinæ signum illustrationis / si in eo te albo reposueris: ut omni curiositate reiecta / nihil nisi spiritale cõmodum cupias: teipsum prętere a hac in parte non ignorato ut percipias / qui nam motus animi reuelationem ipsam præcesserint / qui comittentur / qui sequantur / sed & cogitationes priores ueluti anteambulones animo ꝓpendito / & posteriores ueluti asseclas examinato / q̃bus facile depræhendas ipsius reuelatiõis condictiones quemadmodum ex principis famulatu & insignibus / non difficulter qui nam sit ille cognosci datur: Tristicia uero si reuelationem comitatur / nec recedit / sed perseuerat / etiam si primo gaudio perfusus fueris dæmonicę illusionis titulum præfert: quod & dicturi sumus in probatione spirituum: sin læticia & hilaritas post metum exoritur / & permanet crescitqꝫ: diuinæ præsentiæ signum / & haustę ueritatis indicium est: hoc ipsum confirmant exempla / de sacris litteris accepta & antiquorum theologorum / cum experimenta / tum dogmata: sed tam rationi humanæ id consentaneũ est / ut gentes ipsę putarint a diuinis idipsum reuelationibus proficisci debere: & qui susciperent diuino quodam numine perfundi / sicut fingit Maro / hoc ipsum accidisse Aristæo dum cecinit:

Hæc ait & liquidum Ambrosiæ diffudit odorẽ.
Quo totum nati corpus perduxit / at illi.
Dulcis compositis spirauit crinibus aura:

Atq; habilis membris uenit vigor.
Rectius multo ut mihi uidetur ꝙ Homerus & si (ut celebres nostræ religionis doctores probãt) Mosaicam ipse in ægypto doctrinã olfecerit. Hic enim post Palladis a Telemacho discessum robur illi & audaciam additam cecinit / & paulo post stupore eundem affectum prædicat / quod diuinæ apparitionis signum minime ducitur / quin ex aduerso stuporem prius timorem / ut dein fiduciam & hilaritatem diuinæ visiones secum afferunt / quem ordinem hoc in loco cæcus ille poeta alioquin multa uidens & pene Lynceus nõ aspexit canit ẽm τὼ δὴ ἔνι θυμῶ θῆκε μένοσ κὰι θάρσοσ & post Paulum: θαμβησεν κατα θυμον ὄισατό γαρ θεον ἔ.ναι Citamus autẽ aliquando Philosophorũ gentiliũ & poetarũ etiam utriusq; linguæ testimonia / ut nostris hoĩbus pateat etiam ex alienis ueritas ea quam pro uiribus asserere conamur utq; dignoscatur / si quid boni in eis legendis eruitur id ipsum a deo omnium bonorum fonte / & a Mose / atq; prophetis scriptoribus gentium longe antiquioribus emanasse: quod illi sæpenumero figmentis inquinarunt: Sed ad id reuertamur unde diuertimus dicebamus multa examinaturos qui periti sunt diuinarum uisionum / Illudq; item illi magnopere nec semel rimabuntur: an dulcedine reuelationis propriȩ tenearis / & doni ipsius cȩco amore capiaris / minus ꝙ decet in eum propensus qui largitur. Periculum ẽm ne hunc in modum hamo propriæ delectationis inescaris a dæmone / ut prudenter cautũ est in dialogo beatȩ Catharinæ Senensis. Nec te lateat / quod & supra de Accabo narratum / & quod in Eçechiele scriptum est quarto decimo capite / quod & cõsultori & consulto noscendũ esset / ne iuxta suas immundicias cõsultori detur responsum / neve propheta in sui perniciem decipiatur / Caueat quoq; ne uel inani mercedula pellectus / uel uano rumusculo captatus / non solum uana uideat / sed uana cogitet & memoria repetat quæ Moses / Eçechiel / Hieremias: Alij contra prophetas falsos promulgarunt: Illud quoq; spectato si promptus fueris bonorum doctorumq; uirorum consilijs aquiescere / an magis pertinaci uolũtate defendere quod habueris / dices forte si lumen affulserit / te non ægere altero qui iudicet / cum certior sis eius beneficio quacunq; ratione quocũq; naturali lumine / etiam principiorum scientiæ: fateor quidem te extra omnem esse rei illius dubitationem quæcunq; ea sit / si pro ea noscenda prænoscendave prophetico illo fulgore perfusus fueris. Sed & tu quoq; iterum fateberis posse fieri ut decipiaris / putans te id habere quod non habes: Si minus ratione polles / & emotæ sis mentis / si extreme quoq; affectus fueris. Noui enim plurimos alijs in rebus non mali iudicij / nec a uero abhorrentis: una in re supra ꝙ dici possit / hallucinari quid dicam an exoculari: putare se esse pontificem: præesse alijs / cum etiam subesset vix dum sacris initiatus: Alium noui etiã litterarũ studijs candidatum ex nimio odio putasse inimicam sibi fœminã flatu afficere aerem pestilentia: Vnde plurimi oppetierint: quid: ꝙ unum quendam prophetam in annalibus obseruatum repperi: qui elapso etiam tẽpore quo futurum quidpiam asseruerat / tãta mentis cȩcitate ducebatur / ut nunq; falsum dixisse fateri / nec minis nec uexationibus uoluerit / & iam centũ & eo amplius anni fluxere quo mendax apparuit: Ioannem de Rupe scissa doctũ alioqui theologum: Legimus eo insanie deuectum / ut quȩpiã de futuris a semet affirmata / nec minis nec carcere (quo a sui ordinis ministro detinebatur) recantare uoluerit / quin & impensius ea semper asseuerauit tandem spiritus mendax in ore illius inuentus est: In temporis enim condictione falluntur multi quæ antiquis prophetis spiritusancto plenis non frequenter etiam patebat / hanc temporum condictio

nem & metam qui curiosius prędicere satagunt sæpenumero delirant/ & maxime cū Antichristi prescribunt tēpus. Nam Arnaldus Hispanus præter ea quæ a se de futuro Antichristi aduentu coniectatus fuerat reuelationem quempiā multarum atq; magnarum rerum fœtam adducit in libro de mysterio cymbalorum & aduē tu Antichristi ad monachos Scalæ dei/ quæ centū annos præfixit euentibus: Præteriere ducenti/ nec impletam esse prænunciationē constat. Hanc magni fecit reuelationem Arnaldus quoniam ab homine illitterato latino edita stilo fuerat: sed falluntur in reuelationibus falsis: Alij pernitiosius/ ut qui in eremo quinquaginta annos cum egisset/ & ad omnium pene culmen uirtutum cum peruenisset/ illusus a dæmone & male persuasus in puteum se præcipitauit: qui pene iam exanguis ab accurrentibus monachis ereptus/ atq; ut pœniteret monitus in obstinatione sua mori maluit/ q̄ negare se angelico diuinoq; præcepto id effecisse/ quod astu scilicet dæmonum perpetrauerat. Alteri suasisse dæmonem/ ut filium imolaret/ alteri ut circumcideret se Cassianus narrat. Alius Ruffus nomine/ officio episcopus/ iuuenem quendam in Hispania auctoritate signis comparata Heliam se profitentem/ Mox Christum asserentem adorauit: propter quod episcopatu/ eum deiectū Seuerus affirmat. Signa autē ea quæ a Iudæis olim expetebantur: nunc etiā efflagitari solent/ ab ijs quibus fides exigua: non satis firmum argumentum haberi debent propheticæ ueritatis: nam sæpe signa fallacia sunt dæmonum opere parata: Hoc uero bifariam contingit: dum aut ille palam asistit inuocanti mago qui se prophetam mentitur/ aut astute callideq; malicia dissimulata ingerit se/ tam illū scilicet q̄ populos ludificans: ex ignoratione uero dæmonicę potestatis pro ueris miraculis sæpe recipiuntur quæ prestigia sunt: adulterinaq; ostenta: Nanq; totius creatæ naturæ operationes excellere quæ miracula extra omnem prorsus cōtrouersiam sunt/ consentaneum est/ uel ex re ipsa quæ fit alioquin supra ipsius naturę uim & facultatem: uel in faciendi modo/ ut ea. s. fiant quæ aut momento/ aut eis intermedijs quibus uel naturæ inferioris uirtus/ uel dęmon ea tanq̄ instrumento utens operari nequeant: sane in plerisq; delusa gentilitas diuina putauit quæ supra uires dūtaxat inanimatę naturæ fiebant/ in cote nouacula cęsa/ in aqua gestata cribro/ in alijs plerisq;: Sic & Platonici multi delusi in dæmonum operibus qualia apud Iamblichum leguntur demirantem multa/ quę malignorum spirituum ope fieri potuerunt: ea uero ab ijs patrari nullo pacto queunt quæ supra (ut diximus) totius naturæ uim agunt/ qui ueri dei freti potentia sunt/ si uel rem factam/ uel modum & ordinem faciendi spectes/ q̄ si a nostris interdum fiant/ quæ dæmonicam potentiam exsuperare non uidentur/ tum finis ipse perspiciendus/ quo clare sacra secernuntur a prophanis: Sed & imaginaria (ut diximus) ludificatione sæpe fallūt dæmones/ ut in dubium propheticæ ueritatis argumentum existiusmodi apparentia desumi nequeat. Adde q̄ ueterum prophetarum/ quanq̄ alij perpetrati miracula fuerint/ ut Helias/ ut Heliseus/ alij tamen nullis eiusmodi claruisse leguntur ut Amos ut Hieremias: ut ipse Ioan. Baptista/ plusq; propheta/ qui ueluti scriptū in eūāgelio est/ nullū signum fecit: quare paruam habent efficatiam eiusmodi prodigia: plus ponderis inest in uita & in moribus. Atqui munus est dei ueris ꝓphetis habere fidem/ falsis abrogare credulitatem. Siquidem multi qui nec Amos/ nec Zachariæ/ nec Hieremiæ/ dum in humanis degebant/ obstringebāt fidem periere quanq̄ miraculis minime coruscarent: quanq̄ sacerdotes eos persequerent̄. Sed neq; ob miracula Heliæ/ & Helisæi perfidi crediderunt: nec Christo domino quicunq; eius uidere miracula adheserunt: quin & plurimi persecuti/ & Iudas pro-

didit Apoſtolus/& factorũ teſtis:Hinc depræhendere quoqꝫ poſſumus fidem eſ-
ſe donum diuinitus conceſſum quo qui nõ obſtiterit deo iugiter illuſtranti parti
ceps ſit. Abutuntur autem plurimi ſupercœleſti gratia/ & ne copiam exuperan-
tis luminis intueantur cõniuent/ quotus enim quiſqꝫ ad celebre illud miraculum
paulo ante germaniæ monſtratum oculos aperuit/cum ob Chriſti paſſionẽ nobis
ut uereor mãdatã obliuiõi/cruces/lanceæ/claui/ſpineæ coronæ/ & q̃ alia ille ꝑtulit
cœlo demiſſa ſunt:hęc quaſi pluuiatiles guttę pãnis & carni hominũ illabebatur:
rubro plurimũ colore:quandoqꝫ nigro:Sed & rebus etiam in animis affigebant:
qua de re quadringẽtos & amplius heroicos uerſus/ quibus titulus Stauroſtichõ
ſcripſimus & MAXIMILIANO Cæſari dedimus:qui ſuperiore anno dũ eſſem
apud eum in Germania nobis plurima id genus miracula oſtẽderat. Sed iam un-
de abieram redeo:conſideranda ſunt diligenti examine quæ reuelantur tibi: cauẽ
dumqꝫ ne lumen / quod in te eſt:iuxta domini uerbum tenebrę ſunt: illudqꝫ con-
ſiderato illum diſſenſionis non eſſe deũ/ſed pacis. Quapropter ſi probi illi & do-
cti uiri fuerint/quos conſulis/aut conſentiẽt/aut non reclamabũt/ſi lumine ſcilicet
eius didiceris quod patefacis:ſi uero doctus ipſe fueris reuelationes tuas ad ſacras
litteras/ut ad indicem lapidem argentarij fabri monetam ſolẽt examinato/ ſic pru
dentiſſimus theologus Gerſon diſſeruit/ & præter alia quæ diximus caue ne ſub
inuolucris ænigmatum/uel Amphibologiæ/ uel Barbarorũ nominum deludaris
a dæmone:ita enim facile quicqꝫ falſi irreperet / quod a diuina reuelatione procul
eſt. Decimooctauo capite Deuteronomij : de diſcerniculo uerbi quod dominus
loqueretur ſcribitur:hoc habebis ſignum quod in nomine domini propheta ille
p̃dixit/& nõ euenerit hoc dominus non eſt locutus/ſed per tumorem animi ſui p
pheta confinxit. Satis enim dæmoni ad nocendum ut inter innumeras ueritates
uel minimum falſitatis immiſceat. Sanctimonialis quædam ante paucos annos
a maligno ſpiritu ſub figura glorioſæ uirginis decepta:regl'as ſi recte memini bis
duodenas miſit eodem nomine ad præcelſum quendã regem/quibus & prouin-
tiarum ſuarum regnum temporale & animæ quoqꝫ ſpiritale cõmode ſancteqꝫ gu
bernaretur:rectæ ille quidem & eximia claritate perſpicuę/non nulla quoqꝫ præ-
dixit/quæ confirmauit euentus:adeo ut totum ſe illius conſilio gubernandum tra
dere uolebat rex:ni uno in mendatio depræhenſum illud oraculũ & regem ip̃m
& ſubditos pariter ab imminenti periculo liberaſſet : ſemet quoqꝫ decipere præ-
noſcens poteſt:ſi abſoluta pro cõdictionatis (ut ita dixerim)& contra ſi quæ con-
dictionem habent annexam ſimpliciter & abſolute pronunciat : non enim tantũ
decipitur : ſed decipit ſemet / nam quæcunqꝫ a deo reuelantur effectum obtinent
ſemper/eo in ſenſu quem ille intellexit:non ſic autẽ a propheta ſemper intelligun-
tur:Nam & Eſaias de morte regis Eçechiæ/ & Nathan de ſtruendo templo/ & Io-
nas de Niniue ſubuerſione/qđ ſpiritus ſanctus uellet primo nõ diuulgarũt: corre
cti autem a deo ſtatim & moniti ſunt:quid agendum eſſet:alioquin fortaſſe in eos
populus ſurrexiſſet iuxta legis edictum. Dignatur igitur declarare deus prophe
tis ſuis qui puro eius amore flammati ſunt/dum in prænunciandis euentis nõ col
limant:nec a periculo deluſionis abfueris. ſ. auidus habende uiſionis & reuelatio-
nis hauriendę fueris:quanqꝫ bonũ tibi præſtitueris finem : Nudum em̃ a deo ab
omni cupiditate habere animũ oportet/ut etiam exemplo Petri identidẽ a te tan-
qꝫ a peccatore reijcere eas non perhorreſcas/quod nõ difficulter aſſequere/ſi te ſu-
pernorum huiuſcemodi munerum minime dignum cogitaueris/& ſane tanta eſt
humana miſeria/ut niſi mens obcecata fuerit cogitare nõ poſſit ſe dignam eſſe di-

uinæ reuelatōis aut se suis confisam uiribus/deludi facile posse nō formidet mul- ta certe caligo gentium oculis offusa fuit ob multa scelera & potissimum ob Idolo latriæ facinus rationis tamen lumen id penitus non extinxit/multa nanq; de uno deo/de sanctis moribus lumine diuini uultus quod supra nos signatum est: ut in- quit propheta:uiderunt multa quoq; a sacris litteris : quanq; non sincære didice- runt ut ab antiquis nostrę religionis doctoribus est demonstratũ adeo ut nec ab re de qua disserimus alienę oīno fuisse uideant: Si quidē multa supra attulimus q̃ probare id commode possent. Sed præterea apud Homerum omnium qui apud gentes extant scriptorum antiquissimum sæpe repperi in Odyssea potissimũ eos quos introducit de supernis loqui monere/ne id ipsum quod diceret vulgaret:sed & aliquando dubitasse affirmat eos qui uisa suscipiebant ne deciperent/ atq; inter alia Telemachum fabulatur dum Vlyssis parentis in aliam trāsformati effigiem uocem audiret / ancipiti stetisse animo ne a dæmone deluderetur / quamobrem ambiguis cogitationibus æstuantem illum Homerus patri respondisse cecinit: οὔ σύ γ᾽ ὀδυσσευσ ἔσσι πατηρ ἐμοσ ἀλλά μὲ δαίμον θέλγαι ὄφρ᾽ ἔτι μάλ λον ὀ δυρομενοσ στεναχιζω Inde quoq; periculum imminet falsitatis/si de tē pore futuri euentus prænunciaueris / nulla hausta temporis ipsius condictione per reuelationē/sed humana dũtaxat coniectura diuino oraculo tempus præfinie ris:falli quoq; poteris/si quod confuse impliciteve & in uniuersum perceperis hu mana postea ratione particularius definire & explicare præsumes: eāq; interpræ- tationem/uti diuinam aliȷs præbere:Igitur omnia caute pronunciāda ne surrepat lubricus error & quoad certior effectus fueris suspende iudicium:Hac de re Hie ronymus multa dixit & scripsit : ꝙ si quid reuelatio continere uideatur tua / quod bonis uideatur moribus obuiare/ut olim Abraæ de filiȷ imolatione:ut de prophe ta percutiendo ꝙ supra narratum / & si quid simile : si diuinitus reuelatio uenerit/ iussionem seu uoluntatem diuinam intelliges affulgente lumine illo/quod ꝓpheti cum nuncupauimus / quo limpide clareq; cognosces ita agendum omnino esse: sicuti lumine fidei scripturę diuinæ credendum esse:sicuti lumine naturæ pruden- tia duce in agendis rebus fore procedendum:alioquin Abraam in filium Oseę in ducenda uxore fornicaria peccassent/quorum alterum legi / alterum etiam natu- ræ contraire & repugnare uidebatur : oportuit igitur potentiori fulgentiorıq; qđ supra diximus lumine manifestum fieri contra eas leges eundum esse: ita iubente deo/qui se iubere ostenderat ȷs quos clarissimo illo lumine ꝑfuderat/ quod donũ dicitur discretionis spirituum de quo iam particularius ꝑtractandũ est.

¶ Q. differt a prophetia spirituum discretio / quo ueræ probantur reue- lationes/deq; probatione multiplici. Caput sextum.

h Oc igitur donum quod spirituum discretio nuncupatur/ non idem est ꝙ prophetia / ꝙ reuelatio/ita edicit Apostolus : ita docet Augustinus: ita experimenta confirmant:is enim in gratiarum quæ gratis datæ uo- cantur enumeratione:Donum discretionis spirituum a prophetiæ do- no discreuit:aliȷ inquit donum scientiæ: aliȷ sapientiæ : aliȷ prophetia : aliȷ discretio spirituum. Idemq; alibi ait. Probate spiritus utrum ex deo sint:quod non dixisset/ si a reuelatione & prophetia discretio ipsa spiritũ non differret. Legimus quoq; & experiuntur multi/reuelationes infundi illabiq; animæ futurorum notas cum sæpenumero non discernat qui suscipit a deo ne/ an demone/ an ab humano spi-

ritu deriuatæ fuerint: Illud autē repugnare quis forte opinabitur quod in principio libri ſcd'i diximus de reuelatiōe/ſed qui totū caput ꝑlegerit facile percipiet reuelationem a nobis bifariam fuiſſe diſtinctam/ quarum alteram ad ſpirituum diſcretionem pertinere ſubſignauimus/ ſed coniūgi ſæpenumero & eodem lumine patefieri: Auguſtinus ī libro de cura pro mortuis agenda de apparitiōe martyrū diſputans: an eorum id preſentia fiat/an per angelos qui eorum ꝑſonas ſuſcipiāt/ an utrunqꝫ: ſubdit cui data eſt diiudicatio ſpirituum/ipſe ſcit iſta ſicut ſcienda ſunt & talem fuiſſe credendum Ioannem illum monachum/quem de belli ciuilis euentu maior Theodoſius conſuluit imperator: habebat inquit etiam prophetiā/neqꝫ em̄ ſingulos ſingula munerū iſtorū/ ſed etiā plura unū habere poſſe nō ambigo. Hęc ille. De hoc item Ioāne Auguſtinus idem/in quinto de ciuitate dei/plura diſſerit ut ſupra nos ex parte meminimus: & Paulus diaconus: & Ruffinus in hyſtorijs & alij qui monachorum uitas cartis rettulerunt. Donum uero diſcernendi ſpiritus/id agit ut ſpiritales noſtræ animæ guſtus inter ſyncærum manna diuinę reuelationis & mellitam dæmonis offam exquiſite dijudicet: & ad ea etiā quandoqꝫ protendatur iudicanda quæ in aliorum animis illabuntur: vnde & aliquibus datum ut alieni cordis arcana cognouerint: cum tamen ſcriptum ſit: Nemo ſcit quid ſit in homine niſi ſpiritus eius qui in ipſo eſt: Opus eſt enim ad hæc noſcenda ſuperiore quadā cognitiōe/ quæ propriæ etiā & naturali cuiuſcūqꝫ noticiæ fulgori præponderet/omnium autem nō eſt diſcernere ſpiritus & probare ſi ex deo ſunt/ ſed eorum quos ad id elegit omnipotens ſingulis diſtribuens (ut inquit Apoſtolus) pro ut uult: ſed hanc probationem ſpirituum multifariam ſumi poſſe reperimus: quodam enim generali modo eruditionis & ſtudij eloquiorum diuinorum probare datur ſpiritus ſi ex deo ſunt/cum regulæ multæ in ſacris litteris & theologorum monumentis reperiantur ad reuelationes ueras a falſis diſcernendas: de quibus ægimus ſupra. Fit item per inſpirationē intimam & lumen illud prophetię ut proprias quiſqꝫ ſeu prænotiones ueras ſeu falſas illuſiones diſcernat: eſt & modus alius ex utroqꝫ mixtus cum tam doctrina ꝙ experientia diſcernuntur & probantur ſpiritus: Eſt & illud ipſum diſcretionis donum/ quo non ſolum ꝓprię ſed alienæ reuelationes cognoſcuntur/diſcernuntur/dirimuntur: Nā & donū ipſum diſcretionis quādoqꝫ ad priuatā ſuſcipiētis inſtructionē cōceditur: quādoqꝫ ad eccleſiæ ipſius edificationē queādmodū & prophetiæ & linguarū & ſanitatū gratia diuinitus præſtat: ſed nec probis tantū/ſed interdum & reprobis dari poſſunt/uti Gerſon & in examinandis doctrinis/& in diſtinguendis uiſis/ & improbādis ſpiritibus quibus de rebus ſingulos edidit libros/copioſe docet: Nulla aūt regula humano excogitari ingenio poteſt/quæ aliqn̄ in particulari aliquo caſu/aut nō fallat aut fallere nō poſſit: præter eā quę dei (ut diximus) dono ſuꝑne demittit̄ prima igit̄ probatio doctrinā ſpectat: Scd'a experientiā: nō tamē humano ingenio cōparatā ſed diuina largitione conceſſam alicui pro ſe. Tertia continet utranqꝫ/diuini muneris. Quarta eſt/ex officio Hierarchico & aliena quādoqꝫ ſecernit. Caſſianus autē diſcretionē cōmuniori ſignificatu expræſſit/ut non ſolū ad reuelationē/ſed ad omnia pariter agēda protendaretur/& ex abbatis Moſi ſententia definiuit ueram diſcretionē non niſi uera humilitate acquiri: quo pacto inter datas gratis reponi gratias non modo uideretur/ſed ex ea quæ gratum facit hominē proficiſci/ ſimili modo diſcretio probatur apud beatā Catharinā Senenſem prima ꝑte dialogi/ tā&ſi procedente opere de diſcernēdis uiſis pręcipiat̄/ut mox dicturi ſumus. Dignum autē cōſideratiōe eſt/nō intelligere nos de omnibus reuelationibus etiā ueris di

ſcretione ſpirituum opus eſſe: aut eas experimentali dulcedine oportere diſcerni: Nam quæ in ſacris libris continentur/ & quæ conſenſu vniuerſalis eccleſiæ ſuſcepte iam ſunt præter hunc ordinem habentur: de illis enim fides eſt non certitudo/ qualis diſcretiõe ſpirituũ & lumine illo experientis ve guſtu comparatur: quancꝫ non contendimus quin ſpeciali priuilegio fieri poſſet/ ut ea quæ iam credita ſunt indito particulari lumine particularius etiam & exquiſitius cernerentur uerũ/ ſuppoſita fide quæ reuelantur examinanda ſunt & probanda: cui ergo ſpirituum donata diſcretio/ utatur ad dei honorem/ ad eccleſiæ ſuicꝫ ipſius utilitatem/ cui doctrina dei etiam clementia obtigit: uti poteſt ad finem eundem/ cui etiam experiri conceſſum eſt diuinas reuelationes & interno guſtu eas ſecernere & dirimere ab naturalibus & dæmonicis in deum ipſum: a quo omne bonum: id referat. Imitentur quicuncꝫ ſpiritalibus afficiuntur/ ſanctiſſimos illos uiros: qui uel omnibus his modis uel alteris diuina probauerunt: Sanctiſſimos incꝫ apoſtolos & poſt eos/ Carpum/ Dionyſium/ Cyprianum/ Antonium/ Martinum/ Franciſcum/ Ioannem eremitam/ Ambroſium/ Bernardum/ & alios fere innumeros/ qui partim doctrina/ partim meritis & exemplis ſpiritus probauerũt/ & ꝙ experiebantur ipſi nõ uno oẽs uerbo/ ſed diuerſis eodẽ tñ ſpectantibus/ quod paſſi fuerant exprimebãt/ put cuicꝫ eorũ uidebatur poſſe id ſignificantius effici. Antonius cui ſpecialis diſcernẽdorum ſpirituũ obtigerat gratia non difficile arbitrabatur/ bonos ſpiritus a malis poſſe diſcerni/ nã inter alia/ ſanctorũ angelorũ tradidit amabilẽ & tranquillũ aſpectum eſſe/ qui tacite leniter cꝫ properantes gaudium exultationem fiduciamcꝫ peccatoribus infunderent/ tum mentem noſtram non turbidam/ ſed lenẽ & placidã angelorum luce radiari/ & auidã præterea/ ut cum his quos uideret feſtinaret ad cœlum/ ꝙ ſi fragilitate condictionis humanæ miro quis eorum fulgore perterrefactus fuiſſet/ quod multis diuinæ ſcripturæ locis indicat omnem ex corde continuo auferri metum/ quem incuti monuit non tam ex pauore animi/ q̃ ex magnarum rerum aſpectu. Peſſimorum uero angelorum/ truces vultus/ ſonitus horrendos/ ſordidos cogitatus/ plauſus/ motuſcꝫ indiſciplinatorum adoleſcentum/ uel latronum ex quibus confeſtim timor animæ/ ſenſibus torpor incuteretur/ Mæror/ tedium/ mætus mortis/ cordis hebetatio/ & alia nonnulla/ præter hæc incõmoda. Si igitur poſt timorem horrore contempto ſucceſſiſſet gaudiũ/ & ad dominum fiducia/ atcꝫ ineffabilis charitas diuini eſſet auxilij ſignum/ ſin autẽ inquit incuſſa formido permanſerit hoſtis eſt qui uidetur quoniam nec refouere nouit/ ut Gabriel pauentem uirginem ne timeat iubet: quinimo pauorem duplicat/ & uſcꝫ ad profundam impietatis foueam/ ut ſibi homines proſternantur impellit Monicha uero Auguſtini mater/ cuius etiã ſupra meminimus diſcernere aiebat/ Neſcio quo ſapore/ quem uerbis exprimere non poterat/ quid intereſſet inter animam ſuam ſomniantem & deum reuelantem: Beata Catharina illa (cuius paulo ante mentionem fecimus) rettulit ſe hoc a deo ſignum diſcernendarũ mentis uiſionũ accepiſſe ſi dæmon in forma lucis ſeu angeli/ aut ipſius ueritatis/ aut ſanctorũ in mente quapiam transformaret ſe/ id euenire docuit/ ut primo gaudium & alacritas præſentaretur animæ mox euaneſceret/ & tedium accederet obortis etiam tenebris & ſtimulis atcꝫ fuſcedine: contracꝫ ſi a deo uiſitaretur anima ſanctum aſpectu primo timorẽ & cum eo gaudium pariter & ſecuritatem ſuſcipere prudentia comite/ & ea quidem dulci (ut dubitando non dubitet manente gaudio cum fame uirtutũ. Si quidem procedente opere manifeſtauit alacritatem ipſam perfectũ omnino & ſufficiẽs non haberi ſignũ niſi ardenti uirtutũ deſiderio & humilitate perfunderet

anima/ & in fornace diuinę charitatis exureretur ea: Itaq; uirgo si alacritatis feruentiorisq; uirtutum amoris fieret accessio/diuinas a dæmonicis discernebat. Diuus Bernardus interno quodam afflatu & odore sentiebat/ gustabatq; quando sibi etiã aderat diuina uirtus ad patranda miracula & operandas sanitates. Apud Seuerum legimus/ cum per spiritum sensisset Martinus domini adesse uirtutem Cathecuminum orationibus eius a morte suscitatum. Alij per illuminationem experientiæ: Alij per lumen Propheticum: Alij per sensum diuinum minus sensibilem/ut Origenes contra Celsum disputans: Alij per inspirationem intimam: Alij per consilium: Alij alijs id expræssere uerbis/ ut apud Gregoriũ/Cassianum/ Augustinum/Athanasium/ Vgonem/Ioan. Gerson/ alios legere datur & noscere Illud. huiusmodi autem in rebus/sicut & in alijs omnibus dei egemus ope. Quapropter cum multa Antonius de probatione spirituũ disseruisset/subiecit hoc magnopere postulemus/ut donum spirituum discernendorum mereamur accipere/ quo secundum sententiam scripturarum omni spiritui non credamus: De prænotione igitur rerum in uniuersum deq; suis speciebus/diuina/naturali/superstitiosa curiosa/& de eorum partibus/& proprietatibus/ & de illis demum internoscẽdis/ tum asserentes uera/tum improbantes falsa/ nouem his libris tot a me litterarum monumẽtis relata sint/ pro nostra & eorum qui lecturi sunt utilitate/ad omnipotentis dei laudẽ/cui honor/gloria & imperiũ/per infinita secula seculorũ: Amen.

Ioannis Francisci Pici Mirandulæ domini
& Concordiæ Comitis/De rerum
prænotione libri noni
& ultimi
finis.

Ioannis Francisci Pici Mirandulæ de morte Christi & propria cogitanda libri tres.

IOANNES FRANCISCVS PICVS MIRANDVLA HIERONYMO SAVONEROLAE FERRARIENSI ORDINIS FRATRVM PRAEDICATORVM SERVANTISSIMO. S. P. D.

ERITVS Sum pater religiosissime ne ingrati nomē aufugiēs: eiusdem notæ discrimen incurrerim: Siquidem Ioanni Pico patruo vita functo (qui multa in me beneficia contulit) gratias referre nixus: Dei beneficium ipsius etiā opera ad nos delatum præteriui silentio: Nam in recuperandis uulgandisq; litterarijs illius monumētis nullo certe non præconio maioribus: atq; etiā scribenda vita: tutandisq; nonnullis metaphysicis dogmatis: totum hoc ab eius obitu consumpsi bienniū: Taciturnus interim: tam & si non oblitus diuini muneris. Quapropter & leonis sniam considerās docentis non esse uerecūde/sed ingratæ mentis tacere diuina bnficia: & pariter aiaduertens si flagitium existimatur cœlasse alios quæ pertinent ad salutē corporibus conciliandā: in eum qui absconderit anthidotū animi seuerius vindicandū censeri: venit in mentē/quicquid ex hoc concepi emolumenti: si palam facerem: posse me simul & id ipsum in alios deriuare: & collato deitus beneficio partim etiā satisfacere: Quippe ob mortis Christi & propriæ considerationē a me habitā: aspirāte deo optimo maximo: intercedētibusq; patrui monitis: cū prolatis corā: tū repetitis per epistolas effectum fuit: vt posthabitis honorū ambitu: regum fauoribus: popularibus auris: atq; id genus cæteris: que christianā uitam aut labefactāt/ aut omnino molliunt: breui gyro mea vota sepserim/ intra desideria naturæ contētus: Dicato igitur opere: utrāq; mortē prosecutus sum: diuturnum silentiū redimens: Et eo presertim consilio: ut ingrati animi labem: si qua contracta esset: pro virili abstergerem: & inuitarē legentes hac bipartita recordatione: ad bene uiuendi semitam uel capessendam: uel concitatius percurrendam: Quod equidē simulac dare in publicum constitui: te potissimū delegi: in cuius nomine appareret: Non quod mihi uideretur dignum tua in litteris præstātia: tua vitæ sanctimonia. Sed ut iusto tibi iure debitū: Id nāq; nobis sæpe tribuisti: vnde ad ipsum elucubrandū excitaremur. Plurimaq; spiritualia beneficia es impartitus: Quo factū/vt eadē fere ratio: quæ ad cudendū me illud impulerit: ut idem tibi dicarē obstrinxerit. Accessit & alia causa neruosior sane atq; potētior: tuarum scilicet precum suffragia: Quibus apud deū cupimus adiuuari in consequendis ampliter retinendisq; ipsarū cognitionum fructibus: quos iam degustare occepi: & alijs insinuans stilo manifestaui: Multos enim vidimus qui cum recte uiuendū alijs suasissent: id ipsum postea sibi non persuaserunt. Tum q frequenter a moribus dogma dissentit: tum q omnes cum ualemus (ut ille inquit) recta consilia ægrotis damus. Quare cum alicunde mihi petendū esset auxiliū/ad te ventum est pater optime/ vti ad eum quo adhuc (facessat adulatio & absit inuidia verbo) & doctiorem simul & prudentiorem & moribus sanctiorem cognoui neminē: Quibus si propheticū addidero spiritum: quo preditus calamitates futuras quæ iā impendūt iā iminēt: diuino iussu auribus Italiæ atq; vtinā nō surdis insonuisti: extra omnē fuerit controuersiā/ si quidē tuis precibus diffidam me magnopere aberrare. Librum igitur hunc nostrum eo animo quo nos soles suscipe: Cumq; totum perlegeris (si tamen per occupationes licebit) fratribus tuis vt legendum tradas exopto: Qui si tecum inter legendū quod offendat inuenerint: id totum primis & iuuente annis & lucubrationū condonēt rudimentis: ignoscant quoq; nō tam celeritati conficiendi operis (id enim quadragesimum circiter absolutum est diem) q emittendi cupiditati. Neq; enim cum pie-

tatis officium & utilitatem eam pensare quæ sententias contēplanti: si modo christianam simplicitatē minus fastidiat: affutura est: Horatiano dogmati acquieui: ut libellum hunc tot apud me premi menses uoluerim: quot ille annos præcepit. Vale: in tuis ad deum precibus memor mei Mirandulæ. xiij. Calendas Nouembris. MCCCC. nonagesimo sexto.

1496

Index Capitum totius operis.
Capita primi libri.
Prohemium.

Capita secundi libri.

Capita tertij libri.

¶IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE IN LIBROS DE MORTE CHRISTI ET PROPRIA COGITANDA PROHEMIVM

o MNES Ferme prisci tẽporis homines: qui sapiẽtes vulgo censebantur: summũ illud bonum: ad quod anhelat tota natura: qua potuere ratione uestigauerunt: Diuersa tamẽ pro arbitrio de ipsius & natura & sede sibi statuerunt: alijs relicta veri semita: per præruptas rupes confragososq; calles id ipsum perquirentibus: Alijs proprijs inuentis gaudentibus: atq; in voluptatũ cœno se mersantibus. Et quanq; inter hanc philosophantiũ turbam nonnulli fuerunt: qui deuium & distortũ iter magna ex parte deserentes: recto proxime applicuerint: congenito lumine ferente opem: Omẽs tamen obsepti caput ignorantiæ nube: a via perfecte virtutis aberrauerunt. Quãobrem & iure quidẽ in cogitationibus suis cũctos euanuisse Paulus ap̄ls iudicauit at ꝓmulgatis pręceptis diuinę legis ꝑ Mosen Abraę posteritati: q & dei purissimus cultor extiterat & cũ eo fœdus sempiternũ inierat: Copiosus veritatis splẽdor/ tam & si quadã umbra circũdatus affulsit orbi: Quẽ tamẽ intueri potuerũt uniuersæ gentiũ nationes: Ne aut sub idolorũ cultura crassissimis obtecte tenebris in p̄ceps ruerent: aut solo hũani intellectus hebeti fulgore cõtentæ: ad solis iusticię radios cecutirẽt. Illius em̃ legis ope/ fœlicitatis uere imago/ adũbrata tamẽ/ apparere

hominibus occæpit. Sed nec hebræorũ populus/ cui data lex illa peculiariter fuit/
dignas diuino munere retulit gratias: Quando quidẽ alienos deos adulterinosq́
sequutus: summi & veri dei iugum excussit: Ipsumq́ demũ ducem/ & in lege &
in prophetis ipsius spiritu afflatis ꝓmissum: cuius uestigijs ad beatitudinem per-
ducentibus insistere debebat: hoc est christum dei filiũ/ uerũ deum/ uerũq́ hoiem/
obstinatione & inuidia neglexit/ irrisit/ crucifixit. Vnde ob tot perpetrata facino-
ra merito reprobatus est: & nos electi: Qui scilicet christũ colimus/ atq́ ꝑ reseran-
da cœli ianua/ ob Adæ scelus occlusa: summa qua genus hominũ charitate cõple-
ctitur sponte & libentissime crucifixũ credimus. ¶ Hic disclusis umbris & velamẽ
tis antiquæ legis: finem nostrum non antea plene patefactũ mũdo reuelauit: sum-
mam illũ dũtaxat trinitatẽ esse ꝑsonarũ docẽs: in diuinæ essentie vnitate idiuidua:
Quæ purgatissimis mẽtibus & cerni dabit̃ & possideri. ¶ Ad quẽ etiã cõsequen-
dum duo necessaria esse tradidit: Amorẽ videlicet dei/ & ꝓximi: ex q̃bus tota pen-
deret lex: & veluti de perẽni fonte bonorum omniũ operum fluenta decurrerent.
¶ Hæc aũt duo ut facilius & copiosius cõparari possent: cum alij alia in suã utilita
tem excogitauerint aliosq́ docuerint: & mihi idẽ cogitanti meditãtiq́ assidue: pri
mum Ioannis Pici patrui monitis: deinde experiẽtia constiterit: potissimã ad hoc
uim illud habere: si mortẽ christi iugiter memoria repeteremus: Nostrãq́ identi-
dem quæ futura est: & uelocissimis aduentat cursibus/ cogitaremus id ipsum alijs
insinuare dignũ duximus: Rati ea quæ & ꝑ se sunt bona/ & aliq̃bus plurima adiu-
menta cõtulerint: nõ posse etiã sanæ mẽtis hoĩbus nõ placere ut patefiãt: necnõ dis
plicere ut sileant. Suffragat̃ nobis & euidẽs ratio q̃ñ ex vna uerus parit amor quo
nulla uis in hoĩe potẽtior: ex altera timor quo nulla frenãtior: Quæ duo apprime
nobis sunt necessaria: Quippe post primi parẽtis peccatum humana mens hac il-
lac raptatur & discerpitur a parte sensili: quæ semꝑ aduersus spiritum ob uitiatæ
naturæ fomitem concupiscit. Diuiditur aũt sensilis hæc pars in appetẽtiam: cuius
amor: & in irascentiã cuius timor. Affectio primaria est. Hæ cum brutæ sint & ra-
tionis expertes: fallanturq́ ob id mirũ in modũ: oportunũ videtur imo necessariũ
ut duabus quasi pedicis cohibeatur. Ad retundendã igitur illius petulantiã & ef-
frenatã libidinẽ: huius ĩmanitatẽ & feritatẽ cõtundendã alteri ꝓponi oportere iu-
dicaui q̃d amandũ sit: alteri præstituere quid timendũ: ut nec illa noxiũ ꝓ salubri
appetat: nec bonũ hæc ꝓ malo formidet: sed pari inter se cõcordia ratiõi deseruiãt
& famulẽtur. ¶ Quo circa tris libros destinauimus huic muneri: In primo mõstra
bimus operæpræciũ esse ut aĩa christũ crucifixũ meditetur: eũq́ pro amussi sibi
cõstituat: qua cuncta oꝑa dirigat: ne uel aliquid deliret in appetẽdo. In secũdo hoc
idem quantũ scilicet ad timorẽ pertinet de mortis ꝓpriæ cogitatione tractabimus
ut irascentiæ uis intra limites debitos coherceatur: Ex his conuelli extirpariq́ &
disperdi uitia in uniuersum: uirtutesq́ eorũ loco nec impendio plãtari pro uirili
docentes. Demũ applicabimus manus tertio: in quo demõstrare quo ad poteri-
mus enitemur ex iugi utriusq́ mortis cogitatione & uitia cuncta speciatim singu
latimq́ explodi ĩmo prorsus eliminari posse: & uirtutes acciri facillime: inseren-
das menti ut copiose fructificent: Hasq́ ipsas meditatiões ad ea quæ credere de-
bemus quæ sperare quæ operari maximo esse nobis adiumento palam faciemus
nec non & ad amandũ Deũ & proximũ ualidissime nos impellere. Sed quemad-
modũ in primis ceu per cõmunia quædã id factitabitur ratiõibus interdũ ex phi-
losophorum theologorũq́ pœnu depromptis ut eruditis mos geratur: Ita in ulti-
mo cum facilioribus argumentis: Tum particularius eadẽ prosequemur ut qui-
buslibet satisfiat. Sed iã recidẽtes præfationis morã: primũ librũ aggrediamur.

IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DE MORTE CHRISTI ET PROPRIA COGITANDA LIBER PRIMVS.

Caput primum. Cunctis rebus inesse amorem.

p

ER VETVS ET TRITA SENTENTIA EST CVNctorum in litteris bene audientiũ consensu recepta & confirmata: inditum esse amorẽ rebus uniuersis: Nec modo substantijs ultra mundanis a materia sensili prorsus adiunctis: sed hoĩbus sed brutis: sed plantis etiam atq; ipsis inanimis: Quæ quanq̃; cognitionis & sensus penitus sunt expertes: ipso tamen genuino amore intraneę formæ conserto propriã sedem & locum: quo conseruentur: satagũt adipisci: Sic ignẽ leuitate sua in superna ferri: Terrã suopte pondere petere centrũ: Sic stirpes ramos in aerem mittere: radices in terrã figere perspicimus. Hunc amorem seu appetitũ (Promiscue enim de utroq; locuturi sumus) naturalẽ appellauere: illũ sensilẽ: qui propriã apprehensionẽ sequitur: nec tamen a rationis examine profluit: Qualẽ cernimus in brutis: quæ concito precipitiq; cursu cõcupitas res tumultuanter petunt: & quas perosa sunt: fugiunt: Hominis amori rationalis appetitus nomẽ imposuere: utpote quẽ ratione moderamur atq; in libra appensum oportuna consideratione perpendimus: quo flectere debemus. Intellectualis amor ab initio spiritibus sep̃atis obtigit Quorũ ob superbiã multi in caliginosi huius aeris baratrum infernasq; sedes corruerũt. Reliquis in gratia firmatis & beatitudinẽ perpetuã cõsecutis: Qui quãto sunt pfectiores: tãto uehemẽtiori amoris ĩpetu ferunt̃ in deũ: Cui nõ modo cõuenit amor: sed & ipsissimus est (ut ita dixerim) amor & charitas infinita: fonsq; totius amoris & origo. Qui cũ sit summũ bonũ: seipsum sũme diligit. Quãdo quidẽ amoris obiectũ (ita eñ recẽtiores appellãt) bonũ existere nõ ambigit. Cætera vero in tantũ diligit: in q̃ntũ sunt bona: si qdẽ ab ipsius intellectu & uolũtate essentiã bonitateq; accepe.

¶ Amorem esse primum animæ motum. Item animam humanã sicut & alia naturaliter deum supra omnia diligere. Caput secundum

c

Aeterum amor ratiõalis animæ de quo reliquis omissis in his libris potissimum uerba facturi sumus inter cæteros eiusdem motus (sic enim motũ & Aristoteles & nostri theologi usurpant) principẽ obtinet locũ Præsupponiturq; uti radix & seminariũ unde reliqui pfluunt: Nunq̃; enim peragere quiremus aliqd nisi ab amore prouocaremur: Nam & desideramus bonũ amatũ & gaudemus lætabũdiq; exultamus vel adepti iã uel sperãtes. Præterea nec mœremus nec tristamur nisi cum ipsum aut acquisitum amittimus aut cum nos spes consequẽdi frustratur. Ipsa uero anima quæ se intelligit diligitq; cũ propriã naturã cõsiderare incipit protinus cõgenita intellectus uirtute se summum non esse bonum perspicit: Imo multa ignorantia obtenebratã multis præssam calamitatibus: Quo fit ut ui uoluntatis bonum semper flagitantis sitibunda moræq; impatiens ad ipsum summũ bonum quærendũ transferatur: Bonum inquam quod rebus omnibus in uotis esse prisci illi sapiẽtes Aristotele authore definierunt: Quodq; ut diuinus docet Dionysius ad sui amorem conuertit omnia. Relicta enim rebus uniuersis in ipsa creatiõe atq; ortu scintilla quedam & portio (ut ita loquar) diuinitatis est: Qua & ipsam querant: tanq̃; id cuius benigna largitate fluxerunt: Eandemq; sicut effectus causam sequantur: Amando videlicet &

imitãdo pro nature capacitate. Verũ in ipsa summi boni cõcupiti uestigatõe plurima se offerũt animæ diligenda: Tũm ꝙ boni aliquid possident: Tũ ob similitudinem quandã & eiusdẽ naturæ participatione: Quãdo quidẽ ab eodem principio ea deriuata in lucem & ad eundẽ finem tendere percipit: Quæ secundũ diuersos naturæ gradus cũ diuersis etiã perfectionibus donent: eadẽ proportiõe eodẽq; tenore ab ipsa distortis affectibus nõ inquinata diliguntur: In quibus tamẽ nec figit gradum nec hęret inuestigio: Quoniã eadẽ ut summũ deum lucrifaciat omnino post habet: Quẽ supra se ipsam nedũ supra cætera diligit & estimat: Nã quod alterius cuiuspiã magisq; suipsius est in illud potius naturali fertur amore q̃ in se ipsum: Cernimus eñ sentimusq; partes ipsas ne totũ illud cuius sunt partes periclitet & pereat laboribus dispẽdijs & internitõi se exponere: Legimus pro tuenda patria alios strenue bellãdo inter hostes cõfertissimos oppetijsse: Alios sibi certam elegisse atq; consciuisse mortẽ: Quin etiã ipsa manus ad detrimenta corporis sũmouenda prõptissime occurrit ipso id quãdoq; nõ cogitãte cuius est manus: ut scilicet in se potius excipiat irrogatos ictus q̃ totũ ipsum vulneret: grauioreue in alio mẽbro principaliori faciat iacturã: & sane nihil aliud nobis insinuat cũ fusti petenti caput manũ ire obuiã perspicimus q̃ desideriũ quod sibi natura ingenuit tutandi conseruãdiq; maioris boni præ se dilecti. Sed cum deus bonũ ipsum sit & cõmunius excellẽtiusq; q̃ aut dici possit aut excogitari: sub quo & aĩa & oĩs creatura cõtinet: Que hoc ipsum qđ est dei esse oĩno ambigi non põt: Colligi oportet qđ sumus ꝓsequuti deũ. s. a creaturis cũctis nedũ ab aĩa ꝑ se ipsis & diligi & coli.

¶ Quod in amãdo sæpissime nos ipsos fallimus & quomodo. Caput tertiũ.

u

Erum enimuero in angelis qui peccauerunt rectus uolũtatis ordo confusus & dissipatus ẽ: Qui tãdiu ĩ primo hoĩe de limo terre formato mãsit integer q̃diu summi dei mandatũ custodiuit: Eundẽq; transfudisset in posteros si illud irritũ nõ fecisset: At ob inobediẽtiæ patratum scelus uitiata natura originaliq; iusticia deperdita particulare bonũ cõcupiscimus & sequimur nisi diuina nos clemẽtia adiutet: & q natura ĩtegra nec aliquo paterni sceleris cõtagio maculata supnaturalis gratiæ additamẽto ferebamur ad amandum deũ præoĩbus: (& si opus haberemus ipsius auxilio ut ad id moueremur:) nũc læsa & egrotãte opitulante semp eo naturæq; medente indigemus: Quo factũ ut in amãdo multifariã falli possimus: Atq; in primis nõ flagitãdo diuinã opẽ: Qua respuere valeamus falsa bona: Quę caro ipsa spiritui ꝓponit & administrat cõtinue atq; etiã ut acceptet bellũ mouet: Quippe ꝙ ei subiecta esse nolit sed semp rebellis & infesta sit: utpote q̃ a primi patris obediẽtia se ab eo tpe subtraxerit quo ipse diuinis ꝑceptis audiẽs nõ fuit. Ludificamur etiã ob nimias passiões qbus allucinãt ꝑstringunturq; mẽtis oculi: unde ꝑsepe malũ ꝓ bono captamus: Nã in quocunq; malo & inest & cernit aliqd boni: Alioquin nequaq; malũ desideraremus cõcupiremusq;: qm̃ nemo malũ qua malũ est diligit aut affectat cũ præter uolũtatẽ sit authore Dionysio. Illius ergo apparẽtis boni specie decepti sępe mortiferũ ꝓ nectare uenenum bibimus: Particulareq; bonũ multa malitia admixtũ auide haurimus: summoq; bono præferimus illecebris uoluptatis deliniti: Hinc accumulamus diuitias tanq; non morituri: Hinc uolutabro uitiorũ mergimur obliti virtutum quibus iter est ad fœlicitatem: Nutrimus corpus & excolimus animam post habemus & negligimus: Cęterũ & hac ratione deludi possumus si videlicet bona ipsa ad consequendum summum bonum conducentia ueluti uirtutes (quibus omino nobis opus est) pro summo bono colamus finem ultimũ nobis ipsas præstituen-

tes aut affecti studio famæ perpetuę aut alia quapiam affectione inordinata: Quibus efficitur ut sæpius modo huc modo illuc pro libidine sensuũ exorbitemus.

¶ Obiectum aliquod animæ assignari oportere quo in contemplando & amãdo deo iuuetur: Alioquin eam facile decipi. Caput quartum.

a D hos igitur euitandos errores oportet finem nostrũ ante oculos habeamus: Quoniã ex fine apprehenso nascitur amor: indeq; operationes & officia suboriuntur: sed cum summũ illud bonum quod semper anima concupiscit & sequitur iuncta corpori non nisi post mortem possidere possit/ideoq; in eo querendo uel a malo uel a multis bonis sed creatis & non summis distrahatur pro præsentis uitæ cõditione(ut sumus ante præfati) & sæpissime ardentius q̃ oporteat eisdem inherendo decipiatur: a uero q; bono excutiatur: laborare operæprecium est vt a salutaribus pestifera secernamus: Quod optime cõsequemur: si locũ aliquẽ delegerimus & assignauerimus animæ quo se cõferre possit post quotidianas imo singulis momentis angustias emergentes tanq; in portum tutissimũ & propriam sedem: Quam non adepta mœreat: Quam cõsequuta quiescat: instar rerũ naturalium: quæ in proprio loco quiescunt: Ab eoq; cum abducuntur utpote uim perpesse illuc se transferre moliuntur: sed & vnumquodq; propriam exercet operationem ex speciei principijs profluentem. Bruta & enim (ut mox diximus) insitos & insculptos habent a natura appetitus infensa cauendi & prosequendi salubria: Habet & hominis uoluntas suam inclinationẽ/ amorem scilicet quem suum esse pondus Augustinus aiebat: eoq; ferri quocunq; ferebatur. Proprius uero animæ locus: (utimur quippe corporeorum methaphoris ad spiritualia indicanda:) is est a quo per creationem prodijt: Cum eius fœlicitas nil sit aliud q̃ in deum summũ bonũ reditus & quies: Siquidem in eo & intelligendo & amando beatur: Dum uero mortali degit in corpore terrena prægrauata molle peccatorũ quoq; sordibus labefactata propriam sedem ingredi non potest: Alio quopiam loco & proprio propinquiori q̃ fieri possit indiget: unde scilicet sibi procuratura sit aliquid quietis & pacis: speq; interim gauisura: quousq; desiderium illud beatitudinis ardentissimũ expleatur: Præclare enim secum agi putabit si hoc beneficio diuina gratia donetur: vt postq; in hac uita fœlix esse nõ potest imo nec forte uacua magna semper suspitione infœlicitatis: vmbram quãdam beatitudinis & imaginem assequatur: atq; in primis obiectum sibi præstituat: quo & in contẽplando amandoq; Deo & in euitandis dęmonũ insidijs iuuari possit. Similis quippe mihi videtur anima dum in hoc corpore peregrinatur cuipiam uolucrum quã mille querãt insidijs aucupes irretire si modo aerios tractus deserat celiq; regiones mortalibus inaccessas: Nam sicut ea si terram petat aut uisco aut laqueis aut rhetibus facile capitur: haud secus illa cum proprium obiectũ relinquit descendens/scilicet ad hec mundana: auro prædijs ambitione corporeis uoluptatibus illecta diaboli laqueos subit uel difficilime euadit. Hunc prope imodum sanctissimos illos monachos in ægyptijs heremis degentes de animę stabilimento tulisse sententiam Cassiano authore comperimus: Aiebant enim mentis aciem ad rectum esse dirigendam: futurũq; necesse mentem ipsam mutari pro in cursuum uarietate trãsformariq; in illum statum: Qui sibi primus occurreret nisi haberet quo recurreret: cui ue principaliter inhæreret.

¶ Obiectum illud quod animæ proponi debet Christum esse & hunc crucifixum & mortuum. Caput quintum.

q Vale autē sit obiectū illud qđ sibi præstituere debeat anima nunc exequendū Diximus locū eius (ita enim libitū appellare id cuius ope quiescat & beetur: deum esse: Aliūq; illi proximū a nobis in præsentia quærri oportere: Cū eo ipsa frui pfecte nō possit dū corpori corruptioni obnoxiū manet agglutinata. Quanq; em̄ authore Damasceno innatum sit omniū mētibus quasiq; insculptūq; esse deū: Idemq; sit a Platone prius/ deinde ab Aristotele tam in physicis q̄ in prima philosophia probatum: (Vt nostros theologos sacrasq; litteras omittam:) Per quos non solum id ipsum nouimus: sed etiam didicimus trinitatem esse personarum in una & indiuidua essentia quæ est vnus & uerus deus: Adhuc tamen intellectus humanus tanta in luce cæcutit: semperq; caligabit donec exutus carnea deciduaq; toga gloriæ lumine perfundetur: Dei enim natura cum incorporea sit simplicissima & infinita: dum sublunarem hanc regionem incolimus cogitatibus nostris imperuia est. Tum quia omne id quod de ea possumus concipere imensum excedit (ut diuinus docet Dionysius) Tū quia sine phantasmatū adminiculo non intelligimus: vt scribit Aristoteles & docet experiētia. Qua propter ad Christum imaginandū & hunc potissimum crucifixum recurrendum est: facilius quippe passionem illius meditati/ eandemq; animæ proponētes ueluti obiectum circa quod uersetur in bonitatis dei cognitionē deuenimus. Quam licet probe nequeamus ut in se est cōprehendere: possumus tamē in Christo aniaduersam & mente & imaginatione locupletius retinere: Nec ppinquius deo obiectum inuenire possumus: cum & ipse Christus sit deus & homo nostræ infirmitatis medicus & iam deperdite libertatis assertor: Quem vt est homo considerantes propriæ naturæ vires nō supergrediemur/ sed manu ducemur ad ipsum qua deus est clarius cognoscendū: ipsiusq; beneficia cū multa tum maxima quæ in nos extiterūt uberius perpendenda. Diuina quoq; clementia infinitaq; prouidentia factū putauerim/ ut non solū Christi morte nobis aditus præstetur ad cœlū ut scilicet dei & hominū mediator sit eo modo quo scribi est solitū: sed ut etiam tēdentibus in supernam hierusalem tanq; dux itineris in mente resideat: Qui & dei bonitatem humanū genus miseratam in illius morte summe relucentem manifestet: & inter nos & deum sensus & spiritū confortās medius existat. Et enim sicuti uidemus opus esse hominibus obtutu hebetioribus ocularijs specillis grossiores earum quæ uidentur rerū species reddētibus: quibus visui uel forte ob senium caliganti uel aliam ob causam adumbrato opitulentur: Ita nos crucifixi Christi iugi imaginatione indigemus: Qua ea quibus sumus cumulati beneficia/ alioquin ob deprauationē voluntatis & intellectus parū pēsata & expressius & copiosius elucceant/ nec ab hoc studio remotus fuisse ægypti monachos: imo huc omnes vires intulisse: omnes intendisse neruos comperimus. Statuerūt enim sciri oportere ubi mentem nostrā debeamus habere defixā & ad quam destinationē anime reuocare intuitū: Quam cum mens obtinere posset gauderet: & a qua distracta in se doleret suspiraretq;: Totiens se a summo bono recessisse sentiens: quotiens se ab illo intuitu deprehenderet separatā: fornicationē iudicans uel momentaneū a Christi contemplatione discessum: A quo cum paulum deuiaret obtutus/ rursus ad eum cordis oculos dirigendum: uelutq; rectissima linea mentis aciem reuocandū esse. Didicerunt quippe sanctissimi illi homines ex internis externisq; bellis quibus iugiter exagitabantur quantum opum & uirium ex Christi meditatione sibi congregarent ad resistendum nequitijs spiritalibus. Verum enimuero & hac ipsa cogitatione similes nos cœlestibus ciuibus fieri pspiciemus: si quod agunt illi in superna patria & quā viuunt victuriq; sunt vitam fuerimus contemplati. Egredienē

(inquit Ioãnes) & egredientur: & pascua inueniẽt diuinitatẽ scilicet Christi & humanitatem contemplabuntur: & utrobiq; letabuntur summo animi gaudio summaq; pace. Christo ergo ꝓ nobis mortuo reddentes amoris vices summam ipsius clementiam admirabimur: Maximã patientiã mansuetudineq; obstupebimus: & hac exercitatione cum intellectus tum volũtatis excitati concalefactiq; ad amoris rapiemur fastigia atq; ad actionũ obeunda muneta ultro & ardenter properabimus: Donec tandem corruptibile hoc (ut ait Apostolus) induat incorruptionẽ & mortale immortalitatem.

¶Multas ob causas Christum meditandum cogitandumq; esse: inibiq; de diuersis iniqui dæmonis insidijs. Caput sextum.

S Ed cum habitus (vt Aristoteles docet) qualitas sit: quæ facile nõ potest a subiecto dimoueri: Qua item vel bene vel male disponimur ad quidpiam agendum: opus eo nobis est: ut Christum fixe facile & cum delectatione cogitemus: Nec ob id solũ ut informemus mentẽ hoc est partem animæ abiunctam ab organo corporeo: Verum etiã ut sensibiles potentias uestiamus: totũq; corpus armemus: Pertinet enim ad intellectũ habitus ꝑtinet & ad sensum. Pridẽ qppe eorũ explosa sententia est qui ad intellectũ pertinere ipsum negabãt: sed solũ ad vires sensiles intrinsecus abditas. Et hoc quidẽ cum ratioĩbus Tum Aristotelis testimonio: Qui scientiã sapientiã & intellectũ (quẽ principiorũ habitum nominant) posuit in ea animæ parte. Quæ intelligit & sapit. Atq; ea opinio huic aduersans pariter redarguta est: Qua contendebatur nullo modo habitum competere corpori: quod Alexander Aphrodiseus peccauit: Sed mittamus hos conflictus & nobis ipsis consulamus: qua ratione depræhensum est a philosophis habitus nobis esse necessarios ea itidem cõprobatur liquidoq; deducitur imaginariam vim nostrã egere habitu ad cognoscendum christum inclinante. Eo nanq; in primis indigemus ut ad iustas operationes gnaui aptiq; reddamur: Id enim quod est in potentia ex sui natura ad multa potest pro diuersis affectibus in diuersa trahi & quodãmodo conuerti. Nam si vna tantum operatione in alterum obiectorum uergitur: potest nihilominus vel facillime ad alterum duci. Quapropter naturali quodam stabilimento indiget ad recte operandum: ut sæpius idem factitando hoc est ex frequentatis actibus (ut ait Aristoteles) habitus pariatˀ. Rursus nisi potentia illa/ seu vis ex se indeterminata per hunc habitum ad alterũ contrariorum libentius flectat quod præ altero ducat eligendum præcedere semper perscutationem quandam patrandum actum oportebit: Iam ut cum delectatione compleantur operatiões necessarius est habitus: Qui quidem ei in quo firmatur quasi connaturalis effectus eas consimiles reddit operibus naturæ: quæ sine admixta delectatione non consumantur: Inde nobis manifeste constat actiones nostras ineptas reddi & incompositas nisi congruo animi delectamento patrentur. Quo nos carere oportet si habitu caruerimus: Vnde signum eius esse docet Aristoteles delectamen illud quod in opere sentimus: De liberis tamen actionibus mentio est: non de his quæ natura congenita sunt: profluuntq; suapte sponte ab animali: Nos autem quorum mentis affectus circumagi rotariq; atq; in diuersa discerpi conspicimus forti & iugi imaginatione passionis christi firmare mentem modis omnibus debemus: He aut obscenarum rerum imagines in nos grassentur: factoq; impetu & ceu ruptis aggeribus inundent repleantq; animũ malarum affectionũ: aut sensum & amici irrepentes quasiq; aliud agere ostendentes men-

tem ludificent: Identidemq́; factitando tam familiariter sensibilium specierũ receptaculo illabantur vt Christi imaginẽ non sæpius cogitatam atq; ob id habitu nõ firmatam expellãt. Mille enim nocẽdi artibus utitur antiquus hostis: Mille semp insidias & præstigia ad fallendũ excogitat: Modo bonis operibus decipulas tendit constitutisq́; temporibus tentat: Modo ui multa nos aggreditur vt perterrefacti terga demus: Hinc quasi quasdã inducias paciscitur: ut securi nimis ducamus pigros intra tẽtoria somnos: Inde castra inuadit aperto Marte/uitia aptissime suggerẽdo: Quibus nos iãos debellemus deditionẽq; faciamus. Oppugnat interdũ moenia cuniculis sub specie videlicet boni animũ inescans: ut veluti pisces hamo capiamur: Suadet interdum ut aliquid impendio difficile aggrediamur: Quo uel corpore vel animo defatigati succũbamus oneri. Sæpius etiã ut pusillo animo simus speciẽ indulgẽtiæ ostentat qua magnanimos conatus: nunć; spiritalibus diuitijs non muneratos negligamus. Iam ut diuina ope nimis fidentes debachemur in vitia facilem ad coelos aditum pollicetur. Tempus repromittens poenitentiæ idoneum: priusq́; animã profundamus: Rursumq́; ut de Dei misericordia: quæ summa est quæ maxima desperemus semitam illã quæ ducit ad uitã senticosam/arduam lubricam/inaccessam repræsentat: Scrupulos quoq; imittit innumeros uariasq́; formidines: Eoq; omnino nos conat̃ impellere ut euangelio fidẽ abrogãtes instar Sardanapali uitã degamus: Exoculati aũt sunt atq; etiã in hac vita oĩno miserrimi: quibus hoc prestigio demon imponit. Non est ẽm pax impijs docente Propheta: Sed pax multa diligentibus deum. Quapropter in fide fortiter standũ: Atq; etiam alacriter & strenue pugnandum. Verum operæprecium est ut Christi imago nostræ semper menti resideat: Qua ueluti subitario milite semperq́; instationibus parato infesto hosti possimus occurrere: insidias cauere: & quoscũq; minimos illius motus aduertere: Hoc enim validissimo præsidio consequi nos posse de iniquo demone triumphũ Tertio libro deo fauente sumus ostensuri. Illud autem Iob fixũ menti tenendum est: militiam scilicet esse vitã hominis super terram: ne ludificemur credentes ingredi semper pugnam oportere diuturna consultatione præmissa: Nam continue cruce Christi armati continue stare debemus ad bella parati eius semper sperantes semper implorantes opem: Quemadmodum probatissimos illos priscos monachos factitasse legimus authore Cassiano: Qui crebras & quasi eiaculatas preces ad Deum emittebãt: Sepissime & mente & ore uersantes uersiculum illum/Deus in adiutorium meũ intende. Quod si Christi imaginatione nos non tueamur q̃ ueluti & scuto & ense ab hoste nostro plus fere q̃ dici potest formidando singulis quibus nos aggreditur momentis quo nos conferemus: Mutuatũ profecto ibimus arma hac atq; illac: ut vim propellamus inimici: Nec forte illa nobis ita cito comparabimus ut non præda illius facti opibus oĩbus hoc est uirtutibus spoliemur. Præterea vt ĩ christo crucifixo delectemur ea qua decet leticia eius imaginẽ retinere in anima debemus iugiterq́; uersare: Tum ut hoc habitu quasi in naturam conuerso ingruentes hostium copias (ut præfati sumus (proprijs armis non alienis nostris pellamus e finibus: Is enim est habitus quo quis cum uoluerit operatur (ut inquit Auerroys: Tum ut creberrimis insultationibus resistentes non fatigemur: Fieri enim facile posset: ut lassati nimis præsidio decederemus: Nisi hac Christi memoria quasi naturali effecta sine anxietate bellaremus: Tum etiam ut ad iusta opera peragẽda reddamur alacres: Speq; maiore nixi & fidentius postulemus & copiosius impetremus. Delectare ẽm in Domino (inquit Propheta) & dabit tibi petitiones cordis tui: & alibi/Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum.

¶ Quid Christi mortē cogitantes ad amandum eum disponimur. Triaqꝫ nos potissimum ad hoc inducere. Quodqꝫ ipsa cogitatione patiatur / amor augeatur & conseruetur. Caput septimum.

a T ad amorē Christi ac imaginatiōe cogitatiōeqꝫ crucis eius magnopere rapimur. Tria em̄ potissimũ nos ad aliquē amandũ impellunt: uirtutes ipsius: collata nobis beneficia: expectata dona: Christus autē qua Deus ipsa virtus est dei patris & omne bonũ: Et q̃q̃ om̄is virtus (ut inquit Cicero) nos ad se alliciat faciatqꝫ vt eos diligamus in quibus ipsa inesse uideṫ: Tamen id maxime efficit liberalitas. Quæ aũt potest maior liberalitas excogitari q̃ ea quę efficit: ut quæ nō sunt esse ipsum acquirāt. Quod a diuina Christi natura omni mundo esse collatum & testantur eloquia Mosi: & fides euangelica prædicat. In principio enim creauit deus cœlũ & terrā: & omnia per ipsum facta sunt. An beneficium ullum eo excellentius humano generi contulisse christus potuit quod in ara crucis impartitus est: Dum ut ipsum in omnes miserias per peccatũ primi parentis delatum redimeret ac de diaboli seruitute eriperet se uti hostiā uiuentem & acceptabilē patri obtulit in ara crucis. Expectabilius ne donũ desiderari potest: q̃ illud nobis totiens repromissum: donũ inquā felicitatis æternæ adeo rarum adeo sublime quod sicuti ꝓphetāte Esaie / & docēte Corinthios Apostolo didicimus nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascēdit. Quis ergo creatorem redemptorēqꝫ & ipsum summũ bonũ nō amet: Quis fœlicitatis largitorem toto amoris igne nō prosequatur: Sed & illud inflammare nos impēsius debet ꝙ adhuc in tantum ipse nos diligit: (quanq̃ continuis delictis nostris lacessitus & offensus:) ut qua infinita est charitate si pro salute hominũ dare iterũ proprium sanguinē necesse esset vltro & sponte se disponeret ad luenda omne genus supplicia: Eiusdem enim clementiæ / eiusdē miserationis est. Quæ ꝓculdubio nobis iugiter ruminānda sunt / menteqꝫ tenenda: Idqꝫ effecerimus si crucē eius sæpius imaginabimur: In illa quippe relucent hæc omnia. Quando quidē ex preciosissimo illo sanguine abundātissime pro nobis effuso summā eius bonitatē perpendimus: Quũ negemus humanũ & quidē iniquum diuinisqꝫ præceptis obaudiēs periret æternũ se tradiderit occidendũ: Cuius beneficij animaduersione reliqua quibus sumus cumulati consequio mentē subeunt: Nam & ipsa morte æternam uitam reserauit: Cuius aditus ob Adæ peccatũ præclusus fuerat: & ad eam consequendam nos aptos reddidit. Ob hanc Christi iugē imaginationē qui nos tot bonis sua morte refersit amor in eum noster exoritur exardescitqꝫ. Assidua enim tractatione amatæ rei augeri amorē & habitũ addubitari non potest: licet de modo auctiōis diuersi diuersa protulerint: & super hac cōtrouersia magna sint bella pugnata inter posteriores philosophos & theologos Parisienses (quod doctos non latet:) Idem quoqꝫ de retentione quæ fit in sensibus dicendum. Cum nihil intelligi possit a nobis dum corpori conglutinata remanet anima nisi se tali negotio visum aliquod seu simulacrũ associet: vt ipsi singulis momentis experimur: qui & si deum volumus contemplari: Deum scilicet purũ actũ simplicissimũ spiritũ sine simulachro phātasmate ue in diuiduo comite intellectus & assecla nō possumus lucem scilicet quandā nobis repręsentāte uel aliud quodpiam id genus & ex his quæ nouimus & sensu ꝑcipimus minus q̃ fieri possit corporeũ. Accedit ꝙ quicquid in intellectu recipitur prius fuit in sensu (De cognitiōe loquimur quæ ꝑ naturæ uestigia ꝓcedit) iuxta cōmune dogma Peripateticorũ & parisiensiũ theologorum: qui eos fere semꝑ sunt imitati. Quanq̃ q̃ Platonē & ex nostris aliquē ꝑ-

stantem etiã theologũ multisq; iam sæculis celeberrimũ: sequerentur satis aduersum dogma proferre possent. Seruari uero & custodiri iam natũ & adultũ amorem experimur si rem amatã iugiter mente uersamus: Si.s.intellectiuã speciem ab ipsa re uel lumine uel actione intellectus agẽtis aut depromptã aut illustratã & in intellectu potestatis receptã assidue tractando afformemus: siue solo intellectu(ut communis scola uoluit)siue cum intellectu simul & phantasmate tanq̃ partiarijs agentibus(ut placuit herueo:) siue alias id negotiũ peragat: Assidue inq̃ afformemus. eo ẽm exercitio opus est nobis ne cõcursantes aliarũ rerũ imagines simulachrum spectrumue dilectæ rei aut offundant aut discipent: illæ nanq; in memoria sensili & intellectiua reseruatæ uel ui intellectus uel exterarum rerum sensus ipsos ferientium sæpe agitantur: Et interdum quibusdam quasi turbinibus exestuant. Quanq̃ fuere qui negauerunt & falso memoriam ullam intellectiuam esse intelligibilium specierum receptaculum & ueluti thecam quandam & archulam: Hęc ratio physica & experientia ipsa comprobat: Sed & theologica potest assignari. Nam hostis humani generis qui nuncupatur in euangelio: homo inimicus hoc est malus angelus: qui de sedibus illis empyreis cum socijs cecidit in superiorem animæ partem illabi non potest: Potest autem in organis sensuum cum interioribus tum exterioribus: sed potissimum nos introrsum tentat fallere: Cum præstigium hoc suum magis nos lateat euagantibus exercentibusq; se sensibus exterioribus circa propria naturaliaq; obiecta: Nec enim cõmode exterius nobis posset illudere: nisi omnino uellemus acquiescere suggestioni: At si sensus abditos peruaderet permearetq; uel obscena simulachra cõmouẽs maxime uenereorum ut incitarentur exteriora membra uel noua effingens & imprimens imaginatiõi: facilius rueremus in uitia. Quapropter si nostros sensus & exteriores & internos christi cruce armauerimus: quod ut efficiamus alio non est opus nisi ut uelimus: Duo nanq; officia imaginationi demandata sunt (quod & Thomas in quæstionibus de ueritate intercurrẽter & obiter tangit: ut scilicet species sensiles reseruet intellectuiq; quotiẽs speculari uoluerit ut prẹsto sint efficiat:) si inquã id effecerimus duo nobis inde cõmoda ꝓuenient: Primum q̃ statim malus dæmõ aufugiet: uel nostræ saluti non adeo pernitiose insidiabitur. In tantũ sane peccato superbiæ illius est deprauata uoluntas ut uinci nullo modo uelit præsertim a Christo. Cuius mors tantarũ fuit uirium ut ipsi multam nocendi facultatẽ ademerit: Cum homines non eo modo quo ante illam tentare queat: Tam & si semper circuat(ut princeps apostolorum ait) quærens quem deuoret. Secundum q̃ ex ipsa imaginatiõe utroq; homine ad propensius amandũ cõmouebimur: hoc est & mente & corpe ardebimus ardore inquã suaui: Qui ara quedã est celestis patriæ: Fietq; ut prophetæ succinere uere poscimus: Exultauit cor meũ & caro mea in deũ uiuum: Et iterũ Sitiuit in te anima mea q̃ multipliciter tibi & caro mea.

¶Facillime peccatorũ causas mortis christi cogitatione succidi. Caput.viij.

e X hac quoq; frequenti meditatione mortis ipsius quodammodo familiares effecti calefactiq; stupẽdissimi illius beneficij memor a fundamẽta uitiorum ne iaciantur prohibebimus: & iam iacta conuellemus. Et enim inter peccatorum causas a nostris theologis commemoratas has deprehendi tanq̃ principalissimas enarrari describiq;: uolũtatẽ scilicet & rationẽ atq; sensilem appetitum: Hæc remotior: Illæ proximiores: omnes tamen intrinsecus positæ & in imis abditæ penetralibus: Nihil enim quod extrinsecus accidat:

(quod & ante innuimus poteſt nos ad peccandū attrahere: niſi prius ſenſus cum
ratione ipſa & voluntate operi tam nephando conſentiret: Non concupiſcimus
enim niſi cognita. & cognoſcimus ratione nec tamen abſq; ſenſuum adminiculo:
quem ceu ducem quendam aut una progrediendo ſequimur aut ab eo uiam edo
cti noſtro pro arbitrio incedimus. Quum uero falſum offerri bonum uidebimus
quod blanditijs & illecebris quaſi quibuſdam cruſtis. iniquus dęmon oblinat: ad
Chriſti nos paſſionem ſi eius ſpeciem geremus mente. abſq; cunctatione confere
mus: Indeq; iudicium patrandi operis ſumemus. Fieri quippe uix poteſt ut quiſ-
piam anceps conſilij factus dubiæq; ſententiæ aut ſe non uoluat ad cogitandum
id quo mens propria familiariter uti ſolet perſcrutandi ſaltem gratia an finis obla
tæ rei priori illi fini quadret quem ſibi delegerat pręſtitueratq;: & exercitio iugi p
tractauerat: aut ſaltem cauere poſſit quin ipſa talis rei imago menti per habitum
fixa huiuſcemodi negocio ſe non ingerat & immiſceat: utpote quæ totam mentē
poſſidere ſit ſolita omnibuſq; intereſſe negocijs. Patet hoc ī auaro: qui ſemper de
coaceruanda pecunia aut cogitat aut loquitur: cui ſi præponatur quidpiam agen
di commoda occaſio interpelleturue a familiaribus excitetur quæ ad obeundum
officium aliquod ſtatim an negocium illud lucrum ſapiat conſpicatur: nec ſe cohi
bere quandoq; poteſt: ut amicos illos nō percunctetur munus illud ad quod pro
ſequendum ſollicitatur lucri aliquid nec ne ſit pariturum: quoniam in lucri cupidi
tate ſe totum diffudit: Qui ſi occultare deteſtatū undiq; uitium conabitur: eo ſæpe
inuito odorata illa lucri ſpecies nares opplebit. Atq; ita reliquis diuturnis & uehe
mentibus animi affectionibus fiet pari ratione: Non ſecus (quanq; in materia diſ-
ſimillima:) de cruce Chriſti memoria frequēter repetenda eueniet: Sed vtrum des
eorum quæ diximus peccato obuiabitur: ſi primum: protinus ſuggeſtionē illam
uel immiſſam a dæmone: uel oblatam a mundo: uel adminiſtratam a peccati ori-
ginalis fomite: cum Chriſti memoria minime conuenire depræhendemus: ſi ſecū-
dum ipſa ſtatim per ſe ſe pernitioſus cogitatus expellet: Nam diuturna poſſeſſio-
ne ſtabilita iugiq; exercitio ualidiſſime roborata uelutiq; in regio ſolio poſita illu-
ſiones externas & aduētitias peruagari mentem non patietur. Hæc ut philoſophi
commentamur: Sed quid ut Chriſtiani philoſophi: Nequaq; profecto ambigen-
dum Chriſtum non permiſſurum Sathane ludificandam illam mentem: quæ in
eius recogitanda paſſione ſe exercet: Quæ cum Solomone in canticorum cāticis
ſæpe illud cecinit Faſciculus myrrhe dilectus meus mihi inter ubera mea cōmo-
rabitur. Verum & id quod proſequimur commodius expeditiuſq; liquebit ſi ob-
iecta earum potentiarum uiriumue animæ ex quibus dari diximus originem ui-
tijs perpenderimus. Obiectum ſenſilis appetitus particulare bonum eſt: uolunta
tis vniuerſale: Rationis uerum: Eadem enim cum intellectu potentia eſt: ſed alte-
ra fixe mobiliter altera ſuum opus peragit. Quare ſi Chriſtum & in ſuperiori ani-
mæ parte & in phantaſia retinuerimus: cum ipſe ſit particularium bonorum opti
mum ſitq; idem uniuerſale bonum qua Deus ē: atq; etiam ipſum uerum: Fiet ut
ſenſilis appetitus & voluntas falſum bonum ſe offerens appetēdum reſpuāt: &
ratio ad percipiendam intellectiuam ueritatem diſcurrens non exorbitet. Facile
enim debitæ regulæ defectus reſarcitur ſanatæ rationis adiumento: & ob iugem
Chriſti imaginationem defecatis internis ſenſibus apparens bonum reijcitur: Iti-
demq; reſpuitur a uoluntate cuius conſenſu peccatum completur. Atq; ita pec-
catorum capita abſcindimus & conterimus priuſq; abſoluantur perficianturq;:
Pſalmigrapho conſtantiſſime obſequentes: qui nos monuit ut paruulos Babylo-
nis ad petram allideremus.

¶Eandem Christi crucifixi cogitationem imaginationemue seminarium esse uirtutum omnium. Caput nonum.

c Vm autem compertissimum sit Christum esse caput ecclesie uirtutesq; omnipharia & quicquid perfectionis tum naturæ: tum gratiæ desiderari potest eidem collatas fuisse dum etiam corpus gereret propria uoluntate obnoxium morti: sequens est ut quẽadmodum mẽbra semoto capite uires amittunt intereuntq;: ita ipsi qui membra sumus mystica Christi capitis eodem amisso lãgueamus: & spiritaliter emoriamur: & sicuti beneficio capitis corporis residuo uirtutes trãsmittuntur ueluti a sublimiore parte dominatioreq; ubi sensus regiam Galenus posuit & ante eum latinus Varro qui ad Ciceronem scribens datum illi hoc nomen ait q inde capiunt initium sensus & nerui. Non secus Christi ope quantulumcunq; perfectionis uirtutisq; & inest & apparet in nobis enanciscimur: possumus tamen (quanq; nostris demeritis a capite distracti) eidem iterum superueniẽte gratia nec impẽdio compaginari. Si spirituisancto nõ resistamus: & q maxima possumus celeritate ad ipsum caput cõmeemus. Quo nõ carneis itur pedibus: nõ moribũdis artubus: sed intimis & pijs affectibus: maximeq; iugi tractatione acerbissime mortis nostræ salutis gratia perpessæ. Qua scilicet & illi quasi conformes reddimur & audientes aliqua ex parte præcepto euangelico ut crucem si non nostram in uniuersum Christi tamen cũ cyrenaico Simone portantes: si non operibus exilia carceres gladios sustinendo: pio tamen affectu interim compatiendo: ne stupendissimũ hoc ministeriũ supra mentium omniũ captũ: ingrati nimium obliuioni mandemus. Hoc munus recte obeuntes ad eas gratias & uirtutes quæ in ipso sunt participandas apti reddimur: Quando illius anima in nostras animas & illius corpus in nostra corpora uirtutes eas quarũ sumus capaces abunde infundat: ut in ultima parte suæ theologicæ summæ Thomas aquinas edisserit: Ex quo etiam fit ut ad uirtutes cunctas adipiscẽdas disponamur: uel uno momento si Christum mente retinemus. Nam sicut Christo homini ob unionem diuinæ naturæ cum humana cunctæ uirtutes omnisq; gratia condonant. Ita in nos Christi uirtutes pro nostra capacitate deriuantur: si ei per meditationem indefessam intimo amoris affectu cõiugamur: Nec multis laboribus ad hoc perficiendum est opus: non ad Indos accedere oportet: non Erithrea perscrutari littora. Vbi ubi locorum inuenire eum possumus? Quinimo naturali quodam motu in ipsum ferimur: nisi peruersa uoluntate retrahamur: Animas enim deus ipse tanq; ad principium unde manarunt & ad finem quo beantur semper trahit: & naturali ordine & gratia modo eam uitijs hærendo non repudiemus: nec trahit modo uerum etiam inclinationem aptitudinemq; condonat tendendi in proprium locum: ut optatam quietem indipiscantur: quod etiam num imitatricẽ dei naturã in inanimis effecisse uidere datur: exempli causa in igne: qui cum mixtorum aliquod elementumue quodpiam in sui naturam exurendo conuertit: eidem aptitudinẽ largitur petendi cœlum: iuuatq; ut ad illud perueniat: quo consequuto quiescat: Peccatorum autem fomite & lege carnis quam etiam in suis membris regnare uidit Apostolus: & legi mentis repugnare non nihil imo multum ad id muneris obeundũ segnes efficimur: quodãq; quasi somno impedimur. Quo fit ut imaginari & amare Christum habeamus necesse: quorũ utrunq; utroq; parit. Nam qui diligit necesse est ut sæpius amatum imaginetur: cuius rei iudex quisq; sibi nisi mentis inops constituitur: Parte altera iugem imaginationem amor sequitur illam præsertim quæ eius rei est quæ inter alias est optima: Christi uidelicet. Qui

etiam qua homo est (ut Thomas docet) præ cūctis creaturis adeo diligitur: pro intentione uero diuini amoris rerum bonitas intenditur: Quęlibet enim res ideo bona est quia a deo dilecta: Sicut cōtra nos ideo rem aliquam diligimus quia bona. Cæterum cum inter omnes theologos constet a deo ipso bonis omnibus seu naturæ seu gratia nos donari eiusq; hostium sit Christus (ut ipse de se:) per quod itur ad Deum & a quo gratię uirtutesq; cunctę a patre illo luminum (ut sanctus ait Iacobus) desursum fluentes ad nos usq; perueniunt: sequens est ut crebra illius hostij pulsatione quæ pia & assidua cogitatiōe pijsq; præcibus efficitur: uia quæ ducit ad uitam patefiat nobis. Hæc amor est quo cum perfecte tenebimur morū strenuitas (ut inquit Bernardus) orietur puritas affectionū subtilitas intellectuum desideriorū sanctitas/operum claritas/uirtutum fœcunditas: Meritorū dignitas præmiorū sublimitas: Quod ita esse uel hoc constabit argumento si scilicet mores & acta eorum qui Christum sepius mortuum cogitant eūdemq; amant intueamur: Quorum multos in hac uita nihil aliud habere conspicimus præter uictū tenuissimum uilissimūq; tegumentum: Qui perpendentes eum quem diligunt nostræ salutis gratia omnia perpessum incōmoda & postremo necatum: quasi quodam diuino oestro perciti: amoris uicem quo ad possunt rependere satagunt: Affligūt se ieiunijs & uigilijs: amplectuntur pauperiem: Castitatem induunt: propria desideria proprias cupiditates alieno arbitrio subiugant: & nihilominus fit ut hæc incōmoda magna cum animi alacritate sustineāt: Mortem nō modo non formidēt. Sed ut Christo coniungi possint, tota mente suspirent: unde datur intelligi ab eadem causa qua uirtutes hæ profluūt etiā iucunditatē & pacē animi suboriri: quæ tot exterioribus incōmodis longe præponderet. Parte alia quandoquidē contrariorū pugnantiūq; causarū dissimiles prorsus aduersantesq; sibi inuicem effectus eueniunt nouimus multos beneficiorū dei oblitos Christiq; mortē ueluti ad ignē narratam fabellā cogitantes uitijs & diuitijs (ut sydonij uerbis utar) incumbere: luxuriose epulari: affectare illicitas & inconcessas ueneres: superbissime alijs dominari: qui cum id agant ut sensuum quibus penitus sunt mancipati quietē sibi pcurrent: edacibus tamen curris semper molestantur: Trepidant ad quæcunq; fulmina: seditiones singulis momentis formidāt hostiles incursus expauescūt: Atq; sibijpsis continue sunt infesti: bellūq; gerunt intestinū: rodente semper patratorū scelerum conscientia.

¶ Christianorum primitias sanctissimosq; uiros Christi mortem frequentissime cogitauisse. Item ecclesiam ad id officij nos iugiter inuitare: multa quoq; bona inde manare. Caput decimum.

Ex his quę attulimus manifeste (ut arbitror) liquet Christi passionis memores nos esse debere. Sed si monitis ipsius Christi audientes esse in primis operepræcium est: De in eorū sequi uestigia qui omniū fuere probatissimi nec non ecclesiæ amplecti placita identidē ad Christū nos trahentia necessario colligetur ante oīa passionē eius a nobis iugiter esse cogitandam: De hoc ipse apertissime in proprij corporis sanguinisq; consecratione monuit cōmensales apostolos: Quod non modo fideli tenaciq; animo receperunt: Sed eorum alij ob illius nominis confessionē crudelissimis tyrannis expositi crucem subiere: Alij capite mulctati: Alij corio exuti: alij culminibus deiecti sunt. Sed & alij Christi sectatores uarijs & in excogitabilibus fere tormentis uexati uita excesserunt. Mortem hanc adeo frequenti cogitatione Paulus apostolus pertracta-

bat: tanto amore Christũ qui pro eo ita mori uoluerat prosequebatur: vt feruẽtis-
simo diuinæ charitatis æstu in hæc erumperet uerba. Christo confixus sum cruci
uiuo ego iam nõ ego: uiuit autem in me Christus: & alibi: Nihil me iudicaui scire
inter uos nisi Christum/ & hunc crucifixum. Eandem mortẽ discipulus ille Ioãnis
euangeliste Antiochenæq; ecclesie sanctissimus antistes Egnatius tenaci mẽte in
tantum uolutarat: ut in eo ęstuantissima fornax Christi amoris accensa spectaret.
Inditio sunt stupendæ illius epistolę ea præsertim quæ ad Romanos delata est dũ
Traiani Cesaris iussu catenis circũligatus & obsitus deuoratus bestijs Romã per
duceretur: In qua quidẽ epistola optare scribebat frui posse bestijs ad sui interitũ
præparatis: & ne sicut aliorum martyrum ita suum non auderẽt corpus attingere
uim eis se facturum pollicebatur ut omnino deuoraretur: Dandam esse in hoc si-
bi ueniam edocens quoniã tunc discipulus Christi esse incipiebat: pro quo adipi
scendo ignes/ cruces/ bestias/ dispersiones ossium/ discerptionesq; membrorũ/ &
oĩa in se unũ supplicia diaboli arte quæsita cõflari exoptabat: Cumq; iam beluis
exponeretur/ & ardore patiendi rugiẽtes audiret leones inquit: Frumentũ Christi
sum: Dentibus bestiarũ molar: ut panis mundus inueniar: Atq; inter ipsa tormen
ta positus semper ore protulit quod animo gerebat: Iesu Christi scilicet nomen.
Cuius in corde (Longum esset nimis hystoriã totã recensere) litteris aureis inscri-
ptum spiculator inuenit: Franciscũ uero ordinis minorum institutorem sanctissi-
mum quis reticebit: Qui tam tenaci mente complexus est Christũ: Tam forti ima-
ginatione retinuit: Tanto amoris eius flagrauit incendio: ut ab illo stigmatis suæ
passionis instar donatus fuerit. Sed nec Clara uirgo in monte falcone oppido sita
prætereunda silentio est: in cuius corde Christi crucifixi imago euidenter spectat:
Quam me superioribus annis uidisse memini. Isti sane effectus in corpore uideri
dantur ob frequentẽ imaginationẽ & amorem propẽsissimũ: Nostris uero oculis
cernere non cõceditur quanta illorũ animæ charitate perfulgeant: quanto ditent
gaudio: quanta coronentur gloria: Videbimus olim si eis similes fuerimus eãdẽq;
semitam percurremus: Ad quam capescendã præclarissimis dogmatis incitamur.
Suadet Hieronymus Eustochio ad omnẽ gressum pingere crucis signum: Inhor-
tatur Grisogonus Anastasiam carcere clausam tropheũ crucis tota mente cõstrin
gere: Quã triumphale signum nuncupat ecclesia: Quam uenerabunda salutat in
quiens: O crux aue spes unica: Quam ut partes aduersæ fugiant fidens & læta de
monstrat: Et ne singulas memorẽ crucis uictorias cunctaq; priuilegia percenseã:
Magno Constantino futurum ut uinceret in crucis signo cæsariensi Eusebio So-
zomenoq; auctoribus angeli spopõdere: Cuius etiam ope debellauit Heraclius
aduersus hostes: & obstinato corde iudeus a dęmonũ erutus est potestate: & refe
rente Firmiano didicimus gentiles cum dijs suis ĩmolarent si astitisset aliquis fron-
tem cruce signatã ferens sacra nullo modo litare potuisse nec consultum uatem re
sponsa reddere: Hoc nimirũ est signum Thau quo signatos exterminator ange-
lus non percutit: Sanguine illo qui in ea effusus est delibutos cordis postes & ho-
stia gestantes: cum ægypti primogenitis nõ interficimur: Aeneus serpens id deser
to exaltatus a Mose cuius aspectu sanitas a serpentibus sauciatis restituebat cru-
cis huius typum gerebat: Quę nunc in medio sacrarũ ediũ ponitur: ut eum qui in
ea pependit frequenter cogitemus: quo possumus serpentis illius morsibus me-
deri: cuius astu (unde tot mala in nos manarunt) Eua decepta est: Huius rei semper
memor pia mater ecclesia nec dulcissimi sponsi oblita laborum & erumnarũ sup-
plicijq; acerbissimi quod pro salute illi largienda substinuit commemorationem
singulis diebus publice edit: Hãc enim mortẽ sacerdos in missæ sacrificio frequẽ-

tissime repræsentat: cui ut festis diebus intersint filijs edicit: ut etiam singulis annis Christi corpus in memoriā mortis illius summāt in cibum: obaudientes dicto penitus exhæredat: sanctissimaq́ lege cauit ne eisdem uita functis exequiarum iusta persoluantur: Sed nec humari filiorum sepulchris indignabunda & iniuriarum sponsi uindex iustissima patitur.

¶ Qui Christum sæpius cogitant & ad eius amorem capessendum se præparant ueri Christiani sunt ueriq́ philosophi: eos autē qui id minime curant utroq́ nomine falso gloriari. Caput vndecimum.

a B his consequens est ut ostendamus eos falso censeri christiano nomine qui Christi mortē sæpius non cogitant: ut ad eius amorē inflāmentur Neq́ etiā (nisi uana momenclatura) philosophos deberi uocitari Christianorū nomen apud antiochiā Syriæ urbē initium sumpsit: Inibi ut narrat Eusebius Cæsariensis episcopus φ plurimi etiā ex gētibus ad fidem uenerunt eorum prædicatione pertracti/ qui seditiōe aduersus Stephanū cōmota dissēminati per omnē locum fuerant. In ea ecclesia erant prophetici ordinis φ plurimi: cū qbus & Barnabas & paulus: Quibus oībus pariter in grā dei & unanimitate de gētibus primū discipuli ueluti e perenni fonte sumpto uocabulo appellati sūt Christiani. Igitur discipuli quibus nō modo ob temporis uicinitatē Christi passio recentis erat memoriæ: sed in eorum cordibus sculpta: in mente consita: in ore frequens: Ante oculos posita: in cunctis functionibus animaduersa: primū christiani sunt nominati: utpote Christi memores & Christi imitatores: Sed cūctabimur eos christiano nomine dedignari: qui nec Christi mortem sæpius ad memoriā reuocant ut compatiantur: Nec uitam recolūt ut imittentur: Qui inuiti hæc audiunt tanφ liberius φ uerius pronunciata. Audiant Cyprianum clamantē Christianus nemo uere dicit: nisi qui Christo moribus prout ualet coequatur. Quis eos imitabitur mores quos non agnoscit: præsertim si eiusmodi sunt: ut in illos fortuito impingere non detur: uerum magno potius cum labore cōparentur. Quis eosdē desiderabit absq́ cognitione. Quis uere & exacte cognoscet absq́ cogitatione. qua in hoc assequendo munere oīno est utendū. Cū quia ex se factu difficile est: ob cōtinua bella inter carnē & spiritū: Tum quia laboremus incassum diuina cessante ope: hanc autē qua ratione impetrabimus nisi implorauerimus. Qua ratione ad implorādum apti/ad obtinendum idonei fiemus absq́ assidua pertractatione eorum quæ desideramus: unde colligere possumus ex Christi meditatiōe & amore quibus apti reddimur ad imitandū christianos nos uere nuncupari & pari argumēto nisi hæc egerimus frustra christiano nomine gloriari: Esse inqt Ioannes Gerson doctissimus pariter & prudentissimus theologus in magna illa expositiōe in canticum uirginis cœlorū reginæ nonnullos arbitrātes se sub christiano nomine Deum magnificare qui filiū eius in se rursus crucifigunt & habēt ostentui: Hos tu ergo christianos uocaueris. Quos nec cultores dixeris: Ita enim anteφ christianorum appellatio per omnē locum diffunderetur: narrat Eusebius Christi sectatores appellatos: ut ex libro Philonis de uita theoretica decerpsit: Causam huius uocabuli uel ex eo ductā arbitratus φ cōuenientiū ad se animas tanφ rudes & agrestes excolerent: uel φ erga Dei cultū pura & integra consciētia perdurarent. Quod nomen siue Philo ipse eorū exactibus collegerit siue initio ita appellarent qui secundum euangeliū uiuebant anteφ nomen christianorum per orbem spar-

gerετur. Nihil intereſt ait Euſebius. Sed hoc mihi intereſſe uidetur omnino: ut nul
lo pacto Chriſti parũ uel nihil memores: uel hoc nomine uere debeat cenſeri: quũ
nec illis rudes nec agreſtes animas excolere detur: niſi qui prius Chriſti memoria
excultum animum habuerint: & etiam amore concalefactũ: Atq; ad illius ſequẽ-
da ueſtigia perpenſum: Nec integra & pura conſciẽtia erga Dei cultum poſſit p-
durare qui Chriſtum mente non retinet: Cum uix illis in obſequijs pſeuerare cõ-
cedatur quos aſſidua paſſionis illius meditatio nõ deſerit. Suffragatur nobis phy
ſica ratio quando ab eo res denominari debet cuius ſpeciem gerit: hoc eſt a pro-
pria forma: qua & a ſpeciebus alijs ſecernitur & in propria conſtituitur: Sic illud
animal leonem uocamus quod & formam leonis præfert: & affectiones eas quæ
talem formam conſequuntur: utq; unico uerbo complectar quæ eandem habent
formam a qua proprie fluunt affectiones eandem dicimus. Ipſa enim eſt quæ dat
eſſe rei ut inquit Ariſtoteles & contra quæ eadem forma non conſtituuntur diuer
ſa omnino & ſunt & habentur: ob materiam quippe non differunt ſpecie hęc ſub-
lunaria generatiõi & corruptioni obnoxia: Quando una eorum omniũ quæ ſub
luna ſunt materia ſit: quæ per aduentationem & abolitionẽ ſuccedentium ſibi in-
uicem formarũ quibus res ipſe diſſimilẽ & abiunctã a reliquis naturam ſortiũtur
cunctis ceu cõmune ſubiectum ſternitur atq; ſub uarijs ſpeciebus fluitat. Memo
ria igitur Chriſti & mandatorum eius obſeruatione ceu forma quadam inter acci
dentales animi formas perfectiſſima chriſtianus cõſtituitur: & a pernitioſo iudeo
rum cultu ab obſcenis Maomethi inſtitutis a nephanda idolorum cultura diſſen
tit & ſeparatur: Illi enim qui prius chriſtiani ſunt nominati (ut ante meminimus)
frequentiſſime Chriſtum cogitabãt ſuæ ipſorũ ſalutis gratia crucifixum ut eundẽ
amarent cuius & præceptis & uoluntati amando propenſius obſequerẽt: Quæ
munera qui obire non ſatagit fieri ne poteſt ut ſemota id eſt chriſtiani forma chri
ſtianus uocetur. Nam & ſi baptiſmi ſacri undis immerſi cunctiſque ſacramen-
tis noſtræ perfectæ legis initiati ſint: nihilominus finem eorum nõ curent aſſequi
digni ſunt ut a Chriſti cetu prorſus eliminentur. In dominici enim corporis & ſan
guinis ſacramento utpote diuiniori quo Chriſtus ſecundum propriam ſubſtan-
tiam continetur cætera concedunt ſacramenta: Ipſumq; tanq; finem ſpectãt: Atq;
ut tertio eccleſiaſticæ hierarchiæ libro inquit Dionyſius in eo conſumantur. Id au
tem inſtitutum eſt ut eius memoria celebretur ac per ſumptionẽ eidem uniamur/
uitaq; uiuamus ſpiritali. Nam niſi Chriſti carnem manducauerimus/ ſanguinem
q; biberimus eo ipſo teſtante non habebimus uitam in nobis: qua omnino im-
memores mortis illius penituſq; obliuioſi priuantur: Si enim quiſpiam (ut Pau-
lus ait) irritam facit legem Moſi ſine ulla miſeratione duobus uel tribus teſtibus
moritur: quanto maiora putatis mereri ſupplicia qui filium dei conculcauerit &
ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit in quo ſanctificatus eſt & ſpiritui gratiæ
contumeliã fecerit: ex quo conſtat ut qui Chriſtiani ſunt nomine duntaxat: non
autem & re peſſimi omnium hominum ſint: hinc maximum peccatorum blaſ-
phemia apud eos frequentius quam apud Maomethenſes auditur: quod hi
quibus nequaquam abroganda eſt fides & in eorum regionibus ſunt obſer-
uanti prodidere: Hinc per horrenda uitia inter eoſdem ſpectabilius & impu-
dentius ſæpiſſime impune & frequenter in multorum corona etiam cum lau-
de perpetrantur: Quibus de rebus certiores efficimur Chriſtianum nequam
deterius inquinatiuſque eſſe cunctis animalibus: ſicuti bonum excellentius
quam poſſit exoptari: Quorum enim potior eſt generatio (Vt inquit Ariſto-
teles) eorum deterior eſt corruptio. ¶ Quanto etiam quiſquam altius eleuatur/

eo periculoſius & formidabilius ruit in pręceps. At ſublimiori in loco quiſpiã nequit conſtitui ꝙ ut Chriſti legi obtemperet. Qua contempta uel poſt habita ad cẽtrum corruit. Alię natiões quibus Chriſtus nõ colitur nõ adeo graui caſu lędunt: hoc idem inter Chriſtianos apparet qui ad eminentiorẽ gradum ſunt ſublimati: Vnde Auguſtinus aiebat ſe ſicuti nõ expertũ meliores hoíes his qui in monaſterio profeciſſent/ ita nec deteriores qui defeciſſent. Rurſus in gratioribus acriora debentur ſupplicia. At ſcelerato chriſtiano nemo eſt ingratior: cum ſcilicet ad ueram ſit uocatus legem: & præ alíjs electus ad ueritatẽ clarius cognoſcẽdã. Remiſſiorem (dicebat Ieſus) diem iudicíj futurũ Tyro & Sydoni quibus nõ prædicauerat ꝙ his quibus cum degebat Machariũ edoctum mirabiliter nouimus profundiorem inter dãnatos ad perpetuũ ignem falſos chriſtianos locum habituros: Sed oĩno eos falſos nõ dubitamus qui Chriſti obliuiſcũtur: Falſum enim id appellare poſſumus quod ideæ talis rei cuius gerit ſimilitudinẽ nõ quadrat: ſicut falſum aurum dicimus: quod ideæ auri diſconuenit: Chriſtianorũ autẽ ideam in chriſto & cogitando & amando & imitando conſiſtere paulo ante docuimus. Cum autem de mortis Chriſti cogitatione loquimur non ita ad uiuum reſecamus ut intelligi uelimus ſingulis momentis eum qui chriſtianus ſit de Chriſto cogitare oportere: Sed ut ſępius & noctu & interdiu id efficiat ſuademus: Si nomen quo appellatur rei quam indicat conuenire deſideret. Cæterum nec philoſophus propriæ poteſt nominari qui chriſtianus non ſit. Nihil enim aliud ſibi uult hoc nomen græca lingna ꝙ latina ſapientiæ amator. Chriſtus autẽ ſapiẽtia eſt dei patris (ut inquit Apoſtolus) ſapiẽtia inqꝫ quæ æterno genita eſt a deo: & ipſa deus & dei filius. Qui homo factus pro nobis ſanctiſſimũ dedit ſanguinẽ. Creata uero ſapientia: cuius cultu græci ſapiẽtes ſe profitebãtur prius ꝙ Pythagoras ſamius interrogatus a leonte Phliaſiorũ tyranno quid hominis eſſet: philoſophi nomen ſibi ex tempore cõfinxiſſet nullatenus ſapientiæ nomine niſi per quandam anologiam dignãda eſt. Hæc enim tẽperaria eſt fluxa ſæpe fallax uel de creatis rebus eruta: vel de diuinis (quanqꝫ ſub obſcure & multa cum ignorantia) ueſtigata: illa ſtabilis uera perpetua: Vnde colligitur eum qui uero philoſophi nomine cẽſeri debeat: Chriſti amatorem eſſe oportere: qui uera & incõmutabilis eſt ſapientia: amator eſſe non poteſt: Qui nõ cognoſcit aut cogitat: incognita enim minime amamus: & euaneſcit amor niſi cogitatione foueatur. Sed iam ad ſecundum librum exarandum properabimus. Quo diuina ope ſuffulti monſtrare conſilium eſt: ex noſtræ mortis cogitatione eíjci a nobis facillime uitia: uirtuteſqꝫ coli poſſe: Quemadmodũ de Chriſti morte monſtrauimus. Atqꝫ cum ab officio huiuſce cogitationis parũper feriati fuerimus operæprecium fore ut ad mortẽ noſtrã penſandã animum conuertamus: ut inde remotis plurimis impedimentis nos circumſtantibus ad Chriſti mortem meditandam reuertamur: eius amoris conſequendi gratia: Quo muniti & ſecundam euitare mortem poſſimus: & ueram uitam adipiſci.

EINIS PRIMI LIBRI.

IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDV. DE MORTE CHRISTI ET PROPRIA COGITANDA. LIBER SECVNDVS.

¶Necesse est animam timere: Item plures esse timores. Caput primum.

INTER Libri superioris initia satis (ut puto) mõstrauimus animã diligere: nec solum illi amorem inesse: uerum etiam cunctis rebus non modo ratione & intelligẽtia: sed & sensibus quoq; carẽtibus. Quæ rationes id astruxere: hoc ipsum quoq; quod molimur asserent: animã scilicet timore aliquo pulsari oportere: Tam & si illæ rationes in animis non quadrent: Timor enim absq; animæ parte uel sensili uel intelligibili quæ futurũ malum hoc est obiectum timoris appræhendit minime cõstituitur: Siquidem ex amore paritur timor: Quia cum aut concupita bona consequi non possumus aut iam possessa deperdere nolumus: omne illud quod in talibus nobis officit tanq; inuisum formidamus: Nulli dubium est inquit Augustinus octoginta trium questionũ libello (non aliam esse metuendi causam nisi ne id quod amamus aut adepti amittamus: aut non adipiscamur speratum: At semper amamus aliquid ut superiore libro docuimus: nec certiores q̃ diu uiuimus reddi possumus aut concupite rei compotes omnino fieri aut illa iam adepti nõ defraudari: semper enim nutabũda semper casura sublunaria omnia: generationi & corruptioni obnoxia: Quin etiam amantibus nobis deum summũ bonum nihilominus accidit: cum ob uirtutis opera quæ difficilia sunt tum ob multiplices imperfectiones nostras: ut semper formidine non offendendi laboremus. Adde q; malũ (ut Dionysius & Aristoteles inquit) multis contingit modis: bonum uero uno dũtaxat. Quare colligitur ipso nos timore: dum moribundos hos artus gerimus: nõ liberari: Sed præclare etiam nobiscum agi putaremus si uno tantum pulsaremur. Plures enim sunt quibus angimur: Alium a natura insitum gerimus. Alium sæpe concipimus ex iminentibus aduersis rebus. primo ne anima sep eretur a corpore fiatq; in nobis dissolutio dissipatioq; compositi circumuallamur: Cuius & Aristoteles in secundo rhetoricorũ libro/& Ioannes Damescenus in theologicis sententijs meminere: Secundo ne appetitus noster cõcubito obiecto careat: assidue quatimur. Primum naturalem nostros secuti theologos appellare possumus: Secundum accidentarium nominabimus quando illo natura formidat: ne esse amittat inminente corruptione. hoc metuat ne perfectione aliqua ipsi esse adueniente destituatur. Rursum quantum ad religionem Christianam pertinet Christianosq; homines: quibus mihi sermo est: multifariam timor diuiditur: siquid futurum malum: & si timoris obiectum sit: nihilominus & illud qđ ipsum malũ inferre potest ipsius etiã obiectũ constituit: Quare deũ metuimus non quia malũ (tantũ eñ abest ut malũ cẽseri debeat ut etiã sumũ bonũ sit & habeatur ab omnibus) Sed quia pœnam infligit infinita sua iusticia sceleratis hoĩbus: nostriq; ob id timoris obiectum constituit rõne. s. iusticiæ (ut diuinus Thomas ait) q nihilominus ratiõe misericordiæ obiectũ est spei: quæ timori aduersat. Potest igitur quispiã malum aufugere: (nihil enim est aliud timor q̃ fuga seu expectatio mali:) quod minetur Tyrannus aduersus corporis bona uel fortunæ quæ inordinate amentur: & hunc timorem mundanũ uocant: Eundeq; damnant: utpote quem Christus in euangelio prohibuerit inquiẽs: Nolite timere eos/qui corpus occidũt. Possumus & malũ aliud effugere tanq; naturæ noxiũ hoc est pœnam a Deo iustissimo iudice pro scelere inmissam: Hunc metũ utcunq; laudant quantũ. s. pertinet ad timorẽ dei: de quo in

Deuteronomio scriptum/Quis det eos talem habere mentem ut timeant me: uerum quantum ad id uituperant ꝙ eo possessi a peccato qua speciali bono oppositū est nō abhorreamus: sed magis vindicte metu atq; ob id seruilem uocitant: cū seruorum sit flagrorum metu dominos formidare: Tertium assignant timorem: Qui sit talis ut peccatum ueluti noxium serpentem deuitare nos faciat cum ratione diuinę offensæ tum ratione seueri iudicij flagitiosis hominibus debiti: hic initialis pauor nuncupatur: quem habere solent qui ad deum uia uitiorum deserta lōgo quasi postliminio reuertuntur: seperari enim a Deo metuunt quem clementissimum parentem(quanq̄ tot perpetratis facinoribus tot iniurijs lacessitum & offensum)non effudisse in eos iram non sumpsisse iusta supplicia sunt experti: Atq; hinc se ad gratiam reuocatos crebris diuinæ bonitatis cogitationibus & suspicantur & credunt. Inde tamen ob multa perpetrata flagitia abysso illo iusticiæ immēso detrudi ad inferna luendorum scelerum causa perhorrescunt: De hoc Prophetam cecinisse aiunt Initium sapientię timor domini: Est & quartus timor nunq̄ satis pro dignitate decantatus. Qui modo casti/modo filialis/ modo sancti appellationem sortitus est: hoc nihil aliud metuimus q̄ a Deo disiungi: non ullo scilicet pœnarum horrore: sed diuina bonitate prægustata: infinita potentia cogitata: sanctissima iusticia perpensa: Admirabili clemētia atq; misericordia animaduersa.

¶Timorem mortis animæ pręponendum esse: ut noxia uitet: bona sequatur.

Caput secundum.

q Væ cum ita sint: curare debemus modis omnibus ut ad hūc filialem timorem & sanctum proxime q̄ fieri possit(nec alio opus est nisi ut uelimus)accedamus: Nulli hostium diuinæ clauditur bonitatis: modo pulsare nos nō pigeat: Tantūq; abest ut obseretur: ut etiā ab ipso deo ad hostium marmorei nostri cordis assiduę pulsetur: Ego(inquit)ipse sto ad hostium & pulso. Nam quotiens cauendi mali uel prosequendi boni conscia nobis dat signū præsentans scilicet præmia illa æterna cunctis & animæ & corporis castis delecta mentis affluentia: uel reponens sub imaginationis oculos deplorata illa & conclamata sempiterna supplicia: quibus animæ iunctæ corporibus affligentur: nō qualia finxere prisci Poetæ vaniloqui: sed ea ipsa de quibus Christus in euangelio testatissimam fecit fidem. Quæ item euāgelista Ioannes in Apocalypsi lacum ignis & sulphoris appellat: totiens ab ipso deo ad bene beateq; viuendū inuitamur: Ipsi autem sæpissime & ut non semper sensuū illecebris abducti: & inanis gloriæ blandicijs deliniti bene agere recusamus: Quapropter cū Christi cogitatione & amore de quibus in præsenti libro uerba fecimus non commoueamur nec hunc filialem & castum timorem possideamus: Qui sine dei amore & quidem magno non est: Alius interim ad memoriam reuocandus est timor: qui mentem & sensum sui horrida imagine concutiat: Nam ut horatianis utamur uersibus: Oderunt peccare mali formidine pœnæ: Oderunt peccare boni uirtutis amore: Timorem autem non alium q̄ proprie mortis ante oculos ꝓponendum primo putauerim multas ob causas: Is enim congenitus est nobis: sed quadam quasi incuria obliuioni mādatus: est & quasi radix & seminarium cæterarum formidinum: Quoniā fere omnia incōmoda & aduersa tanq̄ uel mortem corporis uel proxima morti afferētia metuimus: Nec secūdā mortē terroris aliqd incutere hoībus videmus: nisi primæ mortis cogitatio primū cogitatū scd'æ ꝓcesserit: Et hoc iō magis debemus efficere

quia hæc nostrę instantis dissolutionis obliuio fere omnium malorum est causa: Quam nihilomagis perhorrescere cernimus homines q̄ quæ ad se omnino non attinent. Duæ nimirū res ad remouendū terrorem potissimā vim habent: Mali formidandi distantia & patiendi necessitas: his fere fit ut mortem nō paueamus: Fit etiā ut i uitia p̄cipites ruamus. Sed q̄ in utroq; magnopere allucinemur oñdendū. Timor p̄turbatio est q̄dā dolorue ob imaginatione̅ futuri mali corruptione̅ afferētis authore Aristo. in rhetoricis: Ex q̄ consequit̄ nihil magis timendū esse q̄ mortem quæ non modo futura: sed necessario futura: Que non solum corruptionem inferre pōt: sed ipsa corruptio est: Cū secundū Themistij sententiā ea nihil sit aliud q̄ dissolutio dissipatioq; cōpositi p̄ quā partes in generalitate̅/id ē in naturā suā recurrentes reciprocantesq; feruntur vniuersitati: Nec etiam dolor eo uehementior acriorq; potest excogitari quem alteratio illa morte̅ præcedens & efficiens affert secum: Sed tamen euenit interdū ut hec mors nobis magne non sit formidini magno non sit terrori: quando sicut ante ostendimus eam īminere non cernimus: sed ueluti de longinquo ueniente̅ eminus aspicimus: Om̄es em̄ se morituros scire ait Aristot. sed quando non de propinquo iccirco nō curare: At fallimur & quidem perniciose: semp̄ est a tergo mors: clanculū & inopinate grassatur: unde etiam eo magis metue̅da quo incertior est eius aduentus quoq; magis minitās: & mille telis semper obarmata graditur ad bellū: bellum inquā: quod continue nobiscū gerit. Nam haud unquam cessat uitalis calor humidum intraneum naturæ ope per uiua corpora diffusum illicq; ueluti pabulū dedicatū consumere: Quousq; aliquid in nobis uitalis humidi remanet naturali morte non deficimus: cum deest corruimus. uerum sæpissime fit & fere semp̄ ut ab humido nimio excrementitioq; calor obruatur: Nec secus q̄ multiplicata annona cuius horreū capax non sit insupportabili pondere tectū simul cum habitantibus decidit. Taceo insidias malorū hominum & alijs & sibip̄sis quādoq; morte̅ inte̅tantiū: quæ tot sunt tanq; uariæ: ut ad certum numerū redigi nō possint. Quæ om̄ia si cogitaremus: p̄pe esse morte̅ iudicaremus: & timore iusto trepidaremus parantes munitiones & instrumenta bellica quæ præsentanea forent remedia ad propulsandā illius iniuriā: præsertim cū nulla sit pars uite nō plena malis: ut recte ait celebratus ille Socrates apud Xenocratem. Porro quo ad ipsam necessitate̅ pariter fallimur: Nam ea quoꝝ necessitas excludit timorem mala sunt quæ veluti præsentia iam iāq; īminentia existimātur nec qua ratione euitari possint succurrit: ut de his qui pœna capitali afficie̅di sunt Aristoteles meminit. At si uel pauxillū spei retineatur statim timor subintrat quo id quod sperauimus dubitamus amittere. Vnde potest intelligi: maiore̅ terrorem nobis infligi iure non posse ex his: quæ in hac vita contingere homini possunt q̄ ex p̄prie mortis cogitatione. De naturæ nō de culpæ malis loquimur q̄ p̄prie ut Thomas edocet cum in nostra potestate eorū actus consistāt ratione terribilis carent quā proprie & peculiariter habe̅t quæ extrinsecus adueniūt: nec nostrę sub sunt uoluntati: In morte aute̅ quæ nihil terribilius uoluntas nostra non habet imperium. Ea igitur cum semper minetur se uenturam quid futurum est necessario nec quando futurum queamus depræhendere. Aduentus hora eo formidabilior quo incertior nostræ menti debet insidere: Ad hoc enim conditor noster ut ait Gregorius latere uoluit finem nostrum diemq; nostræ mortis esse incognitum ut dū semp̄ ignoratur: semp̄ proximus esse credatur: Posceret hic locus bellum aduersus diuinatricem Astrologiam & professorū eius deliramenta: quæ octoginta sæpe uite annos pollicentur: & per singulas annorum reuolutiones securitatem a morte. Sed: postquam Ioannes Picus patruus duodecim libris nunquam

satis pro dignitate laudatis professionē ipsam proprio ingenio proprijsq; inuentis ex toto deleuit professoresq; prostrauit de hac materia in præsentia substicebimus. Relegãdi enim illuc sunt studiosi omnes auidiq; noscẽdæ ueritatis. Nam superioribus mensibus opera nostra & ab interitu uendicati sunt: & publicati. Sola hoc in loco Christi auctoritate suffulti abigemus eorum superstitionē ne amplius ꝙ susceptum expostulet negociū euagemur. Is enim in euãgelio uigilare nos monuit: cum diem & horã mortis nesciamus. Nec puto quenq; (nisi ualli cupit) adduci posse: ut potius nugiuendis Astrologis mancipare uelit fidem ꝙ deo non audire mortẽq; tanq; imminentem etiam non expectare.

¶ Quanq; mors euitari non potest aliquibus tamen de causis & timẽda est & ad memoriã reuocãda. Itē quomõ ab ipsa memoria quodãmodo superet. Ca. iij.

SCire tamen oportet non eo modo mortē esse timendã quo res aliæ nocumentum nobis afferentes metuuntur quas tamen euitare procurremus: Nam hominibus mori semel statutum est: docente id Apostolo: Ratione demonstrante & quotidiana comprobante experientia. Cum nec illa nostra uincatur superbia: nec leniatur blanditijs: nec etate tardetur. æquo enim pulsat pede pauperum tabernas / regumq; turres: Cunctos pari metit falce & sepulchris uelut depositos retinet: quousq; uel secunda mors eos absorbeat uel secunda aduentante uita beentur. Nudos in lucem edit parens: Nudos post mortem terra deglutit: Quod si a prodigis & sagacibus ad luxuriē instrumẽta ingenijs excogitatis scitamentis gulam summates homines replent non ob id uitæ terminus eis prorogatur: nec eorū cadauera aut purpura aut auro uelata ab incorruptione seruanť iuxta illud Ambrosij: Nudi homines nascimur: nulla distinctio inter cadauera mortuorū nisi forte quia grauius uetent diuitum corpora distenta luxuria: uerū mortē ipsam metuere debemus timore iusto & imitati ꝓphetã optare nobis dominūq; iugiter exorare ut nostræ mentis oculos superno lumine collustret ne unq; obdormiamus in morte: nequãdo dicat inimicus noster præualui aduersus eos: Nec mouere nos debet qđ. M. Tullius pluribus in locis Tusculanarum questionū asseuerat: Mortis enim cõtemptionē non minimū ait ualere ad animum metu liberandū: Atq; eum qui id quod uitare non potest metuit uiuere quieto animo nullo modo posse: Nam ipsi timendã esse mortē non ea ratione cõtedimus: ut anxij dies ac noctes formidine illius tãta ãgamur: ut aspera illa cogitatione atrabilis excitetur: quæ exuperet & fluctuet omnẽq; nobis uite iucunditatē eripiat. Sed affirmamus familiarē nobis adeo mortis meditationē esse oportere ut per eam a malis cauẽtes eo deueniamus ut non solū corporis mortem metuamus sed etiam supplicia illa ad quæ perpetuo & animæ reorū & corpora relegabūtur horrore magno formidemus. Quippe si sępe perpenderimus nouissimum tremẽdi iudicis examen quo quisq; qualis in mortis hora inuẽtus fuerit iudicabitur fieri uix poterit ut magna ex parte (pœnæ saltē formidine) a malis operibus non retrahamur. Quis rogo inficiari potest mortem esse metuendam: cum aduentus necessitatem tẽporis incertitudo comittetur: Quis celeritatē illius abnuat formidandam. Cum aduentare cito possit: sero nõ possit: Ab ipsis profecto incunabilis ad annum usq; sexagesimū nec frustra expectari singulis diebus potest: Vltra id tẽpus qui singulis eam momentis non moratur ad eamq; se præparat excipiẽdam omnino insanus est: Nam eius aduentu uel perpetuæ uitæ initiū sumitur uel perpetuæ mortis. Cæterum nec alijs armis ad eam oppugnãdã & debellandã opus

habemus ꝙ hac ipſa de qua agimus frequenti cogitatione & pauore: Quē bellā/
di modum Gregorius memoriæ prodidit docens ſic mortē cum uenerit a nobis
uinci ſi prius & cogitata fuerit & formidata. Nam ſi conſiderauerimus quales in
morte futuri ſumus nō ita in acquirendis momentaneis deſudabimus: ſed potius
fragilis & breuis uitæ terminū penſantes ad illum (mori ſcilicet diſcentes) cunctas
operationes dirigemus. Quapropter eueniet: ut ſimul & ſecundam mortē ſuppli
cijs inexcogitabilibus refertiſſimā deuitemus: & primā etiam num hoc modo ſu/
peremus / ſi ſcilicet ad eam ſuſcipiendam quotidiano cogitatu cōmonefacti: & per
iuſticiæ opera diſpoſiti ex inimica quodāmodo amicā faciemus; utpote quæ no/
bis accedet ad ſempiterna gaudia non ad pœnam.

¶ Cogitationem mortis cum noſtræ tum aliorum efficere ut nos ipſos magni
non faciamus & abducamur a uitijs: Quod calamitatum conſideratio quibus hu
manum præmitur genus ſufficienter non efficit. Caput quartum.

ſ Ane uolentes undiqꝫ uitia propulſare non uidetur / unde plus copiarū
plus armorum aduerſus ea parare ſibi poſſint ꝙ ex mortis cogitatione
atqꝫ terrore: nec quis ualidior obex malorū reginæ ſuperbiæ poſſit op/
poni aſſidua ipſius memoria. Nam & ſi multas miſerias a natiuitate ho
mo afferat ſecum: quibus partim cōmonefactus partim perculſus cohibere cupi/
ditates: iramqꝫ frenare deberet. Tot inquā miſerias ac tantas ut Plinius arbitratus
ſit ſatis nō eſſe exiſtimare melior ne homini parēs natura an triſtior nouerca exti/
terit. ut Epicurum ſileam qui etiā atrocius in ipſam inuexit nihilominus duriora
illis obdit repagula extremæ horæ meditatio. Quanqꝫ enim natū ſe nudū homo
cognoſcit & in nuda humo natali die abiectū ad uagitus ſtatim & ploratū ad con
tinuos eiulatus: Seqꝫ animal cæteris imperaturū a primo lucis rudimento (quod
ne feris quidē cōtingit) in uincula excipi manibus pedibuſqꝫ deuinctis atqꝫ a ſup
plicijs uitam auſpicari: nō tamē adeo reſipiſcit qđ eſt intelligentiæ lumine & ratio
nis indagine præditus: quin ſeipſum elata mente propriāqꝫ naturā ſupergrediat:
Præſertim ſi hæc ingenij in probitas peſſimis auro & argento heris ſit iuncta. Ni/
mirum plerūqꝫ euenit ut illi quos a materno utero pendulos purpura ſuſcipit / &
delicate ab incunabilis educatos eſcæ mari terraqꝫ quęſite alere incipiunt / magna
poſtea ſtipati ſeruorū caterua obliti friuolā originē: quam odor a lucernarū extin
ctu potuit abolere: exiſtiment ſe genitos ad ſuperbiā: fidant uiribus & forma cor/
poris: ſola fortunæ complexentur munera: Quæ omnia quanqꝫ facilima leuiſſi/
maqꝫ ſunt: efficit tamē famæ celebritas faſtoſaqꝫ gloria: multū ut ueritatis ac pon/
deris habere uideantur. Vulgo enim qui illa poſſident magni æſtimantur. Quæ
gloria famaqꝫ ad ſummā nihil aliud ſunt quā meræ nugæ & quædā quaſi nebu/
læ: quæ ſpectatæ procul magnū aliquid præ ſe ferunt: ubi propinquaueris euane
ſcunt. Inanes profecto umbræ: & ut ait ſignificātius Pindarus umbræ ſomnium:
Sed ſi homo ad finem uitæ penſandū animū appulerit animaduertēs præter id ꝙ
uix eſt porciuncula ſenſilis uniuerſi: uiuendi etiā ſpaciū uix totius temporis eſſe
momentum: id quod caducum & fluxum eſt nec magnum nec eximiū exiſtima/
bit: Facileqꝫ proprię fiet conſcius ignorantiæ deprehendēs falſa illa eſſe: quæ ma
gnifaciebat nihilqꝫ pendenda: quę ſi nōnulla promittebant gaudia: illa nihilomi/
nus non uera eſſe non ſolida nō expræſſa gaudia: ſed adumbrata / ſed imaginaria
ſeqꝫ nō ſecus ac eos deceptū agnoſcet: q multis diuitijs ſopora nocte ditati poſtqꝫ
ab auaro ſomno pauliſper ſunt excuſſi / dulcia diu lectū uerſantes quærūt in ſom/

nia; donec penitus expergefacti ſe caſſa cupidine delectatos atq; inde ludificatos percipiunt; quę ut aduertamus q̃uis memoria futuræ olim mortis efficiat; attamẽ ſcintilla ſpei uiuendi diu ex ſententia degẽtibus nec infirmitate laborantibus manere adhuc abſtruſa uidet̃ ſoſpite. ſ. eam præſtãte natura: utpote cũ mortis nũcios & ãnambulones ſæpiſſime uidere detur priuſq; ſit moriẽdũ. Hoc iuuenes morbo afflictantur pollicẽtes ſibi quid præſtare nõ poſſunt: Nec ſani & valẽtes ſenes liberantur hac peſte: Cũ tamẽ ſi homo bulla eſt eo magis ſenex (ut Varro ſcribit) Verũ facillime reſcipiſcent ſi reuocauerint ad memoriã quãtulo ſerpẽtis icti dente poſſint e uita decedere. Aut etiã Anacreon poeta ad exemplũ ſuccurrat; qui acino uuæ paſſæ interijt: & Fabius ſenator prætor in lactis hauſtu uno pilo ſtrãgulatus At graſſari nihilominus nõ deſiſtet in hominẽ peſtis alia pernicioſior nobis: quaſi cõgenita utpote de naturæ per peccatũ uitiatæ primordijs pullulans. Quæ ſine magna difficultate nõ poteſt cohiberi: Eſt enim in nobis ꝓprie excellẽtiæ cupido appetentiaq; diutius permanẽdi: qua cum neceſſe ſit ut careamus: cum compoſitum om̃e ex elementis ſit diſſolutioni obnoxiũ & obligatũ: ea procuramus agere: quæ hominũ aliorũ mentibus fixiſſime ſint ꝑmanſura: Quorũ ope & ſi in ꝓpria uiuere hoĩs ſubſtantia nõ concedit̃: illorũ tamẽ in memoria ob ea quæ de nobis cũ admiratione conceperũt uiuere præſtat̃ & noſtrũ nomẽ nullatenus aboleri: Hoc Ceciliũ Pliniũ intellexiſſe puto cum hæc uerba ꝓdidit: Quatenus negatur nobis diu uiuere relinquamus aliquid quo nos uixiſſe teſtemur: que ſanæ dementia & multos iã egit & nunc quoq; nõ ceſſat agere præcipites. Quando q̃d de eis hoĩes ſentiãt ſolicitius curant: q̃ quod ꝓpriæ & animæ & corpori ſit in ꝑpetuas æternitates ꝓfuturũ: Hoc uanæ glorię ſeminariũ eſſe/ & ex deſiderio ſe perẽnandi manare ſcriptũ cõperimus. Verũ etiã nec is bono idipſum aĩo moliet̃: & qui ꝓbe rumiauerit nõ modo ſe ſed cunctos q̃ ſunt futuri hoĩes morti addictos & obligatos ipmq; cœli motũ hoc eſt uniuerſalẽ generatiõis & corruptiõis cauſam ſiſti debere: & elementa cũ eodẽ cœlo renouari oportere: Quæ noua in Apocalypſi Ioãnes euãgeliſta ſuſpexit. Et qui ꝓbe pariter pẽſauerit nullũ uera uita donari poſſe: niſi cuius nomen in libro uitæ ſcriptũ fuerit. Reliquos ſathanæ tradi in æternũ mancipiũ in meditullio terræ religandos ſempiterno igñi cruciãdos & a morte ipſa/ teſte Propheta depaſcẽdos. Quare fortius uitioꝶ repagulũ mortis meditationẽ extare colligitur q̃ ærũnarũ miſeriarũq; recordatio: Quibus humanũ genus aſſidue ꝑmit̃.

¶ Mortem cogitandã eſſe inſinuari nobis per illud celebratũ dogma/ Noſce teipſum: Quod qualiter etiã ſane poſſit intelligi declaratur. Caput quintũ.

ſ Ed & uetus illud Eulogiũ: quod ꝑ Apolinis pythij ferebatur oraculo admiratũ undiq; quaſi q; publica (ut inquit ille) præconis uoce prolatũ: hoc ipſum de cogitãda morte nobis inſinuat q̃ nec ab Apolline pythio nec a Chilone lacedemonio (ut Plinio uiſũ eſt) nec a Thalete mileſio ut uarie proditur originẽ traxit: Sed a Moſi deuteronomio ut Ambroſio placuit & a libro Iob monumẽtis utiq; multis annorũ ſeculis & ante illud oraculũ & priuſq; tales & Chilon naſceret̃ perſcriptis: Ex diuinis enim eloquijs non modo philoſophi antiquiſſimi ſententias excerptas ſuã in philoſophiã tranſtulerũt: ut eſt euidẽtiſſimũ: Sed & ipſi dæmones eaſdẽ furati ſunt quo ſapiẽtiores apparerẽt: & homines ad ſui cultum uaniſſima ſuperbia prouocarent. Hæc ergo (mea ſententia) celebratum iſtud dictum nobis inſinuat. Partes ex quibus compagineris aduerte: unde ueneris curato ſapere: Quid acturus ſis penſicula: Quis ſis futurus: Quoq; tã-

dē iturus sæpissime cogitato. Atq; illo animū diligenter appellito. Iam si partes ex
q̄bus es cōstitutus cōtemplatus fueris animā & corpus: Formā uidelicet & mate-
riam depræhendes: Si animæ spectabis naturā: partemq; potissimū eam: qua intel
ligimus & sapimus persuasissimū habebis & incorruptibilē esse & īmortalē: Qđ
enim corruptioni obnoxiū est uel ex accidenti (ut ita dixerim) interit hoc est alio
quopiā abolito: uel ex se & naturæ ꝓpriæ defectu corruere necesse habet: utroq;
anima liberatur incōmodo: Nam fieri non posse extra controuersiā est: ut qđ per
se habet esse rei alterius iactura depereat: At anima per se subsistit: alioquin pro-
priam operationē quæ etiam corporis non esset quale est intelligere nō haberet.
Non enim per se operari potest: nisi quod per se existit: Anima uero cuncta cor-
pora resq; vniuersas nosce capax est: Quod signū est euidentissimū se in eo intel-
ligendi munere non cōmunicare cum corpore: cum sit manifestū: nihil habere eo
rum quæ nouit in sui natura agnoscentē oportere: Quia noticia careret: Nec ipsa
sensorio in suis functionibus indiget: Cui scilicet sit affixa: quādo illius organi na
tura determinata uniuersorū corporum agnitionē excluderet. At illa quæ ex se
non subsistunt qualia sunt accidentia/qualia naturales formæ/ qualia brutorū ani
mæ ad generationē compositi suboriri: Ad internitionē aboleri dignoscimus: q̄a
immersa materiæ uis omnis eorum est. Nec belluarum animæ propriā ullam ope
rationem habēt: Sed quicquid agunt cōmune est cum animali. Neq; capaces exi-
stunt præterq; rerum singulariū in organo sensorioq; particulari receptarū. Per se
uero corrumpi non posse animā liquido corrogatur: Quoniā id quod ex se ali-
cui cōuenit fieri non potest ut ab eodē separetur. Esse autē per se formæ conuenit
quæ actus est: A se ipso uero nō separari posse actū quis ambigat: Quid ꝙ si ani-
ma (ut quidā finxere) ex materia & forma consisteret adhuc eā incorruptio & im-
mortalitas cōmittaretur. Cum ibi corruptio non habeat locū ubi contrarietas de-
est: Generationes enim ex contrarijs & incontraria pariter & corruptiones: Intel-
lectiuæ uero animæ inesse contraria nequeunt: cum quæ recipiat iuxta suæ natu-
ræ recipiat modum: Tantūq; absit ut contrarijs receptaculū præbeat: ut etiā quæ
suapte natura pugnantia sibiq; inuicē semper aduersantia mox eam introgressa
pacem ineant: unāq; scientiā (siquidē contrarioꝝ eadē est scientia) rationes eorum
& simulacra cōstituant. Et quid plura de animæ immortalitate: quā omnes ex pri-
scis philosophis qui præstantissimi fuerunt & habiti sunt asseruisse cōperies. Mer
curium scilicet ter Maximū in Asclepio: Pythagorā eiusq; præceptorem Phereci-
dem: quem Cicero tradit primū de animarū æternitate disputauisse. Et si Apuleio
credimus: primus relictis metrorū regulis prosa oratione philosophiā conscripsit
Platonē in eandem sententiā iuisse conspicies pluribus in locis cōmentationū sua
ru m: in Timeo/in libris de Re. p. In phedone maxime. ī epistola ad Syracusanos:
huic ueritati nō solum tota illius familia: sed & Zeno atq; ipse Chrisippus: quem
stoicorum porticū fulcire Cicero aiebat assenserūt: Sed & ipse Aristoteles nonne
hoc idem constātissime asseruit: & in secundo de anima libro. cum intellectū a cæ-
teris anime uiribus tanq; perpetuū a corruptibili separauit: & cum in primo scri-
psit si fieri posset ut propriam operationē haberēt separabilē esse prodidit quoq;
in secundo libro de animaliū genere intellectū corpori extrinsecus aduenire. Mit
to priscorū poetarū innumerā cateruā: Mitto Sybillina carmina: Mitto quid Cy-
rus maior apud Xenophontē loquatur: illis enim antiquis quāq; cæcutiētibus in
multis errorum tenebris in tantum animæ est credita īmortalitas: ut Cato maior
apud Ciceronē ita locutus sit: Quid si in hoc erro ꝙ animos hominū esse immorta
les credam libēter erro. Nec mihi hunc errorē quo delector extorqueri uolo: Sin

mortuus:ut quidã minuti philoſophi cenſent nihil ſentiam:nõ uereor ne hunc er
rorẽ meũ mortui philoſophi irrideant:In hũc fere modũ quanq̃ exactius ſctiſſima
quædam cauillatio proditur:Qua redargutũ philoſophũ quendã impium ab re-
ligioſo noſtro homine ferunt.Quero(inquit)abſte immortalis eſt anima nec ne:
Si mortalis credẽtes eam immortalẽ nulla incõmoda comittabuntur. At ſi fuerit
immortalis:& id non crediderimus maxima in nos detrimenta reddũdabũt: Nõ
eſt igitur ambigendum illam eſſe immortalẽ:nec ab hoc quiſpiam recte diſſentire
poteſt niſi mentis emotæ & penitus ab alienatæ fuerit.Miſſas ergo facientes gen-
tilium auctoritates & rationes etiam efficaciſſimas a noſtris theologis qui pariſien
ſi ſtilo ſcripſerũt excogitatas Gregoriũ audiamus. Qui cum in cõmẽtarijs in Iob
multas rationes ad immortalitatẽ animæ probandam attuliſſet adiecit: Qui pro-
pter iſtas rationes credere noluerit: propter fidẽ credat: cui omnino aſſentiendũ
eſt Chriſtianis potiſſimũ quibus loquimur:Cum ex auctoritatibus utriuſq̃ teſta-
menti exploratiſſimũ compertiſſimũq̃ habeatur animã eſſe immortalẽ.Diximus
de noſtri parte nobiliori: Iam ad alterã hoc eſt materiã tranſgrediendũ: Quam ſi
conſiderauerimus & eius deſideriũ & appetentiã diuerſarũ formarũ examinaue-
rimus:elementorũq̃ contrarias qualitates ſemp̱ pugnantes: mortẽ gerere ſemper
bellum aduerſus nos fatebimur:inſtareq̃ eam propinquareq̃ ſingulis momentis
aduertemus:Cum exſiccet continue uiuificũ humidũ naturalis calor:& contra il-
lum ſæpiſſime ſuperfluũ humidũ obruat atq̃ ſubmergat. ut ſupra latius oſtendi-
mus.Quæ oĩa noſtra mala & naturæ incõmoda uitiatæ ex primi hominis pecca-
to manarunt.At ſi unde uenerimus perſcrutabimur: creatam a deo noſtram ani-
mam iunctãq̃ corpori a parentibus generato & ad formæ ſuſceptionẽ diſpoſito
& aptato noſcemus:ut omnes theologi aſtruũt & philoſophi recte ſentientes exi
ſtimarunt: Verum ſi quid agendũ tibi cupieris intelligere: audi Auguſtinum di-
centem feciſſe deum naturam rationalẽ/ut ſummũ bonum intelligeret.Intelligen-
do amaret:Amando poſſideret:poſſidendo frueretur.Hic finis noſter:hæc cõſu-
mata fœlicitas: ad quã per mandatorũ diuinorũ cuſtodiã peruenire cõceditur.Si
poſtremo quis ſis futurus:Quoue iturus curæ tibi fuerit ſapere:& Triſmegiſtum
ſciſcitaueris.reſpõdebit in Aſclepio:Lucio etiã Apuleio interpræte iuſtã animam
in competentibus ſibi locis manere permitti: Delictorũ uero maculis uitijſq̃ obli
gatam in diuerſa ſemper eternis pœnis agitatam raptari. Si Platonem etiam per-
cunctari cordi fuerit audies in Phedone docentẽ Animas quæ iuſte egere poſtq̃
a corpore diſiunctæ fuerint præmijs affici. Quæ perperã detrudi in tartara ad ſce-
lerum luenda ſupplicia ſempiterna.Et ſi ad porticum te conuerteris omnium fere
ſtoicorum præſertim Zenonis uocem excipies ad momẽtis piorum ſedes ab im-
pijs eſſe diſcretas:& illos quidẽ quietas ac delectabiles incolere regiones:hos ue-
ro luere pœnas in tenebroſis locis atq̃ in cæni uoraginibus horrendis. Qui phi-
loſophi hoc ipſum non docuerunt:Qui poetæ non decantarũt:Nonne apud Ho
merum legitur fedigragos homines poſt mortem ſupplicijs affici. Nonne apud
eundem Sarpedon Neoptolemo minatur eius animã in inferno traditurũ Nõne
apud alios legimus æternas pœnas in morte timendum: Atq̃ etiam in magnas
laxari tartara pœnas:Sed quid hic quaſi nugamenta proſequimur? Adeamus no
ſtros doctores eccleſiæ lumina:ueræ fidei propugnacula:Qui omnes uno ore fa
tebuntur:Luere nos pœnas ſcelerum oportere niſi per pœnitentiã deleta fuerint:
Afferẽt rationes ex diuina iuſticia:Quæ nec fallere nec falli poteſt. Cui nullus eſ-
ſet locus ſi probis moribus homines: qui hoc in aere ſæpiſſime afflictantur in alia
quæ futura eſt uita ſempiterna gaudia nõ manerẽt: & ſceleſtos atq̃ ipſos pœnæ

æternæ: Qui tamē in hac uita uehuntur conspicui: Nec eorū luxuriæ aut terra/aut
mare sufficit: nec est satis auaritiæ qcqd uehit Tagus Pactolus & Hermus. Taceo
exempla multa in libris cum aliorū sanctorū/ tum maxime diui Gregorij posita:
ueluti de Theodorici regis anima: qui Symachum: & Ioannē pōtificem necauerat
asportari uisa: Adeamus quæso supplices pro hac ueritate & clarius & uberius p-
cipienda Christū deum & hominē pro nobis beandis crucem perpessum: Qui p
fecto nos uigilare cōmonebit cum dīem & horam mortis ignoremus: Docebitq;
se uiuos & mortuos iudicaturum: resurrecturos nos in ipsoq; iudicij die ante eius
conspectum statuendos probos quidem ad dexteram: improbos ad sinistram: Il-
lisq; se dicturum: Venite benedicti patris mei: possidete paratum uobis regnum a
constitutione mundi: esuriui enim & dedistis mihi manducare: sitiui & dedistis mi
hi bibere: hospes eram & collegistis me: nudus & operuistis me: Infirmus & uisi-
tastis me: In carcere eram & uenistis ad me. Quibus percunctantibus quando in
illum aut esurientē aut sitibundum aut nudum talia pietatis officia impēderint in
geminaturum: Amen quippe dico uobis: Quam diu fecistis uni de his fratribus
meis minimis mihi fecistis: Qui uero constituti erunt ad lœuam, ppterea q; ea om
nia quæ ab illis fuere impleta dimiserint talia discedentes a magni regis præsentia
percepturi sunt uerba. Discedite a me maledicti in ignē æternū qui paratus est dia
bolo & angelis eius: Et ibunt in suppliciū æternum: Iusti autem in uitā æternam:
Itaq; si nosipsos probe cognouerimus non post habebimus hæc omnia: præser-
tim si diem mortis obseruauerimus: quo iter est ad hæc perpetua uel supplicia
vel præmia.

¶Eos qui suæ futuræ mortis sunt memores sæpissime in illius aduentu letari.
At illos impensissime tristari qui uenturam ipsam minime frequenter cogitant.

Caput sextum.

q Vis etiam fructus (præter q; incitatio ad beneuiuendum) ex mortis co-
gitatione proueniat: si scire auemus eos uel obiter aspiciamus qui dum
uiuerēt id muneris obierunt: Cerciores profectu reddemur factū in eis
ut mortem ipsam quam ueluti malum horremus tanq; bonum hac ui-
ta præstabilius appeterent: Illam formidabilē esse nemo iure inficiari potest quan
do primum compositi bonū abducat: hoc est esse cui cuncta adueniunt bona: &
uelut firmissima quadā basi nituntur: Sane corruptionē propriam quilibet horret
per quam formā a materia hoc est animā a corpore disiungi necesse est: corpore
inquam quod fouet & nutrit. Quod tanquā socium participem & collegam suo-
rum omniū munerū præterq; intelligendi conseruari cupit. Cui beatitatē exoptat
& procurat dulciorum nexuum quibus coniuncti & agglutinati extitere minime
oblita: utpote cuius ope eidem se perficere capacemq; fieri beatitudinis condona
tum sit: Rursumq; illi post primam dissolutionē ad perpetuum consortium uniri
oportere sit a rerū omniū conditore & opifice deo irreuocabili lege sancitum. At
cum anima crebro pensat corpus ab ipsa per mortem separandum: Vnde ultimi
huius officij de quo mētionē habuimus summatur initium perpetui uidelicet cō-
sortij æterna tranquillitas fœlicitasq; sempiterna: inhians cupit experiri qualia sint
illa quæ promissa sunt gaudia: si ad ea potissimum se præparauerit: & Christum
dilexerit. Cuius præciosissimo sanguine cœli ianua patefacta est. Compertū hoc
habemus in Paulo magistro gentium & uase electionis scribente per epistolam
optare se dissolui & esse cum Christo: Corruptionem nanq; corporis illius ani-

ma non formidabat:quæ per illam in cœlos ad beatitudinẽ properare ſatagebat, ipſi corpori poſt modicũ temporis ſpaciũ perpetuã uitã & pacẽ paraturã. Quid enim omne etiam tẽporis ſpaciũ eſt æternitati comparatũ:Sed parumper noſtros chriſtianos mittamus:quibus certa de ſalute ſpes: Quos ſcilicet diuina clementia certos/ſuperna reuelatione reddidit/ſub conditione tamen:ſi ſcilicet dei mandata ſeruauerint:uel ſi aberrantes a ſemita: quæ ducit ad cœleſtẽ Hieruſalẽ ad eãdem per pœnitudinẽ redierint. Accerſamus eos: qui tãtum auctoritate philoſophorũ humanaqꝫ perſuaſione adducti ſunt. Vt crederẽt animę ĩmortalitatẽ fœlicitatẽqꝫ: Illis enim mortẽ ſæpiſſime cogitantibus cuius ope ſempiterna illa cœleſtia dari ſibi ad poſſidendũ crederent ſæpe contigit ut etiã ad illa capeſcenda accenſis mors eſſet in uotis:Omnes Cyrenaici Hegeſiæ auditores ſponte libenterqꝫ decedebãt. Nec certe Cleõbrotus Ambratiotes inuite diẽ obijt: Qui ſibijpſi perlecto de immortalitate animæ libro mortẽ conſciuit: Quam tamẽ cæcutiens inter dẽſiſſimas umbras duntaxat coniectauerat:Tantũqꝫ abfuit ut fœlicitate illa potitus fuerit cuius guſtandæ gratia migrauit e uita:ut etiam in ſummã inciderit perpetuãqꝫ miſeriam. Is autem quẽ nuper nominaui: Hegeſias prohibitus ob id a rege Ptolomeo dicitur ne(ut aſſolebat) in ſcolis publice de contemnẽda uita diſſereret: quia multi audito eo ſibijpſis mortẽ inferebant. Maſſilienſes etiã illi:qui uinum cicuta temperatum ſumentes interibant/ſe mortem non formidare teſtabantur. Quiqꝫ ſuas ſtruxere pyras uiuiqꝫ calentes. Conſcendere rogos:Fœminaqꝫ illa inſulæ Ceæ incola. Que ſexto Pompeio Valerio maximo alijſqꝫ ſpectãtibus ultimo hauſto ueneno decubuit:Atqꝫ etiã natio illa Thratiæ:quæ natales hominũ flebiliter:exequias cum hilaritate celebrabant. Sit & illud nobis argumẽto ꝙ cuiqꝫ terribile eſt qđ ignoratur:ut qđ obſcurũ / qđ tenebricoſum ſit:Sicut aduerſa rõne delectabile qđ illuſtre quod apertũ & conſuetũ habemus. Ob id philoſophi illi ueræ legis expertes:ĩmortalitatis capti amore ſponte ſeipſos enecabãt:Nã & ſi ꝑperã agerẽt(in hoc quippe dãnant̃)quia tñ eius cogitatio illis domeſtica fuerat nõ ſolũ cum moriendum eſſet curſu naturæ ægere diſſolutionẽ tuliſſent: ſed æquo etiã animo atqꝫ libenter. utpote quos nõ lateret(quanq̃ ſubobſcure)futuram poſt obitum puri animi fœlicitatẽ: Aſſequuti enim quandã eius umbrã & imaginẽ fuerant: mediocri coniectura: Cruciatũqꝫ illũ qui in diſceſſu ſentitur magis torquere q̃ diſceſſum: Quem quaſi ſoporẽ futurũ tradit Timeus. Si p̃ſertim nõ ſuffocatiõe fiat:Sed paulatim deficiente natura & tabeſcente. Alia autẽ ex parte chriſtiani peſſimi: quorũ mẽtes mortis unquã memoria nõ tetigit:niſi inuitos:Qui ſepulcri ĩmemores ſtruunt domos:plurimũ mortem perhorreſcunt:& in eis diuinum illud locum habet: O mors q̃ amara eſt memoria tua homini habenti pacem in diebus ſuis. Putant enim nequaq̃ meruiſſe gloriã nequiſſimis facinoribus perpetratis: ſed ſupplicia: Atqꝫ iccirco ægre uitæ huius blandimenta relinquunt: quibus ab initio fuere deuincti:Morteqꝫ tñ fama uel de longinquo notam ad memoriã reuocant:eo horribiliorem:quo nunq̃ cogitatam:cuius dies non ſolum his non familiaris: ſed ſemper a ueſtibulo mentis & ſenſus expulſus:Atqꝫ eum iccirco tanq̃ hoſtem(& quidem infeſtiſſimum)expaueſcunt. Quibus de cauſis efficitur ut illud Senecæ uerũ fateamur: Veniente nemo hilaris mortem recipit:niſi qui ſe ad illã diu cõpoſuerit:

¶Sapientis eſſe cogitare de extremo uitæ momẽto. Inſipientis illius obliuiſci.

Caput ſeptimum.

a T sane si nostris hominibus uitæ spaciū prorogaretur usq; in quingentos annos: quos pleriq; prisci tēporis uixere. Aut si in multa tēpora nō protelaret: modo mortis diē præscirent saltē quandocūq; ueniret: forte non adeo apparerēt insani: qui suas libidines uellent explere priusq; uitæ metas attingerēt: & dum de uita certa spes esset posthabita interim mortis memoria optatis uellent oblectari blanditijs/ utpote in quorum esset potestate dum immineret dissolutiōis dies per pænitudinis uiam ad deum salutemq; redire: Sed cum tam incerti sint quando uentura sit mors q̄ certi sunt eam omnino uenturā non possunt non esse dementissimi qui ita uiuant quasi non essent unq; morituri. Nec aliter de morte cogitent q̄ de his quæ ultra sauromatas & glacealem oceanū agitantur. At hoc ipsum sapientis officium est: Nam si eius est proprium (ut inter omnes philosophos conuenit suas actiones disponere in finē ut scilicet) nihil deliret Amussis: nihil norma denormet quo minus ex uoto affluant optata: Erit ex aduerso stulti hominis finem suum nec nosse/ nec meminisse: Qui enim fieri potest præter quam casu: ut finem eodem ignorato quis adipiscatur: Quando ex illius appręhensione parari/ cætera ad id consequendum oportuna sit necessum. Persuasissimum christianis est finem primarium & ultimū nobis præparatum: si homines non bruta fuerimus esse beatissimæ trinitatis uisionem & fruitionem apertam: Quam in hac uita nequaq; possumus possidere: Sed prius esse moriendum: unde uel in utrunque hominem beemur æternum / uel uitijs oppressi / summoq; bono contempto sempiternas pœnas luamus. Nam diuinis scripturis edocti didicimus: si spræto deo bono incommutabili struendis opibus per phas & nephas ambiendis & cumulandis honoribns: perpetrandis sceleribus inherebimus in sulphure & igne pœnas dabimus: Si rursus rerum inferiorum usu contenti nostras omnes functiones & munera cunctaq; : quæ agimus in dei gloriam (ut docet Apostolus faciemus) nostræq; semper uigiles prospiciemus saluti cælestem nobis gloriam promerebimur. Mortem itaque ueluti extremā ianuā qua ad perpetuam uel uitam uel mortem datur introitus habere in memoria operæpræciū est: ne in querendis & disponendis medijs aberremus: Sæpius enim fit ut quæ fini consequendo oportuna credimus alio ducant. Atq; ob id adherentes eis ab illo quod fuerat in uotis assequi longe absimus. Queret quispiam Romam concedere audiēs situm esse lucū in itineris meditullio: quo grassatores permulti degāt: qui peregre proficiscentes & spolient uestibus & sæpe trucident: Alia non detur ire uia. Dubitabis ne appellare eum deliri capitis hominem: qui priusq; domo discedat Romam uersus iter facturus: non cogitet armatus incedere: ualido etiam stipatus comitatu: Paratus scilicet ad propulsandam uim: si quam inferri Sicarij molirentur: uel si arma forte desint: aut amicorum seruorumue cuneis: onustus auro & argento inermisq; penitus capessat iter: qui inquā non maluerit leui comitatus canna Romam contendere: uillatico indutus panno: & eo etiam longo temporis usu corroso: Vnde cantare possit coram latronibus uiator uacuus: utpote cum quo nihil omnino lucrari possit crudelis insidiator. At insaniorem etiam iudicabis illum (nisi & tu eodem laboraueris morbo) qui nullam insidiosi luci memoriam habere uoluerit. Sapientem contra qui quāprimum periculi fama ad eius aures peruenerit / parare tutum sibi iter procurabit: sapientissimum illum qui priori munitione non contentus quam fieri potest sæpissime ad memoriam reuocat nemus formidabile: excogitans plurimas euadēdi uias quo tandem optatā Romā perueniat: Nos uero / qui nō Romā sed Hierusalē: nō illā q̄ in iudea sed q̄ in cœlis pegrini pficiscimur. q̄diu em̄ sumus in hoc corpore (ut inquit Apo-

stolus)peregrinamur a domino obscurã siluã latronibus obsitã necesse habemus appellere:Hanc nõ impune pterire dat diuitibus:nisi stipati,ppugnatoribus trãsmeent:amicosq; preparẽt de mãmona factos iniqtatis: q se p picula comitent: virtutes asciscãt qbus arment: aut si quã possiderint caute custodiãt ne mundus insidijs:Dæmõ pstigijs atq; fallatijs:sensus illecebris eas depdent: qbus inq; resistere populabundis hostibus ualeãt: eisq; inuitis optatã metã attingere: Verum laborantibus inopia non tãto cõmeatu:nõ ualido opus est apparatu:Naturæ dona illibata custodiãt:a deo querãt.crebroq; postulent.Pauperiem non egreferãt: imo exultantes excipiant:Qui cum operibus careant etiã impedimento carẽt:Ditẽtur uirtutibus:quibus acquirendis non opus est ad Indos nauigẽt: aut parte sub occidua trãs Herculis columnas: ut nostros hoies facere solere meminimus:uilissimæ etiam eruginis gratia.Vbi ubi locorũ fueris præsto est uirtus modo illius consortium non dedigneris.His sane præsidijs per nemus tenebrosum & refertũ latronum decipulis iter faciẽtes:Hierusalẽ perueniemus.tutiores si fama periculi hau sta nunquã illius obliuiscemur: de salute semper & libera euasione cogitabundi: Sed queso quis nostrum se moriturũ ignorat: Vnde uel ascẽdat ad cœlum uel detrudatur ad inferos.Quis deprædabundos animarũ dæmones:uitæ extrema hora nobis semper insidiari aut non audiuit:aut non legit:ut socios prius sceleris efficiat illusione suggestioneq; uaria: Deinde supplicij. Nullus ergo non stultus qui hæc minime meditetur:Nullus nõ sapiens qui semper horũ memor est semper sagax & promptus in consideranda morte: querendisq; & asciscendis sibi omni ex parte adiumentis:necnon dispositus ad illã quandocũq; uenerit alacriter suscipiẽdam:huc etiam philosophorũ omniũ recte contemplantiũ studium tetendit: hac iter esse ad fœlicitatẽ iudicauerunt philosophi: Atq; inter theologos constat locũ hunc esse certaminis finem. Quo scilicet strenui milites coronentur.

¶Sanctissimos homines mortis cogitatione usos fuisse frequẽtissime atq; ueros philosophos nec Christi fidem professos. Caput octauum.

h Ac etiam num cogitatione ueluti scuto in prælio aduersus dæmones se tutatos fortissimos athletas ecclesiæ legimus: quod reliquis cõmilitonibus utendũ pariter tradidere eiusq; uim & impenetrabile pene corium & celebrauere & habuere in delitijs plusq; multiplex illud suũ tegumẽtum Thelamonius Aiax.Huius tutellæ memor Hieronymus memẽto aiebat mortis tuæ & nõ peccabis.Qui se quotidie recordat esse moriturũ cõtennit præsentia & ad futura festinat:quod a sapiẽtissimo illo Solomone & quandoq; fuisse exploratum & renunciatum prospexerat: Ecclesia quoq; magistra ueritatis media uita nos esse in morte concinit:& in ipsius celebrati Ieiunij primordijs cinere per sacerdotẽ in caput effuso:his nos uerbis effatur: Memento homo quia cinis es & in cinerem reuerteris:ut scilicet quod cito simus futuri uelimus nolimus assidua memoria repetamus:his armis impugna sæpe defensus Gregorius in libro illo moralium nunq; satis pro dignitate laudato prodidit memoriæ nihil sic ad edomandum appetitum desideriorum carnalium ualere q; ut unusquisq; hoc quod uiuũ diligebat mortuum pensitaret. Idem Ezechielis prophetiam enarrans conditorẽ nostrum mortis diem nobis esse ignotum uoluisse commõstrat: ut dum semper ignoraretur: semper proximus crederetur. Prodidit etiam Augustinus nihil æque a peccato reuocare ac assiduam mortis meditationem. Sed & audiamus Bernardum deuotissimum atque doctissimum:sed hoc ultimo titulo uulgo frau

datum nulla certe sua culpa nullo demerito: quando & ob eius scripta quæ doctrina solida atq; salubri undiq; scaturiunt: & ob ualidissimas disputationes in Gilbertum & Petrũ Abelardum (quarũ ope ab distorto calle erroris atq; mendaci ad ueritatis semitam rediere) docti sibi nomen uendicauit: Hic acie mentis in dei cõtemplatione primũ ꝑductus rursumq; ad corpus reflexus: talia meditãs seipm alloquæbat: Certũ est ꝙ morieris/& incertũ est quãdo/aut quõ/aut ubi: qm̃ ubiq; te mors expectat: Tu quoq; si sapiẽs fueris ubiq; eã expectabis: Hæc tantũ occurrere de celebratis: Hisce doctoribus: quæ in mediũ afferentur: quanq; nec difficulter mille hmõi sẽtẽtiæ redigi possent in iustũ uolumẽ. Omitto dñi nr̃i Iesu christi monitiões euãgelicas in ecclesia cõtinue personantes qbus licet nullibi alia mortis nr̃æ ꝓtestatio reperiret̃ licet miníe uideremus ex uiuis quotidie mortuos fieri: tantũ adhibere deberemus & attentionis & fidei: ut fere nihil aliud cogitaremus. Sed & a philosophis quoq; gẽtilibus ignauiæ coarguimur: Qui mortis meminisse nos oportere diffiniunt. Pithagoras primũ natus tot sæculis ante uirginis partum. Atq; ipse Plato: qui naturę lumine adiutus: sagaci mente ꝑlustrãs hoĩm uitã censuit ꝓ phetiæ studiũ cui nauarat assiduã operã mortis esse meditationẽ. Idẽ existimauit. M. Varro idem. M. T. Cicero quod etiã scriptũ abunde reliquit: Idẽ Seneca: Qui statuit in epistolis nihil æque homini ꝓficere ad tẽperantiã omniũ rerũ ꝙ frequẽtẽ huius breuis æui cogitationẽ: monuitq; in omni actiõe ad mortẽ esse respiciendum: & iterũ libro naturaliũ questionũ adeo familiarẽ nobis mortẽ cogitatione efficiendã esse ut possimus illi obuiã exire: hoc ipsum consiliũ (ne omnes percenseam singulatim) quosq; recte sentientes dedisse nobis cõperiemus. Nam quanq; philosophorũ plurimi conscij omnino non fuerunt futurę gloriæ. quæ in nobis ab ostenso tramite ueritatis non delirantibus reuelabitur (ea enim sola fide tenetur) scintilla tamen æterni luminis omnium menti congenita: quam lumen uultus dei super nos signatum Dauid appellat: ueritates eas: quæ ad rectæ uiuendum pertinẽt/illos edocuit: Quo circa fere omnes & osores uitiorum & amatores uirtutum extitere.

¶ Eadem cogitatione tres decipulas iniqui dæmonis a nobis euitari. Item malis hominibus nõ esse pacem: Item cauere nos facile a uitijs: & uirtutes acquirere. Caput nonum.

eX hac demũ consideratione expelli uitiorũ origines: uirtutes acciri perfacillimũ est. Tris sane decipulas paratas dæmon custodit: quibus ꝓpinquantes in easq; uel pauxillũ ĩpingẽtes: facile ruamus in uitia. Quę sunt inane gaudium: Ad spiritualia obeũda munera pigra durities: fluxarum rerum affluentia: Nec quenq; saluti propriæ bene consulẽtem latent. Præfert enim primo ludicræ nec ueræ/sed magnæ læticiæ speciem: Quam postq; hauserint oculi eius nimia cupidine oblectati hallucinatiq; fixiori obtutu: primario illam sensui præsentant. Mox appetitus in eam spe potiundi progreditur: Quod cum aduertit ꝙ & astu & dolis aduersus nos dimicat: imaginem illam obtegit & multis adumbrat difficultatibus: Quo irascentia excitetur: bonum semper & arduum deposcens. Atq; in hunc modum sensilis homo modo sperat modo meret quousq; uoti compos efficiatur: Sicq; inescatur trahitur ad rhetia. Hoc quippe in uotis est dæmoni ut occupatos semper nos teneat ĩ quibus delectemur: ne mẽtis oculos uel ad æterna bona leuemus: uel ad mortẽ q̃ ĩminet ĩferniq; pœnas formidabiles deflectamus: Vñ alia fabricat̃ decipula: cũ illis q̃ uident̃ ꝙ ꝑsto sũt sesibus

impediti irretitiq; ad spiritalia ꝓsequēda quæ. s. nō uidenť carneis oculis nō mouemur ex qua iter est ad tertiā foueā: quādoquidē qui tēporalibus stipati bonis: quæ forte mille insidijs mille etiam anxietatibus sibi coaceruauerūt: in hisq; cor ꝓpriū mersauerūt: quæ futura necessario sunt negligūt: ea tanto feruētius amantes inania bona quāto laboriosius sunt cōparata: Nec em̄ diabolus amicis suis hoc est eis qui post habito deo sibi adhærēt: momētaneæ delectatiōis gr̄a cōcedit optata: absq; erūnarū admixtione: Aut eosdē etiā inter ꝑtas delitias nō affligit: sed arā infœlicitatis ex primo amicitiæ momēto imꝑtit. Cū nō sit pax impijs testāte ꝓpheta/ imo deo ꝑ os ꝓphetæ. quas rogo putandū est moles molestiarū circūstare diuites illos: ꝗ in oē nephas iuere: ut diuitias sibi & posteris p̄pararēt: ꝗbusq; ꝓcellis erūnarū exæstuāt. O si cerni dareť inter nos cōsciæ morsus: ꝗbus semꝑ afflictanť: rodunť/ lanianť: Præberēt in spectātibus nobis triste sed salubre spectaculū: Aspiceremus cōtemplaremurq; nō mō dei cōtēptores subterraneo in loco dare pœnas scelerū: Verū etiā dū sublimes uehunť/ dū honoranť/ dū roganť/ dū auro coopiuntur/ dū eorū fœlicitati: ꝗ sūma in hac vita infœlicitas ē: a stultis: ꝗ eos intus & ī cute nō nouerūt īuideť: Mortis uero dies cū ad memoriā: reuocať gaudia illa tā speciosa/ tā honorata turpia uidenť & uilescūt: eorūq; magnitudo decrescit: Qui em̄ pulcrum videri potest quid sit magis umbratilis pulcri similitudo ꝙ pulcrū. Quid opus est honorare id: quod nec uirtutis capax sit/ nec finis possideat rationem: sed mox interiturū: corruptioni obnoxiū & obligatū: Cur magnū illud existimamus quod caducū est qđ semper minuitur/ roditur/ & ab ipso tēpore absumiť: Nonne demētiæ extremę est sibi tot annorū curriculis tot laboribus inhiādo cōquęrere ꝗ uel ictu oculi mors arripiat & trāsferat ad hæredes: ꝗ persæpe ipsam & luxuriose disperdāt atq; uno etiā in symposio lyguriāt. Quod nisi simus insaniores horeste: postq; ꝑcepimus oportere nos uel in bonis uel ī malis opibus desudare: ad ea cōuertemus animū ꝗ māsura & stabilia sunt: vnde & cauti instructiq; iter aliud incedemus: eas uitātes insidias: ꝗs in nostrā ꝑnitiē tetēdisse dæmonē ostēdimus. Deseremus oblectamēta carnis: Auocabimus mentem a sensibus. illoq; figemus eius aciē: vnde nobis maximi ꝓuentus operū bonorū eueniāt: Illas struere opes icipiemus illos effodere & cōgregare thesauros: Quos adueniēs mors tm̄ absit ut auferat: ut etiā cumulatius reddat. Cæterū & Apostoli præcepto obsequentes affluentibus diuitijs cor nō opponemus: atq; ad implendū illud Christi alacres & lęti descendemus: Assiscētes nobis amicos de māmona factos iniquitatis: qui cum defecerimus: nos recipiāt in æterna tabernacula. Hac nimirū cōsideratione hæc uitantur incommoda hæ uitiorum radices uelluntur: Nam multa quæ a malorū hominum turba patrantur: hac spe factum iri: luce clarius conspicitur: ut scilicet diutine possideanť: Verum si adueniente morte/ quæ cogitatus plurimos abrūpit cuiusq; hora hinc incerta est semperq; uacillans: inde semper propinquans semper minitans. talibus longo tempore se uti non posse meminerint: Credendum est forte ut rapiendi & coaceruandi diuitias ardor extinguatur: & ad capescēdas uirtutes tāto acrius inflāmentur: quanto minus transeundi spatij præscriptum sibi tempus coniectura assequi poterūt: qui nunq; falli credant: si minimū existiment quid residuum est: sicut non nisi perniciose ludificari: si abesse illud putant a foribus uel pauxillum: Quæ cum ita sint excutitur somnus ab eorum oculis/ & uigiles fiunt ad prosequendas uirtutes: Sed iam properat in finem oratio: poscitq; ut exequamur quæ libro tertio tractaturos nos promisimus. Quoniā duobus præcedentibus & amare & timere animā ostendimus/ pariterq; quid cogitare debeamus assidue monstrauimus/ ne aut in amando aut in timendo deerremus.

LIBER TERTIVS IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DE MORTE CHRISTI ET PROPRIA COGITANDA.

¶ Quid superioribus libris actum sit & quid deinceps agendũ. Caput primũ.

SVPERIORIBVS Libris in uniuersum sed strictim etiã & cursim docuimus ex iugi cogitatõe mortis xpi & ꝓprie uitiorũ fomẽta facillime posse tolli: uirtutũ plãtari radices: atqꝫ earũ etiã incrementa iuuari. Hoc autẽ quẽ habemus ꝑmanibus diuina suffragãte ope confidimus declarare utraqꝫ id munus cõmodissime obiri posse: Atqꝫ hunc ordinẽ seruaturi sumus ut nũquã in aliquo libri capite de una mentiõem habeamus: qn & de altera statim disseramus. Porro meditationes hæ ꝑter id (qđ inter primi libri initia dictũ est hac ratiõe sibi quadrant/ & consentiũt: ut modo timore mortis & gehẽnæ depræssi: modo cõcalefacti amore & excitati feruidius operemur. Qđ si perfecti hoĩes nõ laborẽt formidine: qñ ꝑfecta charitas (ut Apostolus ait) mittit foras timorẽ. Verũtamen cogitatio mortis tantũ abest: ut eis noceat, ꝙ etiã illos ad amandũ acrius accendat: Quandoquidẽ optati christi præsentia ad plenũ frui se non posse nouerint: nisi prius aĩa migret a corpore. Imperfecti uero atqꝫ etiã ꝓficientes qui. s. aliquid adhuc de mũdo diligũt: nec ad ultramundana fortiter animũ eleuauerũt: cognoscentes amorẽ fluxarũ rerum finiri oportere destituunt̃ spe diuturne potiundi: menteqꝫ alio uoluunt salubriori adhibito cõsilio: studiũqꝫ omne in amãdo christo cõuertũt: Atqꝫ hũc in modũ inter amorẽ & timorẽ positi dẽmonũ laqueos euadũt. Nã si beneficia: quæ per eius cruci humano generi collata sunt recolamus: Eaqꝫ cõtemplemur q̃ per eandem in nos etiã si recte uixerimus existere debẽt: rapimur in amorẽ/ iuxta illud ꝓphetæ: Cõcaluit cor meũ intra me: & in meditatione mea exardescit ignis: Rursus cum percussi horrore ꝓpriæ mortis: q̃ (si tot etiã uiueremus annos quot prisci illi patres ante cataclysmũ uixere) æternitatis ꝓportione uẽtura est ocyssime recordamur extraria hæc oĩa quæ sub oculos ueniũt appetenda q̃bus acquirendis tantopere laborat humanũ genus: uelimus nolimus esse relinquẽda facile fiet ut contẽptis momẽtaneis illecebris ad eundẽ christũ amandũ ascẽdamus. Quo cũ ꝑuenerimus subaratos nos spe futuræ fœlicitatis noscamus: Nã ex ui amoris in amatũ christũ transformati eius naturæ ꝑticipes ꝓ naturæ modulo fiemus: uiãqꝫ/ ueritatẽ & uitã/ quæ oĩa ille met sunt pro nostra capacitate tenebimus. Nemini eñ per auia uaganti optatã cõtingit metã attingere: Nec ullus unqꝫ ueritatis ope frustratus errores deuitauit: nec uita destitutus uiuere potuit. Nunc impleturi qđ ꝓmisimus primo de peccatis succidẽdis: secũdo de serẽdis uirtutibus uerba faciemus libatis prius q̃busdã de pctõ deqꝫ capitalibus uitijs: Ne ꝓlixior q̃ esset oportunũ disputatio nr̃a fieret atqꝫ cõfusior: Et quãqꝫ de pctõ ĩ uniuersum mẽtio sit habita: nõdũ tñ eius rationẽ (qđ nõ est ꝑtereundũ) explicauimus supposuimus eñ gñalia q̃dã de eius natura & effectibus: nota uidelicet satis atqꝫ uulgata ut moris est Aristotelis & philosophorũ plurimorũ q añqꝫ qd sit id de q̃ disputet̃ ꝑscruptent̃: & eius ꝓprietates peculiariaqꝫ munera exequant̃: qd sit supponũt: ac quædã præmittũt talis rei munia ab oĩbus fere uisa & animaduersa. Verũtamẽ hoc ĩ loco nõ de ipsius peccati natura curiose perscrutabimur: nec de ipsius subiecto nec de reatu remanente: nec an quo ad actum sit aliquid quo ad deformitatẽ penitus nihil: & multis huiusmodi quæ diligentissime a nostris theologis sunt pertractata: sed nõ nullas peccati descriptiones speciesqꝫ tangemus.

¶ Quid sit peccatum: Item de originali & actuali: quod in mortale & ueniale diuiditur: & quomodo unum ab altero discerni queat. Caput secundum.

P Eccatum siue in operibus naturæ siue artis naturæ imitatricis: siue in moribus illud contemplemur: nihil aliud esse uidetur q̃ deflexio quædam & exorbitatio patrati actus a rectitudine debita: & ab hoc errandi genere ratioālis aliqua creatura: nisi omnino per dei gratiā stabilita nō eximitur: Sola enim diuina uoluntas cum ad superiorē regulā non dirigatur (Deo enim nihil superius) ipsissima est (ut ita dixerim) directio & rectitudo. Cuius participatu & conformitate cætera rectitudinē & perfectionē propriorū operum assequuntur: Quā qui non aduertunt & obseruāt non delirare nō possunt. Ipsi uero de peccatis hominū dūtaxat acturi sumus. Ocurrit inprimis Augustini sententia definientis. Peccatū esse dictum factū uel concubitū contra legem æternā: Cuncta paucis uerbis comprehendēs ad intellectualis naturæ peccatū pertinētia: Formā uidelicet & materiā: sortitur em̄ deformitatē humanus actus: ex ipsa inordinatiōe ad finē/uel regulā. At duplex est regula/qua nostra meteamur opera: æterna una de qua locuti sumus quæ dei uoluntas est: & quasi ratio (ut Thomas ait) Altera/q̄ in nobis est/intellectus. s. cui diuinæ suę legis scintillā quandā indidit Deus qua cognoscimus quid ꝓsequi quid aufugere debeamus. Quare cū Propheta seipsum ꝑcunctaret/quis ostēdet nobis bona. Respōdit: Signatū est super nos lumē uultus tui dn̄e. Vtrūq; euidentissime cōplexus est Augustinus: vnū quod ad substantiā humani actus pertineret qui quasi peccati materia est dictū. s. factū uel cōcubitū: Alterū in quo deformitas actus inordinatioq; consistit ad formā peccati spectās: per quod iugo diuinæ uoluntatis & legis excusso peruerso uolūtate ferūtur inuetitum: Illorū nanq; qui ratione sunt prediti peccatū adeo uoluntariū est (queadmodum ipse Augustinus edisserit) ut si nō sit uoluntariū non sit peccatū/uoluntariū intelligimus nō ꝓ eo solū q̄ qs suæ spontis existēs libera ꝑagit uolūtate atq; libenter: Sed pro illo etiā num qd' quis uel desiderat uel eloquitur uel factitat alioquin omissurus nisi ratione cuiuspiā noliti ad id prosequendū quodāmodo astringeretur. Exempli causa: Minatur stuprator quispiā interitū puellæ uel ui uel dolo redactæ in potestatē/nisi se abuti permittat: laxat illa corpus in illicitā uenerē nequaquā illo cessante hoc ipsum factura: incidit protinus in peccatū nec temporarium aut expiabile: sed nisi priusq; migret e uita debita illud pœnitudine deleat sempiternis tormētis mulctandū: quoniā ab dei uoluntate legeq; deflectit: quæ imobiliter sanxit debere nos malle corpus occidi quā animā: Scit enim uel ad sciēdū obligata ē quibuslibet actibus uenereis præterq; in matrimonio deberi ꝑpetuā pœnam cui ueritati consentiens Aristoteles in Ethicis ad Nicomachū censuit potius moriendū esse q̃ turpiter agendū: Edoctus naturali lumine uirtutē animi corpori omnino præferendā. Reliquas Augustini de peccato descriptiōes aliorūq; Theologorū uel huius quā attulimus partes extare depræhenditur: uel ad ipsam reduci posse commodissime: ut illa quæ in primo de libero arbitrio posita declarat/nil aliud peccatū esse nisi cum relictis æternis rebus temporalia sectamur: & in libro trium & octuaginta questionū omnē humanā puersitatē uti fruendis & frui utendis: Et alibi uolūtatē retinendi quod iusticia uetat: Vt illa quoq; Ambrosij i libro de paradiso finientis peccatū esse præuaricationē diuinæ legis & cœlestiū inobedientiā mandatorū. Verū hoc nomē peccatū nō secundū unam & eandē rationē de omni peccato dici credendū: sed secūdū Analogiam. Illud Theologi partiunt̄ in originale & actuale: originale nuncupat̄ quo ex parentibus descendentes ob

Ādepeccatū inficimur:unde cuncta fluxere peccata. Atq; huic malo ſacri baptiſ-
matis vnda opitulatur uires tamē animæ obvulnus ab eo ſibi inflictū pronitatem
quandā ad malū legēq; carnis rationi infeſtā retinent. Quæ quidē lex multis cen-
ſetur nominibus: Cuius nocumentū his uerbis Paulus apoſtolus expſſit: uideo
aliam legē in membris meis repugnantē legi mētis meæ & captiuantē me in lege
peccati. Actuale uero eſt id: quod conſcij noſtrorū operum & uolentes perpetra-
mus: Hoc in mortale & ueniale ſecatur. Mortale appellarūt: quo aduerſus deum
aut proximū libera voluntate delinquentes digni æterna morte efficimur: Venia-
le uero uocauerūt: quod tēporanea pœna mulctandū ſit. qualis eſt actus ille: q uel
ex ſui natura nec cōtra deum ſit proximūue: Sed præter legē dei: nec decenti cum
charitate paratus examuſſimq; directus ad dei gloriā: aut ipſa cogitatione aut ha
bitu: uel qui ex imperfectione mereatur ueniā. Quod qualiter accidit breuiter &
ueluti in tranſcurſu explicabimus: ut cōmode mortale a ueniali ſecerni queat: Cū
aut diaboli ſugeſtio ſenſim obrepit animū: Aut eundem illecebra mūdi quatit/aut
carnis pulſat titillatio: aut delinita appetentia & ex perpetrādi facinoris occaſiōe:
nutabunda flectat in malū. Fieri minime poteſt ut nō citet ratio cum volūtate: in-
uitetur q; uel ad acceptandū facinus oblatū uel ad reſpuendū & eliminandū: Aut
ſaltē nō conſultetur (niſi id forte cuipiā inſanæ mētis accideret: uſuq; arbitrij liberi
carenti: de quo peccatorū genere in præſentia nō eſt ſermo) quæ poſtq; ſeu de cō
ſilio requiſita: ſeu ad ferendā ſententiā poſtulata fuerit: ex ſublimi illa mentis ſpe-
cula contemplatur: quid quiſq; illorū: mundus: caro: dæmon: machinatur in ſuis
finibus ſuaq; ditione: uel eos tunc excipit ut amicos: blande & comiter amplexat̄
uel ut hoſtes & quidē pernicioſiſſimos fugat & inſequitur: Si recipit illos hoc eſt ſi
conſentit ſurreptioni: mortaliter peccatū eſt: ſi repellit: conſideranda in repellēdo
diligenterq; animaduertēda eſt uel mora uel celeritas. Nā ſi protinus ſimulac co-
gnouerit moliri eos quippiā in ſui perniciē ad depellendos ipſos quāta maxima
poteſt ui deſcendit: tantū abeſt ut peccet: ut etiā ꝙ optime mereatur: Si uero pau-
xillum īmoratur: non tamē acquieſcat illorū dolis: Sed heſitabūda nutet paruo tē
poris momento: ueniale eſt: Si multo hoc eſt ubi ſufficiens ei tēpus præſtitū fuerit
ad deliberandū quid agere oporteat: & demulcente cupiditate hæreat in ueſtigio:
nec ſe hoſtē demonſtret illorū æterna morte dignum eſt crimen: Quapropter no-
ſtri theologi tradiderūt ex conſenſu uero uel interprætato: hoc eſt debito ad ferē-
dam ſententiā obtentu tēporis ſpacio: quo quis in peccati conſiderādi delectatio-
nem abutatur: peccatū fieri: Exempli gratia. Imaginatione quapiā fœminæ pul-
cræ potiundæ excitamur in uenerē. Frequentius enim hac cogitatione paratur: &
difficilius noſcitur/quā ſi ſtatim ratione repellimus/optime agimus: Si in ipſa cogi
tatione delectamur. ꝙuis noſtræ menti fixum ſit: etiā ſi poſſemus tale flagitiū nol-
le cōmittere: tamen æque ac pręſentes illi eſſemus uelle oblectari: mortale ſcelus ꝑ
petramus. At ſi expellēdæ prauæ illi meditationi nos accingimus. & id remiſſius
ꝙ oporteret factitamus: proſequendo tamen abſq; morula uel interuallo ceptum
opus peragimus: Et pˀrſus talis oblati uitij phantaſma ſimulachrūue eliminamus:
æterne mortis laqueū non incidimus. Sed tēporariæ pendēdæ pœnæ obligamur:
hoc eſt ueniali peccato irretimur: Cum noſtræ ſit ignauiæ permittere ſenſus adeo
illudere rationi: ut eam impediāt remorēturq; ab eijciendis confeſtim hoſtibus: q
& bellum indixerūt: & iam fines occupauerūt. Quapropter enitēdū pro uiribus
ut cum primū paruis cogitatibus pulſari nos animaduertimus: quātocius eos re-
pellamus. Nam quicqd ītercidit morulæ: ſemper aut damnū affert aut periculū:
Animaduerſione autē dignū poſſe nos de uitijs etiā obſcenis abſq; peccato: imo

quãdoq̃ cũ merito cõsiderare: & in ipsa etiã num cogitatiõe imorari: Cũ uidelicet aduersus illa scribere uolumus loq ue detestantes eos: q̃ in ipsis ueluti sus in luto mergũtur. Hactenus de his peccatis: q̃ ex ĩpfectione actus ueniã merẽtur: Alioquin pleno ꝑpetrata consensu dãnatiõe: Et quanq̃ diximus quosdã esse actus q ex sui natura ueniã merẽtur: q̃lis est ille qui nec cõtra deũ aut proximũ ex directo cõmittitur: ut cũ quis plus loquit̃ q̃ oporteat / plus comedit q̃ sit necessariũ / plus tacet q̃ expedit: & id genus similia: q̃ Augustinus enumerat in homelia de igne purgatorio: & in decretis repetit Gratianus: Scire tñ oportet ita ex uenialibus ex suo genere mortalia fieri: Si uidelicet finis ille ob quẽ ipe actus uenia dignus ꝓducitur sit mortalis. Puta cũ plus loquit̃ quispiã q̃ oporteat: ut adulterari queat: sicuti etiã ex mortalibus ex sui natura uenialia euadũt peccata ob actus imperfectionem liberiq̃ cõsensus carentiã: Plura occurrerẽt scitu digna: Sed cũ tractata sint a plerisq̃ theologorũ & ꝑsertim Ioãnes Gerson peculiari cõmentario hanc materiã ꝓsequutus fuerit: Ipsi quoq̃ in dialogo nr̃o de serena consciẽtia satis (ut arbitror) explicauerimus: Ad ea quæ prosequẽda proposuimus transgrediemur.

¶Septẽ esse pctã capitalia ex q̃bus cũcta alia exoriunt̃ & pullulãt. Caput. iij.

Theologis proditũ est septẽ esse capitalia uitia / ueluti duces exercitus: sub q̃bus reliq̃ ueluti gregarij milites merẽt. his tñ non ex ea methaphora impositũ est nomẽ q̃ capite. s. puniri debeãt: quale illud capitale decedere ꝑsidio: eũ quia ex ĩpfectione actus oĩa possint esse uenialia: tũ q̃a aliqua eiusmodi sunt ex ꝓprio genere: uerũ ea ratiõe capitalia sunt appellata q̃ capita sint & principia ex quibus oriañt reliqua eorũq̃ gratia fiant. Hec sunt inanis gloria / ira / tristicia / auaritia / inuidia / uẽtris ingluuies / libido carnis. Cur vero tantũ septẽ annumerẽtur quorũ ductu ueluti a fonte plura manẽt: Thomas aquinas tũ in secũdo cõmentariorum in sententias tũ in q̃onibus de malo. Tũ in secũda parte theologicę summæ latissime disseruit: Modo ex parte irascẽtię & appetẽtiæ corruptæ rationem afferens. modo ex parte boni & mali: Quem modũ ut exactiorem sumus sequuti: Hæc eñ cum causa cæterorũ existãt secundũ finis rationẽ eorum ortus bifariã potest attẽdi. Primũ ex parte peccãtis quia ita dispositus est & animatus ut maxime fini aliquo afficiat̃: unde plurimũ in aliq̃ pctã cõmittenda ruat. q modus originis eo sub arte nequit cõprehẽdi q̃ infinite fere sunt singulorũ hoĩm uoluptates & affectus illiciti: Deinde ex parte habitudinis & ipsorũ inter se finiũ cõmunionis: & quo ad hoc origo hæc nõ fugit artẽ: q̃ñ sepissimæ unũ ex alio suboritur & prodit uitiũ: Quapropter capitalia ea peccata nominabunt̃: quorũ fines si cõsideremus primarias quasdã rationes obtinere aduertemus trahẽdi appetentiam ad se cõcupiscẽdos: & ex hoc eorũ distinctionẽ pluralitatẽq̃ pullulare noscemus: Mouet eñ aliquid appetitũ duplicẽ in modũ: per se ut bonũ ipsum cũ appetitur malũ cũ formidat̃: Atq̃ per aliud cũ uidelicet quispiã uel malũ ꝓsequitur ut bonũ aliquod ei annexũ consequat̃: uel itidẽ bonũ ob adiũcti copulatiq̃ mali horrorem refugit: bonũ autẽ triplex (de humanis loquimur) Animæ / corporis / rerũ exterarũ: Primũ hoc est animæ ex sola appræhẽsione sui ingerit cupidinẽ: qualis est propriæ laudis excellẽtia: cuius deordinatiõe inanis gloriæ peccatũ emergit: corporis deinde bonũ sequẽti ordine procedit: quod vel ad tutelã ꝑtinet indiuidui: sicuti cibus & potus: uel ad conseruandã speciẽ per ꝓpagationẽ sobolis: Cui deseruit cõcubitus excessus in primo munere gulæ uitiũ parit: ex secũdo autẽ: nisi debitis fuerit circũstantijs honestatũ scaturit proditq̃ libido carnis: Quã vulgo luxuriã appellant: Tertiũ hominis bonũ extrariũ est: uti diuitiæ: Quas nimio ardo-

re si aueamus auariciã ꝓxilit: uerũ ꝙ quispiã bonũ aufugiat ob cõmunionẽ admixti mali contingere potest vel ob respectũ proprij cõmodi uel alieni: Inde accidia seu tristicia pullulat, quæ odit spiritale bonũ ob cõnexionẽ associati laboris: hinc si animus ad nihil exterius prorũpat obrepit inuidia alienũ bonũ & gloriã perosa ne propria denigretur & uilescat: Si uero citet uindictã non ualẽs continere se intra limites prudentiæ: sed cuncta laxãs moderãtiæ repagula ebulit ira. Nec mouere nos debet ꝙ superbia & cupiditas hæc ab Apostolo in epl'a ad Timotheũ illa a Solomone in Ecclesiaste: Omnis peccati radix & initiũ nuncupata sit: Item suꝑbiã inter capitalia uitia a Cassiano & Isidoro cõnumeratã/ & a Gregorio ab eorũ cętu sequestratã: quoniã ex diuersis cõsiderationibus cõcordia inter eos paruo labore cõciliatur: sicut enim virtutũ duplex finis pensari potest: fœlicitas. s. cõmunis: ultimusqꝫ & proximus/ hoc est ꝓpriũ bonũ cuiuscũqꝫ ipsarũ: Ita & i uitijs (iuxta id qd' disseruimus) ꝓprios eorũ fines possumus animaduertere. Possumus & cõmunẽ ultimũqꝫ perpendere: qualis ille est qui cæcutiẽtibus nobis bonus apparet: cuius gratia cuncta facinora ꝑpetramus: quando id qd' diuina lege cautũ est ne desideremus nimio furore appetimus. Quapropter in oĩ peccato duo errata emergũt Conuersio uidelicet animi ad bonũ fluxũ & temporarium: & auersio a stabili atqꝫ perpetuo: Quare hinc exoritur suꝑbia generalissimũ vitiũ: quo se homo deo non subijcit: Illinc generalissima etiã num pullulat cupido affectãs ĩmoderate atqꝫ etiã assequens apparẽs bonũ. Quo fit ut uniuersalia uitia nõ specialia pronũcientur. Nonnulli autẽ superbiã accipientes nõ ut uitiorũ caput ceteris specialibus uitijs ascripserũt. At Gregorius & eius in hac parte sectatores influentiã ipsius incũcta crimina recte animaduertẽtes uitiorũ reginã appellauere: Ipsa enim (inquit in cõmentarijs in Iob) uitiorũ regina superbia cum deuictũ plene cor ceperit mox illud septem principalibus uitijs quasi quibusdã ducibus deuastandũ tradit. Animaduertendum uero eã omnino nõ esse unã cum inani gloria: quando illa excellentiã inordinate prosequitur: hæc illius manifestationẽ suspirat.

¶ Capitalia uitia mortis Christi & proprię cogitatione iugi exterminari: & quo modo id commode fiat. Caput quartum.

c

Vm igitur dæmon iniquus animaduertit septẽ hæc uicia cæterorũ seminariũ esse & segetẽ vberrimã. Itẽ nostræ animæ uires ob iusticiæ originalis defectũ nõ omnino robustissimas agnoscat multas nobis molit̃ insidias/ ut in ea labamur: Maxima quippe effectus inuidia humano generi ad cõparandas fœlices illas sedes destinato quibus ipse superbia priuatus est & ad inferos detrusus omnes dolos intendit/ ut careamus eis & sui supplicij consortes efficiat. Is itaqꝫ uersutissimus hostis ob diuturnã experientiã offendendi ueluti bellicæ artis ꝑitissimus dux debiliores partes aduersi exercitus/ ut expugnet uigil & irrequietus excogitat: Modo inuidiã explorat qua de alioꝝ bonis affligamur. Modo uestigat iracundiã ut cæteris impacienter insultemus. modo accidiã satagit prouocare/ vt de diuinis bonis tristemur & ad quærẽdas oblectatiões sensuũ deficiamus: Nunc auaritiã prætendit qua diuitiarũ amorẽ deo & saluti hoĩm & proprio corpori p̃ponamus: Hinc gustũ delicatis saporibus irritat quorũ gratia uel ieiunia ab ecclesia in dicta soluamus uel in proprij corporis perniciẽ crapulemur: hesternoqꝫ mero male semꝑ oleamus: Deoqꝫ interim posthabito propriũ uentrẽ pro deo colamus: Illinc renes excalfacit/ delinit/ scalpit imaginẽ obscenam ostentans ut ueluti sus uolutabro mersi in illicitis uenereis actibus nos ipsos sepeliamus: sæpissime mũdi gloriã ante oculos mẽtis uibrat: cuius splendore halluci-

nati captiqꝫ eidẽ insudemus: quo stratagemate sanctissima etiã opera eorum ho⸗
minum qui ad perfectionis culmen iam iam attingũt sæpe uitiat atqꝫ cõmaculat.
Sed hac præda nõ contentus ultra progreditur: Perscrutatur rimaturqꝫ qua ratio
ne possit efficere/ut ob nostram sequendã gloriam ipsum Deum cui soli debetur
gloria floccipendamus: quibus machinamentis antiqui hostis cui nulla par est
auctore Iob in terra potentia reliquisqꝫ prælijs quibus a ꝓpria concupiscentia & a
mundo petimur: quomodo & Christi primũ & demũ propriæ mortis memoria
prævalentes esse possimus ostẽdendũ. Nã si gloriæ propriæ stimulus agitamur:
Christũ repetamus memoria: qui pro nobis exinaniuit semetipsum (ut ait Aplus)
formã serui accipiens: factusqꝫ obediẽs usqꝫ ad mortem crucis. Atqꝫ illius gloriæ
cunctas actiones nostras & opera cõdonemus. Si nos auri sacra fames molestat.
Aut si principatus & imperij cupidine sollicitamur: ꝑpendamus in cruce Christũ
nudũ languentissimo nostrarũ animarũ amore: qui cũ deus esset & dñs orbis uni
uersi ꝑcũctanti cuidã de diuersorio priusqꝫ crucifigeretur respõdit/ vulpes habe⸗
re foueas/& uolucres celi nidos: se autem locũ quo caput reclinare posset non ha⸗
bere: unde uictu & tegumento alijsqꝫ contẽti: sine quibus uita hæc trãsigi nõ põt
diuitias ceu maxima impedimẽta calcemus. Si blanditijs carnis & uoluptatibus
exurente libidine titillemur/uoluamus animo uirginitatẽ Christi: mentis carnisqꝫ
mundiciẽ: ut ipsius amore in cõiugio casti & cõtinentes esse possimus. Cui si nõ
fuerimus astricti quo eidẽ obsequẽtius deseruiamus: nos ipsos dissitis (ut inquit
ille) fœmoribus emasculemus: spiritaliter tamẽ ne originẽ adamantiũ imitaremur
Quẽ Christi audito cõsilio & hausto illorũ exemplo qui se ꝓpter regnũ cœlorũ
castrauerũt ꝓpria sibijpsi execuisse genitalia cõperimus: uera in hac parte nõ ad⸗
hibita uel nõ seruata euãgelij intelligentia. Si culinæ nidor gulã exagitat atqꝫ pa⸗
lato saliuã excutit si gulæ citamenta cor subeunt felle & aceto Christũ in cruce po
tatũ recogitemus: Cuius nomine multis ante annorũ curriculis Propheta id præ⸗
cecinerat inquiens: Dederunt in escã meã fel & potauerunt me aceto: succurratqꝫ
menti ieiunium quadraginta dierum totidẽqꝫ noctium/cuius instar castigare cor⸗
pus possimus: nobis satis esse arbitrantes necessario nutrimento: ut liberius & ex⸗
peditius eius uoluntati famulemur. Si cor exæstuat ira bullitqꝫ sanguis uindictã
ciens: recolamus Christum nostri amore a seruo pontificis pertulisse alapam pa⸗
tientissime/& indutũ fuisse ueste purpurea/flagellatũ & spinea corona in derisum
& contumeliam coronatum: atqꝫ etiam latroni qui se blasphemauerat ignouisse.
Cuius exemplo irrogatas iniurias/ iactata conuicia/cædes affiniũ Christo ipsi ad
quem spectat uindicta condonemus non obliuiosi gesti illius nostræ etiam instru
ctionis & cõmonefactionis causa patrati: quãdo ut eis qui eum crucifixerãt igno
sceretur patrem orauit: Si rodimur pectora inuidia animum eo uertamus/ pense
musqꝫ solem Christi nutu non modo super eos qui diuinis pręceptis audiunt/ sed
qui etiam scelestissime contemnũt deferri/ uberẽqꝫ promiscue mandari pluuiam:
eundẽqꝫ pro omnibus mortuũ/ut omnes fœlicitate donaret. Modo duritie cordis
non habeantur indigni: Qua cogitatione excitemur/ut non solum aliorũ bonis in
uideamus: sed ut potioribus etiam abundẽt & affluãt exoptemus. Si nos accidia
torpentes detinet & somniculosos segnities illigat feramus animo Christi laborẽ
trium & triginta annorũ indefessum. Quem ut nos doceret doctrina & uitæ exẽ⸗
plo instrueret atqꝫ institueret perpessus est: Subeat mẽtem corpus eius collumnæ
alligatum: & a planta pedis aduerticem cæsum: offerantur cordi fossæ manus fos⸗
siqꝫ pedes cruciqꝫ cõfixi: & nos pudeat molles semper ducere somnos: pudeat nõ
rependere uices amoris: nec in bonis operibus statutis saltem temporibus desu⸗

dare. Paricꝫ ratione hiſce uitijs propriæ mortis memoria reſiſtimus inprimis inani gloriæ. Quippe cum ex fine breui noſtræ uitæ finem quocꝫ gloriæ futurũ breuiuſculum agnoſcimus: ſed quid nobis poſt mortẽ profutura eſt gloria? Ad eam ſane anhelamus/uel ut honoremur/uel ut diuitijs cumulemur: quæ defuncto homini præſtare nequeunt nec ullam omnino afferre opem. Auariciæ ſitis hac pariter potione reſtinguitur/quoniam ea uis mortis eſt ut vno momẽto noſtra omnia bona quæ fortunæ nuncupantur populabunda diripiat. Libidinũ quocꝫ incentiua illicitícꝫ coitus hoc eodẽ medio coercemus: ipſam meditantes corpoream molem quam tantopere cupimus delectari poſt modicum temporis ſpacium eſſe a tineis & uermibus uorandã: futurum quocꝫ ſi illius uel maris uel fœminæ dilectæ mors noſtram uel paucis diebus præcurrat ut nõ modo eiuſdẽ amplexus & oſcula expectamus ardẽter: Sed nec cernere corpus amatũ iam excitata & obturpitudinẽ & ob fetorẽ nauſea poſſimus: Superfluas etiã epulas ea ipſa meditatiõe frugaliter uiuẽtes aſpernabimur: Ne dum in eis ſemper cogitabundi erimus: deſiderantes ad diuturniorem oblectationem Gruis collum: ut Philoxenus ille cupediuora ab omnibus fere & ab ipſo quocꝫ Ariſtotele taxatus: Aſpernabimur inꝗ ſi mente uerſabimus eodem paſtu quo nos inpinguamur uermes quocꝫ paſcere & impinguare: quoniã ipſis ſaginatis nobis pinguiorẽ lauciorẽcꝫ menſam in ſepulchro ſunt habituri. Sed & forte tẽpeſtiuiorẽ: quãdo multi ſint gulæ proceres perditiſſimícꝫ gulones qui cunctantẽ mortẽ & citãt & prouocãt cõmeſtione ſupflua. Frenũ quocꝫ iræ ĩponi perſuaſiſimũ eſt penſantibus nobis mortẽ quam alijs uolumus & aduerſa poſſe in nos facillime eorũ uita incolumi redundare: qui etiã poſt mortẽ niſi prius reſipiſcamus maleuoli animi pœnas acerbiſſimas daturi ſumus. Eodem ſcuto mentem armati non timebimus ictus inuidiæ: perpendentes: ſcilicet fieri poſſe facillime ut ob noſtrã mortem quæ incerta eſt & ocyus uento ꝓpinquat: diuitiæ quas poſſidemus aliacꝫ bona (heredibus nr̃is fortaſſe hoſtiatim mẽdicantibus) bonis illis: quæ noſtris æqualibus præripi auemus: adiungãtur: ꝑpendẽtes etiam ꝙ ſi uoti compotes fieremus: uidelicet ut quæ illis inuidemus ad nos uenirent aut deuoluerẽtur ad alios diuturna tamẽ ob hoc ipſum lætícia nobis exultãdum nõ eſſe. Inertiam poſtremo atcꝫ ignauiam vigiles & alacres excutiemus explodemuſcꝫ luſtrantes mente oportere nos inſuetum mortis iter incedere: & ob id comitibus atcꝫ ductoribus ob latronum populationes opus eſſe nobis quos in plumis & umbra delicíantes aſciſcere nequeamus: Nimirum diuina ope atcꝫ uirtutibus indigemus: aduerſus mali dæmonis inſultus: quæ ſe ſomniculoſis & ſemper ociantibus nõ tradunt acquirẽda: In his quippe comparandis multos agones aduerſus iniquorũ dæmonum cateruas deſudare: in retinendis multa bellare prælia neceſſe eſt: ut tãdem finem optatum & propoſitam ſtrẽnuis militibus coronam aſſequamur.

¶Sanctos homines hoc idem faciendum cenſuiſſe ſcriptis atcꝫ operibus adimpleuiſſe: Idcꝫ parum a nobis cogitari. Caput quintum.

h Aec duo antidota ſanctiſſimi homines nobis reuelarunt: Sibicꝫ ipſis aduerſus peſtiferos ſerpentis antiqui morſus excogitarũt cõpararũtcꝫ: & quancꝫ de his nõ nulla ſuperius ſeiunctim tradidimus: atcꝫ oſtendimus multos philoſophos ueræ ſapiẽtiæ ignaros: mortẽ ſępiſſime cogitauiſſe & cogitandã ſcriptis mãdauiſſe: nihilominus quemadmodũ ſumus polliciti operepræciũ eſt monſtrare ſanctiſſimos & doctiſſimos hoĩes fidei noſtræ maxima propugnacula utrũcꝫ cõplexos fuiſſe. Et alterũ hoc eſt Chriſti mortẽ quod

philosophorū gentiliū pars ignorauit:pars cōtēpsit,ꝓsequutos ardentissime fuisse superq; omnia celebrauisse: Admonet nos Ambrosius in oratione de cruce ut Iesum habentes qui nos propria morte liberauit in ipsum aspiciamus semp: Atq; ipsius signo nostris speremus uulneribus medicinā. Testatur Augustinus se dū tentaretur Christi uulnera ad mentē pro tutela reuocasse: Testanť & alij se tartareos canes sæpissime aduersus eorū salutē oblatrātes / ligno crucis ualidissime expulisse & ab oībus tutos molestijs ob imaginatā frequēter Christi crucē quieuisse. Prodit Henricus susius Christū reuelasse debere crucem & mortē suam iugiter a fidelibus cogitari:Idq; uirginem matrem dilectūq; discipulū potissimū effecisse: ualereq; meditationē ipsam ad inordinatam animi tristitiam repellendam: & ad purgatorij penam minuendā. Tradit Ioannes Gerson in magna illa commentatione sua in canticum uirginis cœlorū regine se quondā a grandeua uirgine,ꝓbatissimæ uitæ Vrbano summo Pontifici sanguinis nexu deuincta interrogatum quodnam potissimum aduersus dæmonis insidias subsidium censeret. Qui dum respōsum aliquandiu suspensum libratūq; tenuisset: mox eam hoc uerbū. crux: subintulisse: Quā ego uocem(inquit)tanq; de cœlo intonuisset/& ita isonuerat suscepi: Adijciens secum multis iam annis reputasse atq; etiam super hoc negocio cum alijs contulisse:nec illo efficatius aut compendiosius antidotū inuenisse: quādo nullū humilius/ nullū diabolico ueneno aduersantius. Noui & ego qui Christi vulneribus aspectis auaritiæ sitim extinxerint: Libidinum calorem suffocauerint:superbiæ motus represserint:cæterosq; uel ob iram uel amorem in nos concitatos tumultus plane sopierint:Sed quis hæc mirabundus auscultet? Nonne(ut sapientissime scribit Ambrosius)passio illius nostra redemptio ē/mors illius uita nostra? An mala hæc cūcta non substinuit ut nos bona omnia sentiremus? Crudelitatem in se exerceri uolens ut nobis misericorditer ageretur: Quis autē quæso illud obseruat/uel duo/uel nemo/ut Persius inquit? At sane si nullum hac cogitatione in nos futurum officium aduerteremus: Adhuc tamen & ob beneficia quibus sumus cumulati & obsperata præmia deberemus ad id obeundū munus animari. Vidimus multos & nouimus uano mortaliū quorundā amore ita illectos: ut nihil sit tam arduū tam difficile quod ultro & libenter illorū gratia non suscipiant: famem perferant:sitim tollerent:Algoribus estibus nū dimoueantur:mille discrimina mortem intentantia subeant:totūq;(quod maioris est dementiæ signum)uitæ tempus eorum uoluntatibus condonant:Ita ut cum liberi sint suæq; spontis ad totam uitā mancipia fiant inani specula pellecti consequendi honores fortasse lugendos: unde sæpe factum/ ut ab eisdē cum homines sint/ & sicuti Propheta inquit:Maledictus est qui confidit in homine. in tot laborum præmiū carceres exilia mortemq; receperint: Alios legimus amore patrie subijsse mortem. Alios uirtutis amore & incorrupte fidei gloria asperimis tormentis e vita obisse. Et nihilominus uidemus Christianos plurimos nec amare nec cogitare eū/qui eos creauit: qui ut fœlices fierēt mori uoluit:& quotidie ut idipsum cōsequātur innumera impartitur bñficia:sed illius amorē in imaginariā terrenæ miseriæ uoluptatē permutare:nec etiā audire uelle sanctorū hominū uocibus de hoc ipso quod sumus præfati ipsos sæpissime cōmonentibus: Qui cū de cogitanda Christi & ꝓpria morte præcepta tradunt/ nisi auribus cæras obderēt quid nam facto opus esset ut resurgerent/a uitijs intelligerēt. Augustinus libro secundo de christiana doctrina: Timorem(ait)de futura morte mentē necessario cōcutere: & oēs motus superbiæ ligno crucis affigere. Ioā. Cassianus in libello de octo principaliū uitiorū remedijs profert Christi & proprie mortis meditationē remedium existere saluberrimū in

delendis omnibus uitijs: idem astruit generale peremptoriũ esse uitiorũ omnium ꝙ homo se credat quotidie de hoc mundo migraturũ & hanc persuasionẽ nõ solum non permittere ullam in corde residere tristiciam: uerũ etiam uniuersarũ concupiscentiarũ & peccatorũ motus comprimere. Possent & alia afferri quibus comprobaretur bipartitam hanc recordationẽ uitijs omnibus maxime aduersari testimonio probatissimorũ hominũ. Sed cum iam satis hoc (ut arbitror) sit persuasum quid circa uirtutes operetur aperiendum.

¶ Virtutes omnes hac bipartita cogitatione facile possideri posse: deq; pluribus uirtutum generibus. Caput sextum.

c

Vnctas porro virtutes de quibus superioribus libris generaliter fecimus mentionẽ eos qui hæc assiduæ cogitant facile enancisci fiet conspicuum. Si ipsarũ naturã & ordinem uestigauerimus/ cõsiderauerimusq; multifariã eas partiunt theologi/ ut scilicet quædã sint ad intellectũ ptinentes: quas intellectũ/ sapientiã/ scientiã/ artẽ/ prudentiã/ noĩauere. Aliæ sint morales: Quarũ duodecim Aristoteles in Ethicis ad Nicomachũ simul cũ his quinq; intellectualibus enumerat: hæ tamẽ ad quattuor reducuntur: q̃s ipsi principales seu cardinales appellant: Prudentiã/ fortitudinẽ/ iusticiam/ temporantiã. Sunt & aliæ fides/ spes/ charitas: Quæ theologicę nuncupantur: Tum quia deũ ueluti propriũ obiectum spectant: tum quia diuinis tantum eloquijs patefacta fuere: Tum quia eas ipse nobis dũtaxat elargitur: Cum enim sit duplex hominis fœlicitas quarum una naturalis scilicet sagaci ratione comprehendi possit: Altera humanos omnes cogitatus eludat: utpote quæ solum diuina reuelatione innotuerit: collustrari nos opus fuit lumine alio potiore eo quo sumus natura præditi: ut ad eam cũ agnoscẽdam tum capessendã apti gnauiq; efficeremur: Quod quidem lumen ipsa est dei gratia a qua ueluti fœcunda radice tria illa præstantissima germina fides/ spes/ charitas nostris in mentibus fœliciter enascuntur: Quorũ ope ita ad finem supra nostram naturã eleuatũ disponimur: sicuti naturæ adiumento ad finem genuinũ humano generi dulci quadã uiolentia propellimur: conuenientissimũ sane fuit diuinum quoddã lumen naturæ lumini superaddi ut id intellectus uidere posset: licet per speculũ & in enigmate: & id posset appetere uoluntas: q̃d ut Esaias Paulusq; tradidere: nec oculus uidit/ nec auris audiuit/ nec in cor hoĩs ascẽdit. Quantum ergo pertinet ad intellectum radius quidam nobis est præstitus quo fides gignitur eoq; constanter certissimeq; diuinis ueritatibus adhæremus. Duo uero radij uoluntati condonati sunt: & primi adiumento in ea quæ iam credidit intellectus: utpote deum finem nostrum recta intentione defertur: Cuius consequendi facultate animaduersa spes emergit: Secundi uero ope: Qui charitas appellatur eidem se deuincit: atq; adeo obstringit: ut deum ipsum iam cognitum atq; speratum in tantum diligat ut in ipsum trãsformetur: & unus fere cum eo spiritus euadat. At sane ex mortis Christi meditatione ad sanctissimę fidei infusionem reddimur habiles: Cum videlicet consideramus totũ pene mundũ prædicãtibus apostolis Christum crucifixũ eundẽ uerũ deum: uerũq; hominẽ credidisse relicta demonũ cultura: unde factũ est ut multi apostolorũ uestigia sequuti totam uitam Christo mancipauerint: Ab cuius cultu nec eculei/ nec cruces/ nec ignes/ aut igniti tauri/ nec alia tormẽta excogitata a tyrannis idolatris auellere potuerũt: Quod constantissimũ propositum sequendi Christũ ut susciperent/ nec mundi carnisue oblectamenta eorum animos demulserant: quæ penitus contemnebãt: nec humana sapientia flexerat:

quando eorum doctores apostoli nec periti grãmatica fuerint (ut Augustinus ait)
nec inflati rhetorica nec armati dialectica: Sed fidei spargẽdo sæmina totum orbẽ
peragrabant/suscitando mortuos/linguis loquẽdo omnigenis cooperante semp
diuino spiritu/& iniquo dæmone aduersante: Ex eadẽ quoq; cogitatione spes in
nobis emergit iam scelerũ perpetratorũ ueniã consequẽdi. Cum Christũ flagitia
cuncta dimittentẽ seipsum dedisse crucifigendũ gratia nostræ salutis animaduerti
mus. At non amare illius mortẽ quomodo possumus? qui nos per eam & reuoca
uit ab inferis: & occlusas cœli ianuas reserauit. His certe si aĩamur/ut decet: Ac
ipsi credamus ut patri hæreditatẽ paternã speremus ut filij: clementissimum opti-
mũq; dominũ diligamus ut serui libertate donati atq; in filios adoptati. Exurgẽt
etiã nũ reliquæ morales uirtutes: quæ ex his tribus theologicis enascunt: Si eñ bo
nũ ratiõis qđ principiũ seu formã uirtutũ noĩant in cõsideratiõis circũspectiõisq;
specula collocauerimus: exorietur prudẽtia q̃ inter intellectus morũq; virtutes po
tissimum obtinet locum: si in ordine ad operationes spectante posuerimus ꝓdet
iusticia: Si ad passiones edomandas accõmodauerimus temporãtia & fortitudo
pullulabunt: quando earũ altera rebelliũ rationi sensuũ uehementiã petulantiãq;
compescit. Altera in capescendis iustis laboribus torporẽ excutit & retrogrediẽ-
tes a iustis operibus ad labores desudãdos impellit: Quas uirtutes uti ciuiles ubi
nobis uendicauerimus: Ad purgatorias purgatiq; animi capescendas: de qbus
cum platonici: tum nostri theologi mentionem fecere prosiliemus: Nam qua me-
thodo facilius q̃ Christi cruce possumus & mundana omnia dispicere contem-
platione diuinorum & terrenorum solo usu contenti esse ad sustentationẽ naturæ
atq; corporis aduersa contemnere: Quę præclara sunt munia virtutũ earum: quæ
animũ purgãt. Qua rursus diuina sola intueri terrenas cupiditates nescire: earũq;
affectiões ignorare diuinæ menti nostrã perpetuo fœdere sociare: Quod purga-
ti animi virtutes efficiũt: Hoc qppe clarius est: q̃ ut ꝓbatiõe indigeat: De quo assi-
dui Christi contẽplatores ꝓbatissimis nos exẽplis certiores reddiderũt. Nec sane
unq̃ ad perfectę uitę culmen quispiam potuit ascendere: nisi qui aut in Christum
priusq; de uirgine nasceretur/aut in iam natum credidit eundẽq; coluit & adora-
uit: ut opere peculiari seorsum ostendere nobis cõsilium est: Nec magnopere in
hoc obeundo munere nos laboraturos credimus ut uidelicet sane mentis hoĩbus
idipsum persuadeamus: Quando ex ipsis gentilium & legũ latorũ & philosopho
rum præceptis cũ diuinis collatis: ex historijsq; & locorũ & tempoꝝ & gestorũ fa
cile liquebit: Quod quidẽ & ille impius Auerroys in libris aduersus Algazelẽ tra
dit cum Romanos post susceptã Iesu nazareni legẽ sapientiores effectos enarret:
Cæterũ mortis propriæ cogitatio ad easdem acquirẽdas uirtutes nos extimulat:
Nam & amissa diutine uiuendi spe præsentia uilescũt: & animamur ut futura spe
remus: & transeuntiũ amore deposito ad id amandũ excitamur ut nobis bonũ nõ
fluxum temporariumq;: sed perseuerans & sempiternũ eueniat: Quo fit ut conti-
nentes/ut iusti/ut prudentes efficiamur. Illi enim qui certo se sciret moriturũ patra
to obsceno libidinis actu decideret nimirũ animi propensio ad id ferendi flagitij
perpetrãdum. Quis autem factus est certior/An deus adijciat hodierne crastina
summæ tempora: Iusticiã pariter ut amplectamur a morte ipsa cõmonemur: In-
uitatq; non solũ ab alienis abstinere: sed etiã a nostris utpote a nobis q̃ citissime
relinquendis. Inde quoq; fortitudinẽ enasci conspicuũ est cum uiuendi spacium
ob futurę mortis incertitudinẽ nihili existimare compellamur: Sed & prudẽtis of-
ficium est metiri agenda recto rationis examine: a quo sæpissime dimouemur ob
affectus earum rerum. Quarum cupidinẽ a mortis meditatione docuimus exter-

minari: Quomodo reliquae uirtutes ex hac etiam meditatione oriri possint: facile cuiuis est dignoscere. Quapropter ad ea quae restat: quaeq perceptu sunt faciliora transgrediemur.

¶ Quid credendũ sit christiano/ quid sperãdum/ quid timendũ/ quid faciendũ/ quid uitandum in oratione dominica/ in apostolorũ symbolo/ in praeceptis decalogi contineri. Caput septimum.

Vm aliquid superioris ope ad finem suae naturae facultatẽ superantem dirigitur: ei opus est (si praesertim capax est rationis) ut eidẽ ueluti super no architecto obtemperet: Quod quidẽ nullo pacto peragere poterit nisi prius crediderit: Nam si propria vi pertingere nequit ad finem illũ cognoscendũ nedũ consequendũ necessario duce indiget: Alioquin eo ipso carebit: At si finis agnoscitur & nihilominus non depraehenditur an in nostra sit facultate eo progredi posse: parũ emolumenti ex prima noticia nobis perueniret: Rursus si quae nostro itineri aut officerent aut opẽ ferrent ignoraremus quidq in ipo progressu faciendũ quid uitandũ nesciremus fieri nõ posset ut illo tuto peruenire mus. Cum autẽ homo ad aeternã foelicitatem sit ordinatus / quae in ipso deo cum intelligendo: tum fruendo consistit: cuius excellentiam aut explicare aut concipe re nec suppetit facultas oris humani: Sed nec captus mentis angelicae: Diuini luminis radijs collustrari nos oportuit (ut theologi docent & mox repetiuimus) quibus inter tenebras nostrae ignorantiae illucescentibus quo esset tendendum quid faciendum/ quid sperandum/ quid timendum/ quid uitandũ/ perdisceremus: Reuelata autẽ ea sunt nobis per spiritumsanctũ quibus adhaerere absq ulla cũctatione debemus: & lumen illud quo haec appareant deitus tradita quoq suscipi possint condonatũ: Item quae peragere nos oporteat/ quae sperare/ quae timere/ quę deuitare eodẽ magistro edocti sumus: & paucis: nam quae nobis ut credamus sunt patefacta in Apostolorum symbolo praecipue conclusa sunt: Quid autem formidare/ quid sperare debemus in oratione dominica: Quae ideo nobis data est: ut illorum auersionẽ horum uero facultatẽ assidua postulatione obtineamus: ut uero bona peragamus & caueamus a malis primae & secundę tabulae monitis instruimur. Monstrabimus autẽ nos ad haec omnia peragenda ex mortis Christi & propriae meditatione assidua reddi aptissimos. Nunc de his quae ad credendum pertinent summatim dicemus: Ac de reliquis sequenti ordine.

¶ Quae in symbolo apostolorum continentur utriusq mortis cogitatione nobis insinuari. Caput octauum.

X symboli articulis Christi mors difficillimus pluribus est uisus: Multi enim credidere unum deum coeli & terre creatorẽ: Multi resurrectionem corporũ: quod & aliqui ex gentibus opinati sunt: & pharisei etiã fatebantur: Sed ut Christum crucifixũ dei filiũ fuisse credant hoc opus hic labor est: Quae mors christianis (quibus mihi sermo) credita & culta cum cogitatur reliquos quasi secum ducit articulos: omnemq ueritatem symboli per animam diffundit Nam mox ingressa mentis uestibulum ipsius Christi diuinitas coeli terraeq creatio: uirginis partus/ passio sub Pontio Pilato illo statim contendũt/ & cateruatim cõmeant: Et cum hic passionis Christi articulus cum propter ordinem/ tũ ꝑpter duas ꝙ in Christo sũt naturas in quodã quasi symbolicae enarratõis

meditullio sit positus cōnexione cognationeq; quadam eodem loci reliquos trahit. Sed cum diem proprie mortis ad memoriā reuocamus fit continuo ut imploraturi opem ad Christi dei meditationē sustollamur: & subit illico mentē carnis resurrectio & uniuersale Christi iudiciū: præsertim si cū interiore homine ratiocinati fuerimus: nos cum ipsa propria carne resurrecturos: similesq; angelis futuros: si ea priusq; moriamur bene usi fuerimus: atq; eorum beatorum spirituū consortio deputandos: Dicente domino / Erunt sicut angeli dei in cœlo: Quinetiam cū nos e p̄senti vita migraturos percipimus fit ut sempiternā illam uitam credendorū & desiderandorū ultimū meditemur: Cum hæc qua fruimur. s. in præsentia ceu rapidissimus flatus a nobisipsis euolet: & propinquet quæ futura est atq; perpetua.

¶ Quomodo ex eadē cogitatione ad petitiões dominicæ orationis excitemur. Caput nonum.

c

Aeterum sex petitiones habētur in oratione dominica quarum tres ad dei honorē & gloriā / tres ad bonū nostrū instituūtur. Ad quas frequentandas recordatione & Christi & nostræ mortis inuitamur. Cum enim Christū cogitamus eūdem extitisse nobis patrem facile cognoscimus. Qui nō solum cœlum & terrā: sed & animas nostras creauit ex nihilo redemitq; p̄ciosissimo sanguine in ara crucis effuso: Quo etiā nos adoptauit in filios. Quapropter hereditatē non parētis carnalis & morituri: sed eius q in celis est patris & optare debemus & expectare. Itē si Christi mortis recordabimur / optabimus ut illius nomē & gloria manifestetur: ipsiusq; & regnū aduētet & modis oībus fiat uoluntas: æquū est enim ut filius expleri cupiat sanctissimi iustissimiq; patris desiderium. Rursus si Christū toto corde meditati fuerimus quotidianū ab eo & supersubstantialem panē efflagitabimus: cuius esu uita perpetuatur: & cum eum qui talem elargitur panē / imo elargitur semetipsum innumeris offendisse pc̄tis recordabimur indignos nos esse tali munere censebimus: Nisi ea ipsa peccata prius expiauerimus: q̄ ob id dimitti nobis postulabimus: Postremo ut mala declinare queamus & ut a tētatōibus illæsi custodiamur ab eo impetrabimus: Cū a nobis quasi ex nobis (ut Apostolus docet) aliq̄d cogitare non possimus: Ab eo inquā cui data est oīs potestas in cœlo & in terra. Propria quoq; mors meditatiōe sui efficit ut ab appetenda gloria uana abstineamus: Qui mox erimus puluis & cinis: Vnde petere excitamur patris gloriā nomēq; per orbē diffundi atq; magnificari: patris inq; illius / q creauit / q redemit / qui glorificabit. Rursus cū appropinq̄re cernimus diē illū quo sit nobis ex hac uita migrandū ne morte etiā moriamur æterna optamus Christi regnū quod perpetuū est in nos aduenire: & illius uoluntatē sicut in cœlo ita & in terra adimpleri: Dei em̄ uoluntas (ut inquit Ap̄lus) sanctificatio n̄ra est. Itē cum memoria tenemus cōpositū hoc adueniente morte dissolui oportere: a Christo æterne uitæ alimentū efflagitabimus: panē. s. ipsum qui ipse est. ut de se inquit: Ego sum panis uiuus q de cœlo descēdi: si quis mādu cauerit ex hoc pane uiuet in æternū: sed & cū recordamur dādas esse post mortē scelerū penas equū est / ut illa deleri per gratiā flagitemus: nā nostræ animæ cymbula prægrauata fatiscēsq; facinorum pondere nunquā cœlestis Hierusalē portū ingrederet̄: Iterum si cogitatæ mortis horror nostra uiscera inuaserit deū facile orabimus ut nos nō sinat a tētationibus superari: ne forte extrema illa mortis hora in peccatis inueniamur / atq; etiam obsecrabimus ut a tētante nos diabolo liberet: Quem sicuti cruce & passione sua eiecit e mundo. Ita & a nostra anima fugare iubeat.

¶Easdẽ obseruationes nobis cõducere ad implẽda decalogi ꝓcepta. Cap. x.

d Ecem legis præcepta quorũ tria ad deũ ꝓcipue spectãt/reliqua pertinẽt ad proximum mortis Christi & ꝓprij finis memoria/ut obseruemus excitamur: Quis enim est tam uesane mẽtis qui credẽs & cogitans christũ crucifixũ & mortuũ ob humani generis salutẽ: cũ ipse homo deusq; sit idola colat & dæmones: Quis sortilegijs & diuinationibus uacet: celestia corpora regere aĩas credat: dicente ipso per Hieremiã: A signis cœli nolite metuere: quæ gentes timẽt: Quia leges populorũ uanæ sunt. Et clamet Esaias: Annunciate quæ uera sunt in futurũ & sciemus quia dij estis vos: & iterũ prædicet Caldeis decipiẽdos esse a sua scientia: Superuenturãq; in ipsos calamitatẽ quã expiare non poterunt. Quis Genethliacorũ deliramẽta sequatur/Nestoreã senectã promittentium. cũ dixerit Christus/Vigilate & orate: nescitis eñ quãdo tẽpus sit: Quis mortalem sibi constituat in deũ adulationibusue insistat. Cum eũ quẽ meditatur ꝓtulisse audiat: Qui amat patrẽ & matrẽ plusq; me nõ est me dignus. & Psalmigraphũ cecinisse: Nolite confidere in principibus/neq; in filijs hominum: in quibus nõ est salus. Rursus quis deos colat alienos: cũ oĩe qđ possidet bonũ illius ope habuerit: Cuius morte quã præ oculis habet erutus est a dæmonũ seruitute: At quis mortis Christi cogitator inueniat̃ qui eius nomẽ assummat inuanũ: Cũ ipse maxime cauerit euãgelica lege: ne temere iuraremus: Vt Zachariã mittamus idipsum ꝓhibẽtem: & Dauidẽ deo ita loquentẽ: Perdes oẽs qui loquunt̃ mẽdatiũ: An ille mentis emotæ non erit: qui cõtra interdictũ ipsius quem mortuum reminiscitur: neq; ob aliã causam q̃ ut saluti nostræ consuleret: committere quicq; nõ erubescat: Cæterum & Christi meditatiõe tertiũ impletur præceptũ: cũ potissimũ ad hoc sit ordinatum: ut eũ. s. quieta meditari mente possimus. Quippe cũ eius obseruatio illius quietis typũ gestet: qua toga mortalitatis exuti ĩ cœlesti Hierusalẽ delectabimur: iuxta illud ꝓpheticũ Vacate & uidete qm̃ ego sum dñs. Quis porro ab his quæ in festis diebus uitanda sunt Christũ cogitando nõ caueat: A corporali. s. opera/culpa/negligentia. Cauemus ab opere corporali cum circa Christi meditationẽ animæ uiribus operamur: Vitamus culpã cũ eius mortis memoria quæ culpe radices euellere potest in nostris mẽtibus moratur. Effugamus negligentiã cum circa dñi passionẽ pie negociamur: Qm̃ & ociositas quæ multã (ut inquit sapiẽs) docet maliciã eradicat̃. Sed & mortis nostræ cogitatione ueluti graui quodã aculeo ꝑciti animamur ut tribus his præceptis pareamus cõsiderãtes ipsius uolũtate nos uiuere. Qui ut eadẽ seruaremus imperauit: Qua nõ aspirãte redigeremur ad nihilũ nedũ morte dissolueremur. Indubia quippe nostroꝝ theologorũ sñia est & quidẽ uerissima cũcta in nihilũ decasura: Si a deo qua est misericordia & bonitate nõ seruarentur uehementius quoq; urgemur si animaduertimus deũ ipsum eorundẽ præceptorũ contẽptoribus post primã mortẽ secundã tormentis inexcogitabilibus refertissimã & minatũ sæpius: & etiã extra oẽm cõtrouersiã inflicturũ. Quarto etiã ob eã meditationẽ obedit̃ mandato: Ex ipsa nãq; cognoscimus ipsum deũ & creatorem & patrẽ: & ad eundem amãdũ disponimur: Atq; etiam decens esse perpendimus: ut illos quorum ope & instrumento nos deus eduxit in mundum hoc est corporis nr̃i ꝓpagatores & amemus & ueneremur: & eo magis q̃ huiusce præcepti obseruatoribus uitã longeuã spopõdit: Mortis nostræ memoria pariter ad hoc inducimur: Ea enim per mortẽ relinquẽda meminibus: quæ existere possent huic obseruationi maximo impedimento. Atq; ad rationis lumen q̃ testante Propheta/super nos signatum est lõgo quasi post liminio redimus: Nec põtificis

uerbis obaudientes sumus: nec illorum pariter/quos in his: quæ sunt spiritus patres agnoscimus. Rursus mors christi & ꝓpria/ut quinto obediamus pręcepto cōducit: Illius nanq; mortē meditantes: cū pro oībus uiuificandis susceptā meminimus fit ut ab astruenda proximi morte aut spiritali aut corporali animum auocemus: nec ei aduersemur qui dum in cruce pēderet & latroni parceret nos edocuit non reponendam esse iniuriam: nedum non inferendam: Porro proprij finis memoria quę a nobis in proximum deriuari possent incōmoda propellit: Qui enim se cogitat moriturum auri sitim a qua cruciatur extinguit: quæ ut plurimū in ꝓximi detrimentū uerteretur. Furorē iræ quæ in alios cōcitatur: tēperat: nec rationē ꝑmittit obnubilari dogmati Apostolico consentiēs: Simili quoq; obseruatione & memoria fit: ut sextū præceptū nobis sit curæ: Nam si uoluntariā perpetuo ꝓ nobis ditandis paupertatem assumpsisse Christū meditabimur nō modo uim inferre alijs ut ditari possimus non moliemur: Sed etiam si occasio dabitur: quæ ltime sunt parta pauperibus erogabimus: ut Christū imitemur. Ad hoc idē patrandū a ꝓpriæ mortis memoria inuitamur: Quādo & dignitates & aurū: in quo cōfidunt homines uniuersum deniq; etiam si ei dominemur orbem terrarum morte amitti non ignoremus: quæ forsan & dissiparet prodigus heres & pingues ferret in cōuiuia mensas. His meditationibus & mecho frenum imponitur: ne hauriendis libinidibus uacet: cū se & fœminā: quam deperit a dei surripi gratia/ & in diaboli progredi seruitutem cognoscit: ꝙq; eos in pulueram mors sit conuersura: Quem quæso libidinum ignis exuret diutius? Si contemplabitur & illud cuius affectat pulchritudinem: & proprium corpus uermibus primū deinde æternis ignibus: nisi resipiscat tradi oportere: Itē ꝙ Apostolo testante fornicatores & adulteros iudicabit deus. Pari pensitatiōe & octauo ꝑcepto audiētes efficimur: Quādo mortē Christi ob falsos præcipue testes euenisse cognoscemus. Propriā quoq; animam occidere noscimus: quando in sapientiæ legitur libro: Os qđ mentit̄ occidere animam. Postremo nec rem proximi/coniugē/domū/aliquidue huiuscemodi aut desiderabimus aut molliemur usurpare: quādo mors Christi (ut ostēdimus) sit oportunissimum remedium ad edomandam tum effrenam libidinem: tum insatiabilē auariciam: Mortisq; ꝓpriæ recordatio uanas & superfluas curas abscindat. Hæc ergo decem illa sunt uerba de quibus Matheus edisserit in euāgelio fecisse dominum mentionem & pronunciasse ad uitam ingrediendā esse necessaria: quæ mortis Christi & propriæ meditatione (ut ostendimus) obseruari cōmode possunt.

¶ Duo illa mandata ex qbus pendent leges & ꝓphetæ facile cogitatibus eisdē a nobis peragi posse nec difficulter posse cognosci quicqd a probatissimis uiris pro comparanda fœlicitate excogitatum est illuc tendere. Caput vndecimum.

d Ei postremo & proximi amorē præfatæ meditatiōes pariunt. Stultum enim non amare infinitā bonitatē: a qua quicquid boni cernit̄ in nobis emanauit: Nam & q̄ diligimus ex caducis corruptibilibusq; rebus ea ipsa uti bona diligimus alioqui nulla appetendi nulla desiderādi causa: Summā autē bonitatē suā: summā erga creaturas charitatē nec clarius unquā nec spectabilius deus ostendit: ꝙ cū pro seruis redimēdis filiū tradidit. Ab hac quoq; meditatiōe uelut seminario oīs alia bona meditatio exoriri potest: Quē enim meditaris/crucifixum meditaris & incarnatum tui gratia: & illud scis esse uerbū per quod facta sunt omnia: & in quo omnia: & ad quod omnia. Cum uero mors propria occurrit meditāda recordare ꝙ ī hac uita nihil aliud habere potes ꝙ uictū &

tegumentũ: eosq; qui plus habent: certe nõ habere plus bonorũ/ sed plus curarũ: unde ad proximi amorem consequendum apti redimur. Sed si examinauerimus quas sibi sanctissimi homines uias statuerint ad deum & proximum diligendum comperiemus utiq; uel cunctas huc tẽdere uel ad hoc disponere: ut scilicet Christum pro nobis mortuũ/nosq; morituros sæpissime cogitemus. Dionysius Areopagita cõmonet purgari mẽtẽ illuminari perficiq; oportere: ut diuinæ lucis capax euadat. Anselmus in meditationibus suis ducet timore itineratur ad deum. Augustinus hoc iter peragens se loquitur liberatũ ab insidijs dæmonũ/ memoria beneficiorum dei quibus cumulatus extiterat. Benedictus docet in suorum monachorum regula emendare & instruere conscientiã: ut ad abnegandũ seipsos & sectandum Christum ipsos inducat. Gregorius sanctorum exemplis incitare torpentes & desides satagebat (Bernardus contemplatione magnitudinis dei humaneq; nostræ miseriæ ad diligendũ deum accẽdebatur) (Franciscus Christo cõpatiendo & eundem imitando ad uirtutũ cumulum proficiscebatur) Dominicus extendendæ charitatis studio cœlum promerebatur. Quæ dogmata iudicio meo procurare sibi cõmodius hominẽ non posse palam est ꝙ his meditationibus de quibus toto tractatu egimus. Id ipsum si ad cæteros: quibus usi sunt sancti exercitationis modos te conuerteris comperiturũ non ambigo: Quos enarrare uel impossibile est: uel apprime difficile: Infiniti pœnæ sunt in diuina contemplatiõe & gradus & uię sicuti & in orationibus: quarum species infinitas esse Cassianus edisserit: Sed an hac: quam exposuimus duplici uia duces hosce sequi possimus ꝓspiciamus. Purgatur animus cum sordes hoc est terrenorũ immateriales formas spiritualibus ꝑdilectas ad meditandum diligendũq; Christum conuersus abstergit: unde lumẽ illud quod iuxta prophetæ eulogium / super nos signatum est a patre luminum descendens ipsam animã remotis impedimentis ingreditur: Quo lumine necessariam ueritatem agnoscit & diligit. At quid quęso efficatius potest incutere timorẽ ꝙ mortis cogitatio omniũ terribilior: Quę uia est si male uixerimus ad tormẽta ꝑpetua. Quibus magis cõmoueri incitariq; bñficijs ualemus ꝙ bñficio redẽptiõis.

¶ Quod elegantissime quondã Ioãnes Picus patruus his carminibus cecinit.

Nam tua siue aliter sapientia siue potestas.
  Nota suas mundo prodere possit opes.
Maior inerratis bonitatis gloria nostris.
  Illeq; præcunctis fulget amandus amor.
Qui potuit cœlo dominum deducere ab alto:
  Inq; crucem summi tollere membra dei.
Vt male contractas patrino de semine sordes.
  Ablueret lateris sanguis & unda tui.

Qua solidiori emendatione castigare mentis petulantiã nobis in promptu est: ꝙ ut futuram nostram mortem sæpissime cogitemus: qua uelimus nolimus ad ponendam superbiam commonemur: Cum præsertim eo mentẽ apulimus: ut uermes de pasci corpus hoc quod tãtopere diligimus sit necesse: unde prodit humilitas oppositus superbię habitus: Propria quoq; fraudari uolũtate ob Christi amorem nec durũ nec asperũ est illis qbus exploratũ est christũ ne pr̃is æterni uolũtas nõ ipleretur obtulisse se crucis supplicio. Exẽplis uero ad bñ operandũ incitãtibus qd amplius egemus: qñ sc̃tus sc̃toꝝ oĩumq; uirtutũ absolutissimũ exẽplar & degẽs in terris & in cruce pendẽs oĩfaria exẽpla nobis ꝓbuerit: Porro seges uberior ad ei cõpatiẽdũ imitãdũq;/ Itẽ ad charitatẽ extẽdendã nobis ꝓstari nõ põt ꝙ cru-

cis ipsius imaginatio: unde & ad amoris rapiamur fastigia & ad imitandũ quantum possumus ꝓperemus. Hæc aïæ pfectio est: Nã perfectũ est illud (ut ait Aristoteles) cui nihil desit: Deest uero aïæ nihil quãdo illud ꝓgressa canit receptui. Si igit nec uehemẽtius ulla re ꝙ xp̃i mortis memoria ad eiusdẽ amorẽ inflãmari possumus: nec certiores effici nr̃æ miseriæ ꝙ proprie mortis cogitatione qua ab nimio nostri amore reuocemur reliquũ est ut ad hæc nobis ꝓcuranda piæ mẽtis affectibus ꝓperemus alacres: & Paulo conformes efficiamur: q ex una meditatõe factus securior: ex altera factus ardẽtior læto aïo (qđ oẽs formidant) mori exoptabat: ut Christo coniũgeret. Idẽ igitur iter nõ formidemus icedere: Et hinc cũ Dauide cãtemus / Prouidebã dñm in cõspectu meo sp̃: & ipse a dextris ẽ mihi ne cõmouear: Indeq; cũ Solomone eius filio memoremur nouissima nr̃a ut ĩ ęternũ nõ peccemus.

¶ Exhortatio ad lectores. Caput duodecimum.

q Voniã profecti sumus ad metã decursis propositi operis spacijs restat ut lectores exhortemur ne illicibilibus huiusce uitæ delitijs quasi poculis circeis affecti mortis Christi & proprie obliuiscãtur. Parũ quippe ꝓfuisset & rationibus ꝓbauisse & auctoritatibus cũ theologorũ tũ philosophorũ ostendisse vtrãq; mortẽ debere a nobis cogitari nisi sedulo cogitaretur. Aduertamus quæso collata in nos ꝑ Christũ beneficia: cõtemplemur obsecro cœli terręq; creationẽ & euocatũ ab inferis humanũ genus per ꝑciosissimũ illius sanguinẽ in ara crucis effusum. Examinet unusquisq; nr̃m si se ab rege aliquo in quẽ læsæ maiestatis crimine peccasset / nõ solũ a supplicio capitali absolutũ nosceret vitaq; donatũ: sed regẽ ipsum ne iusticiæ maiestas nõ coleretur eidẽ supplicio propriũ obiecisse caput: quantas illi gratias habiturus esset: qui. s. perpeti mortẽ maluisset ꝙ reum facinorosumq; (qua esset in eo clemẽtia quo amore) debitas pœnas luere: A qua morte cum rex idẽ reuiuisceret nõ contẽptus collati in scelestissimũ hominẽ beneficij ediceret se in regni cõsortiũ ipsum reũ assumpturũ si ab eo paucula quępiã & quidẽ facilia factu obseruarẽtur: qui ope regia se nõ destituendũ crederet (modo ipse non resisteret uoluntate peruersa) ut omnino ad regnũ subueheretur. Trãsferat hæc postea de minimis humanisq; ad diuina & ĩmensa: mentis acie cœlũ penetret: Cõsideretq; a patre filio & sancto sp̃ũ: q est unus & uerus deus regũ rex & dñantiũ dñs / ex nihilo q̃ est infinita potẽtia & bonitate creatũ mundũ: Formatum Adã de limo terræ in eumq; spiratũ vitæ spiraculũ & iusticiæ originalis stola uestitũ: Eundẽq; cum mox accepti diuini mãdati transgressor effectus esset iusticiaq; ea caruisset qua & retẽta beatitate donandus erat & amissa sempiterno supplicio afficiẽdus: ipsam innocentiæ uestẽ perpetrato illo facinore omnibus illis ademisse: qui ex eius semine propagandi erant: Atq; cum humanũ genus ita perdẽdũ esset / sic exigẽte diuina iusticia quodãq; ĩfinito supplicio deceret facinus illud expiari cũ infinitũ pctm̃ esset / ĩfinitũ dei filiũ effectũ hoïem & ĩpioꝝ manibus crucifixũ infinitæ patris iusticię satisfecisse: resurrexisse a mortuis: cõscendisse cœlos: Iuuareq; nos quotidie & internis monitis & specialibus angeli custodis nr̃i afflatibus & ineffabilibus sacramẽtis ab ipsius corporati uerbi morte & primordia trahentibus & efficatiã: ut illo oïno ꝑueniamus. Nihilq; aliud nos agere necesse esse: nisi decem implere mandata ut cœlos ipsos scandere possimus: & ut inquit Apostolorum princeps effici naturæ diuinæ consortes: Atque de sempiterno diuinæ uoluptatis torrẽte (testante Propheta) potare. Aduertamus parte altera quotidie trãsire ante oculos notorũ ignotorũq; funera: & uelimus nolimus oïno futurum esse ut subter nos sternatur tinea: & operimentũ nostrũ sint uermes: atq; si ter

ræ orbi dñaremur nihil inde aliud q̃ uictũ & tegumentũ nos reportaturos. Qd
si sup̃flua quæreremus q̃rere etiã nos quanq̃ inuitos & animi & corp̄is sup̃fluos
labores: quos etiã facillime mors perpetua secutura esset: Ac eũ/qui nõ calcauerit
hæc tẽporaria fieri nõ posse ut uera unq̃ animi pace iucũdetur: qd licet cõtinge-
ret quæ postea diuturnitas q̃ stabilitas rerũ humanarũ: Quanq̃ eñ pauci imbecil
lem hominũ naturã contemplent̃ nec multi antiquas historias considerare uelint
q̃bus terrene fragilitatis admonerẽtur: nr̃as saltẽ cõteplari q̃sq̃ debet quæ & bre
ues sunt & sub aspectũ fiunt: nec nisi cõniuentibus nobis nõ aspici nõ possunt: ui
debit utiq̃ opulẽtissimas urbes uel uno ictu oculi (ut ita dixerim) & absq̃ sanguĩe
mutasse regimẽ: uidebit ditissimas familias celebratissimasq̃ summo e fastigio &
honorũ & opũ ad pauperiẽ usq̃ contemptũq̃ deuenisse: Videbit plura hominũ
milia a paucioribus horæ dimidio ꝓstrata gladio occubuisse uidebit potẽtissimos
reges: quorũ nutu magnæ prouinciæ trepidabãt e summo culmine eiectos habi-
tosq̃ ludibrio: Quibus cõmonefactus exẽplis discet q̃ inania sũt hoĩm uota affe-
ctare opes/honores imperia. Dũ hæc scriberẽ. i. dũ extremã manũ operi ĩponerẽ a
tabellario nr̃o Roma redeũte mihi relatũ est Fernandũ iuniorẽ Neapolitanũ regẽ
uita excessisse. Regnũ illud triũ dũtaxat annorũ spacio quinquies regẽ mutauit.
Quorũ tres iã diem obiere. Vidi ego ab hinc fere sexenniũ illius tenere sceptrum
pacatissimoq̃ sedere solio Fernandũ Alphonsi illius Hispaniarũ regis quondã ce
leberrimi filiũ: & istius q̃ nunc migrauit est uita paternũ auũ: Florebat rex ille copi
is munitissimis urbibus & natura & arte gẽmis & auro supra mensurã/ equis ad
bellũ tã strenuis tã multis vt inde ueluti est seminario per Italiã Galliãq̃ cõflueret.
Filius ei primogenitus erat Alphõsus nomẽ aui referẽs/dux Calabrũ cognomen
to/bello & armis potẽtissimus/ ac multis Italiæ ciuitatibus solo noĩe terrorẽ incu-
tiens: Mox ab Aquilone turbo conuoluitur/ fama ꝓuolitat Carolũ Galiarũ regẽ
potentissimũ/regnũ illud inuasurũ: Fernandus ille inopinati & fere subiti morbi
uiolentia necat̃: Sufficitur eius loco Alphonsus ille tantopere in armis celebratus
tantope formidatus: Qui simulac accepit Carolum Romæ propinquantẽ: ut in-
de in eius dictionẽ mouẽs bellũ inferret: traditis Fernando filio regni gubernacu
lis aptatisq̃ sibi triremibus Neapoli soluit: Messanã applicat. Paulo post obit e vi
ta: At ubi paululũ Gallis Fernãdus resistit/ Neapolim regressus patrẽ paratis na-
uibus sequit̃: Carolus autẽ progrediẽs totũ illud regnũ tam cito uicit q̃ uidit. Sed
cũ post ipsius reditũ in Gallias/Fernandus in Calabrũ fines reuersus esset & mul
tas regni illius ꝓuincias recuperare cœpisset: mũdusq̃ arridere uisus esset/huma-
na deserẽs in æterna cõcessit successori curã relinquens cũ Carolo de regno decer
nere: Quis belli finis futurus nouit/ille q̃ nouit oĩa/ & cui uoluit reuelare. Hoc rerũ
humanarũ pondus/hæc soliditas/hęc gloria: ꝓ qua mille discrimina nr̃i hoĩes sub-
eunt/mille erũnas exactant: Quanto satius esset ut paruo cõtenti dñandi libidinẽ
coerceremus: Auri sitim restingueremus/cõpesceremus: Irã reliquosq̃ tũ irascẽtię
tũ appetẽtiæ impetus frenaremus. Exoratos igitur uelim quoscunq̃ lecturos nr̃a
hæc qualia qualia sunt: ut q̃ sunt dũ legunt quiq̃ olim sunt futuri animaduertẽtes
posthabitis momẽtaneæ uitæ & sẽp labãtis mũdi ꝓmissionibus cogitatus suos
in Christũ iactent. Eius mãdata custodiãt: Quæ si quãdoq̃ diruperint: pœnitẽtia
debita resarciant: eidẽq̃ actiones cunctas & opa condonẽt: A quo cum per mortẽ
ex temporarijs migrauerint sempiterna fœlicitate se donatos agnoscant.

FINIS.

Ioannis Francisci Pici Mirandulæ de studio diuinæ & humanæ philosophiæ: libri duo.

IO. FRANCISCVS PICVS MIRANDVLA ALBERTO PIO. SAL.

m EMINI Superiore æstate dum una de litteris loqueremur nõnullos eorum qui Philosophiæ incũbunt ab usus recensuisse: Et illorũ præsertim: qui se totos gẽtilium litteris mancipant: Quod (cum inter eas uersatus essem uersarerq́;) nõ secus a te existimare poterã acceptum q̃ a Simonide uerba Hieronis recensentis incommoda Tyrannidis quam & affectauerat & adeptã retinebat: Nisi occurrisses statim uenissesq́; in sententiam: ingenue & libere confitens te non pauca ex iisdem studiis perpessum incõmoda: Magnaq́; circũspectione opus esse ne huiuscemodi exercitiis rectæ uitæ instituta molliretur: Ex hac colloquutione ad scribendũ excitatus de humanæ diuinæq́; philosophiæ studio libros duos confeci: Hos tibi mitto dicoq́;: In quibus videre poteris quantum diuinæ litteræ sint expetendę: quantũq́; Philosophastri quidam exorbitent: qui eis contemptis humanas adorant: Quibus si uterent̃ aliquo essent emolumento: Cum abutant̃ magno detrimento nõ esse non possunt. Dignum certe ut studiorũ meorũ te aliqua ex parte participẽ faciã: utpote quem mihi & sanguinis necessitudo deuinxit: & mutua cõsuetudo atq́; amor firmissime copulauit. Vale Mirandulæ Nono Kalendas Ianuarias. M.cccclxxxxvi.

¶ Index capitum librorũ Ioannis Francisci Pici Mirãdulæ de humanæ & diuinæ Philosophiæ studio Proemiũ.

Capita primi libri.

Capita libri Secundi.

IOAN. FRANCISCI PICI MIRANDVLAE IN LIBROS DE STV- DIO HVMANAE ET DIVINAE PHILOSOPHIAE. PROEMIVM.

ERVM Noticiam ita ab initio dilexit antiquitas: Vt ea homi-
nis bona quæ fortunę nuncupantur & corporis posthabenda
r duxerit: ut hoc unum assequeretur: Tantum scilicet inueniendi
ueri cupiditas apud humana ingenia ualuit. Ad diuersa tamen
inuestigãda: ut sua cuiusq; ferebat animi propensio diuersi ani-
mum apulerunt. Placuit tũ mũdo negotiũ hoc: & qui tali aĩo fue
re instituti apud suas q̄sq; nationes in p̄cio sunt habiti. Et p̄ regionũ gentiũq; uari
etate uaria noĩa honorataq; sortiti sunt: Græcia a q̄bus & liberales artes & sciẽtiæ
magna ex p̄te/ad nos manarũt eos oẽs quos p̄cellenti cognomẽto sapiẽtiæ digna-
ti sunt sophos appellabãt: Priusq; Pythagoras Samius inuestigandis rerũ causis
solertissimus atq; incomponendis moribus studiosus Aleonte Phlyasiorum ty-
ranno quem se profiteretur rogatus esset. Sophi enim tum nomen in philosophũ
conuertit modestiæ causa se amatorem sapientiæ q̄ sapientem nominare malens:
Ab eo tempore fere omnes qui remotiores causas & naturæ secreta sunt sciscitati
eadem etiam nomenclatura uocitati sunt: Adeoq; illius nominis consuetudo in-
crebuit: ut quæq; humana placita litteris tradita atq; ad excolendũ animũ oportu
na uno philosophiæ ambitu contineri non nullis sit persuasum: Verum dum in-
ter antiquos ueri dei cultores non hominũ inuenta sed diuina mandata litteris ex-
arata legerentur: A gentibus illis quæ summi dei ignorãtia caligabãt fictiosq; co-
lebant deos non probe sunt agnita: extimata tamen plurimi. Nanq; non parum
multas sentẽtias inde decerptas in sua cõmentaria trãstulerunt nomen ipsum di-
uinę legis uenerantes: quanq̄ sensui præceptisq; sanctissimis non audierunt. Li-
bros autem illos diuinorum post Christi aduẽtum: Vtpote qui pluribus umbris
offusi fuerant instrumenti noui radius illustrauit: Multa addens pleraq; declarãs
& ueluti postrema forma rudem adhuc materiã existentem sub priori omnibus
numeris non consumata perfecit. Seminato deinde per orbem euangelico grano
multi non modo ex hebręis legis ipsius periti: sed ex gentibus etiam philosophi
celebres ueram cognoscentes alimoniam Christiani effecti eas quas prius didice-
rant litteras ad cultum salutiferæ doctrinæ contulerunt: Aliis hoc est hereticis ad
pernitiem demolitionẽq; catholici dogmatis laborantibus. Mixta ergo post chri
sti aduentum utraq; philosophia humana scilicet & diuina: quanq̄ & ea quã uo-
camus humanã quandam habeat portionem cui diuinum nomen impositum est:
Nam quæ de seperatis a materia substantiis loquitur & methaphisicam & primã
philosophiam & diuinã nuncupauere: Nos aũt humanam appellandam censui-
mus: tum ꝙ humano ad deum gradu promouet/hoc est initio & adminiculis sen-
suum: tum ꝙ paucula quempiã de deo rimata est. Sacræ uero litteræ: quæ diuina
philosophia uere nominatur retrogrado procedunt ordine: Nam & a deo exor-
diuntur & in deum finiunt & semper de deo loquũtur: Nihilq; pertractant quod
ad ipsius cultũ in hac uita & in alia ad fruitionẽ nõ pertineat nec humano ingenio
cõprẹhensæ: sed reuelatæ diuitus: ut ad uerã æternãq; sapientiam quæ nihil aliud
est q̄ deus perueniremus. Hęc omnia mecum ipse cogitans & sæpe dolui/ & cum
pluribus etiam sum conquestus quando in litterarũ studio pars magna hominũ
exorbitat: Qui cum per hos quasi litterarum gradus ad supernam patriam con-
scendere deberẽt/ aut ĩ primo considunt: aut paulisper promouentes dũ opus es-

ſet progredi ordine præpoſtero deſcendũt nunq̃ humanæ philoſophiæ caligine oculis excutiẽtes: Nunquam ad lucem diuinam dirigentes intuitum & quod peius nunquam aut ægre per puri animi ardentem affectum ueram ſapientiam: id eſt Chriſtum complectẽtes. Dixi gradus litterarum quoniã multi ex his qui litteras nõ nouerũt/amoris alis illuc demigrãt: quo nulla charitatis expers doctrina ingreditur. Aliud quoq; peccant nonnulli: Qui adeo humanã philoſophiam extimeſcunt ab eaq; abhorrent: ut omnino ei ſtudere nephas arbitrentur/quibuſdam male intellectis auctoritatibus permoti: Sed hi pauciſſimi: Plures illi qui adeo eius amore inſaniunt: ut ſacras litteras aſpernentur in eaſq; garriant: & tanq̃ aniles fabellas reputent obloquanturq; in religionem: pulcrum putantes & decorum philoſophis errore impietatis inuolui: Cum nihil magis a philoſophi officio ſit alienum. Quapropter breui commẽtariolo quæpiam de utraq; philoſophia perſtringere ſtatui: & quantum earum ſtudium prodeſſe poſſit: Si recte quantum obeſſe ſi perperam pertractetur oſtendere: quatenuſq; in humanam philoſophiam ſe ingurgitare homini liceat: Monſtrabimus finem eius non recte poni niſi inadeptione diuinæ: quæ illam numeris omnibus ſupergreditur: Demũ probabimus inanem eſſe conatum noſtrum niſi tam hac quã illa ad dei comtemplationem & amorem capeſſendum uſi fuerimus. Quod exequẽtes nõ ardua nimis moliemur: ſed tam traditu quam captu facilia quãtum noſtra tulerit infirmitas perſcribere conabimur.

IO. FRAN. PICI MIRANDVLAE. DE STVDIO HVMANAE ET DIVINAE PHILOSOPHIAE. LIBER PRIMVS.

¶Caput primum. Omnem ſcientiam noticiamue; per ſe bonam eſſe; ſed fieri poſſe malam ex accidenti.

RACTATVRVS IGITVR QVOMODO HVMA⸗
na diuinaqꝫ Philoſophia excolenda ſit/ inſpiciendũ arbitror
in primis an oĩs ſcientia noticiaue veri quocunqꝫ ea nuncu⸗
petur noĩe bona ſit an mala; expetẽda an fugienda. Diſcutiẽ
da quippe priori loco uniuerſaliora cõmunioraqꝫ ænigma⸗
ta; ut euidẽtius principalis Scyrpi reſolutio conſtet. Nec ego
ad præſens diſcuſſerim doctrina a diſciplina re noĩeue diſ⸗
ſentiat quid ſapiẽtiæ noĩe importetur: Quid diſtet a ſcientia quid ſibi exactiſſime
uelit philoſophiæ nomen. & cetera id genus: cum promiſcue hæc oĩa noĩe philo⸗
ſophiæ cõcludi poſſint. Hæc paucula præmiſerimus: ne quiſpiã importuna mo⸗
roſitate obſtrepens ſarcire poſſit de uerbo calumniã. Percũctabimur itaqꝫ an ueri
ipſius cognitio ſiue ab hõie inuenti ſiue diuinitus reuelati obeſſe hoĩ p̃ſertim chri
ſtiano poſſit in eoqꝫ ĩueſtigãdo aberrare cõtingat. Et quanqꝫ toto ope de hac q̊qꝫ
cõtrouerſia tractandũ apparet: q̃piã tñ in p̃ſenti colligemus: ut cõmodius ad ea q̃
tractãda deſumpſimus deſcẽdamus. Cõſtãtiſſime aũt poſſum aſſerere cũ magno
rum hoĩum p̄iudicĳs tũ & rationibus quãlibet ſcientiã bonã dici poſſe cum ſcire
ipſum ſit bonũ & maxime a natura expetitũ: ut teſtat̃ Ariſtoteles in prima philo⸗
ſophia: & ſuffragat̃ ratio: cũ natura nobis auiditatẽ mali alicuius non inſculpſerit:
qñ id potius in auctorẽ ipſius naturæ qꝫ in nos reĳciet: Perfectionẽ quoqꝫ natura
lem bonã eſſe & expetendã nemo ambigit: Quãdoquidẽ id qđ imperfectõe aliq̃
dehoneſtat̃ minime ceſſare debet donec eã abdicet abĳciatqꝫ nactũ abſolutionẽ
debitã: Conſenſus aũt ſapientũ eſt hoĩem qua hõ eſt ſciẽtia p̃fici: Nãqꝫ intellectus
noſter hoc eſt ꝓpria forma q̃ & uegetamur & ſentimus & ſapimus de poteſtate
ad actũ per ſciẽtiæ habitũ potiſſimũ ducit̃: Corpori em̃ cũ copulat̃ ſi Ariſtoteli &
noſtris theologis credimus: ueluti tabella eſt: quæ nihil in ſe depictũ nihil habet
delineatum: Nec intereſt an eadẽ anima ſit/ qua uegetamur/ qua ſentimus/ qua ſa⸗
pimus: An intellectus ſit animæ potentia re etiã non tantũ nomine ab ipſa aut rei
natura differens: ut Thomas alĳqꝫ permulti conſtãtiſſime uolũt: An potius ut alĳ
contendũt ſeorſum ſentiendũ ſit: Reĳcienda em̃ & hæc & ſi quæ huiuſcemodi oc⸗
current controuerſiæ/ cũ ſeorſum ſint pertractãdæ & ſuſcepto muneri impedimẽ
to magis qꝫ emolumento eſſent: Illud fatendũ animã ſcientia perfici. Quod etiam
cõfirmat diuinus Dionyſius libro de diuinis noĩbus/ aſſerẽs humanę aĩæ bonũ in
ueritatis cognitione conſiſtere. Ariſtoteles/ itẽ in æthicis ſummũ hoĩs bonũ in co⸗
gnitiõe ſummi ueri ſtatuit: Quapropter cõſequetur ipſum bonũ in ipſius cõſiſte⸗
re ueri cognitione. Sed & id liquebit aperte ſi contẽplemur tũc nos euadere perfe
ctos: cũ deo proximi ac ſimillimi qꝫ poſſumus efficimur ꝓ modulo noſtræ infirmi
tatis. At cum in eo ſit oĩs ſciẽtia modo quodã eminẽtiſſimo & inenarrabili reptare
paululũ erga ipſum paruulorũ more uidebimur quanqꝫ genibus terrã radentes
ſi notiones rerũ plurimarũ acquiſierimus. Hinc apud Platonẽ & Ariſtotelẽ philo
ſophiæ laudes: Hinc apud Ciceronẽ exuberãtia p̄conia: Apud pleroſqꝫ alios mo
deratiora atqꝫ etiã apud noſtros decẽs laudatio. Ex his igitur liquere arbitror ſciẽ⸗
tiam oẽm bonã eſſe & expetendã. Verũ quantũ ex monumẽtis ueterũ potui col⸗

ligere:philosophia ipsa multipharia͂ ei nocere pot qui se totũ illius addixit studio: & licet per se suapteq͂ natura bona sit uerti ea͂ nihilominus in nostrã pniciẽ sepius atq͂ per aliud quasiq͂ dixeris ex accidenti mala fieri. Cum ille scilicet sciendi appetitus nimis exorbitet ob defectum uitiatæ naturæ Superbia enim uel Gloria uana potest esse in causa cur scire aueamus: Potest & scientia iam habita quispiã habuti ad eiusdem glorię studium:quam ueneno dixeris similẽ si in proximi obprobrium conuersa fuerit/aut in catholicæ ecclesiæ detrimeutum. Illud quoq͂ magnopere non obesse non potest cum ut eam quis excolat secteturq͂ id officij quod ei necessario incũbit aut negligit aut prætermittit: Nemo aũt officij alicuius expers esse potest potissimum christianus homo: Cui multa ut credat incumbunt: Pleraq͂ ut cupiat:Plurima ut operet. In primis enim credere oportet q͂ docet ecclesia: Cui obeundo muneri plus minusue quisq͂ pro ordine eo aut gradu:quẽ in ecclesia nactus est obnoxius redditur:ut ab alijs persæpe tum a nobis in Theorematis de necessitate & ordine credendi arbitror monstratum:Ea præterea quæ necessitates religionis concernũt actionesue aut opera ut recte perpetrẽtur nobis demãdata minime obliuioni mandanda. Nemo enim addubitauerit sanæ mentis diuitẽ eum qui proximo prodesse & potest & debet magnopere dei oculos a se auertere iramq͂ lacessere:Qui cũ rogatur ut opis aliquid afferat egenti subtilitate aliqua: in qua tum forte uersatur detentus obdit auribus cæras: unde pauperi uel mors uel grauissimũ obueniat incõmodũ: Pari pacto his delinquet magnopere cui delegata est cura ut populos regat iuuet moderetur:si eo contempto uel male administrato munere se totum inutiliũ quæstionum speculationi mãcipauerit: Inutiles nõ modo eas appello quæ scitu dignæ non sunt uel quia meræ nugæ meræq͂ fabellę uel quia sciri nullo modo possunt:& qui eas discutere uellet irrideretur: Sed illarũ quoq͂ multas quæ quotidie ĩ corona eorũ qui ꝓfitent̃ litteras exagitant̃:Nã id est inutile quod finẽ eum ad quẽ est natum minime consequitur: Ad intellectũ autem excolendũ sunt ordinatæ: Qui uidelicet intellectus uoluntatẽ adiuuet: ut ea bene instituta recta opera consument̃: Hoc enim christiani hominis opus quo niti debet in cœlum: Quid ergo mihi an ens vniuocum æquiuocũue: An magis sit analogum: Quid an primum sub obtutum ueniens intellectus confusius fuerit aut distinctius:substantia ne an magis accidens cõmune:& cætera id genus: si neglexero discere quæ debeo:& quæ operari aut post habuero:aut frigide executus fuero. Quare rectissime Bernardus in commentarijs in cantica canticorũ optabat in se dominum iesum tantillum ordinare charitatis quod dederat:ut sic sibi curæ essent uniuersa quæ sunt ipsius:ut tamen quod sui potissimum propositi seu officij esse constiterat ante omnia curaret. Magis ergo cauendum nobis ne mandata dei ob traditiones hominum imo uanas opiniões deseramus. Cæterum ex modo quærendi scientiam aberrare possumus:aut curiose nimis & auidius q͂ oportet:Quod genus hominũ a Seneca etiam & a Plinio acriter obiurgatũ est: Aut ea discentes quæ ne discamus ab ecclesia cautũ est publico edicto: Aut ab his quoq͂ a quibus non licet ut dæmonibus: Quorum ne socij fieremus magister gentium enixe præcepit. Adde q͂ in ipsa etiam num reuelata scientia falli quimus si uidelicet supra proprij ingenij facultatẽ rimari nimis abdita satagamus: in eaq͂ penitus conari quæ humanos cogitatus effugiunt de his quæ sola fide cognosci possunt demonstrationes desiderãdo. Peccare quoq͂ contingit cum ob nimiũ studium in ualitudinem aduersam incurritur. Quapropter cum tot mala id quod esse bonũ diximus circunstent delibare tuto flores litterarum non datur: nisi caute inter spinas quibus uallantur manus consertauerimus. Sed de his satis. Nunc an aliqua

humanæ philoſophiæ pars chriſtiano ſit neceſſaria perſcrutandum.

¶ Humanã philoſophiã nõ eſſe neceſſariã chriſtiano: quanq̃ utilis eſſe poteſt. Caput ſecundum.

c Vm autem oſtenderimus philoſophiã ipſam ſeu veri ſcientiã bonam eſſe per ſe: & quiſpiã forte compererit eã: quæ reuelata eſt (ut Thomas Aquinas alijq̃ permulti docẽt) eſſe neceſſariã chriſtiano ad capeſſendã fœlicitatẽ: poterit idẽ ambigere an etiã ea quã humanã dicimus utpote ab homine inuentam & per naturæ ueſtigia procedentem ad beatitudinem comparandam ſit neceſſaria. At ſi chriſtiani principale munus conſiderauerimus tolletur quantotius dubitatio: Nam id in chriſto per fidem noſcẽdo piumq̃ per affectum collendo conſiſtit. Exigit nanq̃ principaliter chriſtiana uita defecatum animum terrena labe: & opus ad amuſſim ad dei gloriam directum: Ob hoc reuelata ſunt dcitus diuina præcepta: & tam vetus q̃ nouum inſtrumentũ promulgatũ. Quę nec etiam eſt neceſſe ut ſinguli pcalleant: ſed ſatis eſt ſi quiſq̃ qđ ad ſe attinet nouerit (ut paulo ante diximus) Quod ſi quiſpiam contenderet multa ad recte ducendam vitam facientia in philoſophorum gentilium libris reperiri: Quare aſciſcenda nobis ut bene beateq̃ viuamus: Is aliquid diceret ſi non perfectius & enucleatius in diuina ſcriptura quæcunq̃ ſunt bona tam ad ſpectatiuæ q̃ ad practicę ſcientiæ partes pertinentia continerentur: ut in calce operis colligemus: uerum ſi quiſpiam aſſeueraret humanas litteras ad perfectiorẽ ſacrarum litterarũ eliciendã noticiam conducere: & quanq̃ minime neceſſarias: utiles tamen & quoquomodo oportunas eſſe/ei non magnopere contradixerim: & ſi forte aliquid poſſem refragari. Poſſem inquã cum perfecte ſacra eloquia percipi nequeant: niſi eo lumine quo ſunt dictata: eoq̃ potiore: quod intellectus noſtri lucerna circũfert: & etiã nam ſint inuenti qui optimam eorum intelligentiam ſunt aſſecuti. Licet in alijs litteris ineruditi: Quemadmodũ Antonius: & Barbarus ille ſeruus chriſtianus: qui plenam noticiam eorũ triduanis precibus impetrauit: ut Auguſtinus ſcribit. Attamen cum pauci ad id præfectionis culmen aſcendant: uerſande ſunt ſacræ litteræ nocturna diurnaq̃ manu: & ſi ita libet: uocandæ erunt externæ in famulatum: ut ueluti ancillæ dominæ deſeruiant: nõ imperitent: ut ſacratiſſimos uiros fœciſſe legimus: & omnipharíæ doctrinæ luce poſteros irradiaſſe. Earũ igitur philoſophię partium: quibus boni utentur ad cultum diuini eloquij/hæc erit utilitas: ꝙ illa & ſcientiæ/& eloquentiæ ſemina abtruſa in myſterijs: In animo ſtudijs eiuſmodi p̃parato copioſius adoleſcent: fœcundamq̃ ſegetem parient. Eacilius enim admittitur in abdita diuinæ ſapientiæ eius acumen ingenij: quod in philoſophiæ liberaliumq̃ artium ſtudijs quaſi ſuper cote limatum fuerit. De ea tamen cognitione loquimur: quæ a ſenſibus trahit originẽ: nec ordinem diſcendi nobis congenitũ ſupergreditur: quo ſolo niſi ſuperno illo lumine fuerimus colluſtrati perfectam & exactiſſimam intelligentiam non aſſequemur. Patet itaq̃ quadam tenus prodeſſe humanas ſcientias conducibileſq̃ eſſe nobis non proprie neceſſarias ad beatitudinem. Alioquin deus nobis perfecta dogmata non tradidiſſet: & in monſtrando nobis cœleſti itinere aberrauiſſet. Cum nullibi mentionẽ fœcerit oportere eos: quibus ſupernæ Hyeroſolymæ hoſtium aperietur: Liberales artes ſeu primam aut naturalem philoſophiam percaluiſſe ſequeretur: Item plurimas quas in cœlo degere credimus ſanctorum animas illuc non iuiſſe nec eſſe beatas quando earũ plurimæ litteras non nouerunt. At poſtq̃ oportunas diximus ſæculares litteras:

nec renuendas operepræciũ eſt ne nimis cupidi earũ ſimus: ut uideamus quid cõmodi ab eis quid detrimenti catholicæ eccleſiæ collatũ fuerit: Quod facturis nobis paulo altius exordiendũ.

¶ Fuiſſe magnos in eccleſia uiros: qui docti fuere doctrinas gentiũ quanꝗ eis non nimiũ uſi: fuiſſe magnos qui illitterati. item non cuiuſuis eſſe dignoſcere plus ne emolumenti an detrimẽti chriſtianis attulerint gentiliũ litteræ. Cap. iij.

d

Iuerſos hominũ gradus omnipotẽs deus pro ut eius ſapientia exegit/ cuius nec menſura nec terminus in eccleſia ſua extulit: alios doctrinis oĩbus excultos: Alios litteras ignorantes: Quorũ tamen e numero aliquos ad perfectionis faſtigiũ euexit: ut ſupbis aliquãdo innoteſceret increatam ſapientiã cum aliquid etiã per hoĩem operari vult nõ egere creata q̃ illius tenuis imago eſt: efficereqꝫ quandoqꝫ cum ita ordo poſcit ĩmenſæ prouidentię: ut bruta ſtolidaqꝫ animãtia nõ modo ruditus edant: Sed in humanã uocẽ erumpãt quantomagis ut hoĩes idiotæ ſæculi ſapientes exuperent. Partitis itaqꝫ ordinibus hominũ quaſi pręcioſis uariiſqꝫ monilibus ſponſam ſuam eccleſiã deus exornat: Atqꝫ ut a ueteri teſtamento auſpicemur / nec altius ꝙ tempore promulgatæ legis paucula ex multis delibemus electus eſt Moſes doctus in omni ægyptiorum doctrina. Is a deo hauſta legis præcepta iſraelitico populo promulgauit: Multa docuit: Multa perſcripſit: Attamẽ nullas eum legimus cuiqꝫ hominũ ex tot milibus mathematicas demonſtrationes quibus pollebat ægyptus dum per deſerta harenoſaqꝫ loca degerent in ſabulo deliniaſſe: quanꝗ ſub expoſitis eius uerbis ſubtiliſſimæ ſententiæ latent in eo pręſertim opere quod de mundi edidit exhordio uti cum alij tum Ioannes Picus patruus in heptaplo ſua mirabiliter oſtendit: Prophetas alios tẽporis etiã decurſu ſuſcitauit quoſdam nobiles urbanãqꝫ elegantiam redolentes quoſdam etiam poſt greges pecorum euntes auocauit & miſit prophetare: Chriſtum autem qui ſequebantur Apoſtoli ſimplices fuere idiotæ & plurimũ piſcatores: Quod nemo eſt fere: qui neſciat. Vnde duo potiſſimũ documenta colligere poſſumus: ut. ſ. percipiamus hoĩes eos non peritos grãmaticæ (ut Auguſtinus ait) non armatus dialetica / non inflatos rhetorica / quo magis dei potentia perciperetut refulgeretqꝫ gloria mundum pene totum paruo temporis ſpacio ſua ad credenda dogmata adimplendaqꝫ traxiſſe: Deinde edoceamur nõ in noſtra quæ nulla eſt: ſed in dei uirtute fide re oportere: Qui humiles diligit & mirabilium facit operum effectores. Paulus apoſtolus deinde ad fidem uocatus eſt ſuperna uoce edoctus legem ad pedes Gamalielis: qui ſæcularibus prius in litteris eruditus eſſet nec ne certum aliquod argumentum non apparet: niſi Græcorũ Poetarum fragmenta quædam: Hunc ſecutus Dionyſius Areopagita ſũmus antea philoſophus qui multa theologica opera edidit relatu Pauli de deo / de angelis / de eccleſię myſteriis in quibus tamen nõ adeo multa philoſophorum gentiliũ dogmata ĩmiſcuit: ſed potius quantum ab homine fieri doctiſſimo potuit harũqꝫ rerum pleniſſimo diſſimulauit. Sed ne uidear hiſtoriam texere: multitudo poſtea hereticorum inſultauit: Qui puo ex ſemine pullulantes in maximũ numerũ excreuerũt: eorũqꝫ perfidia multis ſæculis eccleſia quaſſata eſt & turbulentiſſimis tempeſtatibus agitata: Eodem tempore in initio ſcilicet: Arrianæ blaſphemiæ uiuebat Antonius. Quem abhominandam quoqꝫ illam hereſim ſpiritu prophetico præuidiſſe Athanaſius eſt auctor uiuebat & multitudo magna monachorum per ægypti auia deſertaqꝫ habitantium: ſed ꝙ plurimum illitterati eſſent doctriniſqꝫ gẽtilium non im-

buti: Extitere apud græcos Origenes/ Athanasius/ Bassilius/ duo Gregorij/ Eusebius/Ioãnes cognomẽto chrisostomus tota græcia & toto latio celebrati: Apud nos Cyprianus/Hilarius/Ambrosius/Hieronymus/Augustinus:Illi orationibus dumtaxat hi etiam doctrinis aduersus uarias hereticorũ sectas bellantes Quanq̃ non vna eadeq̃ tempestate omnes isti simul alijq̃ celebres quos nõ recensuimus floruerunt. Demum longo post tempore Parisienses theologi exeruerunt caput: & quadringentis ab hinc annis in precio sunt habiti: Eos omnes hac appello nomenclatura q Parisiorũ gymnasijs sunt enutriti: Quiq̃ philosophiã theologiãq̃ pulchritudine elocutiõis posthabita tradiderũt nouo quodã scribẽdi genere nec Aristotelem Platonẽue nec priscorũ aliquem imitati: sed per questiunculas & titillantes argutias similes fortasse eis de quibus Cicero mentionẽm facit: qui quasi quibusdã punctis quod uersabatur in dubio colligebãt: In hoc certe dissimiles q̃ illi quanq̃ orationis florem nõ sequebantur minime tamẽ aspernabantur linguę propriæ idiomatisue proprietatẽ: Quod ipsi fecerunt. ut est uidere apud Thomã/ Scotum/ Albertũ reliquosq̃ in eo philosophandi genere doctores illustres: Sed excusandi omnino cum is quo tradebant sua dogmata sermo tunc esset in usu latinaq̃ eloquentia iuisset pessum: Laudauere eam nec imitabantur detenti a sæculi illius consuetudine homines alioquin iudicio ualentes & intellectu subtilissimo. Vidimus & eruditos & rudes a deo electos ad culmen uirtutũ: necnõ qui magna fecere aut illitteratos fuisse aut si doctos in gẽtiliũ litteris sacris potius q̃ ipsis usos fuisse. ¶ Nũc inspiciendũ magnũ ne aliqđ emolumentũ attulerint ecclesiæ æthnicorum litteræ: An etiã detrimentũ apportarint: Nam præter faciliorẽ sacri textus intelligentiam quam etiam probauimus absq̃ externarum disciplinarum adminiculo haberi posse nullum uberiorem fructũ ex eis elici conspicuũ est q̃ de hereticis uictoriã quibus resistatur: cum contortis argumẽtationibus suis & cauillamẽtis inanibus deprauant diuinum instrumentũ trahentes in sententiã imperitum vulgus: eorũq̃ retũdatur & detegatr insania/ ut pietas extra cõtrauersiã fulciatr & debelletur impietas. ¶ Sed percurramus historias ueteres/ actaq̃ eorum qui cũ hereticis pugnauere inspiciamus. Ego(ut de me fatear nũq̃ legi nec arbitror inueniatur qui legerit: ullum unquam hereticum ui aut logicæ deuictum/ aut rhetorices persuasum heresim abiurasse. Ita ut in ipso disputationum conflictu manus dederit & mutarit sententiã. ¶ Nisi forte quis mihi uel de lõginquo obijceret Gilbertũ Porrectanum & Petrum Abelardi qui quanq̃ ueterũ errorꝝ sectatores nõ fuerũt tamen sua auctoritate pernitiosa dogmata serebant: & hunc in Senonensi illũ in remensi cõcilio beati Bernardi opera ex itineris auio ad rectam redijsse semitam ¶ Cui responsum uelim Gilbertum Petrumq̃ ipsum non obstinate suos errores defendisse: sed matris ecclesiæ dictis paruisse. Quis enim nisi dialeticæ artis ignarus crediderit doctum hominem & in pugna litteraria exercitatum posse argumentationum potentia comprehendi: Nonne quotidie experimur contra manifestam ueritatem ab aliquibus pugnari: nec quenquam subtili ingenio prẹditum quantũcq̃ delira extremaq̃ blacterantem syllogismo capi posse quin quo uelit nõ se trãsferat i tuto/ si nõ uere saltẽ apparẽter: ita ut plerũq̃ nõ modo ignarũ: sed semi doctũ etiã vulgus eludat veri rationẽ magis a se q̃ ab aduersario habitã simulãs. Vrbanus papa ad Carolũ, & habetr. xxxvij. distinc. Omnẽ. Non in Dialetica placuit deo saluare populũ suum. Regnum dei in simplicitate fidei est: nõ in contẽtione sermonum. ¶ Verũ enimuero ex aduerso legi simplicem idiotãq̃ hominẽ uersutum nimis & exercitatum in litteris hereticum paucis uerbis deuicisse & traxisse ad fidem qui nihilominus diu & anxie pugnauerat cum doctissimis episco

pis qui ad concilium illud Niceæ celebratissimũ euentilandæ veritatis gratia disputationum cribro cõuenerãt: nec unq̃ superari uerbis potuerat: sed e manibus capere tentantiũ quasi lubricus anguis elabebatur: Interrogatus postea ab amicis q̃ fieri potuisset ut breui interrogatiũcula illitterati uiri penitus acquieuisset: respõdit se prioribus illis qui secum conflictauerant episcopis pro uerbis uerba dedisse huic autẽ q̃ dei spiritu loquebatur resistere nequisse. Legimus quoq̃ nonnullos gentiliũ philosophorũ ad Antoniũ uisendũ perrexisse differendi gratia: & breui ab eo sermone captos ruboreq̃ suffusos abscessisse uerbis inquã aculeatis flammeis diuinæq̃ charitatis ardore coruscantibus nõ mundana sapientia quam non nouerat examinatis. Hæc uolui dixisse q̃a multi hoc p̃textu quasi clypeo se tutãtes: ut. s. philosophię ingeniũ mãcipare liceat ob hereticorũ pugnas contẽnunt diuinas l̃ras e cœlo delapsas: ut terrigenas (ut ita dixerim) excolãt: Discant eñ oportet spiritu hereticos captiuari: & eis potissimũ litteris q̃ ab eo in nouo instrumento reuelatæ sunt: Illud tñ nõ negabimus unq̃: sed asseremus semper asserimusq̃: priscos illos uiros qui & coram & scriptis suffulti etiã humana philosophia Hereticorum retudere superbiã ignorantiamq̃ detexere (quid enim aliud est hereticus nisi superbus & indoctus) multũ ecclesiæ profuisse. Nam apud doctos constat omni ueritate stabilita esse ea dogmata quæ uera prædicat ecclesia omĩ falsitate quæ repudiat: crediderimq̃ plurimos eorũ doctrinis motos afflante semper diuina gratia p̃nitiosas hereses deleuisse. Nec illud itẽ inficiabimur nõ nihil factũ a Parisiensibus theologis: Cũ philosophiã ipsam peripatheticã: cuius in primis fuere sectatores nõ solũ cũ diuinis litteris stare posse in vniuersum: sed ei etiã magnopere ostẽderint deseruire: iuxta illud elogiũ: Misit ancillas uocare ad arcem: Attulerunt dubio procul non parum opis opibus ecclesiæ hac sua exercitatione: Quo etiam ueluti instrumento christianus homo reliquos erroribus mancipatos reuocare possit ad uiam ratione etiã naturali si ei soli crediderit: Nec aliud mihi uidetur parisiẽsiũ theologia q̃ mistio quædã ex diuinis eloquijs & naturalibus rationibus dissultans: pulcher p̃fecto & honestus modus debellãdi aduersariũ est eis ipsis quibus utitur armis uincere. Quare impijs ostendere naturã ipsam quam dicũt sequi monstrare nobis creatorẽ & agnoscendũ & honorandũ repudiãdas quascũq̃ superstitiones uerã religionẽ excolendã pulcherrimũ est. Quis autem uidetur huic muneri idoneus omĩbus numeris nisi qui sit prius recto corde postea placitis etiã aduersariorum instructus Hieronymus ait: Si quispiam aduersus mathematicos uelit scribere imperitus matheseos risui patebit: opus quippe in refellendis explodendisq̃ monstris litterarum eadem nosce: Et ne longe uagemur exempla quærentes quantas nuper Ioannes Picus patruus meus sibi laudem cumulauit si modo humana laus christiano uiro estimanda sit/ quantã tulit in cœlis gloriam quãtum thesauri largitus est ecclesię/ quantum spiritalis alimoniæ posteris impartitus est in opere illo admirãdo nuper a nobis emisso quod cõscripsit aduersus mathematicos tollens de medio diuinatricẽ Astrologiam semper a doctis & bonis impetitã unq̃ profligatã / Donec ingenij illius super humana uires oẽsq̃ neruos in eam disperdendam Picus intendit: Quem utique triumphum non adeo cumulate fuisset assecutus si (ut mittam summam eloquentiam) sed & omniphariã philosophiam atque ipsorum etiam placita quanq̃ vana non percaluisset. Cæterum & bonum hoc ex humanæ philosophiæ studio mihi uidetur prouenire/ ut multi qui priusq̃ eam nouerint mire extollant & fere adorent admissi postea in secretiora ab amore eius nimio tẽperent: solẽt eñ cognita de lõginquo ĩpendio nimis existimari: Adiuuat quoq̃ contemplationẽ directe ut Thomas Aquinas docet cũ in-

tellectum illuminet: Indirecte quãdo errores remouet: quibus plerique ob ignorantiam inuoluuntur: Quemadmodũ Serrapio ille abbas qui ob ignorantiã heresim Antropophormitarum offendit. Videtur etiam inflãmare animum & ad æternorum amorem ex fluxis tẽporarijsque traducere: uti de se Augustinus testatur lecto eo Ciceronis libro qui Hortensius inscribitur / quo philosophiæ laudes continebantur. Accedit & illud sicuti ante monuimus quod sacra eloquia cũ facilius tũ enucleatius apprẽhẽduntur: Quapropter ipse Augustinus in libris de doctrina christiana diffuse docet & philosophorũ dogmata quæ uera sunt & eloquentiã ab ipsorum libris quasi ab iniustis possessoribus in usum nostrum uendicãda. ¶ At parte alia ire nemo potest inficias nõ modica litterarum sæculariũ occasione incõmoda ecclesiæ obuenisse dum turgidi quidã inani uento superbiæ sola scientiæ possessiõe suffulti praua dogmata sparserunt uel ob populi fauorẽ emerendum sectatorũque ambitũ uel ob pecuniæ quæstũ: Hinc hereses uanæ/hinc impietates plurimæ: Quare præcipiebat Corinthijs Apostolus ut cauerẽt ne per inanem philosophiam seducerentur secundum traditionẽ hominum non secũdum Christum. Illud quoque non mediocriter obstitit quod multi prætendentes amorem eorum quorum opera initiati fuerant doctrinis iurarunt in verba magistri cæteros paruipendentes: in hos uehementer Hieronymus inuehitur scribens diaboli instinctu studia in ecclesia facta & hinc dictũ: Ego Apollinis: Ego Pauli: Ego uero Cæphę. Nec minus detrimẽtũ est imo quanto cõmunius uniuersaliusque tãto detestabilius quod ab his affertur. Qui eo in negocio occupati sacras litteras aut negligunt/aut ut decet non ęstimãt aut tarde capessunt: Quos die & noctu quæritur idem Hieronymus in dialetica arte torqueri philosophica perscrutantes: oculosque trãscœlum leuare & ultra profundum terrarum & abyssi in quoddã immane baratrũ demergi: eo uitij genere nostra tempestate non parum multi irrhetiuntur curiosius quid Aristoteles quam quid præcepit Christus uestigantes semper adiscentes ut inquit Apostolus nũquam ad ueritatis scientiam peruenientes: hinc etiam num minime mediocre malũ pullulat/quod postea se diffundit in plurima: quãdo eius animus qui quotidie in disputationibus uersatur plurimum a recto in deum affectu impeditur multasque in partes trahitur & quasi lacer in frusta discerpitur partem scientia sibi uendicat: partem eloquentia: hæc opinio talibus fulcita rationibus in ditionem suam flectit animum: Illa alijs argumentationibus roborata contra nititur ut ab ea deficiens ad se declinet manusque det flexi animo quopiã syllogismo deuinciens. Ita sæpe fit ut cum deũ uelit meditari succurrat quid Parmenides Melissusque de entium pluralitate senserint. Credendum ne magis Simplicio in hoc an Alexandro aphrodisiẽsi: Item an uniuersalia a singularibus cogitatiõe aut re reiue natura differant an quantitas sit diuersa res a substantia: & cætera id genus inter litteralia prælia uersari solita. Virum quendam doctum & sacerdotem mecum olim conquestum memini: Dolebat enim se feruore charitatis destitui cum altaris sacramentum attrectare uellet ob studia ea in quibus erat assiduus & tum in primam philosophiam quæstiones cudebat: Diuiditur itaque animus ratione affectuum dum sciri multa præoptãtur atque cum in deũ iactare eos uolumus huc & illuc ubi scilicet procubuere quærendi sunt. ut collecti in unũ deo offerantur. Postremo nec parua morũ populatio contingit a superbia uanaque gloria studiorũ eorum occasione: Quod quisque puto litteris deditus experitur: nisi se falli cupit: Quãdoquidẽ bellare cũ eis oportet & cõferre pedem: fiunt præterea contentiones discordiæ odia scaturiunt: & hoc unum quod Christiani munus præcipuum magnopere labefactatur ea. s. uirtus: quæ iã recepto uocabulo humilitas appellatur: Eius enim cõditio alienis placitis atque sen-

tentijs magis ꝙ proprijs acquieſcere: quæ infringitur corruitqꝫ cum neſcire ingenio cedere a corrupto ſæculo quod corrupta exiſtimatione ſe in illis ſtudijs merſauit virtus exiſtimetur: & qui impatiẽtes alieni iudicij cuilibet etiã ignoto inſultant ſæpe laudantur quaſi uideantur quibuſcunqꝫ litteratis indixiſſe bellũ: alienãqꝫ in ſtudijs litterarũ gloriam ſibi dedecus & infamiã pariturã putent: Quare ſatagunt calũnijs aut coram aut poſt terga iactatis exiſtimationẽ eam omnino conuellere: quæ incommoda cum enumeratis mox emolumentis ſi quis ſimul in libra Critolai aut Ariſtophanis appenſa diligenter examinet ad utrũ uergat uix queat internoſci: Aĩaduertetqꝫ diuerſas qñqꝫ a ſanctis hoĩbus ſup ſeculariũ litterarum ſtudio prolatas non fuiſſe ſententias ſine matura cõſideratione acerrimoqꝫ iudicio.

¶ Humanã philoſophiã eatenus æſtimandã: Quatenus ad colendũ deum conducere poſſit etiam philoſophorũ gentiliũ teſtimonio. Caput quartũ.

e

X his (ut arbitror) liquet nõ adeo extimeſcendũ ut oĩno philoſophiã humanã gentiliũqꝫ lr̃as horreamus: nec adeo fidendũ ut animũ noſtrũ penitus remo ipſarum ueloqꝫ cõmittamus qñ ſi recta inceſſerimus ſemita poſſint ꝓdeſſe ſi deorbitauerimus nõ poſſint nõ obeſſe: ſi eis emvſi fuerimus ad religionẽ deũqꝫ ꝑ affectũ colendũ Qđ cõmode fieri poſſe in calce operis oſtẽdemus magnũ nobis emolumentũ cõparabimus: ſi ad inanẽ gloriã finẽqꝫ aliquẽ prauum uirtutũ earũ quæ in uoluntate conſiſtunt & propriæ bonũ reddunt habentẽ iacturã faciemus. Verũ ex ipſis ad interioris latriæ cultum multa conducentia poſſumus eruere / ut palam monſtrabimus quibus purgemus animũ terrenis ſordibus & ſublunarũ rerum affectiones exuamus: Atqꝫ alis amoris & fidei deum noſtrum ſequamur qui uolat ſuper cherubin. Hæc forte a philoſophaſtris quibuſdã tanquã fabellæ aniles irridebuntur: qui ſe iactant circũferuntqꝫ cum tenuerint tres aut quattuor quæſtiones in conſpectu vulgi magna etiã uociferatiõe diſertandas: in his ſapientiã conſiſtere male ſano iudicio ĩmo maximo laborantes morbo iudicantes deſpicientes aut ſaltẽ poſthabentes religionẽ in qua quærẽda comparanda & retinenda maximi gentiliũ philoſophi laborarũt: & quanqꝫ ueræ religionis expertes fuerunt: nomen tamen religionis amabant & deum colebãt: & ſi alij in ſocietatẽ alios aſciſcerent alij eum quẽ unicum credebant ſuperſtitioſe honorarent nihilominus enixe magnaqꝫ animi propenſione in ipſum ferebantur omneſqꝫ conatus in componẽdis affectibus afferebãt ut ſupernæ menti pure ſeruirent: & forte eorum aliquibus qui. ſ. tali inſtituto uitã degebant lux uera quæ illuminat omnẽ hominẽ uenientem in hunc mundum innotuit: Qua recepta & cuſtodita beatitate donati ſunt: Noſtrorũ enim theologorũ qui celebriores habẽtur firmus conſenſus eſt eis omnibus qui ante Chriſti aduentũ uixere ſecundum inſculptã quorũlibet mentibus naturæ legem ueritatẽ illuxiſſe: Quam agnitã ſecuti ſaluati ſunt: Pari pacto ſi qui poſt chriſti aduentũ aliquibus in locis nati ad quos chriſtianæ legis fama non perueniat: an vero tales aliqui extiterint qui naturæ dona illibata cuſtodierint nõnulli credidere: Eos tamen de quibus bene ipſi opinantẽ uidelicet Socrates Plato & alij dijs ſacrificaſſe memoriæ proditũ eſt. Quod nullo pacto unqꝫ fieri abſqꝫ magna dei offenſa omnes theologi conſentiũt: Sed ne a propoſito nimis diuertamus hoc ſaltẽ liquet naturale lumen cuilibet homini conſertum congenitũqꝫ a deo eis illuxiſſe ut mores componẽdos cenſerent deũqꝫ colendum: Sic Socrates philoſophiã (ut ille inquit) euocauit e cœlo: & in urbibus collocauit: Sic Stoicorũ ſtudium eo tendebat ut affectus animi exuperantes ſedarẽtur

pieꝗꝫ uiueretur: Brachmanes indorum/Persarũꝗꝫ magos nihil exorsos unꝗꝫ memoria prodidit: nisi prius orationem emisissent Platonicæ Pythagoricæꝗꝫ disputationes a sacris precibus semper cœptæ finiebant in easdem: Quibus & Porphyrius & Theodorus & omnes Academici nihil utile magis imo necessarium uno ore confirmãt: hoc Proclus aperte determinat censens eis qui ad summũ bonum peruenire cupiunt non scientia & ingenij exercitatione opus esse. Sed firmitate stabilitate tranquillitateꝗꝫ uitæ: Et idem rursus apertius inquit: Nos per scientiam aut operationem ullam ingenij exquirere summũ bonum/ aut ad ipsum aspirare non debere/sed offerre commendareꝗꝫ nos diuinæ luci & preclusis sensibus in illa incognita & occulta entiũ vnitate quiescere/astruens hoc fidei genus omni doctrina antiquius esse.

¶Non expedire oẽs christianos litteris gentiliũ incumbere. Caput.v.

Erum scire illud oportet ꝙ sicuti nullus christianorũ est iudicij & rationis compos qui non sit aptus ad implenda diuina præcepta si uoluerit (Dei enim gratia se ubiꝗꝫ diffundit) nec ab ipsis etiã exemptus quando fœlicitati consequendæ sunt necessaria: Ita quẽlibet nõ esse gnauum ad humanã philosophiã litterasꝗꝫ gentilium capessendas: temperandum ergo est a plurimis & sui buccæꝗꝫ suæ noscenda mensura: Multa quippe hominum genera tractare eas absꝗꝫ incõmodo non possunt: Alij in fide uacillant: Aut eius habitum adeo imbecillum habent & infirmum ut si ea adirent quæ nostræ aduersanť fidei facile decipulã incurrerent: V eluti ratiões Aristotelis de motus æternitate. Auerroys de unitate Alexandri de corruptibilitate intellectus: quedã platonicorũ placita: quæ quãꝗꝫ a nostris iam pridem explosa sunt: nihilominus supno lumine nõ oportune admisso in eorum tenebris facile caligarent: Alij in gubernãdis animabus dirigendisꝗꝫ ad semitam superne Hierosolymæ adeo præmuntur: ut uix que ant nisi cum earũ discrimine philosophiæ uacare: Pariter dictum & intellectũ hoc velim ab omnibus: qui in administranda populis iusticia ualde occupantur præsertim cum idoneis ministris & adiutoribus indigent. Alij multum a uana gloria uexantur impinguntur ꝗꝫ paulatim in nimiũ amorem sui: Quos uel temperare ab ardore nimio uel ad tempus dimittere negotium operæprecium est: Alijs obtigit hebes ingeniũ: Quibus est opus aut philosophiæ studia non aggrediãtur aut desistant ab incepto ni & impensam & oleum uelint amittere: Non ẽm singuli homines ad perdiscendas litteras sunt nati / nec omnium est scientia(ut Dionysius ait) Quapropter impedimenta hæc pensare quisꝗꝫ debet priusꝗꝫ in uendicandis sciẽtijs enixe laboret: & ea uel remouere si potest: uel saltẽ caute & ut decet incedere. Illud quoꝗꝫ animaduersiõe dignũ triphariã dari oportunũ aditũ ad philosophiã: Aut medicinæ per callendæ gratia: Aut docendi in scholis ipsam philosophiam: aut theologiæ noscendæ: Hoc ultimũ munus pluribus hominũ gradibus commune est: priora paucis: Nam ex his qui corporibus mederi nolint paucos inuenies qui medicinę uelint incumbere ut artem noscant: nisi forte principes quosdã viros & per se litteras amantes: Quiꝗꝫ docere alios instituerint non multi sunt: Nã ad medendum fere semper properãt: nisi sacerdotes sint aut clerici: quibus prohibitum mederi cautũꝗꝫ lege est ne docentes in scholis medicos audiant sicuti nec leges ciuiles profitentes: His ergo omnibus licere per philosophiæ campos uagari manifestum est: Medicus enim a philosopho principia & fundamenta haurit medicinæ multaꝗꝫ mutuatur: quibus ad conciliandã ægrotis sanitatem utatur:

Ei uero qui theologiam perdiscere cupit facilius ad id quod quærit accessus patet ope philosophiæ quādo ꝑ res naturales quasi gradu facto ad diuina conscendimus: Eum autem qui docere & enarrare philosophorū libros instituit manifestū est in eis ipsis uersari oportere. At qui horum generꝫ qui quibuslibet fines rectos præstituere oportet: Quando & aberrare omnes contingat: nisi fini ipsi laudabili ad amussim uoluntatē dixerint. Quod facile constabit cum de quattuor discentiū finibus disputabimus. Quod autem in primis hæc genera recte philosophantiū reperiantur uel hinc constat ꝙ creatarum rerum naturā uestigare posthabita penitus noticia creatoris pestiferum nimis institutum est teterrimūq; inane & noxiū si disputandi id gratia fiat & aucupandæ auræ popularis: Cæterum nec senescēdum in philosophorum commentarijs medicis ipsis est atq; theologis: Theologos omnes recte eos appellauerim. Qui litteris sacris incumbunt: ut deum cognoscant uenerentur colant: eiusq; placitis obsequantur alijsq; sint adiumēto: Multos tamen non eo inficias dari posse ad pristina studia reditus / aut relaxandi animi gratia aut rememorandi quæ obliti sumus: Aut componendi operis alicuius aut alio quopiam genere iuurandi se & alios. Eis porro in primis cauendum qui enarrare Aristotelem ingrediuntur (nihil enim aliud philosophi officium nostra tēpestate pleriq; autumant male quidem sano iudicio & plurimū aberrāte) cauēdum inquam cum huiuscemodi negocia periculosissima sint his qui inobeūdo eo munere hallucinantur. Cum ob distortos discentium affectus: Tum ob contumelias quibus se riuales (quos concurrentes uocant) afficiunt: Quo uitij genere satagunt captare fauorem ignari uulgi: cuius adeo corruptum iudiciū ut eum qui ad stentoris inuidiam uociferat exquisitioresq; calumnias iactat doctiorem credat: quare fit ut multi dum parare sibi aut excogitare argumenta deberent enixe quærāt quasdam histrionum gesticulationes nouasq; aduersarium uilipendendi formas ut astantibus imperitis risum excutiant & ei qui contra aut opposuerat aut respōderat pudorem si naturæ mitis: si rigide & effrene furorē & insaniam. Nec oportet ut amplius immorer impudendo hoc errore recenscendo qui nostra tempestate undiq; scaturit: uix enim possum sine molestia meminisse nedum in narrando diutius uersari.

¶Non omnes gentilium litteras pari ratione ad diuinam philosophiam conducere: Sed alias magis alias minus. Caput Sextum.

Oc autem diligenti consideratione pensandum esse quasdam philosophiæ partes quæ sacris litteris alijs cōducibiliores sunt & cognatiores Atq; idcirco christiano homini præcæteris excolendas ei præsertim ꝙ se ad diuina eloquia transferre cupit: Alias minus quales uidētur Geometrica / Arithmethica / & Poetica. Non enim eam cum diuina scriptura quasi dixeris affinitatem habent: Quam & Phisica habet & Logica & Methaphisica. Adde ꝙ illæ non solum curæ plurimum & diligentiæ exigūt: Sed peritis in eis adeo sunt delectabiles. Cum ob magnam certitudinē tum ob inueniēdi uoluptatem ut uix eas relinquære possint: Continent profecto ueritatē: sed earum scientia (ut ait Hieronymus) non est scientia pietatis: Quanq; non minimū facere ad intelligentiam scripturarum Augustinus censet. Poetica vero scitamenta ab eo cuius palato semel sapuerunt ob carminū præsertim harmoniā ægre deseruntur & incomptiora eloquia uix degustantur: Experiuntur hoc plurimi: Expertus ego: Qui puer in illis mirū imodum oblectabar & etiam in castris me comitabantur. Sed postq; ad

philosophiã & sacras litteras me cõtuli adeo illis remisi nunciũ ut nec poetarum libros toto quinquennio ter forte aperuerim: Quandoquidẽ ab illis trahi animũ & emolliri sentiebã: Sed qđ est detestabilius pleriq; poetarũ turpitudines maximas & obscenitates suis uersibus imiscuerunt. Quæ christiano homini non modo attrectanda sed prorsus eliminãda: Nec temere multos inuenies qui pulchra alioqn poemata spurcitijs libidinibusq; nõ fœdauerint: Quare scribit Isidorus ideo christianis prohiberi legere figmenta poetarũ quia per oblectamenta fabularum excitant mentẽ ad incentiua libidinum: Et hoc idẽ fuisse in causa credo cur Plato a sua Re.P. poetas expulerit: ne scilicet mentes adolescentiũ obscenarũ fabularũ nubibus obcecarentur: Non ita tamẽ rem ad uiuum resecamus: ut in poematis & legẽdis & cudendis se exercere qui aliqua animi propensione ad id negocij feruntur non posse etiam cum laude credamus: Sed non omnibus omnia pari filo conueniunt. Da mihi uirum uoluntate bene instituta: Qui carmina de rebus christiano uel credendis uel sperandis uel operandis conficiat/tantũ abest ut damnẽ ut accusem/ut etiam magnopere tuter/laudem uenerer & amplectar. Quales apud ueteres nostros fuere prudentius sedulius Damasus: Alijq; nonnulli: Apud nostros Baptista carmelita Mantuæ spes altera: Ludouicus pictorius Ferrariensis: Vgolinus Verinus Florẽtinus. A gentilibus aũt poetis ita accipiendũ aliquid: Basilius suadet cum excellentia uirorum dicta aut facta cõmemorant: sicut ab oratoribus cum uirtutes extollunt aut in uitia effulminant.

¶ Plura fuisse in causa cur prisci temporis sacratissimi uiri & gentiliũ litteris usi sunt aliquando & alios eis uti posse censuerint: quæ longo temporis decursu paulatim cessare cæperunt. Caput Septimũ.

VErum enimuero scire non inconuenit cur prisci illi ecclesię uiri sanctissimi atq; doctissimi nõ adeo a gentiliũ litteris abhorruerunt ut eis aliquãdo non uterentur: & quantũ spectat ad alios non eo usq; aspernandas eas censuerunt: ut tractari cõmode non possent si modo adesset firmitudo fidei & rectũ etiam examen accederet: oẽs fere priusq; aut christiani essent docti in liberaliũ artiũ studijs euaserant: Aut si de christianis parẽtibus orti a pueris fuerunt in philosophiæ studijs enutriti: ut facile est uidere legenti eorum uitas & acta. Dionysium doctissimũ fuisse priusq; Paulum sectaretur nemo est qui nesciat: Origenes puer & litteris gentiliũ etiã priusq; Leonidas pater martyrij palmã assequeretur imbutus fuerat: Gregorius & Basilius contubernales anteq; ad monasteriũ accederẽt docti in liberalibus artibus euaserãt ambo nobiles (ut ait Eusebius) ambo Athenis eruditi/ãbo collegæ/ ambo de auditorio digressi ad ꝓfitendã rhetoricã rogabãtur: quod opus magnifice quidẽ implebat Basilius: Gregorius uero magnificentius contemnebat: Quiq; cum se totum dei seruitio mancipasset tantum de collegæ amore præsumpsit ut sedentem Basiliũ de doctoris cathedra deponeret/ac secum ad monasterium manu perduceret. Cyprianus ante baptismum gloriose (ut ait Hieronymus) rhetoricã docuit: Ipse Hieronymus se dicit in epistola ad Paulinũ post seculares litteras ad sacras deuenisse: & alibi Romã ipm habuisse liberalium artium magistrũ dum annum ageret undeuigesimũ: Augustinus dum etiam Manicheorũ erroribus detineretur rhetoricam docebat: Pluresq; alij reperirentur quos requirere nedum recẽsere fastidiũ afferret: Quare nõ mirum si ex eorum operibus doctrina ampla ex gentibus etiã petita undiq; scaturiat: Hæc dixerim non ꝙ perperam factũ sit christianis etiam adolescentibus tra-

di liberales artes legendas imo recte: ut ex decreto Eugenij etiam cõfirmatur: Sed ne nimis magnifiant ab his qui sanctos uiros sequi in hoc uolunt/ut gentilium doctrinam capessant in hoc non sequi ut sacras litteras colant & recte uiuant: ostendere enim operæpreciũ est(non eos)postq̃ thesaurum sacri eloquij reperere ad uiliores suppellectiles nanscis cendas nauigasse: sed eis prius partis preciosiores & cõsectatos & adeptos. Ceterũ ut ab alijs ipsam humanã philosophiã tractari posse cõcederẽt multe se eis rationes obtulerũt. Cũ refellẽdi praua aut philosophorꝝ aut hereticorũ dogmata tum ex colendorũ ingeniorũ quo aptiora essent ad imbuendum se diuinis eloquijs/tum etiam eloquentiæ perdiscẽdæ. At cum ipsi in præsentia apud nostros nãcisci hæc cõmoda possimus quod causæ est ut in externis mersare ingenium pulchrũ ducamus totãq; uitam mãcipare: Quod autem possimus non difficile puto posse comprobare: Atq; ut ab hereticorũ expugnatione exordiar. Quot ab initio nascentis ecclesiæ aduersus hereticos scripserunt: Quisq; eñ eos: qui sua tempestate ab infernis latebris scaturibãt pro uirili confutabat eo mõ quo supra diximus posse hoc negociũ obiri: Sed nunc præcipuũ contra obstinatos argumentum repertum est: cui respondere nequeũt hoc est ignis: Qui aut eos exustos in cineremq; redactos uento committit aut falsum dogma abiurare constringit: Quæ pœna si priscis illis heres iarchis decreta fuisset non tot opinor hereses pullulassent: Indictum tantũ modo exiliũ fuit Arrio magno Constantini iussu cũ inuenerãdo illo cõcilio Niceæ pestifera illius dogmata condẽnata sunt. Quãtum uero pertinet ad cõfutãda falsa dogmata/ ad eloquẽtiã discendã ad sacra eloquia facile intelligẽda qbus muneribus obeũdis gentiliũ lr̃as utiles diximus & sic ab antiqs opinatũ putarim plus utilitatis apud nos q̃ apud exteros uident̃ repiri: suis eñ scriptis nobis has fruges pepererunt: Nãq; eloquẽtiam cum sapientia miscuerunt humanã philosophiã diuinæ quantũ licuit agglutinarũt: Alij postea surrexerũt: & uetera excoluerũt: & inuenerũt noua adeo ut facile quiuis mediocriter eruditus dignoscere q̃at plus & sciæ & eloq̃ntiẹ in christianorũ q̃ gentiliũ cõmentarijs inesse: plures certe ueritates reperiũtur(ut etiã mittã quæ deitus reuelatæ sũt) in nostris q̃ in Ethnicorũ lucubrationibus. Etiam si Platonẽ & Aristotelem nominauerim quos cum cito philosophos oẽs paganos mihi recensuisse uideor: quis uerebitur Augustinũ & etiam aliquos priscorũ opponere Platoni: Thomam/Albertum Scotum Aristoteli: Atq; ut inter hos aliquid dicamus facilior enim & prõptior comparatio q̃ in primis paribus: quot quẹstiones ab eis disputatas euentilatasq; inuenies quas ille nõ tetigit: Præterea ueritates utriusq; testamẽti percaluerunt quarũ ille ignorantia laborauit. At furte inquies monstrasse eis iter quo philosophando progredi possent: quod inficias nõ eo: Sed hac ratione quid colligis: Sic Aristoteles minor hoc est indoctior platone: quid certe meri peripatetici inficiabuntur: Maior Platone socrates & sic deinceps usq; ad Thaletẽ & ultra: quod est absurdum: Nec ex hoc sequitur quoscũq; qui philosophati sunt ex prioribus ipsis posterioribus doctiores fuisse: Non enim hoc tantũ in causa: sed præter ætatis posteræ beneficium quo priscorum cõmentationes exanimari possint oportet adesse & ingenij acumen & assiduũ studium & multa alia quẹ accedere conuenit ad prouehendum aliquẽ ad doctrinẹ fastigiũ: Hi ergo quos nominauimus quicquid operũ Aristotelis ad eorum peruenit manus didicere: & plura alia iuenere ipsi: cum nec illis tẽporibus sicuti nec postea in producendis hominibus fuit effæta natura: Defuit illis tantũ eloquentia: Quæ nõ defuit Aristoteli: Sed apud alios eam quærere datum: Neq; enim illis etiam eloquentia cedimus: Si enim(ut inquit Fabius) Cicero exprẹssit uim Demosthenis copiã Platonis iocunditatẽ Isocratis

& plures etiam a se ipso uirtutes extulit eloquentiæ: Quis apud nos nō uideat es-
se Ciceronē sed Christianū/ hoc est aliquē qui eum ad lineā unguemq; expræsse-
rit: Quis enim nō aduertit/Lactantiū/Firmianū æquasse ipsum & forte pręcelluis-
se in eloquendo: In ipso uero Hieronymo quantū facundiæ fuerit q eius lucubra
tiões nō legit minime sciet: Taceo Cyprianū/Rufinū/ Ambrosiū/ Paulinū/Augu-
stinū/ seuerum/Hilariū/Leonem compluresq; alios priscis oratoribus æquādos:
& si eam speciatim spectemus partem philosophiæ quæ practicen parenęticenq;
complectitur ea longe superatos gentiles perspiciemus a nostris: qui theologicas
scripsere summas: Alexandrū/Thomā/Henricum/Albertū/ particulariter a Gre-
gorio in libro illo excellētissimo cōmentariorum in Iob. Verum ne simus ingrati
nostri seculi hominibus parum ne emolumenti ab eis rei litterariæ collatū existi-
mabimus: ut uereamur profiteri nos ab eis magnopere & ornatos eloquentia &
illustratos doctrina. Possem equidē multos quos antiquitati opponerem numera
re: & afferre etiā rationes efficacissimas: sed non nullorū faciemus mentionē: Quo
rum prestantię quilibet nisi inuidus fauebit: & quantū ad eloquendi facultatē per
tinet ꝓxime accessisse ueteribus mihi uidetur Ioannes Pontanus/ si tamē Cicero-
nis mensura metiri uelimus eloquentiam: Adeo enim eius caracterē emulatus ut
fere in nullo dissimilis appareat. Sunt tamen qui Pliniano elocutionis genere ma-
gis delectentur: sunt qui mixta dicendi genera & uarijs exquisitisq; uocabulis ꝑ-
scatētia: Qualia apud Gelliū & Apuleiūq; desiderent: Et hæc certe munera a Poli-
tiano & Hermolao Barbaro impleta cōmode uel mediocriter eruditus agnoscet:
Quorum alter probatissimū in scribendis historijs stilū reliquit. Si uero poematū
faciemus periculū nullo pacto ueteribus inuidebimus: quandoquidē & quod ad
elocutionē pertinet impletū animaduertimus a nostris & explosis erroribus chri
stianam ueritatē celebratā: Asciscamus & afferramus in medium cum multis anti
quorū conferentes Baptistæ Carmelitæ carmina illa in quam dubiā facientia car-
mina palmam: Nemo nisi indoctus nō admirabitur: Nemo ipsam uersuum deco
ram maiestatē non extollet: At certe nisi stultus inficiabitur superasse eum genti-
les omnes materia ea circa quam uersatus est: Cum sancta christianaq; opera cu-
derit: illi uana penitus & inania ipsi tm̄ linguas instituerūt: hic ꝑter id & intellectū
& mentē instituit: Ipsi inter dulcia pocula sæpius uenena ꝓpinarūt: hic in ora mul
torū cū ipsa dulcedine archana etiā religionis infudit. Apud ipsos philosophorū
placita reperies Epicuri mſta nōnulla Platonis In eius uero libris nōtā Platonis &
Aristotelis ꝙ subtilitates etiā Parisiensiū theologoꝝ. In Herculis uero Stroze poe
matis multū delitiarū apparet. Magna uis carminis tātaq; dulcedo & resonātia ut
Picū etiā ipsum litterarū principē non semel ab ore ipsius rogatu nr̄o sua carmina
recitantis pendentē & obstupentē uiderim. De Pictorio nostro nihil est qd' dicā:
Ne dicato mihi christianorū opusculorum libro gratias referre uidear. Vgolini
opus sacrum merito celebrandum est: Quo eleganter christianæ ueritatis myste-
ria recensuit. Alios prætereo uiros celebres: cum de his præsertim & qui sacra uer
sibus scripsere: & qui mihi familiares/ Admodum sunt mentionē facere satis du-
cam: Neq; ego is sum qui priscam illam antiquitatis speciem adeo uenerabūdus
suspiciam/ut quoscunq; posteriores inferiores prioribus iudicē tantum propter
mille annos: Expendenda quippe sunt auctorum merita: Non quo quisq; uixit
tempore metiendum: Alioquin Neuius uergilio præstaret Thales aristoteli. Præ-
terire nolo Ioannem Picum patruū. Qui simul omniū priscorū uirtutes cum om-
nipharíæ doctrinæ tum eloquentiæ complexus famelicos ueritatis animos affluē
tissime pauit: In huius ego laudes quotiens incido uix auelli ab eis possum. Cul-

por fortasse a quibusdã cum uidear nimis amori/nimis consanguinitati/ nimis bñficijs ab eo susceptis indulgere:sed culpari oportet tot pręclara iudicia que in eius me laudibus fere uicerũt:Quot præconia de heptaplo sua inuulgata fuerunt quæ septẽnaria enarratiõe mundi exordiũ a Mose descriptũ interpretatur:Ea ꝓphetæ uerba pleraqꝫ ingenia contemplantiũ torserũt: & in ipsis enodandis qui celebriores sunt habiti laborarũt:scribit tamẽ Hermolaus patriarcha aquileiensis uir sæculorum memoria dignus alios oẽs cum prætererint quæ Picus dixit nihil sibi dixisse uisos: Sed rogo ut appareat cum laudamus legitimã subesse causam laudandi:Quis unquã ueterũ totam diuinatricẽ interemit Astrologiã:Semper ea bestia uelud hidra quotiẽs uno uel altero capite truncabaт alia quasi ceruina cornua suggerebat uel etiam amplo fœnore multiplicata reddebat: Donec illã Picus doctrinæ lignis atqꝫ igne diuini amoris uti uerus non fictus Hercules exussit. Mitto ipsius cum in his libris tũ in alijs incõparabilẽ eloquentiã:Mentior nisi quęcunqꝫ diuersorũ uirtutes in eloquendo quas Fabius enumerat in eo uno eminentissime sunt collectæ:Ex quibus certum quiddã magnũ & sublime Pici scilicet peculiare dissultat:Quod nõ sit ei cõmune cum cæteris. Tantum uero abest ut nõ seruatus ab eo in eloquẽdo decor sit ut a nullo magis:Accõmodatusqꝫ semꝑ materiæ de q̃ agebatur sermo:In tractatu de ente & uno quietum disputandi genus cernes dulce pressum & explicatũ ut nihil tute aut detrahi possit aut adijci:In heptaplo cum omnes rhetorices uirtutes ĩsint hoc uno pręcipue laudatissima ꝙ nulla expositio apparet quæ tam sublimi & florido dicendi genere sit pertractata libri disputationum aduersus Astrologiã omnẽ laudem superant siue doctrinã spectes nouasqꝫ philosophiæ quæstiones ab eo enucleatas siue eloquentiã:Quod opus quanti faciendum sit quantũqꝫ ex eo Picus celebrandus facile apparet ex epithomate:Qđ Hieronymus sauonarola uir celeberrimus cõscripsit & uernacula lingua ut ineruditis opẽ ferret:Sed nos quoqꝫ nõ nihil dicere nõ ĩconuenit: Nam ut de doctrina dixerim primo ut orator/Dein ut naturalis philosophus:Demum ut Astrologus Picus ipse in eo uolumine præliatur:Nã post priores uictorias demum inimici armis quasi Dauid Goliam gigantẽ seuissimũ illud monstrũ detruncauit: Primus liber quanqꝫ auctoritatibus tum philosophoꝝ gentiliũ tum diuinæ scripturæ tum ciuilis & pontificię legis deijcit Astrologiã. Tamẽ si flectes oculos ad stilũ nullam unqꝫ siue uituperationẽ in demonstratiuo genere uehementiorẽ siue accusationẽ in iudiciali formidabiliorẽ depræhendes: Nec tam loqui uidetur q̃ ut de Pericle dicitur tonare & fulminare: Si uero cõtemplaberis physicas rationes proprio ex ingenio depromptas nihil unqꝫ uidisti admirabilius: his tertiũ & quartũ librũ abunde refersit:Quę puto a posterioribus qui aut in libros Aristotelis de generatione aut de cœlo aut meteororũ quæstiones cudent: certatim expetentur. Quanqꝫ ubiqꝫ & cõmode locari possunt:De astrologia nihil est quod desideres cum particulare quodqꝫ dogma adeo curiose destruat ut nihil aliud q̃ Astrologicos libros legisse eũ appareat:in hoc omnibus extra controuersiã superior ꝙ nemo eloquẽtissimo stilo quęstiones explicatu tam difficillimas enodauit: Arte uero tanta libri illi sunt cathenati uniuersæqꝫ rationes sic cõnexæ & dependentes ut si eis responderi posset (ꝙ certe non poterit & si blacterare quisqꝫ poterit) nec una solui posset nisi omnes soluerentur:Sed puto nec doctus nec bonus christianus id unqꝫ attentabit. Verũ cum multi sint:qui nimio Astrologicæ huiusce superstitiõis amore hallucinantur:Multi quoqꝫ qui principibus quibusdã uiris hoc errore circũactis placere student lucri cupiditate:Coniector facile futurũ ut uere deiectã hanc uanitatem non nihil erigere falso conentur:in hos singulatim scribere non est consilium

Donec in publicū catervatim exierint quod ubi effectū fuerit: ipsorū tum errorū
fasces ueritatis falce demetentur: Interim quod Ioannes picus pro doctis & latina
lingua pollētibus: quod Hieronymus sauonarola pro rudibus latini sermonis ef
fecerunt nos pro doctis: Sed ignaris Romani idiomatis fortasse efficiemus Astro-
logiam iterū sed Parisiensi stilo q crebras argumētatiōes exposci/ & ornatū post-
habet destruentes: quandoquidē nō deesse multos scimus: qui ut negociū hoc su
scipiamus desiderant: cum ob Pici eloquentiā a fructu quē ex libris disputationū
eius eruerent præpediātur demissiorē scribendi modū præoptantes & illi q eis fa-
miliaris est per similem omnia alia Pici opera sua quæq; in genere admirāda sunt
Apologia quæstionū primum ab eo confectū opus dum quartū & uigesimū age
ret ætatis annū: Oratio illa mirabilis: Epistolæ partim familiares/partim exhorta-
toriæ diuinoq; amore flammatæ quas ad me scripsit: regulæ beneuiuēdi arma spi
ritalia & cætera id genus celebratissima Sed quid egisset: Si concordiā Platonis &
Aristotelis inchoatam absoluisset: Si in hostes ecclesiæ uniuersos perscripsisset: Si
uniuersa eloquia sacra quorū pars confecta erat interpretatus fuisset: Hoc certe
fecisset q solus futuris sæculis satis fuisset: Hæc tamen quæ mors immatura abru-
pit discussit scedis eius & philyris in unum magna ex parte collegimus: Ramen-
ta quæq; lustrantes quæ præclarissima illa opera paritura erant/ si tam cito hoc
est tertio & trigesimo ætatis anno nobis sui desiderium non reliquisset: Et quia in
certis caracteribus & compendiarijs sententijs annotata erant ea ipsa digerēda &
explicanda desumpsimus: Speramusq; futurum ut nostra opera absoluantur &
in lucem prodeant: Verum præter formā hoc est scribendi figuram quam nostrā
esse oportebit multum etiam materię eis addamus erit necesse paraphrasi quadā
quicquid scripsit cōplectentes: Librum quoq; stromatum earum uidelicet rerum
quæ non pendebunt ex alijs conficiemus: Gelliū clementē aliosq; imitati: Differe-
mus hoc ab illis q sicut materia superabuntur a nobis/ita nos uerbis ipsi præcellēt
Non enim quæstiones hic habebuntur/ an Patroclus antiquior Achille: An Xe-
nophon Platonis æmulus: quo corporis habitu Anacharsis Scytha dormiret Sed
de deo/de angelis/de natura corporea/de gradu hominū/de oratione multa cōspi
cientur: Sed nos a plerisq; & scribendi filo & exqsitis uerbis posthabebimur: Nec
mirum cum hoc nostrum futurum sit illud Pici patrui. Distabimus & illud ab eis
q sua ipsi confecerūt opera ex proposito cesim truncatimq; pscribentes: ut nunq;
sibi par liber esset uarietateq; ipsa expultrice fastidij excoleretur: Nobis autē qd
illis arbitrium necessitas exegit: ne tot scilicet tantiq; labores in tam præclaro ne-
gocio desudati deperirent: Et hoc certe nos coegit per illius doctrinæ campos ab
immatura morte demessos peruagari racematium spicilegiūq; facientes. Sed iam
nimis forte multa de Pico: quanq; mihi nimis non uidetur: & si cum in eius uita tū
in alijs nostris lucubrationibus semp eius meminerim tanta scilicet dulcedo & qsi
titillatio recolendæ semp eius memoriæ animū occupat. ¶ Sunt & alij docti homi
nes & magni existimandi: Inter quos Hieronymus sauonarola noster: vt mittam
vite & morū integritatē sanctimoniāq; etiā ab inimicis sæpe cōfessam ingenio &
doctrina plurimū ualet: Cuius opa locupletissimū reddūt testimoniū: Nā theore-
mata illa q in Aristotelis philosophiā cōscripsit priusq; se totū orationi cōtempla
tioniq; diuinæ mancipasset magnopere laudanda sunt ea item quæ lingua mater
na composuit: ut iuuaret etiam indoctos de oratione/ de amore Christi/de uita vi-
duarum/de diuinis preceptis/aliaq; cōplura non modo solida sunt & ueritatis ba
si nituntur: sed illius maternæ eloquentiæ plena. Precellūt uero quæ in diuina elo-
quia interpretamenta conscripsit. Atq; opus illud omni laude dignissimū est qd

de ueritate chriſtianæ fidei cōpoſuit:Illud item quod de ſimplicitate uite chriſtianæ prætitulauit quinqꝫ in libros digeſtū:quorū primo chriſtianā uitam a deo oīno eſſe probauit:& ꝙ eſt ſequens fidem:Ex cuius opere reſponſiones illæ quę ab his qui aduerſus chriſtianā fidem oblatrant dari poſſent rationibus eis quæ a theologis pro roboranda aduerſus inimicos fide noſtra afferuntur præſertim a Ioāne Scoto in primo cōmentariorum in ſententias acerrime confutari poſſent: Nā quod de rectitudine chriſtianæ uitæ affertur imaginatiōi forte tribueretur a multis Auicennā ſequutis ſcripturarum concordiā martyrū multitudinē aut creaturę alicui intelligibili:Aut configurationi orbium ſyderaliqꝫ influxu aſcribi (quanqꝫ falſo) poſſe certiſſimum eſt:quæ oīa explodit Hieronymus cum nec ab imaginatione procedere nec a creatura ſpiritali/nec a cœlo prouenire commonſtrat.Alios eminentes uiros relinquo in quorū uirtutibus recenſendis longior eſſem q̃ ꝓpoſui:Hos qui ſe obtulerunt tam ex antiquis q̃ nouis attuliſſe ſat ſit: Quibus facile corrogari poterit nec ſcientiā rerum nec eloquentiam neceſſario nos a gentibus mutuari.Quæ una fuit cauſa que ab initio naſcentis eccleſiæ impellebat ad doctrinas gentiliū capeſſendas eam autē ceſſare ſicut & alias priores oſtendimus.

¶Chriſtianum hominem circumſpecte cauteqꝫ libros gentilium legere debere eiſqꝫ præponere eorum opera qui ſacris eloquijs interprætandis philoſophorum ſententias miſcuere:Deqꝫ ſcriptorum generibus. Caput Octauum.

q Vod ſane emolumentū cum ſcientiæ tum eloquētiæ cum nobis a chriſtianis fratribus (omnes enim deum patrē uocamus) collatum ſit hebetes nimis ſumus & male grati ſi reſpuamus:Ac inimicorū noſtrorū placitis non pręponamus.Accedit ꝙ ſecurius animi ſuppellectile ditamur quando auro & argento quæ illi nobis ex ægypto magno ſui labore apportarūt tute tranquilleqꝫ uti poſſumus:Nā ſi per ægypti auia uagaremur a uenenoſis animalibus magnopere cauere oporteret:Ne externa quęrentes bona interna perderemus:Hoc eſt (ut ſine ænigmate loquamur) in legendis libris gentiliū offendere multa poſſemus quæ uel ad malā religionē nos inuitarent uel obſcena opera ſuaderent uel ad ſuperbiam ſtimularent: Quapropter periculum eſſet nedum cultū animi quærimus illecti perſuaſionibus prauis tam intellectus q̃ uoluntatis recta inſtituta deſereremus: Multi enim uirtutū quas adepti aſſiduis ſudoribus fuerāt eorum ſtudiorum abuſu paruo temporis ſpacio fecere iacturā.Nec quenqꝫ ueterum opinor reperies fauentiū eis qui gentilium doctrinas ſectantur quin in eodē contextu quo illud aſſerunt etiam non cōmoneāt obeundum id officij pauide & circumſpecte.Quare Auguſtinus in libris de doctrina chriſtiana cū dixiſſet ad intelligentiam ſcripturarū ſacrarum conducere liberales artes omnēqꝫ philoſophiā ſubiunxit ut is ꝗ ſic inſtructus aduerſanda ſacra eloquia uellet accedere illud apoſtolicum cogitare nō ceſſaret/ſcientia inflat/charitas ædificat: unde caute per eoꝝ litteras procedendum/ne ſuperbia uitiorum regina menti obrepat/bonaqꝫ cūcta opera inanis gloria cōmaculet:Appetituſqꝫ excellentiæ: Quod familiare homini malum in dotibus prærogatiuiſqꝫ intellectus magnopere conſiſtit. Quia homo rationale animal:Idcirco difficile fiet ut qui ſe alios aut æquaſſe aut ſuperaſſe nouerit animum abnoxia elatione contineat.Tutius chriſtianorū commentaria uerſare poſſumus:Nam ſi quid quo forte turgeamus hauſerimus ſtatim propinatur medela:Monemurqꝫ ſæpe ne circūferamur omni uento doctrinæ: & ꝙ chriſtiani uita non in diſputando & oſtentando diſciplinā: Sed in humilitate charitateqꝫ ꝑ

ficitur nocereq; maximo opere & ſcientiam & eloquentiã niſi earum uirtutum ſa-
le condiatur: Philoſophorum uero dogmata in eis quoq; comperies ſed abdica-
tis ſuperſtitiõibus & falſis amoribus repudiatis iuxta illud Deuteronomij: Quo
præcipiebatur mulieri captiuæ radẽdum caput ſupercilia om̃es pilos & ungues
corporis amputandas & ſic eam habendam coniugio: Cęterum & hunc fructum
ex noſtris potiſſimũ decerpere poſſumus: Quem in gentilium libris non inuenie-
mus: ꝙ ſcilicet ad dei contemplationẽ manuducimur: & in his quæ ad agendum
ambigua uidentur nobis ſaluberrime conſulitur / hæc enim in interp̃tum ſacro-
rum eloquiorum libris abunde tractatur: Illos omnes qui chriſtianæ ſcripſere eo
nomine nũcupauerim. Nam a fine denominatur recte: Atq; eis ſemper erat in uo
tis ut ad intelligentiam ſacrarum litterarum ſua commentaria conducerent: & mo
res præſertim inſtituerent & remouerent errores: hos quadrifariam mea ſententia
partiri poſſumus: in antiquos qui non tantum docti ſed eloquentes fuere: In eos
qui theologiam uniuerſam Pariſienſi ſtilo ſcriptitauere. Atq; in illos qui ſcrupu-
los conſcientiæ pro uirili extrudunt: Qui omnes ſimul complexi quartum in ordi
ne / dignitate tamen plurima ſibi locum uendicant: Primi triphariam ſectionem
patiuntur: aut enim docent contemplationes / aut ſacri textus ſenſum eliciunt / aut
opera particularia pro arbitrio cudunt: Attamen in horum numero nõ modo col
locauerim qui ab initio naſcentis eccleſiæ uſq; ad Pariſiẽſes fuere: ſed etiã qui eos
imitati ſunt: ſicq; inſtituti fuere ut ſapientiam cum eloquentia coniunxerint. Primi
ordinis doctores / hoc eſt antiqui & qui eos ſecuti cunctas ingenij opes cõuertere
ad intellectum ſcripturarum magis rhetoricæ q̃ minutis philoſophiæ ſubtilitati-
bus inſiſtentes: Pariſienſes uero poſthabita eloquentia ſe totos ad inquirendã ue-
ritatem contulerunt philoſophiæ quæſtiunculas ſacris eloquijs adnectentes ſiue
in quattuor theologicarũ ſententiarum libros ſcribentes / ſiue totius theologiæ ſũ-
mam complectentes: Tertij ex utroq; iunctis legibus ciuilibus & pontificijs farra
ginem decerpſerunt / & ad componendos mores comportarunt: Eorũ quos quar
to loco poſuimus officium eſt hæc omnia Herculea (ut ſic dixerim) audacia aggre
di nihilq; relinquere intactum curareq; quicquid litterarium inueniri poteſt nu-
meris omnibus conſumatũ poſteris relinquere: An uero aliquis adhuc id operis
perfecerit an non / ſitq; eius conditio ut oratoris perfecti quem credunt non inue-
niri / nunc ſub dubio relinquerim: Illud affirmauerim Ioannem Picum ſi uixiſſet
hæc omnia adimpleturum fuiſſe: & magna iam ex parte abſoluiſſe: & cum eius
ſcripta (ut decreuimus) pro uirili collegerimus diſpoſuerimuſq; / ut propoſuimus
doctis hominibus credo liquidum fiet multo plura exequutum eum q̃ nos pro-
miſimus: Quis uero in ſuo quiſq; genere alijs præſtet nunc non tractabimus: Ad
alia enim tranſmeandum: Nam poſtq; oſtendimus philoſophiam humanã poſſe
ad ſacrarum litterarum noticiam capeſcendam conducere nec tantũ extimandã
quantũ multi autumant. Nunc de diuinis eloquijs pertractandum: quę omnino
chriſtiano excolenda ſunt: Poſtea de uarijs diſcentiũ finibus diſputandũ: quanq;
miſere fallantur qui aut lucri cupidinem / aut gloriam finem ſtudiorum poſuerunt
Demum quomodo & humana philoſophia & diuina ad dei contemplationẽ utẽ
dum oſtendemus: Quæ omnia ſequens liber deo iuuante abſoluet.

LIBER SECVNDVS DE STVDIO HVMANAE ET DIVINAE PHILOSOPHIAE.

¶Sacras litteras q̃ uera & diuina philoſophia eſt oĩ ſtudio chriſtiano excolẽdas. Caput Primum.

S VPERIORE Libro oſtendimus licere hoĩ chriſtiano huma-nam philoſophiã excolere diuinæ facilius perdiſcendæ gratia: & ſi ob alias etiã cauſas cõcedi ꝓbauerimus: In has igit̃ cõuertẽ dũ eſt oẽ ſtudiũ: Dirigendaꝗ mentis acies: In quibus euoluen-dis etiã ſi ab ĩcunabulis deſudaremus uſꝗ ad decrepitã ſenectu tẽ ſemꝑ ut aſſerit Auguſtinus quo ꝓficere poſſemus inuenire-mus: nec ſe excuſare quiſꝗ quanꝗ ĩ philoſophia humana nõ eruditus ab huiuſce modi ſtudio põt qñ ad quorũlibet etiã eſt medio intelligẽtiã ſe demittat. Illa eñ ſic loquitur (ut ille ait) ut altitudine ſuꝑbos irrideat: ueritate magnos paſcat ꝓfundita te attentos terreat/ affabilitate paruos nutriat: Illinc quoꝗ oĩa non ſolũ in agendo negocia: ſed & in diſcẽdo ſtudia ſunt petẽda: hoc eſt ut nõ ſolũ boni efficiamur uo luntatẽ inſtituẽtes: ſed etiã docti intellectũ erudiẽtes/ ut oſtẽdemus: Nam quantũ ad mores ꝑtinet & liquebit ꝓceſſu: & etiã nobis patebit ſi aduertamus conſenſum fuiſſe chriſtianorũ oĩm ab exordio naſcentis eccleſiæ nihil magis ad bene beateꝗ uiuendũ conducere ꝗ frequentẽ lectionẽ diuinorum eloquiorũ: iudicauitꝗ An tonius (ut Athanaſius in eius uita prodidit) ad omnẽ mandatorũ diſciplinam diui-nas ſcripturas poſſe ſufficere: Plures rationes ſe ad id monſtrandũ offerũt: Sed no lo eſſe prolixior in re nõ dubia: Suopte ingenio & abſꝗ alijs adminiculis ueritas hæc ſe ſe exerit in lucem: Ad hanc noticiã diuinorũ capeſcendã ueteres theologi omnes exhortãtur: Huic iuniores Innocẽtius/ Ioãnes gerſon alijꝗ nõnulli aſſidue monent incumbendũ: & nõ modo his q ex officio ad id negocij ſunt obnoxij/ ut ſacerdotes & clerici: Sed oĩbus cuiuſcunꝗ gradus & ordinis extiterint: & iure q-dem: quoniã nullus ab hoc officio ĩmunis eſt ꝙ ſcilicet pro ſua ingenij uiriũꝗ fa-cultate & ſibi & alijs non debeat eſſe adiumento.

¶Sacras litteras ſuperare omnẽ doctrinam gentiũ etiam ipſarum teſtimonio. Caput Secundum.

Am ſi utilitas in doctrina nihilꝗ deteſtandũ magis ignorantia ueritatis omnẽꝗ ſcientiã per ſe bonã eſſe expectendãꝗ & ratiões probãt & ſan ctorum hominũ confirmant auctoritates. Cur ſomniculoſi adeo & in-ertes ſumus in euoluendis diuinis eloquijs oẽm ſcientiã eloquentiãꝗ gentiliũ eminentiſſime etiã præter id qđ ipſis peculiare eſt cõtinentibus atꝗ etiã ipſarum gentiũ teſtimonio ſuperantibus? Quis unꝗ philoſophus de rerũ natu-ra abſolutius Moſe tractauit? Quis ſapientius atꝗ prudentius? Quando & rudis & ſubtiliſſimus quiſꝗ ex eo hauriat pro ſuæ mẽtis captu: Quod nemini unꝗ ſcri ptorum gentiliũ contigit: In quo hiſtorico ueriores deprẽhedes hiſtorias ꝗ in di-uinis eloquijs? Vbi de amore enucleatius ardentius diuinuſꝗ ſcriptũ reperies ꝗ in pſalmis in canticorũ cãticis? Quænã moralia p̃cepta copioſiora cõſumatioraꝗ uiſuntur ꝗ in Exodo/ in Deuteronomio/ in Solomoniacis dogmatis: & demũ in euangelijs? ubi exquiſitior ars rhetoricæ nõ fictæ & clamiſtratæ: ſed uere ꝗ in pro phetis ꝗ in Paulo apoſtolo cõſpicitur. Hinc didicere qui habiti ſunt inter gentes ſapientiſſimi: unde exclamat Tertulianus Sophiſtas/ poetas/ philoſophos de pro-

phetarũ fonte potasse: qđ certe multi sunt confessi præsertim Platonici.qui semp̃
hebream disciplinã imitati sunt:Numenius philosophus ꝑtulit nil aliud esse Pla-
tonem ꝙ̃ Mosem attica lingua loquentẽ:Hermippus Pythagoricus attestatus est
Pythagorã plurima in suã philosophiã de Mosaica lege transtulisse scribit peripa
theticus Clearcus in libro de somno Aristotelẽ ipsum a iudeo quodã multa didi-
cisse celebratum illud dogma nosse se queꝗ̃ nõne(ut etiã in libris supioribus men
sibus a nobis editis de morte Christi & ꝓpria cogitãda meminimus)ex Mosi Deu
teronomio sumpsit exordium: quanꝗ̃ & Chiloni & Thaleti oraculoꝗ̃ Apollinis
ascriptũ est:Mitto qd Eusebius/Augustinus/Ambrosius asserãt de acceptis a phi
losophorũ turba ex ueteri testamẽto sententijs: Quod etiã de nouo plurimi hau-
serint nõ difficile esset probatu qñ Amelius ille Plotini discipulus quanꝗ̃ inimi-
cus & infensissimus religioni christianæ theologiã Ioãnis euãgelistæ sequi ꝓrsus
uidetur cũ inquit:Atꝗ̃ hoc erat illud uerbũ per qđ ea q̃ facta sunt fiebant:Quum
tamen semp̃ essent.Quemadmodũ Heraclitus uoluit:& per Iouẽ Barbarus ille cẽ
set in ordine dignitateꝗ̃ principij cõstitutũ apud deũ esse & deũ eẽ:& p̃ ipsum oĩa
facta esse:& in ipso qđ factũ est:uiuũ & vitã & ens fuisse: Hæc ille.Qui ueritatẽ li-
cet inuitus negare nõ potest eius: quẽ tanꝗ̃ hostis Barbarũ appellat(ut Bessarion
ait)sententiã probat & accipit fidẽ:Sed si ad ipsam lectionẽ bibliæ accesserimus au
ctoritates ad ostendendũ quod uolumus nõ desiderabimus: Quãdo ibi cumula-
tissime deprehẽdemus uberrimã nõ solum doctrinæ omnigenæ/ sed etiã eloquẽ-
tiæ segetem:Et sane quanto id magis cõsidero/tanto mihi colliquescit apertius.Le
gebam superioribus diebus forte per ociũ tusculanã illã Ciceronis quæstionẽ ubi
maximo effert præconio uerba Aeschinis aduersus Demosthenẽ inuehẽtis tanꝗ̃
magnã & uim & artẽ continerent:eaꝗ̃ diligenter examinaui:Nec multo post tem
pore desumpsi in manus Esaiã prophetã hebreo populo minantẽ:Nulla fere simi
litudo:Adeo hic uehemens sublimis copiosus resonans/ terrorẽ incutiẽs / & uerã
artem undiꝗ̃ spirãs:Quænã rogo cõparatio inter oratoria illa tela ipsius Aeschi-
nis & Demosthenis aut alicuius alterius oratoris a fabulosa Græcia celebrati / &
hæc nostri ꝓphetæ uerba:Audite celi/auribus percipe terra: quoniã dñs locutus
est:Filios enutriui & exaltaui/ipsi autẽ spreuerũt me: Cognouit bos possessorem
suum & asinus præsepe domini sui:Israel autẽ me nõ cognouit:& populus meus
nõ intellexit:V e genti peccatrici/populo graui iniquitate/semini nequã/filijs scele
ratis:Dereliquerũt dñm/blasphemauerunt sanctũ Israel: Abalienati sunt retror-
sum/sup̃ quo percutiã uos & quæ sequuntur.Illudꝗ̃ potissimũ admirandũ totum
uetus instrumentũ cum aliqua parte noui ex hebreo in grecum in latinumꝗ̃ ser-
monem uersum eloquentiam(quæ in propria lingua summa ei inest nõ perdidis-
se etiam in peregrina:Et cum apud nos rudis potius ꝙ̃ eloquens oratio eius uide-
atur uim persuadendi maximã obtinuerit:non mouent non persuadent sacræ lit-
teræ(ut scribit Ioãnes Picus patruus ad Hermolaũ:Sed cogũt agitant/ uim inferũt
legis rudia uerba & agrestia:Sed uiua / sed aĩata flãmea aculeata ad imũ spiritum
penetrantia hoĩem totũ potestate mirabili transformantia.Dignũ autẽ animauer-
sione est Augustino auctore ꝙ sicut quædã est eloquentia quæ magis ætatẽ iuue-
nilem decet est etiã quæ senilẽ: Nec iã dicenda est eloquẽtia si ꝑsone non cõgruat
eloquentis:ita est quæ uiros sũma auctoritate dignissimos planeꝗ̃ diuinos decet:
& hac scriptores illos biblię loquutos ait nec ipos decuisse alia nec alios ipsa.Eisꝗ̃
auctoribus ubi ipsos intelligit nihil nõ modo sapiẽtius/ sed nec eloquẽtius uideri
sibi asserit:Neꝗ̃ artẽ ullam dicendi eosdem affectasse: sed sapientiam ipsam de do
mo sua/ id est de pectore sapientis procedentem tanquam inseparabilem famulã/

etiam non uocatam ſequutã eloquentiã: Tantum profecto abeſt ut lænocinia di-
cendi fucataſq; orationis illecebras ſacra ſibi procurẽt eloquia: ut nihil oderint ma
gis: Demetrius phalereus (ut Euſebius Pãphili octauo euangelicę preparatiõis li
bro auctor ẽ) a Theopompo audiſſe affirmauit nõ nullos cepiſſe quædã a ſcriptu
ra hebraica tranſlata greca oratione exornare: & illico magna turbatione percul-
ſos magno ſtudio deum oraſſe ut ſcirent cuius rei gratia id ſibi accideret. Audiuiſ
ſeq; per ſomniũ: Quia res diuinas lænocinio orationis inquinarent: Et theodotũ
tragœdiarum ſcriptorẽ luminibus captum: eũ nonnulla a iudaica ſcriptura ad fa-
bulam quandã tranſferre uellet: Idem copioſe docet ipſos philoſophiæ principes
& ſequutos hebraicã diſciplinã & illã ſummis laudibus extuliſſe utpote præcellẽ
tem atq; primariã: Nec certe mirandum ſi reuelata deitus myſteria hominũ placi-
ta longe tranſcendũt: Quando ea ab luce inacceſſibili deſcendentia perſpicuis in
genijs ſuiq; capacibus ſe infuderunt: Quæ poſtea utilitatis publicæ cauſa diuino
q; iuſſu inuulgarunt: Eam autẽ philoſophiã quã homines in ignorantiæ tenebris
degentes ueſtigarunt & multa etiam cũ nube ſparſerunt in populos multũ ſubſi-
dere perſpicuũ eſt. Nam ipſius auctores quanq; aliquo naturę lumine adiuti vide
runt: plura tamen cõiectauerunt q; viderunt & naturæ infectæ uitio debilitati &
propria ſuperbia caligantes.

¶ Omnes humanę philoſophię principes moribus maculatos & doctrina aber
raſſe: ſolos diuinarũ litterarũ auctores ueridicos fuiſſe. Caput. iij.

Aeterum fides non modo maior ſed nec par ſcriptoribus ullis habẽda
eſt q; ijs qui diuino inſtinctu ſacras litteras nobis tradidere cũ ſoli ema
culati fuerint mendacijs: Nec ſcriptores gentiũ ulli extiterint de quibus
illd' thebani cebetis uere ꝑferri nõ potuerit bibiſſe oẽs errorẽ alios plus
alios minus: Quis em̃ philoſophorũ nõ aliquãdo mentitus eſt nõ decurſu aliquo
temporis fallax deprẽhenſus. de his qui ante Ariſtotelẽ fuerunt facile peripatetici
fatebuntur Platonici quoq; multi/quanq; iuratiſſimi cõmuniõnẽ in Re. P. fœmi-
narum (ut alia mittam) male defendunt: Alij confugientes ad myſtica ſenſa: Alij lit
teræ textu nitentes ut paulo ante in Beſſarione uidimus explicare ſe nequeũt: De
Ariſtotele uero (ut eubulidem Mileſium ipſum taxantem Epicurũq; taceam) po-
teſt ne defendi de necatione monſtroſi puerperij etiam ab Auerroe. Qui dum eũ
nunq; erraſſe dicit in errores ipſe manifeſtos labitur: Nec nunc an iuſte a Galeno
& ab Auicenna taxatus ſit percũctabimur. Ipſius Auerroys inſpiciamus inſaniã
& ne confugiamus ad intellectus unitatem parum ne ipſius deliramentum eſt cũ
ſcribat in Phyſicorum proemio nullum in Ariſtotelis dictis inuentum errorem
& ipſe metheorologicos ipſius libros interpretans aſſerat eſſe falſum nõ reperiri
iridem maiorem ſemicirculi figura. Quod Ariſtoteles affirmat ſocium q̃ ſuũ con
trarium uidiſſe ait & quãq; (forte ne ſibi cõtradixiſſet ueritus) conatus eſt philoſo
phi uerba alio flectere ut uidelicet non ſemper ſed fere ſemper id eſſe intellexerit
ipſe tamen Ariſtoteles excuſari ſe non patitur qui de huiuſcemodi re ualidiſſimã
demonſtrationem attuliſſe autumauit aſſeuerãter affirmans nunq; iridem circu-
li figuram equare/ſed nec ſemicirculi ſuperare quod fide ipſa experientiæ nõ ſo-
lum priſcis petita temporibus ſed etiã noſtra tẽpeſtate cõprobata refellitur/quare
dum ſemel Auerroys ceſpitaſſe formidauit iterũ & quidẽ impudẽtius lapſus eſt.
Meminiſſe puto adhuc Ioannẽ Mainardũ nr̃m uirũ certe tam probis moribus q;
ſua doctrina ꝑſtantẽ dũ mecũ iret Florentiã ſcd'o abhinc anno uidiſſe nos iridem
fere circuli rotunditate: Riſiſſeq; ſimul ſuper Ariſtotelis errore & Auerroys men-

dacio. Auicenna quoq; errauit in multis; si Auerroy & alijs ꝙ plurimis credimus omnes autē diuinorū librorū auctores etiam ab inimicis ueridici habiti sunt. Verum cum plurimū referat auctoris uita uel ad arrogandā uel derogandā eius dictis fidē uideamus ꝙ laudabilē uixerint uitam gentiles philosophi: Credendum est enim mea quidē sententia magis probis hoībus ueritatē illucescere ꝙ reprobis Tum ꝙ eorū ingenia magis peruia sunt diuinæ luci; omnis aūt ueritas quædā diuinæ lucis similitudo: Tū ꝙ distortis affectionibus nō corrūpunt eorꝝ iudicia: unde uidemus etiam vulgo plurimū fidei haberi his quos integræ uitæ fama cōmendat: quantū Bibliæ auctores etiam testimonio aduersariorū moribus excelluerint apud Eusebiū Pāphili est uidere: Sed quis oro gentiliū non moribus inquinatus & probris etiam publice lacescitus: Primo quantū ad religionē pertinet deorum pluriū cultores fuere/ & licet diuersæ super hoc sniæ legimus tamen Aristotelē Iunoni Sospitæ & Ioui seruatori pro salute Nicanoris uouisse statuas: Platonē patera dijs sacrificasse. Socratē quoq; eodē errore inuolutū. Quinimo Aristippus auctorem ipsum Aristotelē fœminæ quā deperibat ueluti Athenienses Cereri eleusinæ solebant sacra fecisse: Platoni puerorum obiectos amores & prius socrati legimus in quē tanꝗ in adolescentiū corruptorē sententia lata est: cuius partem Tertullianus a se lectam narrat si igitur qui parentes philosophiæ habebantur & qui sapientissimus oraculo Appollinis censebatur aberrauerūt: Quid de alijs iudicādum: Apud Romanos etiā Cato citra controuersiā sapientis nomē obtinuit: Qui tamen & in ipsa naturæ lege exorbitauit: Nam & ipse & Socrates mulieres in cōmuni habendas esse decreuerunt: De quibus florens ipse in apolegetico pro fide christiana aduersus gentes inclamat/ O sapientiæ Atticæ/ o Romanæ grauitatis exemplū: Læno est philosophus & censor: Quare siue ipsam in se doctrinam siue auctorū mores & ingenia a mendacijs custodita pensemus sacræ litteræ mirū immodum doctrinā gentiū excellunt: Quod adeo perspicuum apparuit ut ipsi philosophorum duces & secuti eas sint & admirati.

¶ Philosophantiū fines quattuor reperiri: Quorū unus tm̄ laudādus. Cap. iiij.

Postꝗ de utraq; philosophia tractauimus: humanāq; diuinæ deseruire docuimus: eāq; excolendā esse etiā consensu gentiū ostendimus: nunc quo fine utraq; tractanda est monstrandū: postea quis optimus eorū usus spectandū: Nam & si initio primi libri uiderimus omnē scientiam noticiāq; ueritatis bonā esse per se mala fieri posse ex accidenti eorum modorum quos numerauimus in eis quæ perperā agi ostendimus aliqui rectū finem spectabant licet alio fine in quē uoluntas propensius ferebatur distraheretur: potest em̄ quispiam propter deum tm̄ eiusq; honorē & gloriā & sui proximiq; utilitatē litteris incumbere: Qui tamen appetitu interim male sano deflectet e semita: & eo cui necessario incūbere debet posthabito aliud quippiam excolendū desumet: Nunc de philosophantiū finibus per se tractandū. Potest homo meo iudicio multipharíam suā de litteris noticiam iam habitā aut quæsitā dirigere: in deū/ proximū/ & seipsum: In se autem tripharíā/ aut ad bona animi permanentia ut sciat tm̄: aut apparentia: ut gloriā captet: aut ad externa/ ut pecunias diuitiasq; congreget. Horū finium Bernardus in cantica canticorum meminit dicens esse quosdam qui scire uolunt ut sciant: Alij ut scientiam uendant/ alij ut sciantur/ alij ut ædificent ædificenturq;: Intentionē hominū primi ordinis curiositatē appellat: secundi cupiditatem/ tertij turpem uanitatem/ quarti charitatem atq; prudentiam.

Decipi eos qui finẽ studiorũ suorũ in lr̃is aut sc̃ia aut lucro posuere. Cap.v.

Alli autẽ oẽs præter illos/qui in deũ suam scientiã ordinãt nõ difficile ẽ monstrare. Et primo de eis qui aut lucri cupiditate ducti aut solo amore sciendi in doctrinas se iniurgitant dicendũ. Is animus qui creatarum rerum noticiã atq; etiã creatoris per sensuũ uestigia quærit in eius adeptione non stabilitur: Ampliore enim dei cognitione opus est & præterea amore speq; perpetuo fruendi ipsius: Et sicut naturales effectus si suis causis non substẽt uirtute propria destituũtur quãdo amittunt influentiã eam qua ab ĳsdẽ causis tutantur/augentur/& cõseruant̃: Ita aĩa quæ a deo nõ modo in fieri/sed etiã inesse (ut uerbis nostrorũ utamur theologorũ) dependet si ipsi nõ substet ĩmo quantũ naturæ sinit capacitas assimilare se conetur ope suo frustratur: In eum eñ semp & cognitione & amore tendere debet. si quietem nancisci cupit. Quapropter Augustinus aiebat fecisse nos deũ ad se: & inquietũ esse cor nostrũ donec in eundẽ requiesceremus: Quies aũt hæc nõ tantũ ad intellectũ pertinet: sed ad ipsam uoluntatem qua per amorẽ ei coniũgimur: Nã si effectus ꝑfectio in assimilatione causæ consistit: Infinito autẽ dei amore creatura ꝓducta sit/sequens est ut amore in ipsum tendat aĩa si qͥete & pace donari bearíq; desyderat: Quare sc̃ĩetia ꝑ se amore destituta tantũ abest ut nostrũ sistere pacareq; animũ possit ut etiã sit causa ꝙ semp æstuet & fluctuet & eo magis cũ adeo sit noster intellectus imbecillis: ut nihil fere sciat cõparatione eorũ quæ nosce auet: Atq; ad ea quæ sunt scitu dignissima percallenda noctuinis ut docet Aristoteles oculis cecutiat: Magis autẽ exorbitant qui litteris quasi mercatura utuntur: ut pecunias congregẽt & mercẽnariũ faciũt studiũ sapientiæ. Dirigũt enim ordine præpostero internũ bonũ ad externũ nobile ad ignobilius: Horũ hominũ genere adeo infectũ est præsens sæculũ ut sint nonnulli quibus persuaderi non potest quenq; esse qui ob aliud studĳs litterarũ incumbat ꝙ̃ ob lucri cupiditatẽ: Male adeo instituti aio ut non solũ sint boni: Sed nec alios bonos credere possint. Duos enim noui qui philosophi uocantur quos audiui hanc turpitudinẽ fassos/hoc dedecus nõ erubuisse euomere: ut quã haberet scientiam mille aureorũ numũ precio si nõ deesset emptor libenter uenderet: & alterũ q etiã se equũ esse mallet dũmodo copiosa suppeteret alimonia ꝙ̃ eo uictu uiuere quo degebat: & nihilominus non egebat si metiri indigentiã secundũ cõmunẽ extimationẽ uoluisset nõ secundũ suã insaciabilẽ & inexhaustã auri cupiditatẽ.

¶ Quantũ fallantur qui ob famam & gloriam apud homines obtinendã litteris incumbunt quanq; misere uitam degant. Caput Sextum.

V antũ uero delirẽt qui ut sciãtur reputẽturq; doctrina prẽstabiles dies & noctes in uersandis libris angũtur nemo est qui nesciat: nisi qui statum ambitiõis nõ considerarit: Nullũ quippe hominũ genus tam infœlix ꝙ̃ quod honorũ ambitu feruet & eorũ potissimũ quos litteræ pariunt Qui eñ aut ob diuitias gloriã q̃rit aut sanguinis nobilitate regumq; fauore se tollit in sublime facilius percipit non a se sed ab alĳs hoc prouenire nec difficulter spoliari posse amatis bonis: At ꝓpria industria ꝓprĳ ingenĳ præstantia ad nimiũ sui amorem hominẽ stimulat: Quo sæpius hallucinatur. Iudicans id ueluti suũ & de ꝓprio esse peculio ut nec ꝓfectitiũ nec Dominicũ agnoscat: Decipitur autem nõ secus acĳ q phrenesi capti aliena oĩa sua existimant. Quid eñ habemus quod nostrum sit: Nõne cuncta quæ in nobis sunt dei sunt: Quid ergo oportet se extollere magnificare ostentare: Glorietur qui gloriat̃ in dño cum bona cuncta dei sint

nobis sua gratia infinitaq; bonitate collata: Cæterū quam scientiā tenemus: Hanc certe si recte sentimus: nullā scilicet nos adeptos: nec docti cognomētū recte obtinere cū multa ignorantia laboremus: Nisi forte hoc nomen eorum numero uelimus associare quæ sunt ad alterū: Respectu.s.& cōparatione eorꝫ q sunt ignorantiores. Quis em̄ docti ꝓrogatiuā absolute sibi uendicauit: Cum infinita sint fere q̄ nesciat: & ea q̄ nouit partim ab alijs petita sint/partim an uere sciat sub dubio teneat: Et hæc de rebus corruptibilibus: de eis uero quę a materia sunt remota nihil est quod dicam: cū ad ea cognoscēda ita se habeat intellectus noster Aristotele auctore sicut uespertilionis oculus ad solē cōtuendū. Maior hoīnoticia ex diuinis scripturis habet: Cū in lumine fidei qcunq; in eis ꝓpositiones cōtinent sint notissimæ Sed demus oēm noticiā quæcunq; ab hoīe haberi potest ei q finē suæ cognitiōis & scientiæ gloriā mundi posuit. Illāq; iā sit adeptus: In ipsa uero & retinenda & augenda quot agones desudandi: quot ineūda ꝓlia: Sed q̄ intus ꝓcellę tēpestatum q æstus plusq; marini dū audis te rhodi acerari mō clam mō aperte & a doctis & sępe etiā ab indoctis: Qui tuā existimationē penitus cōuellendā ducāt: Neq; em̄ si in altū ascēderis hāc luem effugies, sed magis in eā incides: Cum liuor instar ignis petat alta: feriātq; summos fulmina montes: Quanto certe magis fastigio propinquas tāto magis impeteris. Septē illos sapiētes. Quos græcia celebrat q de noīe sapientū/subtilis quærūt illo nō donāt: ut Cicero asserit Socrates postq; oraculi sententia sapiētissimus iudicatus est tantā in se cōflauit calumniā ab eis q sapientes se credebāt: ut hac etiā causa morti addictus sit: Aristophanes in ipsum inuexit: Melitus accusauit de impietate/de corruptela adolescentū & postea adiudicatus est morti: Zenoscurā atticū uocauit usus latino uerbo. Plato quotiēs impetitus Quotiens nō tam īmoribus q̄ in doctrina morsus & flagellis cęsus: Vnde Platonomasticorum nomē: Nā ut de Aristotelis in eū rationibus taceā qd Epicurus Metrodorus & alij in ipsum sparserūt: Aristotelē cū Eubulides Milesius tū alij rephenderunt: Epicurus uexauit & quidē cōtumeliosissime ut Cicero inquit: Qui etiā nec Pythagoræ nec Empedocli pepercerat. Cōtra Theophrastū admirādæ eloquentiæ uirū Leontiū meretricula scribere ausa est ꝙ atticus hō nimis atticissaret Cicero in ipso sermone q tantopere laudat & dum uiueret a Bruto a Salustio ab alijs & post mortē etiā repræhēsus a multis. Qui se Ciceronomasticos nominabāt. In uita em̄ semper cōtradictores habent etiā qui celebriores habent. Apud ueteres usq; ad Platonis successores sua quisq; tēpestate fama ꝑditus habuit æmulum ut apud diogenē in Socrate est uidere: Nec quantūcunq; simultates dies lenta ꝑscripserit effugiūt scripta celebriū auctorꝫ uituperationē aut cōtradictionē. Quā uitari nō posse nisi ab his q nihil oīno scribūt fatet Cicero. Nā de Homero quē ut Iosephus cōtra Appionē narrat græcorū auctorū antiquissimū celebratissimūq; constat multa uitia circumferunt cū in oratiōe tū extra. Nā præter illud uulgatū dormitare eū quandoq; præterq; Zoili libros ipsum etiā Dion Prusiensis dicato opere persequit & strenuissimū fuisse dicit ad mentiendum: Nec unq; fuisse a Græcis troiā captūratā. Demosthenes q Ciceronē auctore Fabio q̄ntus ē fecit aurē ipsius Tullij semp nō īplebat. Quare lr̄is indulgere famæ celebrioris gloriæq; captādæ gr̄a in uita ualde miserū/ut docuimus. Cum semp male audias. Quod his qui se sapientes existimāt suppliciū est intollerabile. Si uero post mortē miserrimū: nā mitto quantum nihil ad te pertineat quid de te homines sentiāt cum excesseris e uita: Illud nō negandū ꝙ semp ut uidimus etiā mortuus incinereq; redactus discerperis. Sed sæpe etiā tua opera perdunt & nomen obliterat: In Homeri poemate reparando multi laborarūt: Nam ille suos uersus non scripsit: Ab alijs postea notati

uarie tamen & mendose: Quod ut in vnum redigerentur Pysistratus Atheniensis curauit, pposita mercede ut ad se ferrentur: Ascitisq; grãmaticis alij a familia sum moti/ Alij asterisco notati/ alij abelisco cõfossi sũt: Et forte si ille a mortuis excitaret suos nõ agnosceret De libris aristotelis quot penitus amissi: & hi q habent quõ in terpolati & q̃ prope fuerũt ut perderent cũ infossi terræ negligẽterq; sunt habiti auctore Strabone priusq; eos Adpellicon teius magna mercede cõparasset & syl læ temporibus Romã asportati fuissent: sed de ipso etiã nomine auctorũ nõne cõ trouersia? Celebratur Orpheus eiusq; hymni prędicant a multis & nihilominus Cicero in libris de natura deorũ nunq; fuisse Orpheũ dicit auctore Aristotele & qui eius noĩe prætitulati uersus circũferunt scd'm Pythagoricos. Cuiusdam fuere cerdonis. Hæc de gentilibus philosophis. De christianis uero theologis qs nescit & inter eos etiã fuisse controuersias ueteres dico. Atq; ut alios mittã. Quotiẽs Hie ronymus de suorũ canũ latratibus lamẽtatur: De neotericis nihil est qd' dicã cum libri eorum pleni sint certaminibus: & pręter id qd' in his quæ ad sacrarũ litterarũ canonẽ pertinẽt oẽs cõueniũt: In reliquis quot capita tot fere sñiæ: & qui ueritate magis nitunt magis oppugnant: Tũ q: oĩa iudicia recta nõ sunt. Tũ q: falsa inter dũ pbabiliora ueris ut docet Aristoteles: Itaq; nullus a repręhẽsiõe uel iusta uel in iusta oĩno ĩmunis: Sed & q̃ etiã suapte natura sũt uera ob intellectus ĩfirmitatẽ ma gis credunt q̃ sciant: Adeo ut de Aristotele qui quõ fieri demonstratiões oporte ret duobus libris edocuit dubitet a multis an uere ille unq; ullã effecerit potissimũ in naturalibus: A multis scio negari. Laboramus pfecto multa ignorantiæ caligi ne: Nã quotus quisq; reperit qui eũ cui ẽ addictus auctorẽ nõ celebret/ sæpe alijs posthabitis: ipsumq; tãtũ ex antro Heracliti aut Democriti puteo ueritatẽ extra xisse nõ contẽdat alio id obstinatissime inficiante. ¶ Ioãnes Scotus ab eius sectato ribus plurimũ extollit & recte cũ homo uegeti ingenij fuerit & perspicacis sua in uenta miris laudibus efferunt: Distinctionũq; pluralitates(quanq; alij ab Henri co Gandauensi petitas magna ex parte affirmãt) celebrant. Ab eis uero qui Tho mæ sunt astricti parui: Ab illis qui noĩales uocant nihil pendũtur: Adeo ut ab alli acẽse scriptũ sit impossibilius sibi uideri ut ostẽdatur rationibus uera esse q̃ de plu ralitate ipsa distinctionũ afferũtur: q̃ q: personarũ trinitas in una essentia: Quæ fi de tantũ tenetur certissimis syllogismis demonstret. Mitto q̃d celebratissimi uiri in eum effuderint & alij etiã illius auditores. ¶ Quare decipitur humanũ genus cum gloriã quærit ex litteris celebrẽq; apud hoĩes de se existimationẽ. Quãdo tantum abest ut id assequat: ut sæpe etiã ob ea ipsa inuẽta quibus nancisci eã credit apud multos impensissime castigationẽ & flagella patiatur. Crediderim ego diuina hoc prouidẽtia pmissum: ut id uitiũ ĩ quo facilimus esset lapsus is incõmodis sepiretur & detractoribus ipsis quasi mollossis latratoribus stiparetur. Qui semp quotiens cunq; nobis occasio ad incurrendã decipulã pstatur nr̃æ nos infirmitatis admo nerent Baubatus plurimos circũfundentes inuitãtesq; quasi dixeris ex accidenti vt ex litterario negocio asciscere nobis ea pcuremus p̃cepta quæ inuidiæ morsus effugiãt/ & falsę opinionis repugnantiã minime reformident: Hoc est ut cunctas actiones & opera sicuti & in alijs rebus/ ita & in litteris perpetrata deo condone mus: ut nos & alios pro uirili instruamus: Nec quid de nobis sentiatur: postea cu remus: & tam humana q̃ diuina philosophia ad eius agnitionem capescendã cõ sequendũq; eius amorem utamur. Quod quomodo facere possimus obiter ac ue luti in transcursu perstringendum.

¶ Quomodo humanæ philosophiæ adminiculo in dei contemplationẽ pos sumus ascendere.

Caput Septimum.

dIximus utilem nobis esse utrãq; philosophiã si ea uti uoluerimus non abuti: Nam humana ope ex ignobiliori omniũ entium consideratione quasi gradu facto p scalas ad ens (ut inquit Plato) ipsissimũ/ hoc est deũ oĩm entiũ originẽ & causam q̃mus ascẽdere rerũ naturę ordinẽ speculãtes: Diuino uero adiumento & hæc eadẽ & multo maiora sublimioraq; cognoscimus. Neq; enim hic a me expectari uolo q̃ diuinus Dionysius in libris de mystica theologia & de diuinis nominibus q̃ Augustinus.x. cõfessionũ copiosissime scripserit. Quid Bonauẽtura pluribus in locis p̃sertim in mẽtis itinerario monuerit: Quid Ioannes Gerson in plerisq; suarũ lucubrationũ. Quid alij multi: Quid Ioannes Picus in quinto capite tractatus de ente & uno in quo de gradibus agit diuinæ caliginis nos docuit: Tum in tractatu de humana hierarchia/ & de uita perfecta de perfectæ orationis circulo monstrauerit: Quæ nos cum reliquis eius operibus perficere & in publicam dare utilitatẽ constituimus: Sed quæ quisq; capere facile possit: & sicut mihi ita oĩbus hoc ꝑquirentibus in mente uenisse paucis ostẽdam. Possumus itaq; cũ quid ex corruptibilibus sub obtutũ uenit primã materiã sub simplicibus elementorũ formis elementaq; in ipso cõposito cõtemplari Neq; hic pedẽ figere rimãtes an in mixto integræ formæ maneant an fractæ an penitus abolitæ: ut inter Auicennã Auerroym Thomã & sectatores celebris est pugna: Sed mixtorũ spẽs speculandæ. An.f. compositũ ipsum animatũ sit an in aiæ cuius aduertere sitũ motũq; ꝓpriũ debemus nec pscrutatiõe ea impediri a generante remouenteue phibens ut Thomas: An magis a principio intrinseco ut Scotus uoluit patiant̃ impulsum: Verũ ad animatorũ genera trãsmeare: Styrpes Zoophyta Bruta rationalia: Dein ad uniuersi ordinẽ maximarũq; moliũ corpa dirigere mẽtis aciem: Cernere terrã libratam in medio & aquæ spherã ipsam uallantẽ quasiq; obruentẽ: Aereq; aquas cõplectentẽ: Atq; ignẽ ea oĩa continentẽ: Postea ad cœlos acumine conscẽdere ingenij motricesq; intelligentias inde perscrutari earũq; naturã ex animæ nostræ proprietatibus aliquantum conijcere ꝙ incorporea infatigabilis ꝙ ens apprime nobile: ex quarum uestigatione & potentiæ & actus mixtionẽ ipsamq; dependentiã perpendentes/ Ad sublimẽ primi entis cõtemplationem peruenimus quasi nos in totius fastigio collocantes: Inibiq; speculamur ꝙ rerum omniũ origo & causa: ꝙ ab eo dependent oĩa ipse a nullo: Incorporeus æternus infinitæq; uirtutis: Descẽdere postea per hæc oĩa ad nos possumus: Quos pticipes oĩm fere entiũ esse cognoscimus ipsum esse cum inanimis cõmune sortitos nutriri/augeri/generare/cum plantis: Sentireq; cum brutis: intelligere cum seperatis illis a materia mentibus & a colluuiõe contagioq; sublunarium rerum penitus eximijs: Quibus omnibus perceptis summum omnium rerum opificem creatoremq; & uenerari / & instinctus naturæ sectantes diligere inuitamur: Alijsq; qui cum nobis eãdem speciem sunt sortiti benefacere neminiq; nocere: Hucusq; natura duce perueniri potest. Verũ truncata hæc & imperfecta de deo cognitio comparatione reuelatæ nobis deitus sapientiæ: Quando & hæc eadẽ ibi continẽtur & alia postea cum multa tũ maxima: ad quæ per naturæ uestigia ꝓgredi non datur: Sed superno duce lumine uidelicet illo cui nititur christiana fides tuto peruenitur: Quo obtento prioribus illis adminiculis nõ egemus: Quandoquidem ea omnia ipsius ope noscimus & quidẽ eminentius: Sed & emolumentum oportunum/ inde ineruditi naturalibus rationibus & eruditi fide capiunt & in hoc potissimũ omnes alias doctrinas excellit: Quoniã & fidei & amoris alis cacumina il-

la ad q̄ philosophi gentium reptantes peruenerūt docet eminētissime trāscēdere.

¶ Quomodo philosophię diuinę ope ad dei comtemplationem perueniatur & perfectius q̄ humanæ dumtaxat adiumento. Caput Octauum.

c Vm enim sub exiguo naturæ lumine caligaret humanū genus libri illi bibliæ q̄s canonicos appellamus, ꝓmulgati sunt: uetus primo testamentum paulatim decursuq̄ tēporis aliquo nouū: qui duo unus tamē liber dici possunt: quippe cum recens instrumentū sit antiqui consumatio: In quo omnia in figura continebātur umbris & uelamentis pluribus adumbrata: Donec nouo fulgore collustrarentᷣ. Hæc est lucerna quā si, ꝓficiscentes per huius tenebras seculi & umbras mortis gressibus adhibuerimus & supnā patriā quāq̄ de lōginquo per speculū uidelicet & in ægnimate uidebimus: & offendicula quæ in itinere partim patent partim latent deuitabimus. Exorditur hic liber a creaturarum creatione: Finit in consumatione Docet quomodo per dei bonitatē in esse effluxerunt: Quomō in eundē redeūt: Et quomodo rationalia quæ recto itinere ꝓcessere per fœlicitatē testentᷣ misericordiā. Quomō quæ exorbitauerūt obstinate per sempiterna supplicia testentur iusticiā quia uniuersæ uiæ dn̄i misericordia & ueritas omnia hæc reuelata: Exordiū scripsit Moses: Finē Ioannes euāgelista Vbi primo natura defecit/ prouidit gratia: Nam ut paulo ante docebamus nr̄a cognitio ubi ad primā causam quatenus omniū causa ꝓgressa est canit receptui: Relinquitq̄ sub dubio æternitatē mundi: super qua Plato & Aristoteles / Auicenna & Auerroys/ cum sectatoribus digladiātur: Qua sublata maxima quoq̄ diuinæ bonitatis noticia corruit. Prouidit autē gratia Cū per hæc uerba diuino iussu Moses intonuit: In principio creauit deus cœlū & terrā: In quibus uerbis continetur qcquid ex tota illa uestigatione ꝑ entiū gradus nāscisci datur: ut apud multos est uidere: Sed si quis nouo & eminenti modo id sciscitari cuperet lecta Ioānis Pici patrui heptaplo nihil desiderabit: Mira profecto diuinæ scripturæ profunditas stupendus ordo. Quando non solum per Bibliæ ordinē discurrētes ex quibuscunq̄ libris summas in deum contemplationes eruere poscimus: Sed nec est cuiuscūq̄ libri tam parua portio ex qua non detur (modo simus capaces) excerpere quicquid docet humana philosophia: Addita etiam num magna religionis capescendæ formandeq̄ uoluntatis facultate & hoc postremo munere mundi superatur sapientia nec aliquod tam paruum in ea caput reperire possumus: (Si modo in ea aliquid parui) quod nos ad dei cognitionem eleuatos non illuminet & illuminatos accendat. Cæterum ut etiam meminimus in diuinis eloquijs hoc præcipuum q̄ ad intelligentiam in eruditorum se demittunt/ adeo ut miros archanosq̄ sibi ex eis intelligentiæ haustus accumulent. Notum illud de beato Francisco a Theologis quibusdam prolatum eius uidelicet Theologiam cœlum transcendere suam autem humili gradu reptare terram: Quam tamen uir diuinus & christi amore mirum īmodum flammatus non de commentarijs Thomę aut scoti qui nondum nati fuerant: Sed de diuinis litteris diuino amore examinatis eruerat. In fide igitur Christi in primis fortiter standum: Qua duce deum uersus peregrinari tuto possumus per iter sacris eloquijs quasi uiuis lapidibus stratum ad ipsam petram: Petra autem Christus est: Qui sui amatoribus seruatoribusq̄ præceptorum sempiternam fœlicitatem & repromisit & tribuet.

FINIS.

Ioannis Francisci Pici liber de imaginatione.

SACRATISSIMO CAESARI MAXIMILIANO ROMANORVM REGI AVGVSTISSIMO IOANNES FRANCISCVS PICVS MIRANDVLAE DOMINVS CONCORDIAEQVE COMES.

CRIBIT Eusebius Pamphili summe Regum Maximiliane Auguste, uideri sibi gentiū philosophos, si aut inter se, aut cum alijs cōpararet, claros illos quidem uiros fuisse, si uero eos ipsos philosophis, theologisq; conferret, qui ueri dei cultui uacassent, inanes, & friuolos. Sic mihi de te fari liceat Augustissime Cæsar. Visi. n. summa & æstimatione & gloria digni multi, qui hunc, quem tu fœlicissime insides Romani imperij thronū conscendere, si uel inter sese, uel alijs cum regibus diuersarū gentium, & nationum conferantur. Tecum autē collati (absit tam instituto meo, ꝙ a castissimis tuis auribus adulatio) subsidere gradus non parū multos conspiciētur Tantus enim & sublimis adeo tuarū virtutum cumulus, ut uetustorū seculorum gloriam, & antiquitatis illius, undequaq; laudatæ famā superaueris. Vt enim prę teream quæ pene puer aduersus contumaces gentes & rebelles populos, nō per legatos, sed per teipsum gesseris, fusosq; & fugatos potētissimos hostiū exercitus captas urbes detriumphata prælia. Vt item decora pacis taceam cum bellicis certātia: quāta se mihi offert seges, scribendiq; materia, si ad acumē ingenij/ corporis robur, rerū/ linguarūq; peritiā, si ad prudentiā. iustitiā. fortitudinē. temperantiā. liberalitatē. clementiā. pietatē. Reliquasq; in homine raras, in principe rarissimas uirtutes me conuerto. Quas dei maximi optimi munere cumulate adeo possides/ ut tecum natæ, altæ/ imo in alios a te mutuo profectæ uideantur. Sed dabitur olim fortasse (ut est in uotis) tantillū ocij, atq; quietis, ut prosequi latius ista, diligētiusq; pro uirili possim, futura posteritati in exemplū & profutura. Fecerunt olim uirtutes istæ tuę magnanime Cæsar me tibi eo deuinctū, ut nihil antiquius, optabiliusq; mihi in rebus humanis contingere posse arbitrarer, ꝙ tuæ Maiestati in re aliqua uel belli: uel pacis: uel utriusq; gratificari: Tanta autē proposito huic meo accessio facta est ob ea, quæ in me parū alioqui nisi ex fide meritū, beneficia contulisti, ut ex ipso desiderio quædā prope necessitas suborta sit. Quapropter cum ad præsens se mihi nil offerat te dignum existimans, tamē nouarum lucubrationū, qualescunq; illæ sint, dicationē tibi non ingratā fore, librū hunc nostrū, & ad te mittere, & sub tuo nomine publicare uoluimus. rati & futurū id apud te non solū fidei nostræ, & obseruantiæ testimoniū, sed & pignus cudēdi in tuo nomine/ sed & rerum tuarum, uti maiora, ita & meliora. Nanq; inter tot fragores armorum & tumultuantis Italiæ strepitus, curasq; a meis finibus arcendorū quoquo modo hostium, suffurati non nihil ocij sumus, ut hæc nostra de imaginatione meditata cōscriberemus, futura fortasse lectoribus (si qui erunt) non inutilia, nisi & ipsa nos imaginatio nostra fefellerit. Reliquū est maxime Cæsar, qua te fide, & pietate possum, deprecer, ut sanctissimū illud propositum tuū uindicandæ in pristinā libertatem christianæ rei publicæ, ꝙ citius fieri possit adimpleas. Concutitur ab externis hostibus, ab internis laceratur, & Iesu Christi domini nostri sanguine circumseptum, & cōsecratū ouile peius multo perpessum est, indiesq; patitur a lupis sub ouina, ꝙ sub propria pelle grassantibus. Age igitur iam Cæsar optime, & excitis qua ratione potes christianis regibus, Te Christo regū omniū regi, oues suas tam ab hostibus, ꝙ a perfidis pastoribus iam iā liberaturo, fidū ministrū exhibe: Mirandulæ Calendis Decembribus Anno ab Christi incarnatione millesimo quingentesimo.

IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI/CONCORDIAEQVE COMITIS LIBER DE IMAGINATIONE.

¶De imaginationis noīe:& q̄ uarie appellata eſt/& quas ob cauſas. Cap.primū.

ſ Cripturis nobis de Imaginatione/ id recto ordine diſcutiēdum occurrit/quid hoc ipſo Imaginationis nomine ſignificetur/ut facilius cōmodiuſq; de eius eſſentia/ & proprietatibus/uitijſq; & remedijs diſſeramus. Ea igiť animæ uis/quā græci φαντασίαν nuncupant. Latine Imaginatio dicitur/idq; nomē de officio ſortita eſt / ex Imaginibus ſcilicet quas concipit/ & effingit in ſe ſe. In eam nanq; aduehuntur per quinq; exteriorū ſenſuū inſtrumēta uiſum.auditum.olfactum.guſtum.tactum.rerum/ quæ forinſecus ſunt ſimilitudines/ſpeciesve/imaginationum ſeges uberrima. Quicquid enim ſub ſenſum cadit/hoc eſt corporeum omne/quod cerni/quodve ullo ſenſu ſentiri poteſt/ſimilitudinem/ atq; imaginem ſui quantū poteſt effundit/ ad imitationem incorporeæ ſpiritaliſq; naturæ/ quæ uires ſuas inferiori mundo communicat/ ad imitationem ipſius dei/q bonitate ſua infinita longe/lateq; diffuſa/cōdidit/& cōſeruat uniuerſa. Bonitatis enim proprium communicare ſe/nec aliam reddidit Plato rationē/ cur deus mundum condidiſſet/niſi quia bonus erat/ſed de his hactenus/ quandoquidem non eorum hic locus. Quoniam autem de ſenſu phantaſia proficiſcitur/ ut mox explicabitur/ uiſuſq; ſenſuum omnium præcipuus eſt/ ob id uis hec animæ apud græcos Ariſtotele authore phantaſiæ nomen / de lucis uidelicet Argumēto obtinuit/ſine q̄ uidere nō eſt. phātaſia ſiquidē/ut ſuidas refert/q̄ſi φαοστασιατισ eſt em̄ inquit phantaſia ἡ θιν φανδέπον στάσισ noſtra autem poteſtatis huius nomenclatura tam poteſtatem ipſam denotat/ q̄ eius actum/quē ſolum græcorū nuncupatio uidetur ſignificare. Ea ipſa a Platone quandoq; pictura appellata eſt idq; propterea crediderim quod in eius ſenſorio pingantur rerum ſpecies / afformenturq; effigies uariæ/proq; uoto fabricentur non ſecus/ac uarias/ difformeſq; rerum formas pictores delineent.

¶Quod uaria de Imaginationis natura a philoſophis ſcripta ſunt. Item differre eā a ſenſu/opinione/ratione/intellectioneq;. Caput Secundum.

d E ipſius autem imaginationis natura ueteres olim ſcriptores nō cōſenſerunt. Eorū enim perpauci inter eam/atq; alias aīæ uires diſcrimen poſuere. Nam & Homerus/ & Empedocles/alijq; non modo ab Imaginatione ſenſum nō dirimebant/ ſed ne a mente quidē / atq; intellectu/qui Imaginatiua poteſtate ſublimior multo/ altiorq; eſt/ q̄ inferior ſit ſenſus ui phantaſtica. Plato uero(quod ei Themiſtius/alijq; & græci/& Arabes philoſophi adſcribunt(eā non ſenſum modo/ſed ſenſus etiā opinioniſq; complexionem arbitratus eſt eſſe. His uero oībus Ariſtoteles/ quiq; eū ſecuti/refragātur exquiſitiſſimis ſpeculationibus decernentes differre Imaginationem a ſenſu/opinioneq;/ atq; ab intellectualis animæ poteſtatibus/ ut pote quæ propriam in animali ſedem/ propriaſq; functiones ſortiatur. Senſus enim ſi proprij ſenſilis ſpecies per inſtrumenta q̄ affecta/aut læſa non ſint/ interſtitio iuſto in ſe ſuſcipiat/ uerus eſt/ Imaginatio uero uana plurimum/& oberrans/ cuius componende gratia inſtans commentādi negocium ſuſcepimus. Et ille quidem præſentibus duntaxat ſenſilibus fit/ a quibus ſcilicet excitatur/exurgitq; & euadit actu/qui prius potentia quieſcebat/hæc uero

abdicata etiã/& remota re sensili munus obit suũ. Quin imo & ea nõ modo: quæ fuere iam cõcipit/sed q̃ futura aut suspicatur/aut credit/& quæ etiã a parẽte natura gigni nõ posse præsumit: quorũ nihil ad sensum/cuius partes apprehẽdere/ retentareq́ʒ præsentiũ rerũ similitudines. In somnis præterea Imaginamur/non aũt sentimus. Ad hęc qui excæcati sunt per imaginationẽ colores: per sensum autẽ ut pote capti oculis minime percipiũt. Animalia sine phãtasia nõnulla/sine sensu nulla uisuntur. Rursus cum rem quampiã certe sentimus/nõ dicimus eã nobis uideri cum imaginamur autẽ hoc loquendi modo utimur/quibus liquet sensum ab Imaginatione differre: Ab opinione itẽ/rationeq́ʒ: atq́ʒ intellectione separari eã facile uti arbitror/apparebit/si harum officia per se singillatim examinauerimus. Vtitur aĩa uirtute phãtastica ad cõcipiẽdũ,ꝓponendũq́ʒ intellectui sensibiliũ tantũmodo rerũ siḿitudines. Vtitur ratiõe ad inq̃rendũ de eis/arbitrandũq́ʒ: quæ a corporeis etiã sequestrantur. Vtitur intellectu ad contẽplanda intelligibilia non a materia modo: sed ab omni materiæ similitudine prorsus adiũcta. Opinatur autẽ anima, cum ex contrarijs ratiocinationibus anxia deligit (quanq́ʒ non sine formidine decernendę falsitatis) in utrã oblatæ stateræ lancẽ potius sibi uergẽdũ sit ut ueri notitiam consequatur. Iam Imaginari possumus pro arbitrio etiã quæ non sunt/ neq́ʒ esse possunt/opinari autẽ/uel scire factu impossibilia/in nostra potestate nõ est. Cũ terrificũ item aliquod opinamur/metu cõcutimur/ cum Imaginamur: non magis afficimur/quã si picturã aliquã horribilẽ contemplaremur/nisi eam imaginationẽ opinio consequatur. Brutis demũ condonatũ a natura est/ut uisis/& imaginationibus polleãt/solus ex oĩbus animantibus homo ratiocinat̃, opinatur, intelligit.

¶In quo conueniat Imaginatio alijs aĩæ uiribus in quo ab eis dissideat. Cap. iij.

SEd enim/quanq́ʒ ab eis/quas memorauimus animæ potestatibus imaginatio distat: non ea tamẽ intercapedine disiungitur/ut nihil cũ eis habeat commercij/sed eousq́ʒ proxima est/ut ex affinitate alterũ sæpe pro altero a philosophis boni nominis desumptũ sit. In cõfinio nanq́ʒ intellectus & sensus posita est & mediũ inter utrũq́ʒ locũ tenet/& sequitur quidẽ sensum cuius actu paritur: intellectionẽ autem antecedit. Cum sensu coit/ quia & particularia quemadmodũ ille/ & corporea & præsentia percipit/ præstat illi quia nullo etiam mouente prodit imagines/nec presentes modo/ uerum & præteritas & futuras/& quæ etiam promi a natura in lucem nequeũt. Consentit ei/quia sensilibus speciebus pro obiectis utitur. Eum uero præcellit/quoniã eas/ quæ a sensu derelictæ sunt/ipso etiã cessante: & sequestrat inuicẽ pro arbitrio/ & copulat: quod fieri a sensu nullo pacto potest. Intellectui cõuenit/ut pote quæ libera/ uaga/nulliq́ʒ rei peculiariter addicta: præcellitur autem quoniã sensilia/particulariaq́ʒ tantum concipit & effingit/ille præter hæc uniuersalia & intelligibilia: abq́ʒ omni materiæ cõtagio defecata. In fœdus præterea superiorũ omniũ uirium uenit: quãdoquidem officio eo/quod sibi natura impertijt/frustrarentur imaginatione non suffragãte/ adminiculanteq́ʒ: neq́ʒ enim aut opinari/ aut scire/aut intelligere anima corpori alligata quicquã posset/nisi ei phantasia species ipsas idẽtidem ministraret.

¶Quid sit imaginatio: Item de quæstionibus nonnullis/quæ prætermittuntur: & quam ob causam. Caput Quartum.

SAtis iam/ut puto/quantũ ad præsens attinet negociũ: ostensum est quid imaginatõis noĩe significet̃ qđ ea cum alijs aĩæ aut uiribus aut actibus/ uel cõmertiũ habeat/uel dissidiũ. Quibus uero ea curiosius perquirere

mens eſt:& Ariſtotelis/& aliorũ/qui eo duce philoſophati ſunt: cõmentatiões de
anima & legendæ & addiſcendæ ſunt. Hoc & em̃ loco ſatiſfactũ fore putauerim/
ſi ex ijs:quæ in mediũ attulimus deſcriptiões/definitioneſq; eius adſciuerimus. ut
ſit imaginatio motus is aĩæ/ quem ſenſus in actu poſitus parit. ſit animæ uis quæ
formas promat ex ſeſe/ſit oĩbus uiribus poteſtas adnata:effingat oẽs rerũ ſimilitu
dines/impreſſioneſq; uiriũ aliarũ tranſmutet in alias. ſit potentia aſſimilandi cæte-
ra ad ſe ipſam. Quæ aut oĩa/aut plurima/cũ a peripateticis/tũ etiã a platonicis abũ
de ueſtigata/& reperta ſunt. Sed neq; is quæſtiõis eius diſcutiẽdæ locus/ quæ plu
rimos ãgit:ſit ne imaginatio a memoria/ & ſenſu cõmuni & exiſtimatiua/ſeu cogi
tatiua virtute diuerſa: ut Thomas & latini fere Ariſtotelis interp̃tes decreuere/ an
potius ut alij/præſertim Alexãder Aphrodiſeus in inſtitutiõe de aĩa: quã e græca
in latinã linguã Hieronymus donatus præclaro uir ingenio/& eleganti doctrina
conuertit:& Themeſtius in libris & de memoria:& de inſomnijs uoluere ſit unica
tantũ ſenſualis aĩæ poteſtas quæ modo ſenſus cõmunis/modo imaginariæ facul-
tatis/modo memoriæ nomẽ,p functionũ diuerſitate obtineat. prętereunda quoq;
nobis & illa quæſtio eſt/q̃ plurimos torſit:de loco & ſede imaginariæ ptãtis/ ſiqdẽ
cor ei Ariſtoteles tribuit Galenus cerebrũ:arabs Auerrois inter utroſq; medius,p
cedere Imaginãdi uim de cordis regia dixit:& in capitis arcẽ conſcendere/inibiq;
ſedem ſibi:domiciliũq; conſtituere. ſequeſtrandæ & enim nobis ad præſens con-
certationes eiuſmodi/tũ ob earũ difficultatẽ(ardua quippe eiuſmodi pquiſitio: nã
cũ ipſa Imaginatio interuallũ ſit incorporeæ/corporeæq; naturæ:mediũq;:per qđ
cõiungũtur difficile eſt:ut inqt Syneſius/naturã eius philoſophia cõprehendere)
tũ quia exactiſſime etiã perueſtigata/atq; cõprehẽſa huiuſcemodi ueritas plus ni
mio,pposito opi non conduceret. Illud.n.qđ plurimũ habet momẽti: Immo fun-
damentũ eſt ſuſceptæ cõmentatiõi,p liquido & cõfeſſo apud philoſophos & the
ologos eſt/haberi animæ uim:quæ rerũ ſimilitudines/& cõcipiat & effingat/& diſ
currẽti rationi contẽplantiq; intellectui ſubminiſtret/ & ſeruiat:cui phantaſia ſiue
Imaginatio nomẽ ſit poſitũ. pridẽ enim Auicennæ exploſa ſententia eſt:qua phã-
taſticã uim ab imaginaria diremit/& illa quoq; eiuſdẽ a bene audiẽtibus philoſo-
phis exibilata/quæ illi poteſtatẽ/& efficatiã ſupra naturæ uires tribuebat.

¶ Animaliũ omniũ uitam/atq; actiones magna exparte imaginationibus regi.
Caput Quintum.

B hac animæ poteſtate nõ brutorũ mõ animãtiũ actiones/ ſed & ipſius
a hoĩs uita plurimũ pendet. Cũ enim ad operandũ moueatur nemo ni-
ſi aut ueri/aut apparẽtis boni cõſequẽdi gratia: appetituſq; ipſe de co-
gnitiõe pẽdeat(qui em̃ fieri poteſt ut appetamus ĩcognita?) fateri opus
eſt de ipſa notitia: & deſideriũ potiundæ rei,pduci:quã bonã credidimus/& uim
motiuã/q̃ uoti aĩal fiat cõpos:excitari ab ea quodãmodo & impelli. Quoniã autẽ
e ſenſu cognitio proficiſcit:ut ab Ariſtotele multifariã prolatũ eſt/ & cõtinua phi-
loſophantium ſucceſſiõe receptum/ ſenſuſq; ipſe rei ſenſilis ſpecie informatus ad
phantaſiam ſtatim recurrit:quaſiq; in ea reponit quicqd forinſecus hauſerit: Ima-
gineſq; ipſæ diutiſſime inibi permanent/ & ppetuis ſenſibus ſimillimę ſunt/ corro
gari oportet ex phantaſiæ: maginationiſve natura animantiũ omnium operatio-
nes deriuari/ſiquidẽ bruta/ut mittamus authoritatem Ariſtotelis in primo meta-
phyſices libro decernentis:q; memorijs uidelicet & imaginationibus uiuãt/nil ea
præclarius:altiuſq; poſſident. Cum enim per quinq; exteriora inſtrumenta/ quæ
modo ſenſus apparitores/modo ianitores/mõ canaliculi ſenſilis ſpiritus appellan

tur/deprompta ex rebus ſenſilibus ſpecies ad eam peruenerit/receptui canit. Homini autẽ contingit/ut magna ex parte Imaginationẽ ſequatur. Quod p̄ter ipſam experientiã/Ariſtotelis etiam authoritate didicimus. Accidit enim plerũq;/ut eius ratio aut p̄pediatur morbo/aut ſomno detineat/quæ licet obfuſcaretur nunq;/ob id tamen ꝙ neceſſe eſt eum/ qui ratiocinatur & intelligit/eodẽ Ariſtotele auctore phantaſmata ſpeculari/fatendum nobis actiones noſtras de eius poteſtatis ingenio plurimũ dependere. Per imaginationem enim ad præſens intelligo omnẽ ſenſualis animæ interiorẽ uim/quibuſcunq; ea nominibus ab alijs cenſeatur.

¶ Quam neceſſaria homini Imaginatio/ & ꝙ ex ea tũ bona/ tum mala oriri poſſunt inibiq; quo pacto/quove ordine intelligamus. Caput Sextum.

Maginationẽ igitur non temere/ſed conſultiſſime homini datam exiſtimandũ eſt. Cum enim ex rationali aĩa/& corpore conſtituatur/ quaſiq; cõpaginetur homo/differatq; plurimũ a terrena mole corporis ſpiritalis aĩæ ſubſtantia/ex re fuit/ut extrema medio opportuno coniungerẽtur/quod utriuſq; quodãmodo naturã ſaperet / & per quod ſuis officijs aĩa etiam unita corpori fungeretur. Quid enim cõmercij rationalis pars cũ ſtupida habitura eſſet/niſi phantaſia intermedia/quæ inferiorẽ naturã & præpararet ei quodammodo/& cognoſcendã apponeret? Vbi nanq; imaginatio rerum ſpecies recepit a ſenſibus/retinet in ſe / purioreſq; effectas offert agenti intellectui / qui ſuo lumine colluſtrans ab eis intelligibiles ſpecies abſtrahit/q̃s in intellectũ potẽtię reponit/q eis poſtea informatur/atq; perficit. Eſt enĩ rationalis aĩa/cũ in corpus infunditur/ ueluti nuda tabula/in qua nihil pictum/nihil delineatũ eſt/quo fit/ ut nihil cognoſcat ex ſeſe/ſed omnẽ ſuã noticiã/ ſcientiãq; ex ſenſibus phantaſia intermedia nanciſcatur. Hoc Ariſtoteles ipſe/& qui eũ ſecuti Pariſiẽſes theologi una uoce pronũtiarunt. quanq; plato & nõnulli etiã peripatetici aliter ſenſiſſe uidẽtur/ quorũ opinio etiã ſi ueritate fulciretur/nihil ꝓpoſitæ quæſtioni officeret. Nam & ſi animam notionibus inſculptã deſcendere in corpus platonici aſſeuerãt/earũ tamẽ obliuiſci fatentur/unde ei neceſſariũ ſit ſenſus/& phãtaſiæ adminiculũ ad reminiſcendum. Verũ enimuero licet neceſſaria ſit Imaginatio/bruta eſt tamen/ & recti iudicij expers/niſi ducatu potentiæ altioris adiuta/cui audiens hominẽ beat/ obaudiẽs damnat. Nã ſi uoluptatibus quæ ſenſus illiciũt/& ad inferna pertrahunt/ bene cõſulta reſtiterit/atq; ad ſuperna contẽderit/rebellẽ ſenſum quanq; inuitũ & reluctantẽ eo perducet/ſin accingere ſe uirtutis negocio renuerit ſenſibus obtẽperans / tanta eſt eius uis/ut & corpus afficiat/ & mentem obnubilet/ efficiatq; demum ut homo hominem exuat/& brutum induat. Qua de re nõ difficulter affirmare poſſumus: cum bona in uniuerſum omnia/tum mala de imaginatiõe poſſe deriuari.

¶ De malis plurimis/quæ de imaginatione prodeunt. Caput Septimũ.

Ed quoniam hominũ uita lubrica/propenſaq; ad labendũ & oberrandũ/atq;/ut ſacræ litteræ præmonẽt/ab adoleſcẽtia ſua prona eſt ad malũ fit ſæpenumero/ ut q̄bus uti ad fœlicitatẽ deberemus/ad infœlicitatẽ & miſeriã abutamur. Nam ſi duce pergeremus lumine nobis congenito/ nihil mali ex phantaſiæ uitijs aut alijs aut nobis cumularemus/ ut pote quã regeremus rationis imperio non ſequeremur. Cõpeſceremus errantem/non præcipitem impelleremus. Qui enim phantaſiæ dominari contendit/ in ea perſiſtit dignitate/in qua creatus/poſituſq; eſt/a qua iugiter inuitatur dirigẽdã eſſe mẽtis aciẽ in bonorum omniũ parentẽ deũ/nec ab adoptione diuina in quam adſcitus eſt/ ullo

pacto degenerandum. Qui autem incurui sensus/ fallacisqꝫ imaginationis dicto
paret/amissa protinus dignitate/in bruta degenerat. Comparatus ut ait prophe-
ta/iumentis insipientibus/ & similis factus illis. Sed & deterior mihi/ atqꝫ uilior
iumentis ipsis iudicandus homo uidetur/qui spreto diuinæ maiestatis ordine/sua
ipse malicia obrutescit. Ad hoc enim factus/eoqꝫ positus loco in ipso ordine uni-
uersi/ut ad superna/ad Deum conscēdat/qui descendere mauult ad infima/ & quę
partes bestiarum sunt/ suę oblitus dignitatis/obire. Illa ꝙ bruta sunt/non ex culpa
sed ex propria forma obtinent/Homo autem ꝙ brutum uita/ & moribus euadat/
ex phātasia habet/quam sibi principem dominamqꝫ constituit/ ex propria mali-
tia habet/ tanto bestijs deterior/quanto diuinæ maiestatis ordinem destruit/atque
peruertit in eam/quæ ad se/uti ad finem proximum facta est/naturam degenerās.
Iam neqꝫ difficile probatu est/errata uniuersa/quæ tam in ciuili ꝙ philosophica &
christiana uita contingunt/ ex imaginationis uitio principia sumere. Ciuitatis pa-
cem turbat ambitio. Crudelitas. Iracundia. Auaritia. Libido/ porro ambitionis
parens & alumna est imaginatio praua/ quæ præstare cæteris pulchrū ducit/nul-
la alioquin/ aut uirtutis/aut stēmatis habita ratione/ quibus ij præfulgeant/quos
præire honoribus satagit/qui pernicioso ambitu feruet crudelitatem. Iram. atque
iracundiam. & parit & alit imaginatio ementiti boni/atqꝫ fallacis/ quod inesse uin
dictæ arbitratur is/qui feruido sensu/ & imaginatiōe præcipiti fertur in contume-
lias/ & vulnera/ & cædes. Et quid aliud ī extinguibilē auri sitim excitat? quid libidi
nis ardorem incendit? & quæ ob temporis breuitatem uitia reliqua mittimus/ in
medium profert. ꝙ deceptrix imaginatio? quæ ratione posthabita/ & iniuriam iu-
stitiæ/ & libidinem continentiæ/ & mansuetudini feritatē/ & liberalitati auaritiā/ &
paci discordiā anteponit. Cæterum si ad philosophicæ uitæ functiones intuendas
conuersi fuerimus/ nil minus incommodi uidebimus ei a falsis imaginationibus
prouenisse. Et sane cogitanti mihi unde tam uaria/tam multiplex opinionum dis-
sensio deriuauerit/quæ a philosophis illis Thalete. Democrito. Empedocle. Zeno
ne. Pythagora. Reliquis/ad nostra usqꝫ tempora defluxit/nihil rationabilius ꝙ de
fallaci imaginatione statuendum occurrit. Nam ut quisqꝫ sensu & imaginatione
propensus/ita eius de naturalibus/moralibusqꝫ iudicium est/nisi ratione modere-
tur. Hinc corporeæ uoluptati primas dabant/ qui phantasia corrupta ferebantur.
Hinc rerum principia atomi/aquæ existimabantur/ & quæ in philosophia cætera
monstra uisuntur/ & ortum hinc & incrementū accepere. Animæ nanqꝫ cum eius-
dem speciei/naturæ ve sint omnes/earūqꝫ intellectus & ratio abiuncta/ separataqꝫ
suis in functiōibus a corpore sint/tanqꝫ perpetuū a corruptibili/ut in de anima li-
bro Aristoteles decernit/ prouenire opinionū fallacia ab eis nō potest/qđ & Pla-
to innuit in Phedone/ tam & si luminis innati per quod ueritas indicatur/intentio/
remissioqꝫ proueniat/iuxta eorū sententiā/qui perfectiores alias alijs animas imit-
ti in corpora iudicauere/secundū perfectiorem formati corporis ad eas suscipien
das aptitudinē. Ad hoc nihil ad diuersitatē/ contrarietatēqꝫ opinionum facit/ cum
operationes contrarię non ex intentione/remissiōeqꝫ/sed de contrarijs principijs/
formis/speciebusve prodeant. Verū cum phantasmatibus uti eas necesse sit dum
in corpore manserint/eaqꝫ tum recta/tū distorta/tum obscura/tū lucida/ tum læta/
tum tristia/ & in diuersis hominibus/ & in eisdē etiā pro causarū/de quibus mox di
cturi sumus/uarietate habeantur/fateri opus est/monstrosarū opinionū omnium
culpas/ & iudicij defectus omnis/phantasiæ uitijs extra omnem aleam adscriben
das. Et cum ex eo / quod quisqꝫ sibi opinione sectandum delegit/ ducatur fere in
agendo genus humanū. Corrogare etiam facile possumus/ ea quę patrant pecca-

ta/de imaginationis uitio plurimum pululare/ſubinde quoqꝫ colligemus chriſtia-
nam uitam/quæ & in credendo & in operando conſiſtit/ac imaginatione falſa la-
befactari. Qua & enim ratione probauimus uanas philoſophorũ opiniones ab
imaginationibus falſis prodiſſe, eadẽ quoqꝫ ſtatim concludimus hæreſes ipſas.
hoc eſt peruerſas in chriſtiana fide opiniones ortum inde accepiſſe. Cumqꝫ itidẽ
deductum ſit ex opinionibus falſis peruerſas fluere operationes, eo ipſo etiã de-
ducitur peruerſas chriſtianorum operationes ex opinionibus ipſis, quæ de ima-
ginationibus pendent, proceſſiſſe. Sed de his ſatis. quo & enim pacto & fallatur
& uarietur imaginatio, & quibus modis eius morbis afferre opem poſſimus, de-
inceps exequendum.

¶ Vnde imaginationum uarietas. Caput Octauum.

B his conſequens eſt, ut ueſtigemus quam ob rem falſæ imaginatiões
a in nobis fiant, & ꝗd cauſæ eſt, ut in diuerſis hominibus diuerſæ, Atqꝫ
in eiſdem etiam non conformes pro temporũ uarietate habeantur. Nã
uel fieri nullo pacto, uel certe difficulter poterit, ut ad ueritatis normã
uitia & defectus imaginationis corrigamus, niſi eorũ cauſas, quæ remoueri ſcili-
cet oporteat, medicorũ rationalium more perquiſitas, exploratáſqꝫ habuerimus.
Diximus ante opinionũ uarietatẽ, eiuſqꝫ culpas, atqꝫ rationalis animæ defectus
omnis ab ipſa ratione, & intellectu, qua ſcilicet intellectus & ratio eſt, prouenire
nõ poſſe, ſed ab imaginationis uitio deriuari. Cur autẽ uarietur, fallaturqꝫ imagi-
natio quibuſqꝫ modis errata ipſius ad ueri orbitã dirigenda ſunt, nondũ exprom
pſimus. Imaginationũ itaqꝫ uarietas præter deũ rerum omniũ cauſam ab ipſa cor-
poris tẽperatura, a rebus ſenſu ꝑceptis, quibus afficimur, ab arbitrio noſtro a bo
norũ. malorũqꝫ angelorꝫ miniſterio depẽdet. primũ Primitus exequamur quẽad
modũ ſanguine, pituita, bile rubra, aut atra abundat quiſpiã, ſic & eius imagina
tio philoſophorũ, medicorũqꝫ teſtimonio, huiuſmodi naturã ſectatur, ut ꝑ eorũ
diuerſitate ad diuerſas imagines, hilares, torpidas, truculẽtas mœſtas extimulet,
a quibus non ſecus intellectus ſpiritalis aĩæ oculus, in cognoſcẽdo uariat, atqꝫ de
cipitur, ac corporeus depictis, uariegatiſqꝫ ſpecillis hallucinatur. utitur nanqꝫ il-
lis corpori iũctus ad ueritatẽ cõtemplandã, ueluti hebeti uiſu oculus ſpecillis ui-
treis ad rem ſenſilẽ intuẽdã, eoqꝫ pacto, quo & oculus ipſe decipitur, ſi eñ uitrea
ſpecilla diuerſis in locis ponãtur, per quæ ipſi oculo rei cuiuſpiã imago monſtre-
tur, quanqꝫ ea ſuapte natura una eſt/unicãqꝫ ſui ſimilitudinẽ proferre debet/ pro
ſpeculorum tamẽ/aut diſtortorum/aut infectorũ uarietate/uarias ſui imagines in
oculũ imprimit/utpote quæ aliter a caua ſuperficie/ aliter a conuexa/ aliter a ceru-
leo dehoneſtata/aliter a nigro deturpata reddatur/Ita & intellectui euenit ꝙ ei ue-
ritas ipſa quanqꝫ ſuapte natura una eſt pura atqꝫ impermixta / ob diuerſa tamen
contrariaqꝫ phãtaſmata/multiplex infecta/ permixtaqꝫ ꝓſentetur. Qui autem uel
temperatura corporis / uel arte & exercitio / uel ſpeciali diuinæ largitatis priuile-
gio puriora/ſimplicioraqꝫ phantaſmata adepti ſunt: ĳ ad percipiendã rerum ueri-
tatem aptiores proculdubio ſunt/Huc tendere illud de ſapientiæ libro poteſt/ſor-
titus ſum animam bonam / & illud Ariſtotelis in libro de anima molles carne apti
ſunt mente. Sed & Cicero in libro de natura deorum ſecundo declarat quibuſ-
dam regionibus/atqꝫ urbibus contingere/ut hebetiora ſint hominũ ingenia/pro-
pter cœli pleniorem naturam. Et alibi ꝙ Athenis tenue cœlũ/ ob idqꝫ eas præcla-
rorum ingeniorum altrices eſſe. Variæ itaqꝫ imagines/ atqꝫ æedem ſæpenumero

falſæ de uario corporis tẽperamẽto manant:quod a parentibus/a patria/ a uictus
ratione nãciſcimur:uti a cauſis proximis/particularibuſqꝫ: quibus effectus ſpeciẽ
ſortiuntur.Etenim filij eouſqꝫ parentibus ſimiles euadũt/ut ſi quiſpiã prorſus diſ-
ſimilis reperiatur:Ariſtoteles in libris de animaliũ generatione monſtris eum cõ-
numerandum cenſeat.Regionibus quoqꝫ alijs alias ineſſe corporum temperatu-
ras conſpicimus : quæ de ratione victus etiam num immutantur : uidemus enim
procera/ſucculenta/ viuida Gallorum & germanorum corpora . Hiſpanorũ pu-
ſilla atqꝫ retorrida . Maurorum nigra atqꝫ decocta / in eadem quoqꝫ regione eun-
dem hominem uidemus ob exercitia/ob ſelectos cibos / aliaqꝫ eiuſmodi: de macil
lento pinguem factum:de triſti hilarem/de ſomniculoſo uigilem : contraqꝫ de pin
gui/hilari/uigili/ macilentũ triſtẽ/ atqꝫ torpentẽ/ Hæ proximę & particulares cau-
ſę:cœlũ autem uniuerſalis & remota dũtaxat: non autem particularis: vt fabulan
tur Aſtrologi:quorum inſania:quia ſatis abunde a Ioanne Pico patruo meo duo
decim libris exploſa eſt:non eſt cur in ea confutanda/ reijciendaqꝫ plus operæ in-
ſumam.Ab rebus item extrinſecus occurſantibus/ quibus afficimur: uarias oriri:
eaſdemqꝫ falſas imaginationes in nobis:hinc liquido cõſtat/ꝙ obiecta ſenſus idẽ-
tidem mutant/uarieqꝫ afficiunt. Cũ enim imaginatio ſequatur ſenſum:ducaturqꝫ
ab eo:conſentaneum eſt/ ut & uariato ſenſu: uarietur imaginatio / eoqꝫ labente &
ipſa labatur.ſenſus autem propriorum ſenſilium:quanqꝫ aut ſemper uerus:aut ra
riſſime falſus in ijs tamen quæ ſubiecta ſunt ipſis ſenſilibus / hoc eſt quibus acci-
dunt ipſa ſenſibilia:fallitur ſæpenumero. Nam tam&ſi eum:qui accedit hominẽ/
recte affirmare poſſumus:aut nigrum/aut candidum/ uel Iacobum autem/ uel Io-
annem ſi etiam affirmauerimus : facillime decipi & errare poterimus. In commu-
nibus quoqꝫ ſenſilibus:id eſt in eis quæ adnexa proprijs/adnataqꝫ ſunt:magnitu-
dine/figura/numero/ motu ſepiſſime fallimur.Hinc ſolis magnitudinem bicubi-
tam exiſtimat imaginatio:hinc breuiſſimo ſpacio delineatã: uel hominis uel equi
ſimilitudinem magna intercapedine contineri pronunciat:hinc plures ſub unica
imagine numeros hallucinatur : hinc quieſcere quæ etiam moueantur res : con-
traqꝫ moueri/ quæ ſedentaria quiete torpent. comminiſcitur. In uniuerſum præ-
terea fallitur /cum de eo quod ad plures attinet ſenſus uno dumtaxat in iudicium
citato ſententiam promit.Ab arbitrio etiam noſtro pendere imaginationes ipſas:
Ariſtoteles tertio ad nicomachum libro author eſt. Boni item & mali angeli : bo-
na & mala formare in nobis phantaſmata poſſunt/a bonis enim magna ueræ pro
phetiæ pars pendet.nam quanqꝫ in intellectũ influit quãdoqꝫ deus/quaſiqꝫ inſcul
pit futurorum notas:quamuis item rerum imagines forinſecus oculis oſtentanẽ/
quibus aſpectis quid portẽdatur/affulgente diuino lumine prophetæ dijudicent:
nihilominus ſacras litteras reuoluentibus nobis pauca ſe offerunt eiuſmodi pro-
phetis oſtenſa diuinitus/comparatione eorum: quæ uiſione phãtaſtica patefacta
ſunt . nam ut mittam prophetæ amos/& Zachariæ/aliorumqꝫ ueterum libros/qui
toti uiſis imaginarijs ſcatent / ipſa apocalypſis Ioannis imaginaria eſt / quæ totius
eccleſiæ decurſum aduſqꝫ damnatorum pœnas / & beatorum gloriam amplecti-
tur.Et a Luca in actibus apoſtolorum uiſiones imaginariæ nonnullæ deſcribun-
tur.A malis item angelis pſeudo prophetæ fiunt/ qui pro ueris falſa uenditant:&
uera interdũ nonnulla ferunt/ut uendibiliori ſuperſtitiõe amentium animos irre-
tiant/illuduntqꝫ in phantaſmatis uirorũ : fœminarũqꝫ quas ſtriges uocant/quorũ
ſenſus pernitioſiſſime perſtringunt . Sed & præter futurorum imagines/ præſen-
tium etiam & ad uitæ obeunda munera conducentium a bonis Angelis in nobis
afformantur/a malis itidem/ſed malæ/aut ſemper/aut ſæpe:qui ſi quandoqꝫ ſuade

re bona uideantur / id uersutissimo astu peragunt / quo si fides eis habeat/facilius postea ludificet/truculētiusq̧ insidētur. Et de his hactenus/nūc ad alia trāsmeādū.

¶ Quomodo imaginationis morbus falsitasq̧ de corporis tēperatura/deq̧ obiectis sensuum proueniens corrigi/curariq̧ possit. Caput. ix.

u Idimus causas ob quas & uariat & fallit imaginatio: nunc quo pacto uitijs eius resistendū est/ morbisq̧ medendū pro uirili explicemus. Quod ut commodo exequamur hinc sumere liceat exordiū. Phantasiæ morbi/atq̧ uitia quæ ob temperaturā contingunt/ de siccitate nimia/ humiditate. caliditate. frigoreq̧ eius organi: uel simplicibus uel compositis proueniunt a quibus ueluti seminarijs cuncta fere imaginationū fallacia pululat/ hinc fit ut labilis nimio plus fiat/ fluatq̧ identidē imaginatio/nec conceptas rerū effigies retentet. Illinc ut plusq̧ opus sit figatur: enixeq̧ adeo inuestigio hereat. ut ex uno i aliud simulachrū ægre demigrare possit: quas ob res errores multi uisuntur: tam exorgani repugnātia/quod aut debitas metas trāsilit in negocio: aut moras nimias trahit monitio/cū negotio sit opus/q̧ ꝙ ex diuersa humorū mixtione mō impense tristis/modo hilaris plus æquo: modo acer impēdio/ modo torpēs nimiū homo redditur. Horū causa in tēperaturā referenda est: in qua/ut primas/simplices ve omittam qualitates: aut sanguis/aut pituita/aut rubra/aut atra bilis exuperet. Sed & ipi quoq̧ imaginādi usui accepta referri potest/qui de subiectis sensuum rebus/quæ appellamus obiecta proficiscitur: id efficitur cum ex rei cuiuspiā affectu illius spectrum/simulachrūve obiectis abdicatisq̧ cæteris/ conatu magno complectimur. Et dum pluribus intentus animus curiositate nimia modo unam/ modo aliā imaginem: idq̧ crebro/& impetuose pertractat. Qui de corporis tēperatura manant morbi corporeis rebus curandi/ & morbi ipsius naturæ contrarijs/ ut sicca nimiū temperatura in humidā/atq̧ impense humida in siccā/frigidaq̧ in calidā/ & in frigidam calida eatenus inclinet / quatenus ad equalitatem debitam/ medicorum & consilio & ope reducantur. Qui uero de usu/affectibusq̧ proueniunt / contrarijs item usibus/affectibusq̧ curandi/si enim in rei cuiuspiam imaginem propensius/ q̧ deceat feramur/abstrahere inde cogitatū quantū possumus debemus/atq̧ alio flectere/siquidem euenit interdum: ut ex imaginatione plus æquo intenta: eiusq̧ usu impendio frequenti: syncopim nonnulli perpessi sint/ & ad insaniam etiam perducti: idq̧ eis periculosum ualde/qui contēplatiuæ addicti uitæ imaginationi habenas laxant/quibus Ioannes Gerson prudentissimus theologus plurifariam consulit in eis libris/quos inscripsit de mystica theologia/ & in eo cui titulum fecit de passionibus animæ/& alibi etiam/multa in exemplum reuocans atq̧ inter alia quempiam citans qui ad solum eius libri aspectum/qui climax græcę dicitur labebatur in syncopim ob frequentem nimio plus rerum earum imaginationē/ quæ in eo perscriptæ sunt. si uero mobilis multum & fluxa nimium imaginatio fuerit/ quærenda nobis erit unica imago/uel paucæ. Circa quas uersemur ut a tumultu illo/atq̧ concursu specierum uario quiescamus. Pari pacto si nimis tristis quispiā ad hilaritatē/si hilaris nimium ad tristiciā/ut uergat curare debet. Si torpeat conari ut excitetur. si excitatus plusq̧ decet residere. Quæ autem res illæ: & imagines/ quæ unicuiq̧ ad istiusmodi obeunda conducant/ quoniam decernere difficillimum/quisq̧ sibi eas/aut ex alijs deligat/aut ex se promat/ modo ad bene / beateq̧ uiuendum faciant. Nobis duę olim uisæ/quarum una ad amorem/ad timorem altera excitaremur/quæ tribus libris explicauimus / quos de morte Christi & pro-

pria cogitanda inſcripſimus. Atqui neqꝫ malarū dumtaxat/ſed & omniū imaginationum multitudinem fugiendam Proclus platonicus ſenſuit ob id ꝙ falleret impenſe atqꝫ diſtraheret: Quod equidem recte ſtatutum arbitror/niſi dum pro remedio ad eas quiſpiam confugeret/ qui diu enixeqꝫ ſolius cuiuſdam imaginis compedes pertuliſſet. Cæterum ſpecilla ea cum diſtorta/ tum infecta: de quibus ſuperiori capite actum a nobis/in uniuerſum deponenda ſunt/ & recta atqꝫ perſpicua deſumenda: hoc eſt/nimiarum malarumqꝫ affectionum habitus exuendi. Bonarumqꝫ & paucarum induendi/ de illis enim imaginatio falſa progreditur/ quæ rectum alioquin iudicium infirmat & torquet. Hoc autem in noſtra facultate poſitū eſt/ſicuti & victus ratio & exercitia: quorum ope imaginationum morbis mederi poſſumus: quæ aut a parentibus/aut a propria malitia contraximus. Conari item debemus/ut ſenſum tantis perſequatur imaginatio/dum circa propria ſenſilia munus obit ſuum/nam tum uera/incorruptaqꝫ eſt/dum uero de ſubiectis communibuſqꝫ arbitratur/refugiat/ quippe quæ tam adiuncto/ q̃ abiūcto ſenſu oberrabit. Nam ſi ſenſus adiunctus ceſpitauerit/neceſſario & imaginatio collabetur. Faciliꝰ quoqꝫ & impenſius eo corruet: abiuncto & ſeqſtrato ſenſu/ qui rerū ueſtigia in ipſa imaginatione minus integre cōſeruabunt/ quod tum cōtinget maxime cum ſenſibilium generum ſpecies ad oculum de longinquo deferentur.

¶ Quo pacto eis imaginationis malis/ quæ a noſtro pendent arbitrio rationis uſu ſuccurrendum. Caput Decimum.

e

Is uero imaginationis morbis quæ a noſtro pendēt arbitrio/ quanq̃ & remedia ea/quæ ſupra recenſuimus afferre opem poſſunt: ratio tamen ipſa medetur/cuius uſu non ſolum ab iſtiuſmodi/ ſed ab omni prorſus imaginationis iniuria liberamur. Et licet hoc ipſum multis/ nec difficulter probare poſſemus/paucis tamen contenti erimus. cuiqꝫ enim notum/qui brutum penitus/aut ſtupida planta non ſit: rationem homini ſectandā/ſenſus & phātaſiæ illecebras reſpuendas: non omnibus tamen imo perpaucis exploratum/ q̃ multa aſcribantur indigna humano generi/ quæ pro confeſſo irrationales/ ut ſic dixerim homines concipiant: alioquin ut falſa a bene inſtituto animo eliminanda & infallacē imaginationē iure optimo referenda. Voluptates enim multę/dolores plurimi qui iuxta Platonis dogmata ſimplices: præcipuiqꝫ affectus ſunt/a quibus ueluti elemētis cæteri componunt: quotidie excitantur in nobis imaginationis uitio. Cum tamen de penitiſſimis rationis penetralibus proficiſci uideantur ijs/ qui phantaſiam identidem/rationē q̃ rariſſime conſulūt. Sumamus de aliquibus exēpla. Aut omnibus aut pleriſqꝫ/malū uidetur mors: nec ſolū rudibus/ ſed & ijs qui ſe litterarum gnaros profitentur/illi em̄ atrocē eam imaginantur/ hi præter id/etiā expaueſcunt ad Ariſtotelis uocem/eam ultimū terribilium in ethicis nuncupantē. Si tamen Epicteto philoſopho ſtoico crediderimus/mors ipſa nihil terribile eſt/ſi Ambroſio chriſtiano theologo audierimus/ tantū aberit ut terribilis iudicetur: ut etiā expetenda proponatur/quippe qui librum compoſuerit/ quem de bono mortis inſcripſerit. Si rationē conſulamus ob id terribilem exiſtimatā mortem inuenimus/ꝙ opinio de morte terribilis eſt: quam phantaſia peperit. Qui enim (ut ita loquar) ad ipſum eſſe compoſiti dūtaxat reſpicit/ quod recedit/ torminaqꝫ & cruciatus/qui præire eā conſueuerunt/quiqꝫ eam ſequi ſolent/imaginatur: fieri minime poteſt/ut non aliquatenus cōmoueatur/non triſtetur/non doleat. At qui ratiocinatur ꝙ mors nihil aliud eſt/q̃ ſeparatio animę & corporis ꝙ abſoluitur aīa: ꝙ re-

ſoluitur corpus/ꝙ quæ abſoluitur/gaudet/ſi bene in uita egerit:ꝙ id/quod reſolui tur nihil ſentit/nihil agnoſcit ad futuræ mortis conceptum non horreſcet. Ad hæc qui percipit mortem ipſam & dei decreto & imbecillitate naturæ quam peccatũ infecit neceſſariam fore/nihil triſtabitur nihil angetur/ fruſtra enim ratio de re neceſſaria triſtatur. Sed & pro eo quod nos mori dicimus τελευτειν græci ponunt laborum quippe finis eſt mors/ moleſtiarũ finis & melioris uitæ principiũ. Nanq; ut non minus uere ꝗ & docte & elegãter capite quinto libri ſui de uno & ente Ioannes Picus patruus ſcribit/incipimus tunc mori cum primũ incipimus uiuere/ & mors cum uita protenditur/tuncq; primũ deſinimus mori/cum a corpore mortis huius per carnis mortem abſoluimur. Ab hac morte dei gratia ſe liberandum dicebat Apoſtolus/& diſſolui optabat & eſſe cum Chriſto/ ratione utens/ imaginationem poſthabens/quam etiam philoſophorum plurimi ſuperauerunt/ ſola conſideratione calamitatis humanæ/ſpeq; melioris uiuẽdæ uitæ. Ea enim quanq; uane freti & alacriter hac uita excedebãt: & cunctantẽ mortem ſibi conſciſcebãt/ aliosq; ad idipſum faciendum hortabantur / ſicuti & Cleombrotus Ambratiotes & Aegeſias/aliiq; per multi in hoc laudandi ſolũ:ꝙ animæ ĩmortalitati accedebant/ꝙ fœliciorem uitã/æternãq; paratã hominibus exiſtimabãt:in hoc dãnandi/ꝙ ſibi uim inferebãt:ꝙ ea non procurabãt ſibi iuſtis operibus/ quibus æterna fœlicitas comparatur/ſimilitudine quadã imaginaria uirtutis in uitium delapſi. habẽt enim (quod & Ariſtoteles in ęthicis meminit)uitia nõnulla cum uirtutibus affinitatem ut cum liberalitate prodigalitas/cum fortitudine audacia. Cæterũ & philoſophus ille qui nuntio de filii morte ſuſcepto/reſpondit ſcire ſe genuiſſe mortalẽ/ imaginationem rationis habenis moderabatur/ ponens ſe ut philoſophũ decet/ totũ in ratione/& a ſenſibus : atq; imaginationibus abſtrahens. Vnde & cauillum illud in eundem facile diſſuitur : ꝙ moriturum ſcilicet a mortuo differt / qua de re non de morituro:ſed de mortuo dolendũ. Atqui differt ſi ſenſum/ſi phantaſiã cõſulamus nequaq; autem ſi rationem percunctemur:quæ omnem temporis differentiã ambit atq; complectitur. Quanto igitur minus timenda mors / immo quanto magis deſideranda/quibus corporis reſurrectio uotorũ omnium ſumma: neq; enim reſurgere qui prius non moriatur poteſt/ & enim uita hæc ad mortem tranſitus eſt/ mors autem ad uerã uitam acceſſus. Sed & diluendũ in hoc loco argumentũ illud quod maximam habere uim vulgus autumat / quoq; plurimum utitur in huius uitæ patrociniũ aduerſus mortem. ferunt enim ob id iure optimo formidandam mortẽ/ꝙ ab ea Chriſtus dux noſter abhorruerit/ cum in euangelio legatur/ triſtẽ eius animã uſq; ad mortẽ/factũq; eum in agonia prolixius orantẽ / petentẽq; ut ſi fieri poſſet paſſionis eum calix pręteriret. Sed facile ſoluitur/plus enim in Chriſto letitiæ ꝗ doloris de ſua morte fuiſſe opinamur:quãdoquidẽ ſenſui & imaginationi ratio & intellectus pręualuit/qua percipiebat & redimi per eã genus humanũ/ & ſuã patrisq; bonitatẽ diffundi/clarereq;: & corpori ſuo gloriã cõparari/ & diuinam prouidentiã perpendi ob id quod quęcunq; de eo prædicta a prophetis fuerant ad minimũ uſq; apicẽ cõplerentur. Quã autem habebat/ prætẽdebatq; moleſtiam:non tã de mortis horrore proueniebat/ ob quã ſcilicet appetendã / uoluntarieq; ſubeundã de cœlis in uterũ Marie uirginis deſcenderat/ ꝗ ꝙ ob mortẽ : quã ſibi erat inflictura iudeorũ natio/reprobandã eam nouerat plurimosq; itidem ob eandẽ cauſam ad æterna incẽdia dãnari. Cæterũ ſubiit mortẽ Chriſtus libentiſſime/quo ad ſuperiorẽ(ut a Pariſienſibus theologis dicitur) rationẽ attinet / quantũ autẽ ad inferiorẽ pertinet triſtatus/ſponteq; ut copioſius ſcilicet ꝗ fieri poſſet bonitatẽ ſuã in humani generis redẽptionẽ effunderet/ſenſuali parti : & imaginariæ

poteſtati doloris habenas laxauit/ unde etiã aduerſus hæreticos uerũ eum homi-
nem abnegantes diſputantibus nobis uictoria pateret / qui obijcere in eorũ ocu-
los poſſemus doluiſſe eum ob imminentis mortis imaginationẽ idq; in eo ſenſum
operatũ/ quod humanæ infirmitati adſcribitur. Hæc itaq; inter alia fuere in cauſa
ut affici corpus ſuum Chriſtus ex uehementi futuræ mortis imaginatione uolue-
rit/quanq; de ipſa quantum ſcilicet ad rationẽ pertinet/gauiſus ſit. Alioquin quo-
modo martyribus fortior atq; præſtantior: quos legimus in atrociſſimis cruciati-
bus poſitos / præ iubilo mentis exultaſſe/ magnaq; alacritate & gaudio Tauros:
eculeos. cruces. ignes. gladios pertuliſſe. Sed de morte hæc ſatis ſunto/ cuius ima-
ginatio maximũ mortalibus terriculum eſſe ſolet. Eorũ enim quæ diximus conſi-
deratione/atq; perſpectu reliqua quoq; quæ afferre dolorem uidentur: patere fa-
cile poſſunt/ut mala ſcilicet/doloreſq;: quibus ob ea ipſa moleſtiã capimus/imagi-
nationi ipſi/non autem rationi maxima exparte adſcribenda ſint. Sic & amiſſio
patrimonij æquanimiter fertur/ſic & conuitia & uerbera cum ab opinione imagi
nationem ſequente dolorẽ infligi commonſtret ratio/quod & Epictetus in enchi-
ridio meminit/cõmonens non eum/qui conuitiatur/aut uerberat iniuriam facere/
ſed opinionem ipſam uelut iniuriari/ab eaq; ſola homines irritari. cæterũ & præ-
teritæ res omnes/quarũ nos angit memoria/uel hoc ipſo pacto examinandę a no
bis ſunt/ut abdicata imaginatione ratio conſulatur. maximum enim ab ipſa phan
taſia in nos incommodum deriuatur / cum id quærimur / & triſtamur factũ quod
non eſſe factum non poteſt. Ab hoc nanq; quaſi perpetuo vulgi cruciatu ratio-
nis ope liberamur / ut quæ neceſſaria ſunt: uel ob id quod euentis iam terminata
fuerunt: uel quia euentura neceſſario putantur ingenue perferamus: quandoqui-
dem de eis: quę aliter ac ſunt eſſe nõ poſſunt: conſiliũ aut dandum aut ſumendum
non eſt. Diximus de dolore/de uoluptatibus ad eandem ſententiã dicturi: quan-
doquidem earum exercitũ & arcebimus/& effugabimus rationũ copijs: nõ ſecus
ac & doloris machinis: & ire excurſionibus reſiſtimus. Spacium igitur temporis
aliquod in primis capiendum eſt: ut Epictetus docet/quo ſcilicet nos ipſos ueluti
ſepiamus: tum uoluamus aĩo qua uoluptate potiemur: & qua iam potiti pœnitẽ-
tia afficiemur. Et enim quod Ariſtoteles naturæ interpres tertio ad Nicomachũ
libro commeminit/concupiſcẽtia omnis admixta dolori eſt/tantumq; abeſt/ut ſa-
tiet/ut etiam augmentum de frequentia capiat: & rationem proprium hominis
bonum eliminet. Opponenda quoq; & fœdæ uoluptati honeſta illa uoluptas eſt:
qua quis potitur cum de illecebris carnis blandimentisq; triumphauerit/& illæ Io
annis Pici patrui Regulæ ad uincendas voluptates excogitatæ/nobis ad memori
am reuocandæ ſunt. ſiquidem in primis conſiderandum eſt fœdam omnem uolu
ptatem breuem & exiguam/eamq; faſtidium & anxietatem comitari: iacturã in-
de maioris boni/hoc eſt internæ pacis & conſcientiæ ſequi/ uitam ſomno ſimilem
& umbrę inſtar euaneſcentem/mortem improuiſam pro foribus adſtare/ ob idq;
q; ſuſpectum nobis eſſe debeat ob diuinæ iuſticiæ inuariabilem ordinem: quẽ in
uindictam noſtra peccata cient/ne nobis penitentiæ tempus concedatur. Pœnam
item ante oculos ponendam duplicem/ quam damni & ſenſus theologi nuncu-
pant/ſi a uoluptate uincamur/ contraq; ſi eã debellauerimus æterna p̄mia ꝓponẽ
da. Demũ quæ nam exempla ſuperandarũ voluptatũ Chriſtus ipſe & uiuens &
moriens / quiq; eum ſecuti/ nobis præbuerint/quibus ueluti ſpiritalibus armis a
uoluptatibus tuti/& eis etiam infeſti ſumus. Quæ oĩa quanq; chriſtiana fides: de
qua in ꝓgreſſu operis dicturi ſumus/abundo nobis tribuit/ tamen & innata ratio
nobis ſuggerit etiã/& miniſtrat/quoties aduerſa nos imaginatio uoluptarijs titil-

lat. ſed & cũ triſtibus afficit. nã quanq; de dolore ſupius diſſeruimus de ira etiã nõ
nihil afferamus/cuius uehementiã & imanẽ impetũ ſæpius/q̃ uolumus / & quidẽ
moleſte/expimur. Suggerit imaginatio aut inferẽdã/aut reponendã iniuriã/totũq;
ſanguinẽ/& p̄cordia i uindictã clamore ingenti q̃ſi claſſico cit/opponit ſe ratio eo-
uſq; impetrans inducias/quoad dũ iure/an iniuria id/ qđ quærit̃ factũ ſit/p̄cuncte
tur/atq; diiudicet: Itur in examen/ſciſcitatur ratio/atq; ita inter percunctãdum de-
finit / aut iure factum id quod conquæreris aut iniuria ſi iure / diligendus tibi ille
eſt/qui fecit/non odio perſequendus / habendæ illi/atq; agendæ gratiæ / quia in te
beneficium contulit: nõ maleficium molitus eſt: ſi iniuria/rogandum iterum reſtat
ſi ignorantia uidelicet id fecit/aut malitia: ſi primum des/condonanda faciliter ue
nia ob inſcitiam delinquenti/ſi ſecundũ: non adeo illi ſuccenſendum/ quia ſibi ipſi
in primis damna intulit: quippe cum præter diuini iudicij / quæ illũ manet/ uindi-
ctam/ſe ipſum etiam ſtatim pœna affecerit. Iuſſiſti nanq;(Auguſtinus inqt ad deũ
loquẽs) & ita eſt: ut omnis inordinatus animus ſit pœna ſibi. Quã ob rem ad miſe
randum/compatiendumq; potius: q̃ ad inferẽda mala inuitari debemus: ſiquidẽ
cum eiuſdem nobiſcum naturæ noſter ſit hoſtis/cumq; ab ipſo naturæ ortu/inſcul
ptum geramus/ ut ſimiles diligamus: ex eius malo/ dolendi potius nobis q̃ lætan
di ſeges ſubminiſtratur: tantum abeſt/ut appetentes inferendi damni ſimus / quo
poſtea lætemur. Qui enim aut inferre/aut referre iniuriam querit/nihil ob aliud id
quærit/niſi ut propter ea letetur & gaudeat. Definiuit enim Ariſtoteles irã cui phi
loſophi/theologiq; conſenſere/uindictæ appetitũ. nihil autem appetitur / niſi pro-
pter bonum/ut adepto eo læticia exoriatur. Sed & hac ipſa ratione deponi ira nec
difficulter poteſt: ſi conſiderauerimus de falſa imaginatione p̱uenire/ ut putemus
ipſam hoſtis noſtri naturã nobis iniuriari. At non ipſa natura eſt proprie / nõ uo-
luntas ſed naturæ ipſius/uoluntatiſq; malitia. A debito nanq; & præſtituto ſibi or
dine deficit: atq; peruertitur: peruerſio autẽ illa/atq; defectus aut nihil eſt/ſi eorum
ſententiam ſectamur/qui malum nihil prorſus aſſeuerant / aut ſi aliquid eſt / certe
accidens eſt non ſubſtantia. totam ergo hominis ſubſtantiam/ quæ bona eſt/quæ
amabilis /aut pro nihilo/aut pro accidẽte ſolo odiſſe/ hominis eſt: qui ratione care
at. At ſi caret ratione/iam homo non eſt: ſed brutum potius: quod huc & illuc pro
imaginationis imperio trahatur. Oportet enim quod & ab ariſtotele decretũ eſt:
concupiſcentiam omnem non ſecus audire rationi/ac puerum pedagogi monitis
obtemperare. Quare cauẽdum nobis enixe eis/ quas ſupra diximus ratiõibus: ne
rationalem partem imaginatio corripiat: neve fulgorem eius caligo ſenſus obnu-
bilet: ne mancipium dominetur/ſi enim ſeruus regnum occupauerit neceſſe eſt/ut
aut dominus ſeruiat/aut exulet/aut occũbat. Sed illud totis uiribus conandum/ut
peruigil ratio præ mentiſ foribus adſtet aſſidue. Abigatq; ea quæ parere ſibi recu
ſent phantaſmata: & ſi uim fecerint/optimis armata cogitatibus debellet. Vt & in
hac quoq; parte euangelicum illud impleatur in nobis / Cum fortis armatus cu-
ſtodit atrium ſuum/in pace ſunt omnia quæ poſſidet.

¶ Eiſdẽ imaginatiõis malis/quæ a noſtro pendẽt arbitrio/ſpeculatiõe itellectus
optime ferri auxiliũ: & quo modo id fieri cõmode poteſt edocetur. Caput. xi.

Erum enimuero quãto altius ratione conſcẽderimus / tãto & potẽtius
u & ſecurius phantaſiæ dñabimur: eleuabimur em̃ a corporeis magis: vñ
animę periculũ iminet ſemp̱/ne p̱priũ ipſius opus p̄pediatur/ne ue con
tagijs eorum inquinetur: ſiquidem maius imaginationi commertiũ cum ratione:

ꝙ cum intellectu/omnium animæ uirium puriore/ſuperioreq; : ad quē cū ſeſe re-
duxerit anima ueluti in propria regia/tutiſſima etiam arce circūſepta/ quieſcit atq;
perficitur. Et enim tota eius perfectio : quod & Priſcianus lydus in Theophraſti
commentationes definit in perſpicua ad ſe ipſam reuerſione: & ad intellectum cō
uerſione cōſiſtit/contraq; in inclinatione ad corpora intellectus caſum continge-
re arbitratur. Et certe decipi ratio facilius poteſt atq; ab imaginationi ludificari
impenſius/ꝙ intellectus/illius enim opus diſcurrere recurrereq; per rerum imagi
nes / ut ueri notitiam inueſtiget: huius uero ſimplices rerum notas intueri. Illius
uſus hominis proprius eſt. huius autem uſu quanq; homines pollent/ magis ta-
men angelorum peculiaris : tanto ratiocinatione perfectior/ quanto ſimilior eua-
dit deo/qui non per diſcurſum: non per plures : easq; ſimplices rerum notas ſpe-
ciesve/uti ſpiritus inferioris ordinis / non per unicam tantum : ut ſupremi/ſed per
propriam/ eamque ſimpliciſſimam eſſentiam/ non modo res ipſas intelligit/ quia
ſunt/ ſed quia intelligit & fiunt & permanent. Quo fit/ ut qui huic intelligendi
modo propior eſt: eo ſit a caſu atque errore diſtantior. Cum autem rationis opus
uti ſenſitiuarum uirium officijs præſtat : ita intellectus munere inferius ſit/utpote
quæ inter phantaſiæ & intellectus munia collocetur / euenit interdum / ut fallatur
ipſa ratio/non tam ob rerum proprietates voraginibus materiæ demerſas / ꝙ ob
affinitatem/quam cum imaginaria poteſtate ab ipſo naturæ ortu contraxit. Imper
fectum enim / atque imbecille in hominibus rationis lumen / ut qui infimi ſint in
numero intelligentium: contraq; perfectior in eis/ fortiorq; ꝙ in cæteris animanti
bus imaginatio/ quæ continuæ ſpecies a ſenſibus hauſtas illis ſuggerit: atq; omni
bus eorum actionibus aſiſtit comes / & aſſecla indiuiduus : adeoque in obeundis
negocijs omnibus conſors/ ut ſine ea nihil omnino fieri : nihil agi poſſe uideatur.
Ob idq; ſæpenumero accidit/ ut eius opus a rationis/intellectusq; opere nōnulli
diſcernere neſcierint. Hominem noui ex affecta imaginatione adeo uacillantem:
adeo nutabundum/ut de maximo illo: ſupremoq; profato: quod primum princi-
pium apud recentiores philoſophos uocatur: ſubdubitare ſibi uideretur: ꝙ de re
videlicet eadē affirmatio & negatio ſimul uerificari non poſſit. Quas ob res col-
ligere poſſumus quod inter capitis huius initia propoſuimus: eo nos ſecurius/po
tentiusq; phātaſie dominari: quo ab ipſa magis recedemus/ atq; non ſolū in ratio-
ne/quod hominis propriū eſt: nos ponemus uidelicet ſed in intellectu/cuius ope
cum beatis angelis: hoc eſt puriſſimis illis mētibus deo iugiter ſeruiētibus ſimiles
quantū per carnis licet infirmitatē/euademus. Duo autē nobis obſeruanda in pri
mis ſi uoti cōpotes fieri uolumus primū ut exaltiſſima illa mētis ſpecula contem-
plantes/dignoſcere quæramus/qui nam ſint & quales affectus noſtri/quorū impe
tu ducimur ad agendū: affectus autē Alcinoo philoſopho ex platonis dogmate
referente/nihil aliud eſt/ꝙ motus aīæ ſine ratione boni cuiuſdā: aut mali gratia. co
gnoſcuntur autē/ut Platonicus Syneſius docet ex imaginationibus: quas p̄cipue
promit homo: & in quibus ſe uerſat: quando a nullo pulſatur extrinſecus/ſi bonis
igitur imaginationibus: quæ bonos affectus pariāt/pulſari nos dep̄hendemus: re
ſtat ut eos ſequamur: rationeq; & intellectu & extrinſeco etiam opere iuuemus ſi
malis/aliud nobis ſe offert remedium/ ut in ſublimi illa intellectus ſpecula poſiti/
phantaſiā iugiter obſeruemus: temerariosq; illius impetus anticipemus. Eniten-
dum enim a principio Epictetus docet/ne nos imaginatio corripiat/tumq; nr̄i cō
potes fore aſſeuerat/cum per aliquod eam tēpus continuerimus/ id autē fiet ſi ad
bonum quodpiam obiectum mentis aciem dirigemus: quæ autē illa ſint obiecta
quoniam in libris noſtris de morte Chriſti & propria cogitanda ſuperioribus an-

nis pro uirili explicauimus/non est cur aliud in præsentia differamus.

¶ Qua ratione eis phantasiæ malis/quæ de prauorũ angelorũ ministerio ꝓdeũt prouidendũ/quocꝫ pacto omnibus simul imaginationis tenebris / & morbis solo christianæ fidei lumine: & unica orationis ope consulendũ. Caput.xij.& ultimũ.

r Estat ut afferamus remedia/quibus sauciã: ob malorũ spirituũ vnlnera imaginationẽ cũremus. Ea autem(quancꝫ multa sunt)sub unico tamen christianæ fidei lumine continentur: per qđ & reuelatas in sacris litteris & patefactas etiã ueri dei cultoribus/ꝑter scripturæ canonẽ diuinas ueritates agnoscimus/eiusꝗ fulgore uiuifico mortiferas imaginationũ tenebras pellimus. Illud enim beneficẽtissimus luminũ parens deus quasi ducẽ ad nos demisit ut & præparata in cœlis ꝓmia/quæ/ut Esaias docet: absꝗ eo uidere nõ possumus/ cõmodæ cerneremus: & uitã hanc/qua uiuimus a suggestionibus fallacis dæmonis tueremur. Non solũ hoc ipso lumine imaginationis morbis/ sed & rationis infirmitati & intellectus imbecillitati cõsulturus. Siquidẽ duplex hũani intellectus incommodũ: Alterum quidẽ ab imaginatione/de quo iam diximus. Alterum ex debilitate congenita/utpote qui sicuti in genere intelligibiliũ ultimus/ ita & imbecillior sit/ quapropter superiore/fortioreꝗ lumine indiguit: ut roboraretur/fortissimum enim fidei lumen / omniꝗ humano robore præstantius / ut rationes mittam: ꝙ gratia naturam perficit/ ꝙ naturæ donis dei præstant dona quæ ipse per se se non autẽ intercedente natura largitur/ꝙ infinita pene hominum milia pro christi nomine duce hoc lumine: quo æterna uidentur/occisa sunt/ qui non solum nõ uexati/ maxĩo animi gaudio degebant: sed & inter ipsos cruciatus positi/exultationibus & iubilis/dum torquebantur magis/magis animi sui fœlicitatẽ indicabãt. Vti ergo debemus hoc lumine aduersus imaginationis uitia: non solum ob id/ꝙ fortius/ꝙ præstantius naturali: ꝙ ad ea pertingat mõstrãda nobis/ ad quæ natiuũ lumen per sese nõ admittatur/ uerum etiam quia eo multa reuelata sunt nobis / in quibus meditandis non solum & ratio/& intellectus perficitur: sed & phãtasia ipsa non minus delectabiliter ꝗ salubriter occupaṫ. Duplex enim imaginatio / uel ut significantius dixerim/duplex in homine imaginationis gradus. Humanus videlicet & brutalis/nã ad pleraꝗ humana se extendit imaginatio/ad quæ brutalis nõ peruadit/neꝗ enim ad ornatum/ ad ambitionem: ad honores proprie commeat. tam & si animalia quæpiam huiuscemodi delectari uidentur / ut equus faleris/ & tubarũ sonitu/blanditijs canes. Hac pueri potissimũ ducuntur: illa etiam grandæui. Lumen autem fidei diuinæ scripturæ ueritates naturæ lumini imperuias ꝓspectas faciens utriꝗ imaginatiõi maximo usui est/ adminiculaturꝗ & manuducit: quasiꝗ supra naturã suã rapit & eleuat. Proponit enim pueris/qui imaginatiõe ea plurimũ uiuũt: quã brutalẽ diximus/ut historias & bella mittamus: quibus remorari simul & delectari possunt: inferorũ pœnas & incẽdia/paradisi præmia atꝗ delicias: & hæc oĩa modo quodã imaginatiuæ potestati cõgruentissimo: ut quæ facile concipiantur/nec difficulter retineantur. Hinc eñ offert lacus ignis & sulfuris: tortores/dæmonas/& cætera eiusmodi/inde aurea supernæ Hierosolymę mœnia/ præciosis lapidibus redimita/ cœlestes mẽsas. Agni nuptias. Beatorum consortia/ psallentes angelorũ choros cõcinnas uoces/ & quæcunꝗ id genus per sacros codices sparsa. Quo fit ut pueri his delectẽtur/illis uero tristentur & terreanṫ/ utriꝗ uero ueluti rebus maximis/& moneãtur simul/ & a prauis imaginibus abducantur / quod plurimum habet momentum in pueris ad ueram religionem medul-

situs imbibendam. Idq; Ioannes Gerson memoriæ prodidit/ in exemplum revo-
cans pios quosdam parentes/ qui poma infantibus de tecto mittebant / ut in deũ/
in quem acceptum referre debere munus prædicabãt/ pietate debita a teneris/ qd'
aiunt/unguiculis animarẽt. Expertus & ego in Ioanne Thoma filio eiuscemodi
res identidem ei a uidua quapiam narratas/fuisse in causa:ut non solum a plerisq;
imaginationibus uanis quas septennis ætas qua nunc uiuit plurimum ferre solet
ex proposito abstinuerit/sed & multa quæ etiam maturæ ætati cõuenire posse ui-
dentur/renuerit:spe magna fretus scandendi cœlum ad illas res contemplandas/
quas imaginatione concepit. Eiusmodi nanq; imaginibus mouentur impensius
pueri/ꝙ persuasionibus ullis/aut rationibus/quarum minime capaces sunt. Quis
enim ambigat/pueros ab patrando homicidio abhorrere uehementius/si in eorũ
phantasiam irrepserit effigies hominis cruentati: crudeliterq; perfossi/dilaniatiq;
si metus inuaserit apparendi eius:atq; se/uel nocte/uel interdiu/cum solus erit/per
sequendi:ꝙ si dei/naturęq; præceptum proponatur nocendum nemini/ꝙ si id in
geratur / ꝙ diuina lege cautum est: ne quis auctoritate propria quenq; trucidet:
contraq; quis neget per ea quæ narrauimus/similiaq; eis proposita gaudia/ad be
ne agendum animari illos quodammodo/& impelli magis:ꝙ philosophorum ra
tionibus & theologorum adhortamẽtis: Qui uero florẽte iuuenta sunt/quia bru-
tales imaginationes nondum ex toto exuerunt tum enim(quod maxime seculo-
rum fert abusus)tactus & gustus uoluptates quærunt/ quæ ferinæ/brutalesq; ab
Aristotele in ęthicis appellãtur/iuuari facile possunt/frenariq; in eis:atq; etiam eli-
minari uoluptuosa phantasmata/si earũ rerũ/ quas diximus imagines cõcipiant:
quæ & ipse ad sensus pertinẽt. Homines uero ætate prouecti/ atq; grandęui eisdẽ
ipsis etiam iuuari possunt/sed & alijs etiam/quę magis propria sunt/& quibus am
bitioni auaritiæ & reliquis uitijs/quæ spiritalia uocantur specialiter resistatur/ si ui
delicet cõmeminerint/in desiderijs peccatorẽ semper esse/ nec oculum satiari uisu/
nec aurem auditu/si uanitatũ plena omnia/& ꝙ uniuersa uanitas omnis homo ui
uens:si præterire figuram mundi huius/ si hominibus mori semel statutũ/ si cœlũ
nouum & terram nouam/si uniuersale districtũq; iudicium/& reliquis/quæ sacra
tradunt eloquia/ mentẽ si adhibuerint/ facile ab honorũ ambitu & auri cupidine
temperabunt. Quæ quisq; experiri potest optima esse remedia aduersus imagina
tiões prauas/& alas quasdã ad æterna diuinaq; contẽplanda. Remoto nãq; sacro
rum eloquiorum cortice/ sequestratoq; imaginationis uelo: quod cortici litteræ
iuxta proportione quadrat:sicuti spiritus ipse sub cortice delitescẽs depurato phã
tasmatibus intellectui respondet/ sese in animam infert spiritus/ eamq; ad diuinũ
gustum perducit: quæ inchoatio est quædam futuræ gloriæ/ quæ reuelabitur in
nobis. Cæterum non solum hoc lumine/ quod sacris inclusum litteris ueluti cor-
nea testa circundatum/ in obscura hac & illumi nocte nobis affulget:imaginatio-
nis tenebras fugabimus: uerumetiam & doctorum simul & sanctorum homi-
num lucernulis: quas olim summo studio ad huius luminis fulgorem euigilan-
tes/& sibi & nobis accenderunt: quibus hærendum/cum ecclesiæ consensu com-
probatæ fuerint:sed qua nos fide illis adstringere debeamus/ quotq; eorum ordi-
nes reperiantur/ quive inter eos proponendi/ ad præsens uerba facturi non su-
mus/quando materiam hanc in theorematibus nostris de fide & ordine creden-
di prosecuti sumus. Illud autem non omittendum eosdem nos conceptus procu-
rare nobis oportere/ quibus affectos eos fuisse credimus. quorum præcepta se-
ctamur/quorum uitam imitandã nobis proposuimus/alioquin picę uel simiæ ma
gis/ꝙ imitatores homines inueniemur/id ipsumq; Epictetus faciendum monuit/

eumq́ qui in aspera quapiam imaginatione positus sit: optime agere opinatur/si id peragat/quod aut Socratem aut Zenonem/si in id discriminis incidissent/factu ros fuisse arbitretur. Id ego tam in secundis fortunæ flatibus: q̄ in aduersis reflatibus obseruandum censeo/non ad Socratis/Zenonisq́/sed ad sanctissimorū christianorum imitationem/qui & lubricam appetentiæ uim/ & tumidum irascentiæ furorem/ non continendum modo docuerunt alienæ rationis obicibus/ uerum etiam/ ut pote eorum iniuriam frequentissime experti/proprijs uiribus frenauerūt At quia debiles nimium nostræ uires ad ea/quæ nobis conducere diximus adipiscenda dei auxilium desuper implorandum est: quod cum aderit omnia rite cum aberit/perperam omnia gerentur a nobis. Aderit autem semper/si pro eo impetrādo ad Christum deum/ hominūq́/ & dei mediatorē preces effuderimus / q etiam non uocatus sæpissime adest/qui ad nostri cordis hostium assidue pulsat/qui orare oportere nos docuit/& ad importunitatem usq́ sub typo uiduæ iniustum iudicem exorantis: qui deniq́ daturum se pollicitus est / quod quereremus/ supræma omnium causa/summum bonum: creator/redemptor pater. Per hoc igitur orandi studium/præter id quod impetramus/quod quærimus/si ad consequendam salutem id faciat: hoc etiam commodo imaginationem fouemus / q̄ ipsa etiam per intellectus eleuationem/quantum ei per corpoream suā naturam licet/in deum conscendit: tumq́ Dauidicum illud in nobis completur/Cor meum & caro mea exultauerunt in deum uiuum: Et illud item: Sitiuit in te anima mea q̄ multipliciter tibi & caro mea. Per cor enim anima / per carnem sensualis uis/ præcipueq́ imaginaria potestas denotatur. Ex concepto quoq́ in intellectu/ atq́ uolūtate diuini amoris ardore/in sensum calor redundat/qui terrena omni humiditate consumpta cœlestem accendit sitim/& ad uiuum illum fontē perducit: de cuius aqua qui gustauerit/sicuti ad samaritanam mulierem dictum est/non sitiet iterum terrenorum siti sed fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternā. Vbi inebriabimur ab ubertate domus dei/ eiusq́ uoluptatis torrente potabimur. Et quidem si sacras litteras diligenter perlegerimus/si acta eorum uoluemus uirorum / aut qui Christum nondū ex uirgine natum/uel fide tantum/uel prophetico etiam lumine præuiderunt / aut qui natum passumq́ uel sanguinis effusione: uel uerbis tantum testati sunt / fiet nobis extra omnem controuersiam liquidum: nil magis fuisse eis curæ/ q̄ orandi studium. Sed quid de summi dei cultore populo dicimus: quando & gentes ipsæ tam Mosaicæ legis umbra/ q̄ euangelij splendore destitutę. uota. hymnos. preces. supplicationes frequentabant/ut Pythagorici/ Platoniciq́ fere omnes / ac barbaræ etiam nationes. indi. persæ. atq́ æthiopes / a quibus tanto magis uinci nos pudeat/quanto & quod orandum nobis est/& quid orandum/ non a solo naturæ instinctu suapte spōte deum quærentis: sed ab ipso deo iam inuento & cognito sumus edocti. Quod si Plato censuit eum adeo nō despici/qui conatur ut iustus euadat/quod nostrum opprobrium/quæ ignominia. clementiam spernere hortantis idētidem/& adiuuantis nos dei/ per sacramenta permonita/per occultos afflatus. Sed de his hactenus / satis enim beneq́ actum imbecillitati nostræ uidetur diuina fauente clementia hæc ipsa de imaginatione disputauisse: deq́ ipsius nomine/ de essentia/de proprietatibus plurimis/deq́ eius uitijs potissimum & remedijs/ quasi per ocium quod a publicis impetrauimus negocijs disseruisse. Deo laus & gloria sempiterna.

FINIS.

Ioannis Francisci Pici Mirandulæ domini & Concor-
diæ Comitis Liber de uita Io. Pici patrui.
Eiusdem de uno & ente / defen-
sio & alia quæpiam.

VITA IO. PICI MIRAN. COMITIS CONCORDIAE

¶Ioannis Pici Mirandulæ uiri omni disciplinarũ genere consummatissimi uita Per Ioannem Franciscũ illustris principis Galeotti Pici filium edita.

i OANNIS Pici patrui mei uitam scribere orsus: præfandũ lectoribus in primis duco (ne aut ꝙ fratris filius: aut ꝙ discipulus fuerim me aliquid in gratiam/blandientiũ more: dicturum suspicarentur) Nihil hic amicitiæ datum/nihil familiæ/nihilq́ beneficijs: quæ maxima profectu in me extiterunt ficticia laude repensum. Tantum quippe ab adulatione seiũcta est narratio mea: quantũ abfuit adulandi necessitas: tantũq́ caui ne me/uel mentitũ/uel væhementem/in laudibus legentes arbitraretur. Si quicquid de ipso conceperã litteris tradidissem: ut illud fuerit fortasse periculũ ne parcum potuerint/ uel ipsemet uirtutes excelsæ / uel earum assertores coarguere. Quod uel hoc argumento uidere licet: cum plurimæ doctorum nostræ ætatis hominũ/ & ex primoribus quidẽ elucubratissimæ scriptiones non modo his quæ sumus dicturi locupletissimũ reddiderint testimoniũ. Sed dũ vteretur hac luce/ & postq́ eam cum potiore cõmutauit in eius me & morũ & doctrinæ præconijs præcelluerint: quarũ nõnullas in huius libri calce post cõmentationes ipsius adscribi iussi: ut firmior testibus non gentilitijs fides adhiberet. Paternum genus (licet ab Constantino Cæsare per Picum pronepotẽ a quo totius familiæ cognomentũ memoriæ proditũ sit traxisse primordia) missum facientes ab ipso tempore natiuitatis sumemus initiũ. Tum ꝙ familiæ forsan nõ minus honoris ille contulerit ꝗ̃ acceperit: Tum ꝙ proprias animi dotes / reliquaq́ totius uitæ & obitus seriem præ se feretia: quæ uel proprijs/aut auribus/aut oculis hausi: uel ab grauissimis excepi testibus aperienda duxerim. Posthabitisq́ & stemmate & præclaris auorũ facinoribus recensenda. Anno a partu uirginis tertio & sexagesimo supra millesimũ & quadringentesimũ Pio secundo põtifice maximo ecclesiæ præside: & Federico tertio habenas imperij Romani moderante: Mater Iulia ex nobili boiardorũ familia: Ioãni Francisco patri ultimo eum partu peperit: Iam.n. Galeottum maiorẽ natu: ex quo sum genitus: & Antoniũ Mariam: sororesq́ duas enixa fuerat: Quarũ altera Leonello iam coniugi Albertũ pium ex carpi principibus unum edidit: nunc Rodulphi principis Gonzage consors. Altera Pino ordelapho foroliuiẽsi principe: cui iampridẽ nupserat uita functo: montis agani comiti secundas nuptias cõcessit. Prodigiũ haud paruũ ante ipsius ortum apparuit. Visa enim circularis flamma est supra parientis matris astare cubiculum: moxq́ euanescere/fortasse nobis insinuans orbiculari figuræ intellectus perfectiõe simillimum eum futurũ: qui inter mortales eadẽ hora proderetur/uniuersoq́ terrę globo excellentia nominis circũquaq́ celebrandũ: cuius mens semp cœlestia / ignis instar/petitura esset. cuiusq́ ignita eloquia flãmatæ menti consona deum nostrũ (qui ignis comburens est) totis uiribus quãdoq́ celebratura: sed statim obtutibus hominũ: ut illa euanuit/occulẽda. Legimus quippe doctissimorũ sanctissimorũq́ hominũ ortus: insolita qñq́ signa/aut pręcessisse aut subsequuta fuisse: ueluti eorũ incunabula infantiũ ab aliorum cætu diuino nutu segregantia: summisq́ rebus gerendis natos indicãtia. Sic ut omittam reliquos/examen apium Ambrosij maxiora lustrauit: in eaq́ introgressum est: deinde exiens/altissimũq́ uolans/seq́ inter nubila condens/paternos aspectusq́/ aliorũq́ qui aderant uisus elusit: Quod præsagiũ Paulinus plurifaciens scriptorum eius: fauos nobis indicasse disseruit: qui cœlestia dona enunciarent: & mentes hominũ de terris ad cœlũ erigeret. Forma autem insigni fuit & liberali: procera & celsa statura / molli carne: Venusta

facie in vniuerſum: albenti colore/ decentiq; rubore interſperſa: cæſijs & uigili-
bus oculis: flauo & inaffectato capillitio: Dentibus quoq; candidis & ęqualibus/
Sub matris imperio ad magiſtros diſciplinaſq; delatus: ita ardenti animo ſtudia
humanitatis excoluit: ut breui inter Poetas & Oratores tempeſtatis illius præci-
puos: nec iniuria/ collocãdus eſſet: In diſcendo quidem celerrimus erat: Prompto
adeo ingenio præditus: ut audita ſemel a recitãte Carmina: & directu: & retrogra
do ordine mira omnium admiratione recẽſeret: tenaciſſimaq; retineret memoria:
quod ceteris contra euenire ſolet: Nam qui celeri ſunt ingenio natura fieri ſæpe
ſolet/ ut non multũ memoria ualeant: qui uero cum labore percipiunt tenaciores
perceptorum euadant. Dum uero quartũ & decimum ætatis annum ageret/ ma-
tris iuſſu quæ ſacris eum initiari uæhementer optabat/ diſcẽdi iuris pontificij gra-
tia/ Bononiam ſe tranſtulit quod cum biennium deguſtaſſet/ meris id inniti tradi-
tionibus conſpicatus/ alio deflexit: non tamen abſq; bonæ frugis fœtura/ quando
iam puer/ & quidẽ tenellus ex epiſtolis ſummorũ pontificum quas decretales uo
cant epitomẽ quandam ſeu breuiariũ compilauerit: quo omnes conciſius/ q; fieri
potuit ſanctionũ illarum ſententias concluſit: conſummatis profeſſoribus opus
non tenue: ſed ſecretarum naturæ rerũ cupidus explorator tritas has ſęmitas dere-
linquens/ intellectus ſpeculationi philoſophiæq; cum humanæ tum diuinæ/ ſe pe
nitus dedidit: cuius enanciſcẽdæ gratia non tm̃ Italiæ: ſed & galliarꝝ litteraria gym
naſia perluſtrans celebres doctores tempeſtatis illius more Platonis & Apollo-
nij ſcrupuloſiſſime perquirebat. Operam adeo indefeſſam ſtudijs illis impendẽs:
ut conſumatus ſimul & theologus ſimul & phyloſophus imberbis adhuc & eſſet
& haberet. Iãq; ſeptenniũ apud illos uerſatus erat quando humanæ laudis & glo
riæ cupidus (Nondũ enim diuino amore caluerat ut palam fiet) Romã migrauit:
inibiq; oſtentare cupiens quanta eum a ſummuſſoribus imposterũ maneret inui-
dia: nõgentas de dialecticis/ & mathematicis de naturalibus diuiniſq; rebus quę-
ſtiones propoſuit: nõ modo ex latinorũ petitas archulis: græcorũq; excerptas ſcri
nijs: Sed ex hebręorũ etiam myſterijs erutas/ chaldæorũq; arcanis atq; arabũ ue-
ſtigatas. multa itẽ de pythagorę: trimegiſtiq;: & Orphei: priſca & ſub obſcura phi
loſophia: multa de Cabala: hoc eſt ſecreta hebręorũ dogmatũ receptiõe. cuius &
Origenes & Hilarius ex noſtris potiſſimũ cõminiſcuntur: quæſtionibus illis inte-
xuit: multa etiã de naturali magia quã nõ paruo interſtitio ab impia & ſceleſta ſe-
parari edocuit: Idq; multorũ teſtimonio elegantiſſime comprobauit: Nec duo &
ſeptuaginta noua dogmata phyſica & metaphyſica propria inuenta & meditata
ad quaſcũq; philoſophiæ quæſtiones elucidãdas accõmodata defuerũt: His no-
uam per nũeros philoſophãdi inſtitutionẽ adnexuit: Cunctaq; ſimul publicis lo-
cis: quo facilius vulgarẽtur affixit: pollicitus ſe ſoluturũ eis impenſas: qui ex remo
tis oris diſceptandi gratia Romã ſe cõtuliſſent: Verũ obtrectatorũ ſimultate (quę
ſemp̃ uelut ignis/ alta petit) nunq; efficere potuit: ut dies altercationis pręſtitueret:
Ob hanc cauſam Romæ annũ manſit: quo tẽpore uitiligatores illi palã eum: & li-
bero examine nõ audebant aggredi. Sed ſtrophis potius & cuniculis ſuggillare/
clanculariſq; telis ſuffodere/ peſtifera corrupti inuidia (Ita enim arbitrati ſunt pluri
mi) conabantur liuorẽ hunc uel hac ratione ſibi maxime eum mouiſſe exiſtimatũ
eſt/ quod multi qui uel ambitione fortaſſis uel auaritia litterario negocio diu incu-
buerant notã ſibi fore autumarẽt. Si iuuenis ille aggeſtis atauorũ opibus multaq;
doctrina/ quaſi fertilis ager luxuriãs in prima orbis vrbe de naturalibus diuiniſq;
rebus: deq; multis per plura ſęcula noſtris hominibus nõ acceſſis: periclitari do-
ctrinam & ingenium non uereretur: Et eum nihil aduerſus doctrinã ueris machi-

nis moliri posse animaduerterent attulisse eosdem in medium tormenta calumniȩ tredecimq́ ex nongentis quæstiones rectæ fidei suspectas acclamauisse/ quibus forte se iūxisse nonnullos qui quæstiones illas utpote insuetas eorum auribus: ut pie ita fortasse parum eruditæ & zelo fidei & prætextu religionis incesserēt/ quas tamen quæstiones non pauci & quidem celebrati theologiæ doctores ceu pias & mundas prius approbauerant/eisdemq́ subscripserant: Quorum cœtu Bonfranciscus Regiensis episcopus annumeratus est Vir omnigena doctrina/acerrimoq́ iudicio & morum grauitate præclarus: qui Romȩ ad pontificem maximū ea tempestate pro Ferrariensium duce agebat legatus. Aduersus tamen eum Blaterones illi nihil attentarunt cum forte ab eis labefactari eius famam non posse verent̄ q̄n quicq̄d tractasset correctioni matris ecclesiȩ & pōtificis submisisset. At is famȩ istæc dispēdia nō perpessus Apologiā edidit/ Variū certe opus & elegās multaq́ rerum scitu dignarum cognitione refertū/ Vigintiq́ tātum noctibus elucubratū Qua editione luceclarius conspici datum ē: nō tam conclusiones catholicos potuisse sensus recipere ꝙ illos qui prius adlatrauerant insolentiæ & ruditatis coarguendos esse librumq́ ipsum & quæ scripturus erat imposterum matris ecclesiæ eiusq́ præsidi sanctissimo iudicio christianissimi hominis more commisit. Id em̄ uel expresse uel tacite fieri oportere persuasissimum est: quasi illud Augustini proferret. Errare possum hȩreticus esse non possum/ quando alterum sit hominis proprium: Alterum peruersæ & obstinatæ uoluntatis. Sed ubi Innocentius octauus Pontifex Maximus accepit per editionem apologiæ interpretatas conclusiones illas quæ prius calumnĳs infestatæ fuerant in catholicum sensum & a nota criminis releuatas: Reuerentibusq́ nōnullis quibus conclusionum examen demandatum fuerat decipulas opponi posse fidelibus/ si nonnullæ quæstionū illarum (crude quidem & in explicite disceptandarum more iacebāt) passim uagarentur libelli lectione quo continebantur interdixit/ quæ omnia per Alexandri sexti pontificis maximi sub quo nunc uiuimus Diploma quod breue nominant liquido uisuntur: quod cum apologia ipsa impressoribus tradere exarādum duximus. Verum in ipso apologiæ calce quod postea pontifex auctoritate præstitit quibus ille poterat rationibus antea factitauerat. Obsecrauerat quippe amicos & inimicos/ doctos & indoctos/ Vt apologiam legerent: libellum uero ipsum conclusionum inexplicitarum præterirent illectum: quando in eo plurima continerentur/ quæ non passim vulgāda triuĳs: sed secreto congressu inter doctos & paucos disputanda susceperat. Scolasticāq́ exercitationem more academiarum meditatus/ multa ueterum philosophorum Alexādri scilicet & Auerroys aliorūq́ ꝙ plurīū impia dogmata proposuisset quæ semper publice & priuatim asseruerat: professus fuerat prædicauerat non minus a uere rectæq́ philosophiæ ꝙ a fidei sæmitis declinare: atq́ in hunc modum de libello illo nongentarū conclusionum verba faciens/ apologeticū opus conclusit. Qui ergo me oderunt ideo illa non legant quia nostra sunt: qui me amant ideo non legant/ quia ex illis quæ mea sunt cogitare plurima possent quæ non sunt nostra. Cæterum immensa dei bonitate/ quæ ex malis etiam bona elicit: effectum esse (quemadmodū mihi rettulit) iudicabat: Vt calumnia illa falso a maleuolis irrogata/ ueros errores corrigeret: Eiq́ in tenebris aberrāti (ut quantum exorbitasset a tramite ueritatis contueri posset (ceu splendidissimū iubar illucesceret) prius enim & gloriæ cupidus/ & amore uano succensus muliebribusq́ illecebris commotus fuerat: fœminarum quippe plurimȩ ob uenustatē/ corporis orisq́ gratiam: cui doctrina amplæq́ diuitiæ & generis nobilitas accedebant/ in eius amorem exarserunt/ ab quarum studio non abhorrens/ parumper

uia uitæ posthabita in delitias defluxerat. Verum simultate illa experrectus diffluentem luxu animum/retudit & conuertit ad Christū: atq; fœminea blandimēta/in supernæ patriæ gaudia cōmutauit/neglectaq; aura gloriolæ: quam affectauerat dei gloriam & ecclesiæ utilitatem tota cepit mente perquirere: adeoq; mores componere/ ut posthac uel inimico iudicæ/ comprobari posset. Cunq; de ipso gloriosa statim fama & ꝑ uicinas & ꝑ remotas oras uolitare occepisset/ plures ex philosophis/ qui eruditissimi habebātur ad eum/tanq; ad mercaturam bonarū artium (ut inquit Cicero)confluebant/uel ob commouenda litteraria certamina/uel ꝗbus inerat rectior mētis sententia: ad audienda tenendaq; recte uiuendi salubria dogmata: quæ tanto magis expetebantur/quanto ab homine doctissimo & pariter nobilissimo profluebāt: qui quandoq; deuios mollitudinis uoluptariæ anfractus sectatus fuerat. Videtur enim ad disciplinam morum auditorum mentibus inferendam ea plurimū habere momenti/quæ & suapte natura sint bona/ & a præceptore conuerso ad iustitiæ semitas/ex distorto/& obliquo libidinum calle/ proficiscantur. Elegiaco carmine amores luserat/ quos quinque exaratos libris/ religionis causa/ignibus tradidit. Multa itidem Rhithmis lusit hetruscis quæ pari causa par ignis absumpsit. Sacras deinde litteras ardentissimo studio complexus: statim in templo dei/ ceu frugum primitias/ octauum tunc & uigesimum annum agens/de operibus sex dierum Geneseos/& die quietis heptaplum obtulit. Opus quippe & perfectum ingenio/ & elaboratum industria/ cum sublimibus philosophorum dogmatis/ tum profundissimis nostræ christianæ theologiæ mysterijs/ refertissimum: Septemplicíq; uaria enarratione connexum/ septennario capitum numero cuilibet septennæ expositioni conserto libri nomini maxime quadrans. Quod tamen ob erutas e naturæ gremio res & difficiles diuinarum quæstionum euolutiones/ atque ob prophetæ reconditissima sensa sermonisque elegantiam/ non se passim philosophiæ & eloquentiæ/ rudibus offert: Sed preciose illius & raræ suppellectilis usus paucis paratur: quod & ipse animaduertens/ in eiusdem proemij calce mentionem/de hac re/ non illepidam fecit. Cum primum sacras degustauit litteras/ non tantum ueram sapientiam: sed & ueram eloquentiam/inuenisse lætabundus exultabat. Multaque ut omittam ab eo testamenti noui allata præconia/ Pauli epistolas oratorum omnium scriptionibus eloquentia præstare dicebat/ Tullij etiam ipsius Demosthenisq; primarij(ut inquit ille)dicendi artitificis lucubrationes nominatim citans/non quod essent/ ut ille calamistris inuste/ & corrasis undique fucis/ & cincinnis constipatæ: Sed ut ueram/ solidam/ & redolerent/ & saperent eloquentiam/ueris sententijs/ uera arte suffultam essentque ut dicam præuius ægyptiorum opibus non consulto suffarcinatæ. Omnia porro veteris legis eloquia consumatissimæ scientiæ & sapientiȩ plena prædicabat: quod & si cum alij/tum Augustinus in libro de doctrina christiana luculēter ostēderit/Septimiusque Tertulianus: Eusebius Pāphili/& Cassiodorus affirment: grāmaticos Rhetores: Oratores Philosophosq; omnes priscos eloquentiæ & doctrinæ suæ fluenta ex diuinarum scripturarum fontibus epotasse: ipse tamen alijs id muneris rationibus prosequæbatur: quarum partem in heptapli celebratissimæ exordijs inque ipso secundæ expositionis proemio uidere operæprecium est. Inter tot iuges diuinæ legis euolutiones secundo anno ab heptapli editione opusculum etiam de ente & uno decem capitibus distinctum absoluit. Breue quidem corpore: sed amplum uiribus. Sed altissimis & philosophorum dogmatis & theologicis sensibus undequaq; respersum: quo superius ente non esse unum: sed sibi inuicem respondere: æqualiq; esse ambitu ostendit: Controuersiamq; super ea

re a Platonis Aristotelisq; sectatoribus habitã recensuit asseuerans Academicos illos qui contrarium contenderunt uerum Platonis dogma non assequutos: sensumq; prorsus communionem inter Aristotelem & Platonem de uno & ente: sicut & de reliquis in uniuersum & si uerba dissiderent demonstraturus erat nõ defuisse. Vltimo quoq; operis capite: totam disputationem ad institutionem uitæ & morum emendationem non minus ingeniose q̃ religiose conuertit. Aduersum quod opus Antonius Fauentinus/ ægregius alioquin philosophus nonnulla quattuor epistolis obiectamenta protulit: quarum tribus ipse respondit: quartæ uero uel quia fideliter delata non fuit: quia ex præscriptis responderi posse putauit: uel alia quapiam de causa quæ iusta tamen credenda est mentionem q̃ sciuerim non habuit: Cui nos postq̃ decessit e uita ne falsa uel latranti maleuolis: uel sinistri aliquid credendi rudibus præberetur occasio respondendi munus obiuimus. Illudq; potissimum curauimus ut ex præcedentibus ipsius sententijs fuisse magna ex parte responsum monstraremus. Vidimus etiam nonnulla Platonica uernaculo sermone ab eo digesta: quibus multa ad priscorum theologiã enodandam facientia: multa in enigmatibus & scirpis abstrusa sapientum sensa referantia depræhenduntur: quæ forsan maius ocium nacti latina reddere tentabimus ne tanti hominis superemine͂s doctrina hisce de rebus maxime peruia quibusq; vulgi ante ora feratur. Hactenus de perfectis lucubrationibus/ quas ante morte͂ emiserat/ Veluti nuncios & ante ambulones præclarorum operum quæ conceperat: & procudebat. Vetus enim testamentum interprætamenti iam facibus illuminarat: id ipsum muneris ut nouo prestaret accinctus: nec eos tantum/ quos litterę series ferre poterat sensus protulerat. Sed in his locis quæ tris alios diuinorũ eloquiorum proprios latura fuerat superædificabat. Græcisq; & hebræis exemplaribus nostrorum codicum discordes sententias conferebat: Sed hoc potissimum in eius mente consitum fuit: hoc de vniuersis propositis/ quæ in commentandi genere conceperat altius insedit: ut aliorum dogmata non adduceret/ utpote quæ iam haberentur/ legerentur/ noscerentur/ Sed sua prorsus inuenta & meditata dissereret ut proprijs non alienis facultatibus famelicas ueritatis animas pro uirili saturaret. Post hæc hebraico idiomate pollens: de ueritate translationis Hieronymi aduersus hebręorũ calumnias libellum edidit. Necnon defensione͂ pro septuaginta interpretibus quantum ad Psalmos attinet/ aduersus eosdem libellum item de uera temporum supputatione conscripsit. Postremo ad debellandos septem hostes ecclesiæ animum appulerat. Qui enim nec Christo/ nec illius paret ecclesię: & quod est sequens eius est hostis/ aut impius existens nullum recipit credendum dogma siue falsis inseruit idolis/ subq; hisce simulacris dæmones adorat/ seu Mosaycam perditissimorum iudęorum ritu legem colit: Nefandumve Maomethem sequitur detestandis illius placitis mancipatus: Aut Christianam auditu tantum non operibus & mente syncera uitam uiuens: euangelica documenta peruertit Catholicæque ecclesiæ non consentiens: obstinato corde recalcitrat: uel non casta fide: sed uarijs adulterata prophanataq; superstitionibus Euangelica suscipit: Aut licet solida nitidaque ac constanti fide receperit operibus aduersatur. Hos itaque septem quasi duces sub quibus reliqui uelut gregarij continentur/ proprijs eorum armis conflicturus: ad congressum citauerat. Aduersus impios philosophos/ qui nullæ religionis iugo colla depræssi nulliq; addicti numini naturales tm̃ rationes adorãt eisde͂ rationibus dimicabat: ueteris testamenti sententijs proprijsq; iudaicæ scholæ auctoramentis ualidissime contra hebræos præliabat:

cum Maumethanis Alcorano nixus pedem contulerat. Idolorum cultores & mul
tis vulneribus & ui non multa proſtrauerat ſuperſtitionibus uanis irretitos eos p̄
ſertim qui diuinatricem colunt Aſtrologiā & uere phyloſophiæ & peculiaribus
rationibus aſtrologorum acriter taxauerat: Duodecimq; iam libris & quidem ab
ſolutiſſimis ex tredecim ad hoc deſtinatis eorum deliria inſectatus fuerat. Demū
hydromantiam: geomantiam: pyromantiā: haruſpicinam: & cætera id genus in-
ania ſigillatim exploſerat. Sed in prophetantes aſtrologos cuneum ex profeſſo di
xerat/totiſq; uiribus arietem tēperauerat quando eorum dogmatis futilibus qui-
dem & nullius momenti ſuperſtitiones cæteræ ſuis erroribus fulcimēta aucupen-
tur uel inſpectæ geneſeos momenta trutinantes uel in eligendis horis aut hexago
nos/ aut trigonos aſpectus quos benignos uocant conciliantes & eiuſmodi reli-
qua: quibus nec inſanus Oreſtes accederet: Nec contentus Aſtrologiam omnem
funditus euertiſſe/ut oſtenderet noſtri temporis aſtrologis Græcæ potiſſimū lin-
guæ ignaris: Vaniſſimam omniū profeſſionum Aſtrologiam peruerſis tranſla-
tionibus uaniorem ſi dici poteſt effectam. Ptolemæi fructus quos centiloquium
vulgo nuncupant inter ſcribendum aduerſus eoſdem quaſi aliud agens e græco
in latinum ſermonem uertit & elegantiſſima expoſitione honeſtauit quo in libro
plura (ut ita dixerim) errata q̄ uerba vulgata illa tranſlatione contineri demōſtrat
quam tamen ſemper in archanis ueluti præcioſum theſaurum cuſtodierunt eiuſ-
dem cultores ignaui: De Chriſti fide perperam ſentientes: nec matris eccleſiæ pa-
rentes imperio: quos uſitatiori uocabulo nominamus hæreticos & nouo inſtru-
mento & rationibus egregia obiurgatione inceſſiuerat: nonaginta fere hæreſes in
ꝓpatulo habētur: Verum ille cuncta rimatus ducentas inuenit quas ſigillatim nō
modo eliminare & profligare ꝓpoſuerat. Sed & pariter docere qua ex parte phy-
loſophiæ non rite percepta ſuos errores traxiſſent aut furcilaſſent. In chriſtianos
poſtremo quorum fides ſine operibus uiſitur uehementer inuectus fuerat: necnō
diligenter explorauerat qui fieri poſſet: ut ignem in meditulio terræ conſtitutum
homines credant: quo perpetuo datura ſunt pœnas damnatorum corpora cæte-
raq; id genus tam animæ q̄ corporis inexcogitata ſupplicia. immenſa quoq; dei
tatis uiſæ gaudia quibus animæ corporibus iunctæ beantur: atq; dictis eccleſiæ
quæ ad credendum compellunt obaudientes non ſint/ & nihilominus paſſim de-
bachentur in uicia diuitijſq; incumbant cumulādis: nihilq; minus formidetur ab
eis q̄ pœnæ aut affectetur q̄ regnum dei: pro morborum item qualitate idone-
am opem admouere tentabat tetros ſcilicet morbos / & ſuapte natura impuros:
acribus acerbiſq; medicaminibus inurere: ea uero vulnera quæ minori infecta
malitia/deprauataq; forent/ cicatricemq; obducere deſyderarent: lenibus placa-
bilibuſq; fouere: adeptis uero ualitudinem & recidiua metuentibus: ſaluberri-
mas potiones: celebrataque antidota præparare/ Multa alia opera fuerat exor-
ſus quibus ſperari poterat futurum: ut phyloſophiæ ſtudia in uniuerſum: elimi-
natis erroribus: exploſaq; Barbariæ reflorerent. Inter hæc potiſſimum Platonis
& Ariſtotelis numerabat concordia: quā iam ceptā breui perfacturus erat: ſi uita
comes paucis adhuc annis ſupfuiſſet: Ita em̄ phyloſophiā ab incunabulis lactan-
do nutriuerat: & ad uſq; noſtra tēpora perduxerat adultā. Vt noſtræ tempeſtatis
philoſopho nil amplius aut in græcis aut in latinis: aut in barbaris codicibus deſy
derandū eſſet: citaſſet Vdū Thaletē: ignitū Heraclitū: circūfuſumq; atomis Demo
critū: Orpheus itē: & Pytagoras: priſciq; alij eius ope & gratia in achademiā cōue
niſſent. Poſtremo phyloſophię principes Plato ſcilicet fabularꝫ uelamētis: mathe-

maticisq; inuolucris constipatus/& Aristoteles uallatus motibus dextra data fidē
futuræ amiciciæ sanxisset. Inter Auerroym quoq; & Auicennā: Inter Thomā &
Scotum:qui iam diu conflictauerāt:si non pacē in uniuersum: in multis tamen im
petrasset inducias:quādo in eorum pluribus controuersijs: si quispiam dissiden-
tia uerba rimetur attentius & exactius libret: scrupulosiusq; uestigans cutem de-
serens introrsum ad imas latebras profundaq; penetralia mente peruadat: unio
nem sensuū indisseparatis pugnantibusq; uerbis citra ambiguitatem comperiet.
Neotericorum turba partim pro meritis:partim pro culpis:& honorata fuisset &
taxata. Totus igitur deo dicatus ecclesiā quibus poterat armis defendebat. Atq;
latitantem(ut aiunt)e Democriti puteo ueritatem educebat:& ignorantiæ gramē
inexpugnabile quo multorum mentes præfocantur: subnascentesq; pernitiosas
herbas abrumpebat penitus & detruncabat. Sed mors adueniens tot tantarumq;
uigiliarum laborem:& exculte lucubrationis partum inanem fere reddidit: hocq;
potissimum fuit in causa:ut plurimas quanq; magna ex parte ex asseatas & dedo-
latas:imperfectas commentationes dereliquerit:q scilicet sibijpsi tantum:non au-
tem nobis scribebat. Nam sicut celeri incommentando ingenio: ita ueloci inscri-
bendo manu fuit. Et cum antea pulcherrimos litterarum characteres deliniaret:
factum erat:ut ex usu nimiæ in commentando uelocitatis:uix eorū quæ exarabat
capax existeret. Huc etiam & illuc scribere solitus erat:uetusta interdum superue-
nientibus nouis oblitterans:ea propter exoleta quædā & dispuncta repperi:quæ
dam saltim & uellicatim exarata: omnia deniq; adeo confusa & inordinata ut syl
uæ aut farragines putarentur:ex libro septemplici: quem auersus hostes ecclesiæ
prætitulauerat:pars illa quæ diuinaculos Astrologos genethliacosq; potissimum
insectatur. Ab incude (ut dici solet) ad limam perducta fuit:quam nō paruo tamē
labore nec mediocri cura ab exemplari litturato:& penæ discerpto deprōpsimus
quo in opere summum phylosophum summū theologum: summum oratorem:
acerrimum christi ecclesiæ propugnatorem: incomparabili præditum ingenio:
quod in cunctis ipsius commentationibus cernitur se demonstrat. Quędam item
minutula non tornata adhuc apud me comperi. Interprætationem dūtaxat domi
nicæ orationis. Regulasq; beneuiuendi circiter. l. breues profecto nimis & inex-
plicitas/quas in multa capita si uixisset deducturus omnino fuerat. Duas quoq;
ad deum depræcatorias/ quarum una rhithmis hetruscis/ elegiaco metro alteram
qua grauioribus defatigatum: quandoq; studijs animū cantando ad lyram mul-
cere posset/ composuerat: primis enim adolescentiæ annis genus omne musi-
cæ artis adeo excolueratut excogitata per ipsum modulamina: notateq; debitis
concentibus harmoniæ celebres haberentur. Plurima quoq; in eius scrinijs quā-
q; inordinata peruidimus: ex quibus tamen utile aliquid præsertim psalmorum
enarrationem compilari posse putauerim. Sed & epistolæ circiter. l. diuersis editæ
temporibus. tum familiares: tum doctrinales: tum adhortatoriæ emersere: una cū
oratione:quam Romæ/si disputare contigisset/habiturus fuerat:quæ non tam iu-
uenis quartum & uigesimum annum nondum nati/perspicacissimum ingenium
& doctrinam uberrimā redolet (& qd' cunctæ ipsius scriptiones faciunt) q; ferti-
lissimæ ipsius eloquentiæ locupletissimum nobis testimonium præbet. Stilo qui-
dem ualde probando usus est semper non ascito: sed ingenuo/ multiformi eti-
am/ pro rerum uarietate/ qui & si totum (ut aiunt) Isocratis Myrothecion con-
sumpserit/mundiciæ tamen & decore maiestatis ornamenta seruauit. Nam & ce-
lebrata illa dicendi genera/ quorum tria Gellius/ Macrobius quattuor enarrat/
ex commentationibus ipsius/ nec impendio colliguntur: ibi copiosum/ in quo

Ci. dominari fertur / breue quod Saluſtio aſcribitur Siccum Frontoni datum/ pingue & floridum in quo Plinium & ſymachum laſciuiſſe prodiderunt / At forte copiam hanc Brutus non uocaſſet elumbem/ nec Saluſtius immoderatam/ Siccitatem quoqꝫ frontonis humectatã / Saluſtij breuitatem elongatã/floridam pinguedinem Plinij latiori in campo deportatam/non difficili recto iudicio orator depræhendet. Adde his Liuij lacteum fontem forte ſine patauinitate (ut ille inquit) adiectis floſculis plurimis Apulei. Verum non hic in mutuata a græcis phyloſophia ſe exercuit/non in atticis noctibus/nõ in fictis ſaturnalibus ad laudandã prope Vergi. æneidem fabricatis : non in Romana hiſtoria: non in mera hiſtoria naturæ altiſſimis difficilibuſqꝫ ſpeculatibus uacua: ſed in admiranda illa mundi fabrica in inceſſendis ſacroſanctæ catholicæ eccleſię hoſtibus deſudauit in eliminãdis Aſtrologis fatigatus eſt. In theologicis quæſtionibus excutiendis in Ari. & Platonis concordia laborauit / in enarranda ſacra eloquia incubuit / In cõmonendis & adhortandis amicis nauauit operam. Verum hanc(de qua agimus) eloquentiam tm̃ aberat ut affectaret/ ut eos potius clamaret qui pigmentata lenocinia ſcrupuloſius exquirentes/ omnes ingenij uires in ueſtigandis uocabulorũ originibus accõmodabant: Quæ oĩa plurimos eo ꝑpenſius in eius admirationẽ conuertere/ ꝙ inter eorũ litterras diu & propenſiſſime uerſatus eſſet/ qui latinas litteras eloquentiæ floribus refertas/ non ſunt profeſſi: patiantur hæc æquo animo nimij antiquitatis amatores: nam hæc & ſi conciſius cõpendioſiuſqꝫ/tamen eo forte uerius/quo me doctiores: & Hermolaus Barbarus/& Baptiſta carmelita/& Marſilius ficinus/ & Mathæus boſſus/& pleriqꝫ alij doctiſſimi & eloquentiſſimi uiri prodidere. Bibliothecas amplas tam latinorum ꝗꝫ græcorum incredibili celeritate & perlegit & excerpſit: Nullaſqꝫ (ſi modo facultas data) commentationes illectas præterijt. De priſcis eccleſiæ doctoribus tantum cognitionis adeptus fuerat quantum credere difficile eſt: etiam in eo qui in ipſis ſolum euoluendis totum uite tempus conſumpſiſſet. De neotericis uero theologis qui eo ſtilo ſunt uſi/quem Pariſiẽſem vulgo nuncupant tantum iudicij apud eum reſidebat/ ut ſi quis ex improuiſo abſtruſam illorum cuiuſpiam/ maleqꝫ explicitam / quæſtionem enucleandam petijſſet: tanta ingenij fertilitate adaperiebat/tanta ſolertia reſerabat/ut diceres doctoris illius uniuerſa dicta præ oculis & innumerato babuiſſe/ cunctaſqꝫ pari modo familias agnouerat: cunctas ſcedas excuſſerat: nec uni illorum ſic addictum credas (ꝗ noſtris hominibus mos eſt)ut ceteros aſpernaretur. Ipſe enim a teneris ſic inſtitutus fuit: ſic animatus: ut in illis ueritatem quæreret pariqꝫ honore: quouſqꝫ illa elucesceret inuenta: quoſcunqꝫ ueneraretur priuata affectione nudatus: quid tamen de ſingulis ſentiret: qui in vniuerſum famoſiores habẽtur: in Apologiæ proemio: cum de Barbaris / Græcis/ Latiniſqꝫ phyloſophis : proprietates : peculiareſqꝫ laudes rettulerit/uidere datur. Thomam uero aquinatem quando interloquendum de his phyloſophis theologisve: qui Gallico more diſceptando ſcripſere: mentio fieret præ omnibus laudare conſueuerat : utpote ſolidiori præ alijs ueritatis Baſi nitentem : Eum quoque in Heptaplo noſtræ theologiæ ſplendorem nominat. De hoc percunctatus creberrime: & a me ipſo : idem reſpondit. Nec oppoſitum ſuadere cuiquam debent nonnulla quæ in eius apologetico continentur diſputanda : alioquin Thomæ opinionibus ex profeſſo aduerſantia cum iuuenis admodum eſſet : gloriæque tunc cupidus : in urbe celebratiſſima Gorgiæ leontini more: quaſcunqꝫ tutãdo partis famam aucuparetur. Adde ꝙ ex decem millibus propoſitionum tribus tm̃ aut quattuor non conſentire: ſed & aduerſari id nõ conuincunt. Diſceptandi porro peritiſſimus fuit : frequenteqꝫ & impenſiſſimã operã

litterarijs agonibus: dum ferueret animus impedit. Eo obiectam te facile: Scoti acumen & uigilantiam/Francisci acrimoniam: copiam & multitudinē areoli deprehendere potuisses: nec deesse nodos illos multiplicibus flexionibus complicitos: nec tam titillantibus argutijs: q̃ grauitate subnixos. Eo respondēte Thomę fortitudinem & robur: Alberti amplitudinem conspexisses. Verum his conflictibus nunciū pridem remiserat: & magis atq; magis id muneris indies perosus fuerat: adeoq; detractabat: ut Herculi estensi Ferrariensium duci/& internuncijs: & se ipso enixissime postulanti. Vt dum generalis Prædicatorum fratrū Synodus Ferrariæ celebraretur: disceptare non ægreferret diu obsequi reluctatus fuerit multis tamen rogatibus annuens principi illi cuius amor in ipsum non mediocris extiterat morem gessit. Vnde datum est ambigi solertior ne an eloquētior: Doctior an humanior appareret. Ex ore quidem disceptantis talis semper animi patebat alacritas: ut de re comi/& placida potius: q̃ subacida & difficili altercari uideretur: quapropter qui ab ore pendebant audientes: in mirum eius amorem excitabant. Sed frequens ei adagium inerat: munus id esse dialectici: non philosophi. Aiebat item eas disputationes prodesse: quæ placido animo ad uestigandam perquirendamq; ueritatē priuatis in locis: semotisq; arbitris/exercebātur. At illas obesse plurimum quæ in propatulo fiebant: ad ostendendā doctrinam uel ad captandā vulgi auram: atq; imperitorum applausum: Vixq; posse fieri omnino censebat: ut honoris cupidini: qua frontiuagi illi disputatores exagitantur: inseparabili uinculo annexus non sit illius cum quo disputatur desiderium infamiæ confusionisq;: letale vulnus animæ uenenūq; charitatis mortiferū: latuit eum nihil omnino: quod pertineret ad captiunculas: cauillasq; sophistarum & suiseticas quisquilias: quæ calculationes uocantur: hæ mathematicæ cōmentationes sunt/subtilioribus/ne dixerim an morosioribus excogitationibus naturalibus applicatæ. Verum & si in eis esset eruditus: ac eiusmodi scriptiones legisset/quas forte ad plenum non nouit Italia (Nulla enim tam inuia & inaccessa litterarum reperiri poterāt: quæ illius uestigio lustrata abunde explorata non essent) odisse tamen & detestari uidebatur. Valere meo iudicio earum communē usum animaduertens: ad sociorum parandam infamiam labefactandamq; in replicando memoriam: ueritati uero inueniēdæ: cui indefessam operam nauandam arbitrabatur / aut nihil/ aut parum conducere. Sed ne plura consecter: lectoremq; detineam: compræhendam breui. Enituit aliquis eloquentia: sed inscitia rerum naturæ secretarum dehonestatus est. Alius peregrinas linguas. Sed uniuersa philosophorum decreta non calluit: priscorum alius inuenta perlegit: non noua dogmata concinnauit: scientiæ ab altero hominū tm̄ & humanæ gloriæ causa non christianę Re.P. emolumento/& diuinæ/ & humanæ quæsitæ sunt. Ille uero cuncta hæc pari studio ita complexus fuerat: ut turmatim & coaceruatim in eum confluxisse uiderentur: nec ut multi qui non aliquo uno excellentes: omniū participes sunt. Sed in omībus usq; adeo profecerat scientijs: ut quamlibet ex his in ipso considerasses: eam sibi propriam & peculiarē elegisse iudicauisses: hæc quoq; eo admirabiliora erant. Cum a seipso ui ingenij/& ueritatis amore/quasi absq; præceptore assequutus esset: ut quasi de ipso: illud qđ de se dicebat Epicurus: possimus proferre. Se sibijpsum scilicet fuisse magistrum. Ad quos mirabiles effectus tam paruo temporis spacio producēdos quinq; ego causas conuenisse repperi/incredibile ingenium/tenacissimā memoriā / facultates amplas: quibus ad coemendos/tū nr̄æ/tum græcæ/tum barbaræ lingnę libros adiutus est. Septem quippe aureorū nummū milia retulisse mihi memoria repeto: in asciscendis sibi usq; ad diem illam: omnifariæ litteraturæ uoluminibus / erogasse:

iuge & infatigabile ſtudium contemptionē poſtremo terrenarū rerum. Huncigi-
tur ſi priſca illa ætas laconū tempore protuliſſet. Si Ariſtoteli credimus diuinū il-
lum uirum appellauiſſet. Sed uirtutes intellectus iam (ut arbitror) relinquendæ vi
dentur: & nūc præclaræ eius aīæ partes: quæ actiones ſpectāt ꝓſequēdæ: exactiſſi
miqꝫ mores in publicū educendi ſunt: ut flammatus ipſius in deum animus inno-
teſcat: ut erogatæ in egenos diuitiæ collaudentur: ut his qui tandē diuinæ legi ſunt
addicti: referēdi gratias in bonorū omniū auctorē ꝙ cumulatiſſime / paretur occa
ſio. Triennio igitur priuſꝙ diem obiret: ut poſthabitis dominandi curis in alta pa
ce degere poſſet ſecurus quo ſceptra caderent. Cuncta patrimonia quæ Mirandu
læ concordięqꝫ poſſidebat: hoc eſt tertiā partem earum mihi neſcio an dono an vē
ditione tradidit. quod factū poſtea Maximilianus Auguſtus. qui nobis eſt rex &
dominus: ut ita dixerim īmediatus (neqꝫ enim alium ut tot ſæculis: quot eſt exedifi
cata Mirādula atqꝫ Cōcordia niſi qui ſucceſſiue in regali imperialive Romanorū
throno conſideret recognouimus) cæſaria liberalitate firmauit: Quicquid autem
ex hoc negocio pecuniarū acceperat partim pauperibus elargitus eſt: partim in
emendis agris. Vnde & ipſe & eius familiares alerentur expoſuit: nominatimqꝫ
corbulas in agro Ferrarienſi multis aureorum milibus nūmum ſibi comparaue-
rat. Multa itidem uaſa argentea præcioſaſqꝫ ſuppellectilis partes in pauperū uſus
diſtribuit. Menſa mediocri contentus fuit retinente tamen nonnihil lautitiæ prio-
ris quātum ad fercula: & ad uaſa argentea ꝑtineret. Diebus ſingulis preces ad deū
ſuis horis effundebat. Pauperibus ſemper ſi qui occurrerant pecunias tribuebat /
nec eo contentus Hieronymo Beniuenio ciui Florentino litterato homini quem
pro magna in ipſum charitate: proque morum integritate dilexit plurimum de-
mandauerat: ut proprijs pecunijs ſemper ſubueniret ægenis. Nuptum quoque
uirgines traderet: eiqꝫ ſtatim ut erogatos nummos ꝙ primum reſtituere poſſet re-
nunciaret. Id enim muneris ei delegauerat: quo facilius ueluti fido internūcio pau
perum ciuium calamitates & miſerias: quę ipſum latuiſſent releuare quiret. Dedit
& ſæpius (quod ſilentio prętereundū non puto) de corpore proprio elemoſynas.
Scimus pleroſqꝫ (ut uerbis utar Hieronymi) porrexiſſe ęgētibus manum. Sed car
nis uoluptate: & illecebris ſuperatos: At ipſe propriam carnem diebus illis potiſ-
ſimum: qui Chriſti cruciatus & mortem noſtræ ſalutis gratia repręſentant / in ſum
mi illius beneficij memoriam: delictorūqꝫ expiationem cedebat meiſqꝫ oculis ſæ-
pius (cuncta in dei gloriam redeāt) flagellum uidi. Vultu hilari ſemper erat & pla-
cido: adeoqꝫ miti natura / ut nunꝙ ſe fuiſſe turbatum: multis etiam audientibus te-
ſtatus ſit. Recolo mihi interloquendum dixiſſe in nullum euentum (ut res peſſime
cederent) ira cōmoueri poſſe credere: niſi ſcrinia quedam deperirent: quibus elu-
cubratiōes eius & uigiliæ recondite ſtipabātur. Sed cum animaduerteret pro deo
optimo maximo eiuſqꝫ eccleſia laborare. eiſdēqꝫ omnia opera ſtudia: actiōeſqꝫ de-
dicauiſſe. & id fieri minime poſſe: niſi aut eo iubente: aut permittente: Confidebat
ſe non contriſtatum iri: o fœlicem mentem: quæ iam nullis poſſet aduerſis depri-
mi nullis quoqꝫ cōmodis (ut palam fiet) extolli. Non illum certe uniuerſæ phyloſo
phiæ peritia: non hebreæ / non chaldeæ / arabicæqꝫ linguæ. Vltra latinam & græcā
cognitio tumidum reddiderant. non etiam amplæ diuitiæ: non generis nobilitas
inflauerant: non corporis pulchritudo & elegantia. Non magna peccandi licētia
in mollem illam: & ſpacioſa multorum uiam reuocare poterant. Quid igitur po-
terat eſſe tam admirabile? quod illius quiret mentem peruertere? quid inꝙ ſupra
illum eſſe poterat? qui (ut uerbis Senecæ utar) ſupra fortunam erat. Cum illam ſiue
ſecundis flatibus tumidam ſiue aduerſis reflatibus humilem: aliquando contem-

pſerit ut eius mens Chriſto & ſupernæ patriæ ciuibus ſpiritali glutino copularetur: quod uel hoc argumento liquido percipitur. Quod dum eccleſiæ officia & dignitates a pleriſq; noſtri temporis (prohdolor) licitatas auctionataſq; : nõ paucos uideret expetere: flagitare/ſuſpirare/enixiſſime mercari. Ipſe a duobus regibus p̃ inter nuncios oblatas: teſtes adſunt grauiſſimi/ teſtis ego ſe ſacris initiari nolle reſpondens: repudiauit. Alter uero quidem cum ſæculi dignitates: & amplos reditus/ſe daturum ſpopondiſſet: ſi regem eius adiret: conſpicatus angelum non relinqui in quem ſe conderet ademptaq; eſſe cuncta ſuffugia: tale illi dedit reſponſum: Vt intelligeret ſe non dignitates: aut diuitias expetere/ſed potius/ vt deo & ſtudijs uacare poſſet: illas neglexiſſe. Ferrariæ quoq; cum ex amicis quidã Pandulpho collenutio piſaurenſi iuriſcõſulto: perſpicacis ingenij uiro: & multifariæ lectionis quo amico familiariſſime utebatur: ſuaſiſſent: ut eum adduceret et quibuſcunq; rationibus poſſet ad cardinalatus dignitatẽ petendam: uel certe ſi eam pontifex offerret (quod multis futurum uidebatur) amplectendam. Idq; Pãdulphus ſubhæſitans pertentaſſet: quippe qui non ignarus eſſet: omnia illum malle: q̃ huiuſmodi honoribus commiſceri: ipſe qua erat animi magnitudine reſponderi protinus propheticum illud: per epiſtolam iuſſit. Non ſunt cogitationes meæ: cogitationes ueſtræ: contemplans forte de bonis eccleſię: quorũ pars maxima pauperibus hæreditario iure debetur: magnificos ducere apparatus nõ oportere. Sanctiſſimorũ item hominum exempla ante oculos poſita. Ambro. ſcilicet Auguſtini/Martini/ cæterorumq; qui epiſcopatus dignitatem oblatam effugerunt. Diuq; id muneris anteq; obirent detractauerunt. Quid quod & non modo ab cardinalatu ipſo Sed & ab ſuprema ſummi pontificij poteſtate ſanctiſſimum Cœleſtinum ſe abdicaſſe legerat: ipſumq; totius Chriſtianæ Reipublicæ humeris onus excuſſiſſe: onus uere cum ſubeuntibus maximum paretur pręmium inuitis ſcilicet & parendi tantũ iuuandiq; gratia illud amplectentibus perſuaſiſſimũ erat: uiro philoſopho non eſſe laudis cumulaſſe diuitias: non quæſiſſe honores: ſed renuiſſe. Et umbratilem renuendo gloriam ueram adipiſci quæ ſemper uirtutes ceu comes indiuiduã & aſſecla comitatur. humanam gloriam uel pro nihilo habebat. Aiebatq; ſæpius famam uiuis non nihil mortuis minime profuturam: tantumq; propriam eſtimaſſe doctrinam agnouimus: quantum utilitati eccleſiæ: & eliminandis/ explodendiſq; aduerſis erroribus conduceret: quin etiam ad eam perfectionis metam perueniſſe percepimus: ut ſcilicet parum curaret: ſi eius comentationes non ſub proprio nomine publicitus ederentur: dum tamen idipſum quod ſub Pici nomine facturę fuerant: afferrent hominibus emolumenti minimumq; alijs amplius affici libris prętercq; ueteri nouoq; teſtamento ætatiſq; reſiduum in eis ſemper uoluendis: cõſumere ſtatuiſſe: niſi publica eum ſtimularet utilitas: cum uideret tot & tanta quæ conceperat: & parturierat: paſſim ab omnibus non efflagitari modo: ſed & immatura exigi. Minutulumq; quantulumcunq; deuoti / uel ſeniculi / uel aniculæ affectum in deum/pluris q̃ omnem eius humanarum diuinarumq; rerum noticiã faciebat. Admonebatq; ſæpiſſime familiares interloquendum: Vt animaduerterẽt quantum laborant nutentq; mortalia quanq; caducum & fluxum quod uiuimus q̃ firmum & ſtabile quod ſumus futuri. Siue ſcilicet detrudamur ad inferos. Siue ſubleuamur ad cœlos: hortabaturq; : ut ad deum amandum conuerterent & incitarent mentes. quod opus præponderaret cuicunq; : quam in hac uita habere poſſemus cognitioni: hoc etiam in libello ipſo de ente & uno luculentiſſime eſt exequutus: quando ad angelũ Politianum: cui librum nuncupauit in ipſa diſputatione: conuerſus hæc uerba effatus fuerit. Sed uide mi Angele: quæ nos inſania teneſ

at:amare deum dũ sumus in corpore plus possumus ꝙ uel eloqui:uel cognoscere amãdo plus nobis ꝓficimus/minus laboramus:illi magis obsequimur: malumus tamẽ semper per cognitionẽ nunꝙ inuenire quod querimus: ꝙ amando posside re id quod non amando frustra etiam inueniretur:Illud quoq; diui Francisci:tan tum scit homo quantum operatur:illius in ore frequens fuerat. Cæterum liberali tas sola in eo modum excessit:tantumq; aberat/ut aliquid curæ terrenis rebus ap poneret:ut etiam incuriositatis neuo macularetur. Ab amicis quoq; sepius admo nitum comperimus:ut in totum diuitias non contemneret. Asseuerantibus id sibi probro dari:cum uulgatum foret:siue id uerum siue falsum:furti dispensatoribus præbuisse occasionem nihilominus mens illa: quæ semper contemplandis/ per scrutandisq; totius naturæ consilijs inhærebat: demittere se facile non poterat: ad hæc infima abiectaq; pensiculanda. Memini dum Ferrariæ cũ eo obuersarer: ob sonatorem pagella quadam oblata expensarum approbationẽ expetere:quo ui so mirabundus extiti:percunctatusq; illum mentem ne ad id quod retroactis tem poribus neglexerat/apposuisset:respõdit familiaris:non modo ab eo efflagitasse: sed exegisse:ut id subiret officij:quibus ut morẽ gereret factitauerat:tm̃ uero curę: quantum prius habuisse: Quinetiam dum eius dispensator primarius/ eum inter pellasset:ut eius pecuniarum quas per multos annos contractauerat dispunctio nem fieri iuberet:quo securius menti suæ consuleret. Atq; eiusmodi libros coram attulisset talia eidem uerba respondisse percepimus. Scio me ꝙ sæpissime abs te & potuisse & posse fraudari. Quapropter liberatione expensarum harum opus non est. Si tibi debeo ꝙ primũ nummos exoluam. Si mihi debes uel in præsentia/ si potes/uel in posterum si nõ adest facultas debita relue. Amicos uero semp mul ta indulgentia tractauit/ quibus cum hortatorijs ad beneuiuendum locutionibus uti solebat:hominẽ noui qui dum eius doctrina fretus & fama secum loqueretur: & haberetur sermo de moribus duobus tantum ipsius uerbis commotum: ut uia uitiorũ deserta mores reformauerit. Verba fuerunt eiusmodi: Si Christi mortem nostri amore perpessam præ oculis haberemus:propriã quoq; itentidem cogitã do caueremus a uitijs modestiam & cõmitatẽ in eos admirabilem exhibuit: quos non a uiribus.aut fortuna probatos:sibi deuinciendos duxerat/ sed a moribus & doctrina:eos tamen qui quantulumcunq; pollerent litteris uel saltem bonarũ ar tium studijs:nauos aptosq; inspiceret/diligere consueuerat. Similitudo nãq; amo ris est causa:& erga sapientem uirum:ut teste Philostrato: Apollonius inquit:affi nitas quædã est.scientiã quoq; perficere hominem: qua homo est: perfecta uero bonitatem consequi super aliosq; probos esse diligendos non ambigitur. Cęterũ nihil ei intolerabilius ꝙ (ut uerbis Oratij utar) superba ciuium potẽtiorum limina Militiam quoq; sæculi & coniugale uinculum perosus fuerat:interrogatusq; inter iocandum quid ei ad alterum subeundũ onus: ferendumq; & necessitate cogen te & optione data/leuius uideretur:hesitabundus aliquãtulum/ nutabũdusq;:nec non pauxillũ subridẽs:coniugiũ respondit cui nõ tm̃ esset & seruitutis annexũ:& periculi quantum militiæ:libertatem enim supra modum dilexerat quam & natu ra sic affecta:& philosophiæ studia suggesserant. Vagũq; ob id plurimũ extitisse illum autumo:nec propriam sibi unꝙ sedem delegisse: licet Florentiæ sæpius: & Ferrariæ quandoq; cõmoraretur: quarum alteram ciuitatem sibi quasi domiciliũ præstituisse putauerim:quod scilicet in ea post Bonnoniã primum litterarum stu dia coluerat: illiusq; princeps eum mirifice diligeret.quadãq; ueluti affinitate con iunctus. Vtpote ex cuius ego sorore scilicet Blancha Maria Estensi natus sim/nec etiam longe nimis esset a patria/quando triginta tantum passuum milibus ab Mi

randula orientem ſolem uerſus Ferraria diſtet. Alteram ſiue aeris amœnitate: ſiue
plurium amicorum ſuauitate: ſiue ingeniorum ſubtilitate dilexit plurimum: & in
coluit: quos inter litterario amore duos ſibi potiſſimũ deuinxit Angelum ſcilicet
Politianum uirum græce: latineq́ doctiſſimũ: necnon uariarum litterarum florum
refertum: ac prope uindicem Romanæ linguæ: Alterum Marſilium ficinum Flo-
rentinum hominẽ omnifaria litteratura redolentem. Sed maximũ ex his qui nũc
uiuunt. Platonicum: cuius opera in academicis ſibi uendicandis: uſus fuerat. Ex-
terioris latriæ cultus nõ multũ diligens fuerat: nõ de eo loqmur quẽ obſeruandũ
præcipit eccleſia (geſtaſſe hũc quippe præ oculis eum uidimus) ſed de his cerimo-
nijs mentionem facimus: quas nonnulli poſthabito uero cultu dei: qui in ſpiritu
& ueritate colendus eſt: proſequuntur/ & prouehunt. At internis affectibus feruẽ
tiſſimo deum amore proſequabatur. Interdũ etiam alacritas illa animi prope mo-
dum elangueſcebat/ & decidebat: Maiori quandoq́ nixu uires aſſumens adeoq́
in deũ exarſiſſe illũ memini. Vt cum Ferrariæ in pomario quodã de Chriſti amo-
re colloquentes longis ſpaciaremur ambulacris: in eiuſmodi uerba proruperit.
Tibi hæc dixerim/ in arcanis recondito. Opes q̃ mihi reliquæ ſunt abſolutis: con-
ſummatiſq́ elucubrationibus quibuſdam egenis elargiar: & crucifixo munitus:
exertis nudatiſq́ pedibus: orbem peragrans/ per caſtella/ per urbes/ chriſtum præ
dicabo: accepi poſtea illum mutauiſſe propoſitum: & prædicatorum ordini ſe ad-
dicere ſtatuiſſe interim eorum quæ conceperat operum quæq́ inchoauerat matu
rabat editionem. Sed. M. cccclxxxxiiij. anno redemptionis noſtræ. Dum ipſe ſe-
cundum & trigeſimum ętatis annum impleret. Florentiæq́ moraretur: inſidioſiſſi
ma correptus eſt febre: quæ adeo in humores & uiſcera graſſata eſt: ut nullũ non
medicamentorum genus adhibitum contempſerit: eumq́ omnino naturæ ſatiſfa
cere intra tertiũdecimũ diem coegerit. Sed quemadmodũ in infirmitate ſe geſſerit:
licet eo tempore ab eo procul eſſem: narrare tamen non deſinam: quæ ab grauiſ-
ſimis teſtibus: qui aderãt acceperint. Quale illud cum poſt ſumptum euchariſtiæ
ſacramentum. Sigillum ei crucifixi Chriſti offeretur: ut inde plenos amoris hau-
ſtus ob ineffabilis illius paſſionis noſtræ ſalutis gratia memoriam. priuſq́ exha-
laret animã: ſumere poſſet fortiſſimum dũtaxat aduerſus quæcunq́ aduerſa: mu-
nimen ualidiſſimũq́ contra iniquos dæmones propugnaculum. Interrogantiq́
mox ſeniori. An firmiter crederet/ veram eſſe illam dei ueri: ueriq́ hominis imagi-
nem: qui qua deus eſt ante tempus: & euum ab ipſo patre deo: cui æqualis in om-
nibus genitus eſſet: deq́ ſpirituſancto: qui & deus eſt/ ab ipſoq́ & patre: quæ tria
unum ſunt coæternæ manente in utero Mariæ/ ſemper uirginis: conceptus eſſet in
tempore/ qui famem/ qui ſitim/ qui labores/ qui æſtus/ uigilias perpeſſus eſſet: qui
demum pro contractis ab Adæ ſemine ſordibus noſtris abluendis: proq́ reſeran
da ianua cœli maxima: qua genus humanum charitate complectebatur præcio-
ſiſſimum ſanguinem: & ſponte & libentiſſime in ara crucis effudiſſet. cæteraq́ id
genus recenſeri quandoq́ ſolita. Non modo ſe credere: ſed & certum eſſe reſpon-
derit: & item illud cum Alberto pio ſororis filio: quem nominauimus inter huius
uitæ initia iuueni/ & ingenio/ & bonarum artium ſtudijs & moribus conſpicuo
eadem ratione qua Alexander ex aphrodiſiade: & Themiſtius in auſcultatorio-
rum librorum proemio fortitudinẽ e phyſicis contemplatiõibus ſumi contra mor
tis metum declarauit quam mox ſentẽtiam uſurpauit Auerroys conanti inquam
Alberto mortis confinia reddere placabiliora: in hunc modum uerba reddiderit
Non illa dũtaxat ratione pacari animum: non finem mortis cruciatibus poni: ſed
hac potiſſimum ꝙ dei ſui offenſis: terminus iam poneretur: quando breuiuſculũ

uitæ eius tempus:crebriores in deum offensas: non contenturum arbitraretur. & illud præterea quando pluribus ex prędicatorum collegio probatissimis testibus & Alberto ipso paulo ante citato reuelauerit. Cœli reginam ad se nocte aduentasse miro fragrantem odore:membraq; omnia febre illa contusa: contractaq; refouisse:seq; morti oīno nō concessurum promisisse. Hilari placidoq; ore instrato:dū ægrotaret:iacuisse compertum est. Atq; inter mortis aculeos quos sustinebat: quasi cœlos sibi patefactos cerneret loqui solitum: salutantesq; omnes & operam suā: ut moris est:pollicētes blandissimo ab eo sermone & receptos & exosculatos. Ab seruis item omnibus: si cui molestus forte fuisset: ignosci sibi postulasse certiores facti sumus:quibus ante acto anno testamento cauerat. Victum alijs/& tegumentum: dum uiuerent alijs pecunias pro meritis erogari. Hæredes Florentini xenodochei pauperes instituit:eorum dūtaxat: quæ moueri non poterant. Mobilium uero Antonium mariam fratrem. Quanta uero molestia eius obitus infimos & sūmos omniū gradus affecerit. testes sunt italiæ principes. urbes & populi. Testes hi reges/ quos supra citauimus. Testis iterum Caroli galliarū regis benignitas & gratia:silentio non prætereunda. Cui cum Florentiam aduentanti/ ut inde Romā peteret/Neapolitanū regnum expugnaturus/graui eum laborare ægritudine nūciatum fuisset. Duos statim medicos ad eum/legatorum etiamnum fungentes officio:uisitatum & opitulatum/ipse transmiserit/ litterasq; quas & uidimus & legimus propria subscriptas manu dedit/plenas & humanitatis & earum pollicitationum: quas & magnanimi regis beniuolentissimus animus/ & præclaræ uirtutes ægrotantis exigebant. Ei quippe tum fama notissimus erat tum quadam familiaritate coniūctus/Nam ab eo in gallijs/dum parisios inuiseret:honorifice exceptus fuerat: enimuero qui eum dum uixit toti orbi/ & multis sæculis admirandū præstitit ita eius obitum non minus celebrem: & inauditum celebrari decreuit/ quocirca ea in præsentiarum referenda puto/quæ meis auribus hausi/dum Florentię quo illius infirmitate percepta/licet non tempestiue me contuleram/ in æde sacra/ quæ sanctæ reperatæ dicitur Hieronymum sauonarolam Ferrariensem ex prędicatorum ordine/uirum & theologię consultissimum/& præclarissimum/ famatissimumq; sanctimonia/sacras habentem ad Florentinum populum conciones/audirem. Sed prius sacrarum litterarum ignaros/ Apulei uerbis/ admonere consiliū est. Ne crassis auribus/& obstinato corde/ea putent mendacia: quæ auditu noua: uel uisu rudia:uel certe supra captum cogitationis ardua videantur: quæ si paulo altius explorauerint non modo compertu euidentia: Verumetiam factu facillima sentient. Is igitur e pulpito declamitās:quæ sum dicturus cunctis qui aderant insinuauit. Arcanum tibi o Florentia pandendū est: quod equidem ita uerum est/ q̄ prouerbium illud apud te frequens Ioannis euangelium. Subticuissem profecto. Sed ad dicendum compellor:& qui mihi præcipere potest:ut hæc palam facerem/ imperauit. Neminem porro uestrum puto fuisse:qui Ioannem Picum Mirandulam non nouerit/magnis ille a deo beneficijs:magnisq; gratijs cumulatus:multifariaq; præditus disciplina fuerat:nulli forte mortalium tam celebre obtigit ĩgeniū. Magnam in eo iacturam fecit ecclesia. Arbitrarer/si diutius ei uitæ spacium prorogatum fuisset:cunctos qui octingentis abhinc annis decessere/ ob scriptionū monumenta:quæ reliquisset excelluisse/ hic mecum obuersari solitus erat secreta palam facere:ex quibus noueram internis eum locutionibus a deo ad religionē citari/unde afflatibus hisce obseq cupiens:nō semel obtemperare proposuerat: Verū diuinis bn̄ficijs male gratus uel ab sensibus euocatus detractabat labores (delicatæ quippe temperaturæ fuerat)uel arbitratus/eius opera religionem indigere/ dif-

ferebat ad tempus hoc tamen non ut uerum:sed ut a me cõiectatũ: & præsumptũ dixerim:Ob id duobus ei annis flagellũ interminatus sum/si opus: quod ei deus patrandum proposuerat:negligenter exequeretur. Rogabam fateor deum identi dem:ut cæsus aliquantulum uiam:quæ ex alto eidem ostensa fuerat tãdem capes-seret.Non hoc quæsiui: quo perculsus est non hoc putaueram ad id deo decretũ fuit: Vt uitam hanc relinqueret:præclaræq; coronæ in cœlis præparatę partem a-mitteret famaq; & nominis celebritatẽ:quæ ad summum cumulum:si uixisset/fue rat habiturus:ad plenum non assequeretur. Verum benignissimus iudex/clemen tissime erga ipsum se habuit. Atq; ob elemosynas larga & effusissima manu pau-peribus elargitas:& orationes quæ ad deum instantissime effusæ sunt/ effectũ est: ut nec eius anima in sinu patris adhuc super cœlos exultet: nec ad inferos deputa ta perpetuis tormentis crucietur.Sed purgatorio igni ad tempus mancipata tem-porarias pœnas luat:quod in hac parte libentissime dixerim:ut qui eum nouerũt: & hi potissimum/qui eius beneficijs cumulati fuere suffragijs adiuuẽt.Hęc & plu ra alia uir dei clara uo ce asseuerauit.Se addens non latuisse:ob mendacia eiusmo-di: si qua miscerentur/ uerbi dei præcones dignos effici: de quibus æternum su-meretur supplicium:necnon adijciẽs diebus aliquot: hæc sibi in uniuersũ fuisse cõ-perta.Sed ꝓpter uerba quæ uirginem dixisse sibi ægrotus affirmauerat: nutabun dus stetisse formidasseq; diu:ne ille dæmonũ opera fuisset illusus:quando ob eius mortem uirginis pollicitatio frustraretur. Verumtamen innotuisse sibi defunctũ: æquiuocatione mortis deceptum.Cum illa de secũda & æterna locuta fuisset.Hic de prima & temporaria credidisset:quod si quis dixerit hominem hunc uel hypo crisi fuisse mentitum/uel fantasmatis ludificatum/uel dæmonum pręstigijs circũ-uentum.Is nisi aut male de fide sentiens/ aut mentis emotæ sit fateatur necesse est/ deum multifarie fœlicitatem eorum miseriaq;/qui animam effudissent uiuẽtibus & reuelasse iam/& reuelare posse.Eodemq; temporis spacio/ eos quibus hæc pa-lam fiunt certiores reddere/se a non uisis/aut spectris illudi/ sed uera esse/quæ aut mente/aut oculis cernant & uideant.Tantæ uero & doctrinæ & auctoritatis uirũ tante probitatis & prudẽtiæ/quorum in Aristotel. philosophiam/ compendiaria theoremata/monitiones publicæ/pręclarissima interpretamenta: in sacra eloquia futurorum contingentium/prædictiones/quæ euenisse ad lineam/ omnis uere no uit Italia/sanctissimaq; uitæ cõuersatio testatissimam pridem fecere fidem.in prin-cipe templo tam celebratæ urbis/hæc ut uera / ut inconcussa tenenda/tot millibus hominum ueritate non comperta pronunciasse/ nemo nisi maleuolus inficiabit. Adde ꝙ dũ nõ nihil super id negocij sciscitarer uirũ qui sermoni interfuerat/ adijs-se concionatorem audiui/ac eidem / ut ea plus haberent roboris / quæ uulgauerat retulisse defunctum uallatum igne sibi apparuisse/& professum ingratitudinis ad huc pœnas dare.Quinetiam monacha quædam multis præclara uaticinijs/quæq; ipsi dum uiueret multa futura prædixit/ quæ adamussim euenere/ inter reliqua. Hoc unum protulit biennio anteꝗ̃ e uita migrasset: eum liliorum tempore opera & hortatu fratris Hieronymi (de quo mentionem fecimus) prædicatorum fratrũ collegio se dicaturum.Eodemq; tempore Florentinam quandam familiam (quã pactiam nuncupant) tunc exulantem/ ad patriam redituram complures ad quos hæc fama peruenerat/ super hac liliorum nomenclatura demirabantur / loqui eam arbitrantes de verno tempore quo lilia florescunt: Sed lilium hoc Galliarum regem extitisse compertum est talibus utentem insignibus qui pridie ꝗ̃ ille reli-gionem uoueret:ita enim nouerat anteꝗ̃ moreretur/& quatriduo postꝗ̃ extorris illa familia se contulit in urbem patriam / magno comitatu Florentiam ingressus

est iter per hetruriam faciens / Neapolitanũ regnum ui & armis in ditionem uin-dicaturus. Verum anteꝗ̃ finem faciam: prefari iterum paucula in calce operis nõ inutile puto. Videor enim mihi uidere ad reuelationes has/ueluti ad lunæ umbrã baubantes molossos/ quibus adhuc offula(prioribus fortasse nõ contentis)obiici enda est: ne frustra latratibus aera uerberẽt: Video item dementibus excuti risum Video his qui sciolos se arbitrentur/summoueri ludum: qui forte ob non postha-bitum religionis ingrediende salubrem afflatum igne torqueri animas non debe re contendent/ nec diuino afflatos spiritu tempestate nostra reperiri homines/qui Christi colloquiis perfruantur. At si peccata non morte sed uenia digna purgato rio igni esse plectenda arbitrarentur/iustos etiã pœnas dare non mirarentur. Item si seruum qui uoluntatem domini sciens non adimpleuit/teste ueritate/multis ua-pulaturum non ignorauerit/hunc qui dei uoluntatem nouerat & implere distulit & si a noxis quibusꝗ̃ aliis fuisset immunis supplicia luere non extasim pateretur. Alia ex parte rudem & insulsam eorum astutiam mirari satis non possum/ qui cũ Christum pro hominibus mortuum credant / eosdem homines alloqui eundem facile posse non credant. Vehementioriꝗ̃ argumẽto uirginis matris/ angelorũꝗ̃ beatorumve hominum spirituum affatibus participes / eosdẽ mortales homines non posse fieri/animaduertendum eis profecto foret inferiora omnia per superio ra gubernari Dionysio etiã areopagita teste in libro de Hierarchia cœlesti/sepera tisꝗ̃ mentibus inferioris gradus & naturæ/quibus hominum cura demãdata est/ per superiores mentes/quæ iterum uel a supremis / uel ab ipso deo diuina myste-ria hauriunt/illuminari hominesꝗ̃ diuino afflatos spiritu easdem reuelationes ac-cipere/hominum multitudini cum expedit patefaciendas/ sacrosancta hæc diuini tatis lex: quod ab eodem Dionysio libro cœlestis Hierarchię edocemur ut per pri ma sequentia ad augustissimam lucem subuehãtur / ignari proculdubio sunt di-uinarum litterarum/insolentis quoꝗ̃ & peruicacis ingenii nam in illis conspici da tur diuina futura mysteria non tantũ per bonos sed per scelestos homines/& pseu do prophetas quãdoꝗ̃ patefacta/quid prohibet huic fidem habere qui & doctri-na & tot uirtutibus pollet/multaꝗ̃ iam futura/quæ nunc euenere prædixit. & hoc non somniculose testatus sed asseueranter affirmans. Adde ꝙ Aristotelis philo-sophia/his non reclamet / & Platonica suffragentur licet pro graui testimonio nisi scripturæ diuinæ auctoritatem non acceperim / sed extraria hæc quandoꝗ̃ citare non absurdum est: ut maleuolorum tela in auctores maiore ui/ ꝗ̃ uenerint/reuer-tantur. Verum ad nosmetipsos iam redeundum est: quibus non tam mœrendum est: ꝙ talem amisimus/ ꝗ̃ quod habuimus/& habemus/gratias agendum regi / cui uiuunt omnia. Quippe qui mortalis uitæ munere perfunctus/diuꝗ̃ cum habitã-tibus cedar: quos luce non pauca perfuderat/conuersatus inaccessibile & infinitũ supernæ patriæ lumen iamiã ingrediens ineffabili diuinitatæ nobis etiam in dies laturus opem sine fine fruetur.

FINIS.

IOANNES FRANCISCVS PICVS MIRANDVLA ANTONIO FAVENTINO PHILOSOPHO INSIGNI. SALVTEM.

q Vanq; Ioannis Pici patrui mei obitu studiorũ meorũ alacritas oĩs & spes quæ quasi tota in eo reposita fuerat elãguit: quippe cum fu turum sperarẽ eo uiuente ut philosophię studia ad castitatẽ pristi nam: sed magnis ditata opibus reuocarẽtur: christianaq; fides eli minatis ĩ uniuersum erroribus hæresibusq; depulsis ualidissimis in aduersos hostes turribus muniretur. Non tamen sic animo cõsternatus sum: ut totis uiribus non laborauerim ne uigiliæ omnes inchoatæq; lucubrationes quæ ab homine illo in litteris undequaq; admirando profluxerant penitus deperirent: quo circa mihi ipsi nostrisq; hominibus consulẽs q̃ maximis potui itineribus Florentiã contẽdi: dediq; operam qua potui ratione ut quæcũq; ab eo notata fuerant licet inexpolita & inexcussa in nostrã permitterentur potesta tem nõ inanes oĩno fuere conatus nostri: nam & si adapertę adhuc tabulæ nõ essent nec notus hæres adaperta nihilominus ita scrinia fuerunt ut commentatiões cunctas inspiceremus uersaremusq;. Vidimus in chartaceis illis dispersis codicibus incredibile hominis studium: lectionem omnimodã conceptus supra captus humanæ mentis admirabiles. Verum in redigẽdis scriptionibus non laudandam incuriositatem: hinc inde disiecta dissipataq; omnia/sed de his alias. Dum hæc diligẽti cura euolueremus opusculum eius de uno & ente quattuor ferme ante occubitum annis emissum una cum tribus in ipsum a te perscriptis epistolis earũq; responsis in manus incidit: quibus ob rei nouitatem non perlectis modo sed hau stis sed pene ut aiunt deuoratis (rumore enim id factum agnoueram: sed quid mo menti allatum esset exploratum satis non habebam) Mecum cogitare disceptareq; occepi an illud publicitus alijs cum operibus quæ in unum redegeram: & publicanda censueram impressoribus dare deberem nulla tuarum obiectionum habita mentione. An consultius fieret si & oppugnatum hinc offensaculis inde ꝓpugnaculis promunitum exiret in publicum. Post longam rei discussionẽ postre ma tandem menti sententia sedit. Sane doctis hominibus obuiam factum notas infamiæ ferre uideretur. Sic accusatores non tantum expauesceret: Sed & in iudicium citare recte quasi parum fidens conscientiæ non auderet. pariter quoq; ut re sponsis comitatum iret oportunũ esse uisum est ueluti ad defendendam causam innocentiæ testibus: quod nostrum consilium laudatum iri a probis uiris non du bitaui: quando aut me pati oportuisset defunctum patruum hominem profecto de me meritissimum aliqua ex parte famigeratæ doctrinæ suæ tali non promulga to libello defraudari: aut eo solo progrediente nequissimis uituperatoribus ansam semper criminandi relinquere non accitis in forum quæ & obiectando & re pellendo pluribus utrinq; epistolis concinnata fuerant. At oblatis nonnullis litte ris Christophori Saxoli nostri & ciuis & medici: quibus quartam te super id negocij cudisse epistolam quæ responsione caruerat (ut aiebas) nobis significabatur: res in dubium reuocata est. Iterumq; sententiæ ancipitis factus pensiculandum exactius liberatum iam iudicium duxi quando postremus accusator urgeret causam: nec esset qui patrocinaretur: Inde meum subijt animum titillatio quædam suscipiendæ defensionis quo me tamen pro tutando silentio uerterem non erat in promptu. Mouebant hinc mentẽ hominis modestia in omnesq; benignitas: ingenij quoq; solertia & acrimonia: in enodandis diluẽdisq; etiã ex tp̃e dif ficilibus nodis inexplicabilibusq; scyrpis: ut scilicet arbitrarer ultimam epistolam

tuam non fuisse tuto delatã: cogitabã inde factu facile fuisse ut qđ rescripsisset: Si tamẽ fideli nuncio: tuæ sunt reddite epl'æ uel tabellariorũ incuria (fit enim id sæpe numero) uel alio quopiã casu in itinere periisset. Succurrit demũ in enodatiõibus priorũ quæstionũ tuarũ conquestũ illũ fuisse a te sæpius eadẽ iterari & de eisdẽ sæpius dubitari ob id statim totius cõtrouersiæ uestræ capita ꝑcucurri an. s. in primis responsionibus aliqua depræhẽdi possent ꝗbus monstrarẽ fuisse quartæ epl'æ satis in parte factũ anteq; scriberet. Successit ex uoto res tãtaq; repperi ad ꝓpositũ facientia ut si nõ uerbis quantũ fieri potuit obiectionibus ultimæ epl'æ respõderim adeo ut ipsarũ nodos ex priorũ quæstionũ tuarũ solutionibus apertos magna ex parte possis agnoscere. Addidimus multa a magnis etiã auctoribus ꝓ testimonio petita quæ oĩa non alia de causa factitata a me existimare te uelim: nisi ut rudiũ insolentiũq; philosophiæ & maliuolorũ iudiciis occurrerẽ ad quos forte cum ꝑuenisset fama quartã te ad patruũ meũ suꝑ ea controuersia dedisse epistolã cui nõ respondisset: tulissent actutũ sententiã (qui blacterõibus & inuidis mos est) alia quapiam de causa quæ iusta non esset rescribere Picum non curauisse. Alioquin mi Antoni etiam a principio susceptum opus libentissime omisissem. Tum ut controuersiis a quibus abhorrẽs sum & si iustissimã causam agerem nõ uiderer initiari. Tũ ut a uero philosophiæ tramite nõ deuiarẽ: quẽ post equos & arma (& si ꝗsdam litterarũ flosculos a pueris olfecerim) post magnorũ ducũ cõmertia Io. Pico patruo Ioanneq; mainardo nostro ducibus metiri occepi: qñ naturæ noticia nõ ad litterarios desudandos agones: sed ad naturæ ipsius conditorẽ agnoscendũ ordinetur philosophicæq; cõmentatiões suapte semꝑ sponte inuitare nos debeant ad penitissima diuinorũ eloquiorũ uestiganda sensa: hic studiorum oĩm finis his nobis iter reuelatur ad cœlũ: si tñ ea nõ gloriæ nostræ captandæ gratia excoluerimus sed ut deũ nostrũ & facilius cognoscere & feruẽtius amare possimus. Ut inde prõptius q̃ mandauit facienda ꝓsequamur: quæq; docuit uitanda fugiamus: En tibi causam suscepti huius mihi oneris tecũq; negocii explicatã: iustissima est ut uidetᷣ icirco æquo a te aĩo ꝑferenda: quin etiã arbitrari forte potui ut his nr̃is uti possem ueluti internunciis in auspicata mihi iam tecũ contractaq; Ferrariæ beniuolentia confirmanda. Nam cũ proximis diebus istuc appulissem qua es humanitate me inuisere dignatus es. Atq; interloquendũ de litteris deq; morte patrui ac eius operibus multis inchoatis nec consumatis: percepta opinione mea respondẽdi. s. tibi soluendiq; argumentatiões tuas tantũ abfore ostendisti ut offendereris: ut etiam quod facturus eram laudaueris. Sed ipsum iam negocium aggredientes primæ obiectioni dissoluendæ manus in primis admoliamur. ea est huiusmodi:

¶ Non ideo dictũ est deum ens non esse ꝙ esse in deo pro essentia est: sed quia esse non est aliud ab essentia: qđ longe diuersum est: alioquin ipsum esse lapidis quod sibi pro essentia est nec ens esset: nec bonũ. esse em̃ lapidis non est essentia sed ipm̃ sibi & esse suum & sua est essentia cui uel facilime respondebimus. Sed iubebo in primis eorum te meminisse quæ ab ipso huiusmodi rei gratia sunt ꝑscripta ne pugnantia ille uerba protulisse uideretur. In eo quippe commentario de ente & uno (quod etiã in tuarũ obiectionũ responsis cõmemorauit) Amelium Iamblicũ Syrianum compluresq; Platonicos qui deum ens non esse dixere non modo nõ ꝓbauit: sed toto tractatu principaliter hoc egit: ut non solũ ex Aristote. uerũetiã ex Platonis dogmate ostenderet deũ & esse & dici proprie ens. Sed & aliquã loquutionis rationẽ esse monstrauit quã qui sequeretur non absonũ erat a ueritate deũ appellatõe entis eẽ maiorẽ. Atq; ob id hoc a se factitatũ est/ut & Dionysii auctoritatis & Thomæ ratio haberetᷣ ne oĩno ut eius uerbis utar insanire uiderentᷣ doctis

ſimi ſanctiſſimiqꝫ uiri qui id dixerunt deū ſcilicet nō eē ens. Sed ſuper ens quā ſen-
tentiam alter milies repetiuit: alter quandoqꝫ uſurpauit: Sed redeamus ad nos. Cū
ergo hoc modo deum ens nō eſſe dictum ſit hac ratione id prolatū aſſerimus qđ
eſſe in deo pro eſſentia ſit. cui opponis nō hac ſed illa aſſertū ratione qđ eſſe dūta-
xat nō ſit aliud ab eſſentia. duo hęc diuerſa eſſe penitus exiſtimās/ego uero alterꝝ
alterius dicti aperitionē dilucidationēqꝫ eſſe cōtendo. Cum em̄ dicitur ens nō eſſe
deū: quia in eo eſſe ab eſſentia diſſeparatū: nō ſit nil aliud affert q̃ eſſe in deo eſſe
ſibi pro eſſentia: nec per hanc orationē. ſ. eſſe in deo nō eſt aliud ab eius eſſentia: iu
dicatur nobis eſſentiā in deo eſſe: ut per uerba illius contra quē argumentatus es
liquido ꝑſpicitur: nam tuā obiectionē patruus confutauit quæ hāc ipſam materiā
cōcernebat inquiens: nō em̄ Platonici cū id aiunt intelligūt eſſe in deo eſſentiā &
eſſe/ſed in eo nō differre. At eſſe in deo locū eum habere quē in rebus alijs habet
eſſentia: ut ei pro eſſentia nihil ſit aliud q̃ ipſum eſſe. ꝙ aūt incongruū oīno credas
ipſum lapidis eſſe nō poſſe dici ens & bonū mutabis forte ſententiā ſi cōſideraue-
ris q̄ a Thoma aquinate qui quaſi controuerſię iudex a uobis aſcitus eſt in prima
parte ſumme q̄ſtione. xlv. articulo. iiij. dicant̄ palamqꝫ cognoſces ipſum eſſe qđ in
eſſentiæ compoſitionē cadit nec ens nec creatū appellari debere q̄n formas om̄es
non ſubſiſtentes & accidentia cæteraqꝫ id genus magis coexiſtentia & concreata
q̃ creata & entia nūcupari poſſe ꝓnunciet. Qua propter ab eius ſectatoribus po-
tiſſimū Capręolo cum de entis & eſſentiæ diſtinctione fit quęſtio eſſe ipſum crea
tarum rerū nec in uerorū entiū nec in creaturarū numero recipitur: ꝙ ſi entis ap-
pellationē nō ſuſcipit proculdubio nec boni cū ens & bonū ſe mutuo cōſequant̄
pariqꝫ ambitu reciprocēt. Secūdo loco hunc in modum argumentaris ſi in nega-
tionibus & priuatiōibus quid ſint q̄ri nō poteſt. cū igitur ſint nō ſatis eſt ad quæ-
ſtionē quid eſt formandā ſcire rem de qua quęritur eſſe/ſed amplius ſcire oportet
& eſſe & aliquid eſſe quærēti igitur ꝗd eſt ridicule ac irrationabiliter reſpondetur
ens aut aliquid ſiue ens primo mō ſiue ſecūdo modo capiat̄. Quod ſi q̄ratur quid
ſit peccatū uocabuli potius eſt q̄ſtio q̃ rei: Cui obiectioni reſpondemus nō illum
unq̃ dixiſſe in priuationibus & negationibus nō poſſe quæri ꝗd eſſent. Sed non
poſſe reſpōderi ꝗd Thome gratia protulit quē te ſuꝑ hoc dubitante in prioribus
epl̄is uerū ne. ſ. eſſet an falſum citauit his uerbis uerū eſſe fatearis oportet niſi de-
ſeras tuū Thomā: qđ & nos etiā ab Egidio Romano in ſecūdo cōmentariorꝝ lib.
in theologicas ſnīas aſſertū eſſe reperimus. ſatis em̄ eſt ad quæſtionē quid eſt for-
mandam ſcire eam rem eſſe de qua ſciſcitatur: neqꝫ neceſſarium eſt ut qui quid res
ſit ueſtigaturus eſt: ſciat rem eſſe aut aliꝗd primo modo/ſed ſcđo tantū hoc eſt eā
eſſe. Quod ſi contēderes te intellexiſſe quæſtionē eam formari poſſe cui poteſt af
firmatiue & recte reſponderi. Primū ſi putas quæſtionē illam non poſſe recte for-
mari niſi res de qua quæritur ſit talis ut per eā quæſtioni illi reddi reſponſum que-
at tecum non uenio. Ariſtotelis enim ſententia eſt percūctari poſſe centaurus ſit/
nec ne centaurū tamen tale nō eſſe ut per eū quæſtioni an eſt poſſit reſponderi cū
mera ſit fabella/merū figmentū. pariter quoqꝫ aduerſor ſi credis hoc idem quærē-
tem noſſe oportere: nam plus ſcire eum non oportet (ut oſtēdimus) qui recte quid
ſit res ꝑcunctatur: q̃ eā eſſe. qui ergo nouerit rem eſſe aliꝗd nō ridicule reſpōdet̄
eā eſſe aliꝗd neſciēti cuipiā & de hoc percūctāti. ꝙ uero interrogātes ꝗd res ſit do
cere nō cōſueuerimus eā tm̄ uel ens eſſe uel aliꝗd ut abſolutius reſpōdeamus eue
nit: nā exploratū habentes eā eſſe aliꝗd adhuc quale nā ens eſſet rimarentur. eorū
igitur nō ſolum exprēſſe petitioni: ſed & ueſtigādi deſiderio ſatiſfacimus cum cō-
ceptas & non prolatas quæſtiones ipſorū noſtris reſponſionibus ꝓueniendo diſ-

soluamus. uerba vero illa ꝙ si quæratur quid est peccatũ vocabuli potius est quæ
stio ꝙ̃ rei quę illius obiectioni contra te factæ fuere responsum nõ multũ momen
ti attulisse videntur: cum enim tu prius argumentatus esses ex Thomæ sententia:
ens videlicet iuxta primũ modum uocari qđ quæstioni quid est respõdetur: quæ
rentiq; quid esset quod mundũ conseruaret & moueret rationabiliter deũ respon
deri: ex quibus colligebas deũ primo modo esse ens & aliquid respondit ille uide
quantum fallaris malum scđ'm Thomã tale non est ut quærenti de eo quid sit pos
simus aliquid respondere uel ens: & tamen quærenti quid est peccatũ respondere
possumus quod est malũ: ideo nihil tibi tua suffragatur responsio hæc: scilicet qđ
si queratur quid est peccatum uocabuli potius est quæstio ꝙ̃ rei. Nam non nimis
est quæstio nominis (quanq; hic & ibi diuersa ratio) quid est quod mundũ guber
nat ꝙ̃ quid est peccatũ cum ille qui mundũ gubernat deus / scilicet quidditatẽ ut
recentiores loquuntur nõ habeat: quod & omnes præter eos qui in prædicamen
to eum collocant apertissime confirmãt. Et ut sanctissimus ait Dionysius nr̃ę post
apl'os principes theologiæ ipsius nec nomen est nec diffinitio: q̃netiã nec illis q̃ an
tea dixisti tuũ hoc responsum cõsonat qñ prius malũ ipsum nõ esse nihil sed posi-
tiuũ aliquid dixeris: nũc uero ipsius nominis tantũ formari quæstionẽ cõfitearis.
¶ Opponis tertio his uerbis si aliquid est ens ideo iuxta positionẽ tuam est ens ꝙ
esse est scđ'm rem aliud ab essentia aliud est (inquis) humanitas aliud homo aliud
albũ siue albedo aliud res alba: igitur si idea ẽ ens ideo erit ens ꝙ esse ideę est aliud
ab idea. Idea autẽ deus est esse igitur ideæ est aliud a deo: est igitur in deo composi
to scđ'm rem non solũ scđ'm rationem. Quibus dicimus iam responsum esse. Nã
cum eodem fere medio quo nunc es usus in tertia epistola argumentareris respõ
dit ille compositionẽ illam entis & essentiæ in diuinis scđ'm rationẽ esse non scđ'm
rem. huius igitur hypotetici syllogismi quẽ adducis. primã ꝓpositionẽ ueram esse
inficiamur: nã & si in creatis rebus essentia ab esse re differat nõ ob id sequatur ne
cessarium est quicquid quoquomodo dici ens possit ex essentia & esse siue existẽ
tia tanq; ex partibus cõponi ideæ igitur q̃ creatarũ rerũ exẽplar est essentia & exi-
stẽtia re distincta non conueniunt. Sed hæc a nobis in ea fit composito: cum illã ut
exemplar causam essentiæ & entis siue esse & existentiæ: quæ in creatis rebus in-
ueniuntur perpendimus: quam compositionẽ pariter & distinctionem simpliciss
simis etiam rebus applicamus & scđ'm rationẽ quando eam intellectus noster fa-
brefecit uocitamus hanc Peripathetici frequentissime usurpant vulgatam / ut in-
quit ille ab Antipatro repetitam / a Possidonio commemoratam in epistolis a Se-
neca. ea propter hunc in modum ideam scđ'm rationem ex essentia & existẽtia di-
cere possumus esse compositam. & ens uocare eam / scilicet ut exemplarem creatu
rarum ex esse & essentia re differentia compositarum considerantes: quam com-
positionem in deo non ponimus quando eum non ut aliorum exemplar / sed ut in
penitissimo suæ diuinitatis recessu se ipso fruentem contemplamur.
¶ Quarto inquis iuxta denominatiuorũ definitionẽ unus ab unitate denomina-
tiuum est: deus autem iuxta tuam positionẽ ex similitudine unitatis unus dicitur:
non ergo ad substantiã dei spectat prædicatio qua Platonici dicunt deus est unus
præterea cum dicimus / deus est unus / non quid sit / sed quomodo sit significari pu
tas: modus autem ex accidentium est genere: non igitur uocabulum unius in deo
substantiuũ est ꝙ uel platonicã sectam non didicerim uel gręcã linguã ignorẽ: nõ
enim id satis est ad tutandã academicorũ disciplinam. Sed facilis responsio cũ eñ
dictum sit a platonicis unũ quod de deo enunciatur esse substantiuum & nõ de-
nominatiuũ tantũ probe assertum est & iterũ cum asseueratum sit unũ dici / quia

vnitati similis sit non est incongruũ: nec ꝓpterea dici potest non esse substantiuũ nam & si nomen aliquod ex rei cuiuspiã proprietate aut similitudine cuidam adaptetur non ob id sequatur necesse est nomen illud non esse substantiuum quando id pro substantiuo nomine accipiatur: quod non per modũ adiacentis / sed per se stantis significet. unum uero quod de deo prædicatur per modũ non inhærentis / sed stantis intelligi adeo clarum est ut probatione non egeat. habes itaq; proprietatem a qua nomen accipitur cui applicatur nõ auferre hoc quod est esse substantiuum: nam Thomas tuus imo noster cum in locis aliis tum in prima parte illud ad quod significandũ nomen imponitur ab illo a quo imponit̃ differre refert: uerbi gratia: hoc nomen lapis ad significandũ substantiã illam quæ sic nuncupat̃ imponi ab ea itẽ proprietate sibi cognata qua scilicet pedẽ ledit uocitari edisserit: unde & alio loco docet a grammaticis fore usurpatũ ut scribant nomen substantiam cum qualitate denotare: quod & Ioãnes Scotus libro primo cõmentariorũ suorũ in sententias affirmat. Vnum igitur mi Antoni cum de deo annunciamus uere & ut substantiuũ nomen est enunciamus / quia. s. per modum stantis & concipimus & prædicamus: rursus cum ab unitatis similitudine eiusq; ꝓprietatibus impositũ dicimus ueritati quantũ fas nobis est ꝓpinq̃mus / quia scilicet cõuenienti uocabulo utimur ad indicãdũ quanq; longe ineffabilẽ illam super oĩa creata deitatẽ cum ita omniũ quæ sunt principiũ sit quemadmodũ numerorũ omniũ principiũ unitas est: & hisce uerbis etiam colliges alterius argumenti tui solutionẽ de modo quod de genere dũtaxat accidentiũ esse profaris posse: scilicet in hac ꝑdicatione: Deus est unus quomodo deus unus sit significari & nihilominus unius uocabulum in deo substantiuũ esse. si a quo auspicetur nomen & ad quod denotandũ rei tribuit̃ consideraueris: potes etiã breuiuscule ex uerbis patrui solutionẽ tuæ dubitatiõis agnoscere: cum ait / quomodo tu Platonicoꝝ potius q̃ Dionysii rationẽ sequi me dicis: cum nec Dionysium nec Platonicos ut magna etiã uoce gloriaris unq; legeris: At scias idem esse apud Platonicos dei typum esse unitatem: & apud Dionysium deum unice omnia expeditiorẽ solutionẽ non posset quispiam recte desiderare: nam cum dei typum esse unitatẽ dicitur ad similitudinẽ & modum: cum uero fertur deum unice esse omnia ad substantiam referendum est: quæ tamen esse eadem penitus asseueratum est: quin etiam apud grecam linguam quam illæ probe nouerat abstractum & concretum significari quandoq; potest eadem uoce.

¶Ad quintæ dubitationis tuæ solutionẽ afferendã non opus est multis. Ait ille si deus non esset & aurum esset esset aurum & non esset aurum. Tu addis hæc uerba igitur esset aurum. q; si diffinitio ueri constat: erit uerum nulli quadrans ideæ. Adde obsecro & hæc paucula quæ scilicet ex eius uerbis sequi dixit & agnosces quomodo erit uerum nulli quadrans ideæ. Quid inquam? impossibile scilicet impossibile parit: & ideo nõ mirum est si ex propositiõe tua impossibili sequi facias quicquid uolueris: Nam si deus nõ esset & aurũ esset erit uerũ nulli quadrãs ideæ: cum ex impossibili gignatur impossibile his non solũ dialectici / sed etiã theologi adstipulantur. Si em̃ Ioannẽ de Bachone Carmelitã interroges an fieri possit: ut aurum sit & deus nõ sit in primo sententiarũ respondebit tibi non aliquã omnino rem qualiscunq; ea sit intelligi posse nisi prius deus intelligatur: cum autẽ de intellectu cunctarũ rerũ sit colliges tu an extra omnẽ controuersiã etiã apud nouicios dialecticos pronunciari possit aurum esse & deum non esse fore impossibile. Sed de hoc iterũ in calce operis uerba faciemus si Cardinalẽ cameracensem postea cõsulueris. audies hominẽ in omni etiam philosophia exercitatũ in primo cõmentariorum in sententias dicentẽ ex quolibet impossibili contradictionẽ sequi.

¶Sexto loco dixisti si neq; uerum neq; falsum esset sedere socratẽ quod ille asseru
erat eo ꝙ necessariũ non esset defendere te posse non in quolibet negationẽ uerã
esse uel affirmationẽ cum in quolibet aut una / aut altera necessariam non habeat
ueritatem: quam obiectionẽ soluentes respondemus orationẽ hanc Socratem.s.
sedere ueritatẽ aut falsitatem quantũ de se est sibi non necessario determinare: nec
propterea sequi de quolibet affirmationẽ uerã non esse uel negationẽ: uerũtamẽ
si eo modo quo ipse docet intelligis negare etiã poteris in quolibet sic affirmatio-
nem aut negationẽ ueram esse ut altera pars necessario uera sit: ait enim me sedere
aut uerum aut falsum semper est: quia semper ego aut sedeo aut non sedeo. & qđ
dicitur me sedere nec uerum nec falsum / hoc est propositionẽ hanc ex se sibi / nec
ueritatem nec falsitatẽ determinare. quod faciunt ꝓpositiões necessariæ. Sed cum
fieri possit ut & sit uera / cũ scilicet sedeo / & sit falsa cũ non sedeo / ex seipsa ad utraq;
indeterminata est. Preterea aduersus nonnulla eius uerba de bono & malo uero
& falso / quæ in rebus & anima fore protulerat instas hoc modo. Si bonũ & malũ
sunt in rebus / uerum & falsum in anima: ubi est tua affirmationis & negationis
oppositio. Negatio enim nihil ponit / quomodo etiã Chymera in rebus est & aĩa.
si est omnino nõ ens & falsa cum nõ ens / & malum mutuo cõuerti putes. Sed oro
attendas animaduertasq; malũ & bonũ ea ratione / in rebus etiam pronũciari quia
attendatur circa res / quomodo uerũ & falsum circa animã. nõ est enim uerum &
falsum in rebus / ut scribit Aristoteles. vi. primę philosophiæ libro. sed in mẽte nec
propterea sequatur / necesse est ut res q̃ omnino mala est res uera sit: uerum etiã il-
lud & falsum de quibus eo loci mentionẽ facit Aristote. complexa sunt: nec item
sequitur si bonũ & malum in rebus sint ob id ea opponi nõ posse contradictorię:
quia malum quod in rebus esse ꝓnunciatur nõ ideo dicitur in rebus fore ut illud
aliquã esse rem intelligatur. sed quia attenditur consideraturq; circa res ipsas hoc
est in quantum res perfectionibus priuat: & ut non bona sint efficit. Chymera ue-
ro ipsa in rebus non est / quia omnino non ens est & oĩno mala: tamen si fieri pos-
set a natura ut esset res esset & bona: falsa autẽ est quatenus nihil omnino existens
& nulli quadrans ideæ: nec etiã eam in anima esse affirmamus / sed ipsi Chymere
notionem: quæ ut res quædam est bona est & uera: falsa uero quatenus Chyme-
ram repræsentat cum ipsa Chymera & nihil sit & mala.

¶Probare post hæc credidisti cæcitatem esse ueram quod ille negauerat & si cæ-
citatem esse cæcitatem uerum esse nec esset inficiatus nec concessisset. Sed a longe
diuersa esse dixisset: huncq; in modum argumentatus es si cæcitatem esse cæcita-
tem uerum est / & quis nõ uideat cæcitatem esse ueram: idem enim sunt: sola enim
cæcitate posita ponitur hoc quod est cæcitatem esse cæcitatem & ablata aufetur:
unde eadem ratione Socrates: & Socratẽ esse Socratem idem est: & eadẽ genera-
tione utrunq; generatur: & per se deus quoq; & deum esse deũ idem: utrũq; enim
æternum & prima ueritas. Ego uero mi Antoni contra contendo quæq; eadem
esse affirmas inficior nam uno eorũ quẽ tu affers posito nõ ponitur reliquũ neces-
sario: nam sola cæcitate posita nullo intellectu considerante cæcitas quidẽ erit: nõ
tamen erit hoc quod est cæcitatem esse cæcitatẽ: quapropter etiam soluitur argu-
mentum de deo & de generatione Socratis. nam Socrates per se generatur: non
hoc quod est Socratem esse Socratem cum complexa non generentur. Licet quo-
q; tibi condonarem ea esse / idem adhuc non sequi dicimus / quod colligebas ob
diuersum modum significandi / complexę scilicet & incomplexę / cum nullius sa-
ne ualoris esset hæc argumentatio cæcitas & cæcitatẽ esse cæcitatẽ sunt idem: sed
hoc est uerũ: igitur & illud quia pari pacto sequeretur / hoc est complexũ: igitur &

illud quod abſurdũ eſt: cum cecitas nomen ſit ſimplex non complexũ aut enucia-
tio aliqua aliud: igitur eſt cæcitatem eſſe uerã aliud cæcitatem eſſe cæcitatẽ uerum
eſſe. Et quanq́ hæc pro patrui defenſione ſufficerent: attamen ne credas plures tu-
tandi propugnandiq́ modos deeſſe: utq́ abſolutior ueniat ad te reſpõſio ſcias ue-
lim iuxta Gregorij Ariminenſi ſententiã dicere me potuiſſe: & ſi ſola cæcitate po-
ſita poneretur hoc quod eſt cæcitatẽ eſſe cæcitatem non propterea corrogari colli-
giq́ neceſſario ea eſſe idem: negat enim hanc conſequentiã & multas huiuſmodi
omĩ alio a deo circũſcripto deus eſt ergo deus ẽ deũ eſſe. Cardinalis quoq́ camera-
cẽſis negat oẽs orationes in quibus aliqd enunciatᷓ de oratione infinitiua ſignifi-
catiue accepta eaſq́ & falſas aſſerit & incongruas quod in ſuo primo ſententiarũ
libro uidere licet. Conquereris deinde falſum cũ hac conditione diuiſum non de-
buiſſe pronunciari hoc eſt ꝙdiu falſum eſt: idq́ hiſce uerbis enarras ſi falſum om-
ne ſimpliciter diuiſum eſt: quod probatum eſſe non negas dici nõ debuit falſum
quidam cum hac ſolũ conditione diuiſum eſſe hoc eſt ꝙdiu falſum. Si enim om-
nis homo ſimpliciter & abſolute eſt riſibilis conditionẽ nõ oportet adiũgere qua
reſtringas dicẽs. omnis homo eſt riſibilis ꝙdiu eſt homo: nec propterea reſtrictio
debuit adiungi ꝙ non omnia falſa ſunt æqualiter diuiſa aut falſa: nec enim omnia
entia ſunt æqualiter bona: abſolute tamen bona ſunt omnia. Sed diligenter eius
uerba perpende: quibus poteris omnẽ ſcrupulũ & dubitationẽ abijcere. Ait ille
omne falſum diuiſum nec omne falſum ex ęquo falſum: quia non eſſe falſum ex
ęquo diuiſum cum ęque falſa non ſint quæ non ſunt neceſſario & ſemper falſa: &
ea quę ſemper & neceſſario falſa ſunt: recte igitur Antoni dictio illa ꝙdiu adiecta
eſt: propterea quæ nõ ſemꝑ & neceſſario falſa ſunt quæ falſa: & ſi uera fieri vniriq́
poſſunt uel naturæ uel artificis opera: quod & tu in ſecundis obiectionibus dixi-
ſti: uerũtamen ꝙdiu diuiſa tamdiu falſa: ſemper uero falſa ſunt ea quæ nunq́ in
amiciciã redire poſſunt: ut in ſecundarũ reſponſione obiectionũ abũde uiſit. nec
ſiꝲitudo de entibus & de riſibilitate tibi impẽdio ſuffragãtur. Nã entia ſunt ſemꝑ
& abſolute bona. licetq́ non ſint æq̃liter bona aliaq́ alijs magis boni rationẽ parti-
cipent: tamẽ ſemper & neceſſario ſunt bona: quatenus eñ entia eatenus bona: nec
poſſunt fieri non entia & non bona: niſi redigantur in nihilũ. Sed poteſt cõmode
de falſo & diuiſo quod in complexione cõſiſtit non diuiſum & uerum fieri. ſimili-
tudo ergo non quadrat. Nam licet non omnia falſa æqualiter diuiſa: attamen qua-
tenus falſa & nõ unita & non uera ſunt. Adde ꝙ parũ turbare nos debuit hæc ob-
iectio. quis enim ambiget pronunciari poſſe hominẽ(qui abſolute & ſemper riſi-
bilis eſt)cum hac conditione riſibilem fore ꝙdiu eſt homo: an improbabitur hæc
loquutio a uiris doctis homo tamdiu riſibilis eſt: quãdiu homo eſt.

¶ Decimũ obiectionũ tuarum caput nihil aliud contra eum affert: niſi facile con-
ſtare potuiſſe quod dixiſti ſi ratio contrariorũ motuũ ſatis ei fuiſſet intellecta: at il-
le niſi excidit conqueſtus eſt te non probaſſe quot totiẽs ſequi dixiſti. ſ. ex contra-
rietate proſequendi & fugiendi contrarietatẽ boni & mali inferri inquiens: nam ſi
bonum qua ratione bonũ ſit expetendum malũq́ fugiendũ: ſintq́ fugere & appe-
tere contraria: quomodo ex hoc ſequi probas bonum malũq́ eſſe contraria: hoc
eſt quod tibi probandum eſt: ad quod tamen probandũ neq́ ullum unq́ uerbũ
feciſti/neq́ nunc facis: hec ille negans ſcilicet formam argumentatiõis tuæ: & hac
fortaſſe de cauſa cum appetere ipſum & fugere nõ ſint proprie motus contrarij:
ex quibus contrarios eſſe terminos colligi poſſit: & etiam ab ipſo Ariſtotele mu-
tationum aliqua contrarietas aſſignetur: ſexto phyſicæ auſcultationis libro quo-
rum contrarij non ſint termini: ſed contradictorij ens ſcilicet & non ens quando

generatio ab non ente ad ens proficiscatur: corruptio ab ente in non ens procumbat. Tu uero hanc iterum contrarietatem boni & mali pertractasti: nec aliam adduxisti probationẽ: rationẽ porro contrariorum motuũ diligenter illũ prospexisse: etiã ab ipsis ut aiunt unguiculis nõ ambigas: quinimmo sæpius non modo tuas aduersus eum de hac cõtrarietate rationes propulsauit: sed etiã contra te egit quando in secunda epistola deduxit hanc tuam probationẽ: non solũ inferre malum & bonũ esse cõtraria: sed cõtradictoria esse cõtraria: secũdo cũ tela tua in te retorserit hoc modo bonũ & malum secundũ te sunt cõtraria: & utrũq; contrariorũ est aliquid positiuũ: & secũdũ te non ens est bonũ: ergo secundũ te non ens est aliquid positiuum & aliquid & ens conuertunt: ergo secundũ te non ens est aliquid positiuũ. Cum in tertia dixisses epistola refugere eum ad simplicium relictis latinis interpretibus quantum ad oppositionẽ boni & mali pertineret respõdit ille quasi mirabundus: cur tu qui Boetianus esse soleres & Barbarorũ irrisor eos tunc rideres qui posthabitis latinis interpretibus Grecos sequebãtur interpretes uel cõmodissime innuens te sentire perperã si grecos philosophos magnifaciẽdos non esse duceres: quos Boetius quẽ magno habes in præcio summo in honore semper habuisset hisq; & præceptoribus & ducibus usus esset: quibus replicas rem non esse admiratione dignam ꝗuis dixeris latinos nõ negare Aristotelẽ quem Simplicius non negat &c. Sed mihi non uidetur Simpliciũ negare Aristotelẽ cum recte interpretet: nec apparet latinos interpretes euariare ab Simplicij snĩa: qñ eã tota mente cõplectanť & exequanť operibus si demiratus est negatũ a te latinos expositores Simpliciũ nõ sequi in maiorẽ forte stuporẽ incidisset: si te latinos nõ negare Arist. quẽ negaret Simplicius ꝓtulisse itellexisset: porro Simplicius quicq; illũ sunt sequuti Aristo. mentẽ plane elucidant cũ ea ratione bonũ & malum contraria esse dixerit: ꝙ alterũ contrariorũ semper habeat rationẽ mali & deficiẽtiæ quo circa primo physicę auscultationis libro contraria semper scd'm melioris peiorisq; inuicẽ rationem comparari tradidit Pythagoreos etiã imitatus: qui duos rerũ ordines statuere: quorũ alter sub bono alter sub malo contineretur: ususq; sit in ratiocinatiuis libris frequenter externis exemplis hanc expositionẽ: ut inquit ille thomas tuus nõ solũ latinus: sed & inter latinos præcipuus nõ solũ refert: sed & probat cui etiã nos ut Egidiũ in secundo sentẽtiarũ & alios multos Burleũ scilicet & Esculanũ idẽ sentientes annumeramus: quinetiã & Ioan. Scotus cathegorias Aristotelis exponẽs adstipulatur huic nostræ sententiæ inquiẽs: si bonũ accipiatur prout cum ente cõuertitur malũ esse nihil & sic bono nõ esse cõtrariũ. cum enim utrũq; contrariorũ extra controuersiã sit aliquid positiuũ necesse est ut quod nihil sit in rerum natura quale est malũ contrariũ esse pronunciari non possit. & licet malũ tu nihil esse negaueris ad Thomã prouocãs: ipseq; opinioni tuæ non modo nõ suffragetur: Sed & abunde refragetur: quod etiam patruus in margine tertiæ epistolæ satis ostẽdit ab re tamen fore nõ putamus uel paucula obiter etiã & in transcursu ꝓ patrui opinione perstringere monstrareq; non solũ Thom. in ea opinione fuisse ut malum esset nihil: Sed cateruatim plures philosophos & theologos illustres in hanc sentẽtiam pedibus manibusq; descendisse. Augustinum inuenimus de moribus manicheorum differentẽ dixisse nullã naturã esse malũ: pauloq; post ne quid pro natura intellexisse foret ambiguum subiunxit: & ipsa natura nihil est aliud ꝙ id quod intelligitur in suo genere aliquid esse. Vidimus Egidium Romanũ in primo commentariorũ libro in patrũ sententias scriptũ reliquisse malũ secundũ quod malum puram esse priuationem & nõ aliquid: eoq; modo esse aliquid pronunciari posse quo & ipsum nihil aliquid esse dici potest quando utriq; possint nomine aliquo

nominari:In secundo quoqꝫ earundē commentationū libro malū non habere ut eius uerbis utar quidditatē ob idqꝫ nō posse responderi quæstioni quid est affirmat:nihilqꝫ aliud de ipso esse quā nomen.uerbaqꝫ itidē Aristotelis de mali & boni oppositione:iuxta patrui mentē interpretatur dogmatisqꝫ Simplicij & aliorū proborū Aristotelis interpretū:consentit &.s.propria nō esse genera pronunciās:sed aliorum contrariorū proprius genera dici debere cum alter rationē positiui habeat altero non habente:nullūqꝫ contrariorū secundū se esse non ens : sed aliquā naturā & existentiā.id ipsum Gregorius Ariminensis testatur in cōmentarijs in secundum sententiarū librum malū scilicet ipsum non esse aliquā ut ipsius utar sermone entitatem:sed puram priuationē. hoc idem sensit perspicacissimi uir ingenij Robertus olchot quæstione prima cōmentariorū suorū in secundū theologicarū sententiarū librum.hoc idem pleriqꝫ alij iudicauere quos in pręsentiarū adducere mihi scribenti tibiqꝫ postmodū legenti fastidiū fortassis afferret. satis erit quantū ad presens negotiū attinet hos numerasse potissimū cum alijs obiectionibus dissoluendis:de hoc iterū oportuerit uerba facere quando illis in locis de malo mentio sit habita. Sed ut eo redeamus unde digressi sumus. Boetiū tantū ex latinis oībus contra Simplicium & reliquos illustres interpretes citare in iudicium uideris: quem si tantum latinorū numero dignaris ascribere is unus erit ex latinis expositoribus:non latini expositores qui tuę opinioni suffragari uidebitur. Adde ꝙ nec ille si eius mens probæ scrutetur nostræ sentententiæ reclamat cum quæstionem hanc nec exacte pensiculet/nec ultimo rimetur iudicio:sed solum quid Aristotelis uerba stricte & presse apprehensa expostulēt declaret:qui mos ei familiarissimus in primis editionibus fuit opiniones græcorum interpretum uarias secundæ editioni demandans scrupulose & anxie examinandas.

¶Cæterum probasse non modo illum: sed demonstrasse existimo quotienscunqꝫ daretur bonum & malū esse contraria:illico Chymerā aliquid esse in rerum natura absqꝫ ulla controuersia pronunciari posse: cuius contra te argumentis hoc tm̄ respondēs non perceptū scilicet ab eo qua ratione bonū & malum cōtraria dixeris:nihilqꝫ aliud pro te affers : quapropter nihil & ego aduersus te agam nisi & uidisse illum & percepisse cuncta quæ scripseras:& cum collibuit multaqꝫ de cōtrarijs dixeras recēsuisse:meū enim hoc in negocio consiliū est ultimas tuas obiectiones in patruū dissoluere: eas uero quibus ipse quoquo modo responderat silētio præterire uerūtamen si aliquid nō plene ab eo enucleatum tibi uidebitur quod a me & optes & expostules aperiri desiderio tuo satisfacere tentabimus : p quæ tua argumenta & dissoluendo & respondendo pro uiribus uagabimur:nō enim minutula quæqꝫ uerborū tuorū responsione carere iudicauit inconsonū : fatetur ille in primis litteris quædā esse omissa quibus nihil respōsum est:ne in leuibus rebus uerba prodigeret quædā leuiter tractata:ut q philosopho hoī res potius indicandas ꝙꝫ explicandas duxerit. Quæ uerba sic a te velim interpretari ut nōnulla quorum cōtrouersiæ notæ sūt etiā Gregarijs philosophis operæpreciū nō fuisse: abs te philosopho nobili aduersus celeberrimū & doctrina & fama hoīem adduci qui de rebus altissimis haberet sermonē:quiqꝫ ad ima hæc discutiēda nō sine dispēdio conceptoqꝫ de rebus difficilimis speculaminū descēderet. De hac tm̄ tua cōtrarietate sequēti rn̄sione cū de semiplenis priuatiōibus uerba fiēt nō nihil dicturi sumus.

¶Miraris præterea demiratū illum fuisse semiplenas a te fingi priuatiōes: quā rem non tam eo tempore ꝙꝫ postqꝫ iterum id tentare probasti in admirationē conuertisse illum existimo (si tamen ab eo ultimæ obiectiones tuæ uisæ sunt) dixerat ille aduersus te malū est nihil:ergo nō est semiplena priuatio. Tu uero eius argumen

tum hoc modo prosequeris egritudo mala est igitur nihil est, nō est igitur semiplena priuatio: est autem priuatio quædam egritudo: nō igitur est uel sanitatis uel boni cuiuspiam semiplena priuatio: sed plena potius & perfecta quod fieri nō potest imperfectæ igitur priuationes semiplenæ sunt ut ægritudo raritas: turpitudo cæcitas uisus perfecta boni imperfecta hæc tu ad uerbū. Ego uero mi Antoni libere dixerim hec tua uerba uel nihil contra ipsum faciunt quod ut clarius uideas ea sigillatim recensebo. Ais primo ex ipsius uerbis malum est nihil: igitur non est semiplena priuatio. Rectæ ambulas rursus ęgritudo mala est igitur nihil est: nō est igitur semiplena priuatio: huc usq; etiam probe progredieris: quia ægritudo quatenus mala eatenus nihil rursum ais: est autē priuatio quædā ægritudo non igitur sanitas &c. usq; in finem quibus uerbis falsum meo iudicio astruitur pace tua sit dictum quod ostendere conabimur. Cęcitas enim nō solum perfecta uisus priuatio est ut ais: sed etiam boni perfecta priuatio dici potest: quia totum illud bonum aufert quod nata est: auferre scilicet uisum quod non facit ophthalmia: licet etiam illa bonum quod nata est adimere perimat: illius uero quod nō est apta perimere nullatenus priuatio nuncupari possit siue semiplenā siue plenā dicas: priuatio eñ uel absolute consideratur scilicet ut habitū in cōmuni respicit: uelut ad certū & limitatum entis genus restringitur: puta ad sanitatē totius corporis ad oculū ad pulchritudinem: & cætera id genus primo modo accepta habitū aliquem particularē non priuat: quia priuatio omnimoda ut Dionysius inquit libro de diuinis nominibus uiribus omnino deficitur: secundo modo sumpta quæ singularis a Dionysio appellatur distinguente eam contra uniuersalē illum quē respicit habitū priuat: & hoc modo huiusmodi habitus: cui scilicet obesse nata est priuatio plena & nō alterius rei semiplena est. quis enim dicere auderet cæcitatem esse semiplenam priuationem hominis uel alterius boni quod esset in homine: priuatio igitur absoluta habitum absolute & propria: & particularis priuatio propriū & particularē habitum respicitt & eius limites non excedit. quapropter ægritudo plena priuatio est nō semiplena siue toti corpori eam ascribas siue particulari membro: febris enim perfecta priuatio est illius tēperaturæ quā nata est corrūpere ophthalmia: etiā & si non totius boni quod in oculo est: tamen alicuius boni perfecta & propria priuatio est: quia totum illud bonum quod nata est perimere perimit quando perfectam oculi sanitatem uisum uero nō auferat: & quatenus ophthalmia nihil aliud faciat. Turpitudo etiam quia totum illud bonum quod potest auferre scilicet perfectam partium compositionem quæ pulchritudo uocatur adimit perfecta priuatio est: & sic in reliquis cōsidera hoc etiā ex superabundāti dixerimus cæcitas qua cæcitas malū est: qua malū nihil est q̄ nihil nō semiplena priuatio: quia si semiplena aliquid positiui relinqueret quod non facit malum. Præterea nulla priuatio in se omne bonum priuat actu: ergo omnes priuationes essent semiplenæ priuationes quod est contra te: quia aliquas plenas aliquas semiplenas esse contendis connexio optima & necessaria: & quod assumpsimus hoc probamus argumento: cū nullum bonum unq; inueniretur: si totalis quædā & uniuersalis priuatio in rerū natura comperiretur: ut paulo ante ex Dionysij uerbis innuimus: malum enim priuat particulare bonū cum malum in bono sit & vniuersale malum uniuersale bonum perimeret si tamen inueniretur qđ fieri potest: & sic collige non semiplenas: sed plenas semper propriorum habituū priuationes reperiri.

¶ Decimæquartæ obiectioni quæ plures questiones continet sigillatim respōdeo: primoq; non omne malum boni aliquid relinquere nisi in aliquo intelligas subiecto quod malum ipsum non respiciat uel illud subiectum cuius habitus a ma-

lo ipso perimitur accipias: nec illum oppositum habitui quod tamen ei imponis
& pro hypotesi aucuparis asseruisse: nam ille malum aliquod inueniri quod om-
ne bonum ab eo natum auferri tollat penitus habunde testatus est cum in episto-
læ secundæ respōsione te de hoc commonuerit: hunc in modum scribens hoc cer
te considerare debueras: quod de imperfectis quibusdam malis ex ea quā adhuc
retinent bonitatis admixtione conceditur ad ipsum immixta absolutaq; mali na-
turā non esse transferendum. & ut planius ueritatem percipias non pigebit expli-
care uim distinctionis malum bifariam considerari potest absolute primo & sub
propria ratione mali: hoc est inquantum nihil secundo in quantum cuiusdam bo
ni priuatio est: hoc est particulare malū & hunc in modum malū acceptum boni
aliquid subiectum dūtaxat relinquit: quod non facit aliud malum quod omnino
non ens est & nihil quale Chymeram dicimus cum subiectum aliquod aut habi-
tum non respiciat: & hac de causa omnino malum ab ipso & absoluta immixtaq;
mali natura uocitatur: hocinq; malum quod ut Dionysij in libro de diuinis no-
minibus uerbis utar: quia subiecto caret nullo modo nusq; & nihil existens est.
Chymera uero & si potētia dici bona possit ob potentiam producendi ipsam quæ
in deo est: tamen nec ens / nec bonum denominari potest. Si enim hæc connexio
scilicet aliquid potentia bonum est: igitur bonum est uirium potens esset: in aucto
rem illius ictus retorquens: adducere eum putarem ut fateretur omnia quæ a deo
creari deberent: non autem ui naturæ fieri: & etiam quæ corrupta sunt aliquid
esse / & non esse aliquid. Nam si potentia creantis secundum eum & essent &
bona essent: igitur & necessario essent aliquid: cum aliquid & bonum conuer-
tantur parisque sint ambitus omnino. Quod uero aliquid esse non posset sic ar-
gumentabor ex nihilo aliquid fieri non potest: anteq; creetur Chymera secun-
dum te nisi creetur esse non potest. creatur igitur ex nihilo igitur priusq; crearetur
ex nihilo non esset aliquid: ob potentiam igitur bonitatis quæ in creatore est res
absolute bona denominari non potest: alioquin ut nostrorū dialecticorū sermone
utar fallacia secundum quid ad simpliciter committeretur. Mitto ea consulto quæ
afferantur contra opinionem illam de æternis (ut ita loquar) quidditatibus & po-
tentia obiectiua: & si illismet rationibus sententia tua infirmari forte posset: satisfit
enim desiderio nostro: si Chymeram dici non posse bonam probauerimus: adde
q & Auerroem in hac parte imitati: dicere possumus: ens in potētia: non esse ens:
quando in commentarijs in quartum metaphysices librum partitione quinta-
decima dixerit: id quod nō est actu nō esse ens. Ad illud quod iungis scilicet Chy
meram ob id ens esse: quia licet illa potentia producendi Chymeram in deo sit ni-
hilominus potentiam dei & Chymeræ esse aliam & aliam ratione. Respōdeo pri-
mo negare me posse: Dei potentiam & Chymeræ producendę diuersas esse ratio
ne. Secundo licet gratis tibi concederetur potentias / scilicet illas esse diuersas ad-
huc tua ratio quid probaret: cū Chymera ens nuncupari nequaq; possit ob poten
tiā se producendi q in deo esset: cū tm̄ absit potentiam illam nec Chymerā nec ali-
quid intrinsecum Chymerę enunciari posse: ut etiam distent in infinitum. Addis
præterea exclusa potentia dei & cogitatione nostra Chymeram non esse malam:
cum malum priuatio sit: quæ in subiecto participante bonitatem consistit: cui re-
sponsum uelim eadem distinctione qua paulo ante: cum Chymera subiectum ali
quod nō respiciat: sed absolute mala sit licet eam a nobis conceptam scilicet ipsam
notionem Chymerę quam mente gerimus: ut aliquid esse ita bonam esse: Chyme
ram uero ipsam nec aliquid esse nec bonam esse pronunciare possimus.

¶Præterea gestire uideris non improbatum quod attuleris solumq; simpliciū id

non dicere reſponſum eſſe.Item ais non dixiſſe te ſentire Ariſtotelem omne oĩno ens uel per ſe uel per accidens eſſe: nec Thomæ aliquid propterea falſum adſcripſiſſe. Verum & ſi tot ab illo quem defendimus hac de re dicta ſint ut a me uerba fieri opus non uideatur propoſuerimq; ſemel ab eo quoquomodo diſcuſſa non retractare: hæc tamen ex ſuperabundanti pro patruo dixerim Simpliciũ ſcilicet qui a te ſæpius in iuditiũ citatus eſt:contra te ſæpius teſtimoniũ tuliſſe:ꝙ patruus non ſemel in reſponſionibus cõminiſcitur. Rurſus ſcire uellem an defendendum ſuſceperis non omne ens:aut per accidens aut per ſe eſſe de mente Ariſtotelis. Ille enim quinto primæ philoſophiæ libro ſecat illud ens in ens per ſe & per accidens demum in ſubſtantiã & accidens ſecantur:quæ priori partitionis membro continebant̃ cum illud per ſe in decem partiatur genera: quorum unum eſt ſubſtantia: reliqua accidentia: uellem ego a te nunc libentiſſime doceri qualenam eſſet illud ens quod nec per ſe nec per accidens eſſet. ꝙ ſi forte diceres diuiſionẽ illam in ens per ſe & per accidens aſſignationem eſſe complexi entis / ut in primis obiectionibus prodidiſti: reſpondere non dubitarẽ te id oſtendere uere non poſſe: nec aut Ariſtotelis quapiam ſententia nec ratione idonea tuam opinionẽ fulcire: cum eo loco ariſtoteles ens per ſe in decem partiatur genera:quorum unum ſit ſubſtãtia: & nouem accidentia quæ complexa entia fore nemo credit quãdo aduerſum cõplexa diſtinguantur:eo ꝙ loci Auerrois dicat ens per ſe diuidi per dictiones ſignificantes genera prædicamentorum: dictio autem non eſt complexum ens. Sexto quoq; metaphyſicæ idem Auerroys dicit primam entis diuiſionem eſſe in per ſe & per accidens:prima autem eſſe non poſſet quando eam diuiſio complexi entis anteiret:nec apud Thomam reperitur quinto metaphyſicæ libro diuidi ens complexum ut aſſeruiſti. Credi uero non poteſt cum ens primo ſit partitũ in ens ꝑ ſe & per accidens illudq; per ſe ſit in decem genera ſubpartitum quæ incomplexa eſſe oſtendimus:aſſignari eo loci diuiſionẽ entis complexi:quando illud quod diuiditur de diuidentibus membris prędicari neceſſe ſit: hæcq; ob id & ſi parum ad negociũ pertineant:dicta ſint:cum nec illud tuũ dogma Ariſtotelicorũ interpretũ placitis nec rationi conſentaneũ primori fronte mihi uideatur:qđ ſi forte cõtrariũ probaueris: gratiſſimũ erit a grauiſſimo philoſopho qualẽ te profecto exiſtimo didiciſſe nõ nihil. Cęterũ dixit ille eatenus malũ priuationẽ eſſe quatenus priuatio formaliter erat negatio:cui aduerſaris inquiens non conſtare aliã non eſſe affirmationis negationiſq; oppoſitionẽ:aliam priuationis & habitus. nec propterea ſi malum eſſet priuatio boni:malum & non bonum cõuerti neceſſe eſſe:quibus reſpõſum uelim aliam eſſe priuationis oppoſitionẽ:aliam negationis: nec illum oppoſitum protuliſſe:ſed propterea etiamnum ſequi ꝙ ſi malum bono priuatiue opponatur:malum & non bonũ conuerti neceſſe eſſe. priuatio enim ut magnus ait Albertus libro primo phyſicę auſcultationis in quantum priuatio de ſe uel per ſe nõ eſt:eo ꝙ de ſe habet non eſſe:quinimo & ab Ariſtotele aſſeueratũ eſt in prima philoſophia priuationes eſſe de genere non entium: cum priuatio de ſe ſit alterũ extremũ contradictionis: & ideo cum malũ ſit priuatio boni & conſequutio nõ ens inquantum malũ eſt:malum etiam & non bonum conuertuntur: malum enim & nihil ut probatum eſt idem ſunt:nihil etiam & non ens idem non ens:item & non bonum idem:quia ens & bonum idẽ: quapropter rectiſſime dixit patruus negationem eatenus eſſe priuationẽ: quatenus priuatio formaliter eſſet negatio: nam etſi differant in hoc ꝙ una earũ ſcilicet contradictio mediũ non habet: ut ait philoſophus in libro primo analiticorũ poſteriorum. alia uno modo habeat: cum fiat ſimul cum oppoſito circa idem ſubiectũ:tamen quantũ ad propoſitũ attinet eſſent

idem cum priuatio de se negatio sit: & non ens nihil& ponat: quemadmodū probat Thomas pluribus in locis potissimū in tractatu de quattuor oppositis: si uero nō ens mala: si mala nō bona: ex quibus corrogare potes malum & nō bonū oīno cōuerti: & ne credas illustres homines defuisse qui hoc asseruerint. Audi Aristotelem dicentē bonū dici ęqualiter enti. Adde igitur per locū a contradictorijs malum non enti. Audi celebratissimū theologū Anselmū cantuariorū archiepiscopum libro de casu diaboli proferentē hec uerba: malū nō est aliud q̄ non bonum ex quibus colligitur constantissime malū & nō bonum se mutuo consequi.

¶Nullæ decimoseptimo in loco inter te & ipsum controuersiæ fuissent si diligentius libellum ipsum de ente & uno animaduertisses & quæcunq; in ea perscripta sunt cum de gradibus illis deq; ipsa caligine ad quam contemplantibus perueniri datur mentio fit ad memoriā reuocasses: uidisses in illis tribus primis gradibus posse de deo aliquid enunciari: in quarto minime ibiq; fenestram intelligentiæ librorum Dionysij apertam: qua commodissime poteras de hoc commoneri: nam nec negat ille: nec negare posset hanc loquutionem esse uerā deus est deus: eo modo quo nos possumus deum & concipere & enunciare: uidelicet in illis primis tribus gradibus constituti: sed tantum negat ullum prædicatū dei naturam uere posse explicare in illo dūtaxat quarto gradu caliginis: quod omnes etiam ut mittam theologos philosophi recte sentientes astruerent: cum uero hoc nomen deus qd' prædicati officium gerit in hac propositiōe deus est deus: non modo diuinā essentiam & naturam non explicet: & declaret: sed & ab ipsa in infinitum superetur: illud de deo affirmari posse negauit: quartum illum gradum caliginis attendens. Age ergo uerba ipsa examinemus quæ hominis mentem testabuntur: postea nō nulla adducemus ut planius uideatur an deus & quomodo possit a nobis enūciari: deinde ostendemus tuas argumentationes contra eius uerba: etiam ut iacet appræhensa nihil concludere. Dixerat ille dici diuerse posse deus est: deum item ex sententia Dionysij omni appellatione esse maiorem: etiā appellatione hac dei quē admodum in libro de mystica theologia habebatur: dixerat alio in loco cum per hanc dictionem deus id tantum concipis: quod significatur per nomen dictionē hanc non habere prædicati rationem: sed subiecti/quando id esset de quo quereretur: quid nam de eo enunciari posset aut deberet: non autē illud quod de alio enūciaretur: quare id neq; Simonidi fuisse ignotum aut consulenti eum tyranno: cum item quæreres si deus dici deus non posset an esset aliud a deo: quærere a te quid conciperes per hanc dictionē deus: quam de deo enunciares: si nihil conciperes nihil errares: quia nihil diceres. Si aliquid cōciperes dicere deum aliud esse ab eo quod tu conciperes & conceptum per hanc dictionē deus explicares: quoniam supra omne illud esset quod a nobis concipi posset. hæc ille. Credebam ego patere tibi ex uerbis is uerissimam dubitationum tuarū super hac resolutionē. Tu uero contendis a Dionysio nō negari deum esse deum: lege oro Dionysium capite ultimo libri de mystica theologia: & epistolam primam ad Caium: & tibi palam fiat omni appellatione deum esse maiorem: lege item eundem secundo capite cœlestis hierarchiæ & intelliges diuinum hominem nos edocere diuinæ ueritatis similitudinem subiectam/ omnem/ uitamq; transcendere nullam hanc exprimere: lucem omnemq; sermonē omnem mentem atq; rationem absq; ulla comparatione illius similitudine inferiorem: ex quibus mentem patrui putarim te posse perpendere: ut scilicet eo modo dici uere non possit deus est deus: ut per hoc nomen deus uicem prædicati gerens: illud quod per subiectum conamur concipere declaretur nō quin aliquo modo posset dici deus est deus: quemadmodum dicitur

deus est bonus: deus est sapiens: & alie concedũtur prędicationes: quibus sacri co-
dices pleni sunt in quibus quoquomodo de deo aliquid enunciatur. Sed illius na
tura non explicatur cum ab illis conceptibus distet in infinitum: quemadmodum
satis aperte quinto capite libri de ente & uno patruus ille meus edocuit qui super
ijs Dionysij uerbis quæ a Thoma adducuntur ueluti arbitrabaris loquutus non
est: sed super ijs quæ paulo ante sunt allata. Porro Damascenus in primo libro sen
tentiarum suæ theologiæ scribit esse quædam affirmatiue de deo dicta: uirtutem
superexcellentis negationis habentia: uerbi causa si tenebras in deo dicamus non
tenebras intelligimus sed lucẽ nõ esse: uerũ super lucẽ / lucemq; esse dicimus cum
tenebræ absint: quam sententiam doctissimus & deuotissimus Parisiorum cancel
larius pertractans inquit sic. Igitur quicquid de deo affirmatiue dicimus includit
negationẽ aliquam: & paulopost propterea dicit Dionysiũ deum negare esse ens
sed sup ens esse affirmare. Deum esse sapientem ait Egidius primo sententiarum li
bro: sed non eo modo sapientẽ quo nos intelligimus. unde dicit hanc esse causam
cur Auerroys. xij. metaphisicæ has quæ deo attribuimus prædicationes proposi
tionibus mathematicis similes esse pronũciet quorum more: ea quæ intelligimus
sunt in rebus: sed non eo modo quo intelligimus cum lineam quæ est in materia
non ea ratione qua est in materia intelligamus. Sed quid te multis moror cum uel
paucis ueritatis huiusce quam asserimus te certiorem reddere possum: ut scilicet
cognoscas quicquid de deo prædicamus longe aliud ꝙ concipimus & enuncia-
mus significare. Ait ipsemet Iesus christus dei uirtus & dei sapientia & ueritas te-
ste Ioannis euangelio deus spiritus est. Ait Dionysius libro de mystica theologia
de deo uerba faciens ineffabilem deitatem contemplans multaque illi prædicata
quæ nos attribuimus remouens: neque spiritus est quantum scire ipsi possumus.
Vide igitur nolle Dionysium spiritum eo modo quo nos spiritũ scire possumus
de deo enunciari per quæ ultima uerba legentes edocere uerum fore deum spiri-
tum esse ut Christi euãgelio consentiret: & tamen non eo modo spiritum esse quo
nos spiritum intelligimus ne dei naturã a nobis per aliquod nomẽ exprimi uere
posse crederemus. Quanta uero sit Dionysij auctoritas quantum ipsius sacratis-
sima dogmata ab omnibus theologis qui Parisiorum gymnasia coluerunt sint
elata: laudibus & celebrata licet putauerim te non latuisse cũ tamen patruus in re-
sponsionibus obiectionũ tuarum innuerit te inter disputandũ Dionysij dicta nõ
magnopere libẽter admisisse: scias uelim fidissimum illum Pauli Apostoli in Chri
sti fide discipulum extitisse: cuius ope deus eum uoluit relictis gẽtilium erroribus
ueritatem & agnoscere: & sequi: & martyrij corona pro Christi fide donari Gre-
goriũ de eius doctrina Martinũq; pontificẽ in sinodo Romæ contra hæreticos ce
lebrata magna dixisse. Damascenũ aliosq; complures sũmis eũ laudibus extulisse
ab hæreticis eius libros occultatos lõgo tp̃e fideliũ mentes latuisse uerbũq; fuisse
Constãtini philosophi q̃ oẽs eius libros memoriæ cõmendauerat: ꝙ si a pluribus
patribus q̃ cũ hæreticis / & sacrosctẽ catholicę ecclię hostibus / magna bella pugna
rũt Dionysius habitus fuisset ꝙ totius eos & facillime (qd' & tarde & magnis exã-
clatis laboribus postea ab eisdẽ factũ est) de hostibus fuisse triũphũ cõsequutos.

¶ Cum uero probare intendis deum dici posse deum ob nominis rationem quæ
de nomine predicatur: dico te frustra (mi Antoni) laborare: nam non enuncias ali
quid de deo: sed de hoc nomine deus: quod ut clarius intelligatur latius explica-
bo: nam queram ego a te quid per aquam pro ratione nominis designasti conci-
pias si nihil concipis nihil erras (ut uerbis utar patrui) Si aliquid concipis quæro
iterum si concipis tanquam id de quo aliquid possit enũciari. Si hoc modo sum-

mis etiam non erras: quia iterum illud. a. uicem subiecti non prædicati obtinebit si conciperes illud quod de eo enunciatur longe aberrares: tum in infinitum ipse deus maius sit omni eo ꝙ potes concipere quem etiamnum Platonicus Apuleius in libro de Platonis dogmate indictum appellat & innominabilem: ipsiusq; Platonis hac de re uerba sunt ab ipso Apuleio latina facta. Deum quidem inuenisse haud facile est: intellexisse impossibile: omnes itaq; de deo affirmationes improprias esse dicamus: quando quodcūq; non solum dicere: sed & concipere uelemus ille in infinitum excedat: quinetiā non modo in hoc ignorationis & miseriæ terreno carcere retenti: sed nec ī ipsa dei fruitiōe qua perfecte beamur in cœlis constituti compræhendere deum/sed apprǽhendere tantum: ut nostrorū theologorum uerbis utar facultas nobis condonabitur. Præterea pugnare inuicem has propositiones credis/scilicet deus est supra id quod concipi potest & aliquid de deo affirmari non potest: & ais sit nominis diffinitio supra id quod concipi & argumentum militabit. Sed soluitur cum enim dicitur affirmationes de deo adduci proprias non posse: intelligi datur prædicatum non reperiri quod dei naturā integre repræsentet: hæc uero oratio scilicet supra id quod concipi potest nihil aliud significat ꝙ deum concipi non posse & quid sit deus non posse sciri. Dicunt igitur hæc uerba non solum quid sit deus: sed non posse sciri quid sit. Vim igitur negandi potius ꝙ affirmandi obtinent. Sed licet ibidem ut affirment ob id tamen argumētum tuum non militabit alioquin de aliqua re nobis ignota quā quis scire cuperet ac de eius essentia nos pcunctaretur: respōdere sciscitanti possumus est id quod nescimus: quod non nouimus quod adhuc mente non concepimus nec cōcipere quimus: non uideret satisfactum petitioni illius: Vt posset hoc dogmate percepto de re illa affirmatiue aliquid enunciare/sed negatiue: nisi forte quis inueniretur qui posset alijs intimare quid esset illa res quæ ut penitus hominibus ignota supraq; captum cogitationum omnium foret: ita nec a seipso aut cognosci aut concipi posset: & Simonides igitur & consulens eū Tyrānus nouerant dei nomen maximum quid repræsentare: & tamen unus eorum quid esset deus scire cupiebat alter se scire negauit. Præterea uteris tali connexione. Deus est supra omne id quod concipi potest: ergo deus concipi non potest: alioquin ipsum supra seipsum foret: non igitur amari potest: nec coli: respondeo deum a seipso tantum: sicuti est concipi integre posse & a nullo alio intellectu: nec propterea sequi: non posse aut amari aut coli: concipimus enim tātam esse deitatem omnipotentia præditam in infinitum creaturas omnifaria uirtute superantem: ut eam nisi ex effectibus non possimus concipere: & hac admiratione excitati concalefactiq; in eius amorem exardescimus concipimus effectus. & eum esse summum bonum: & admiramur & colimus & amamus: nam cognitis his perfecte quę fecit deus ut Themistij uerbis utar in admiratione cōmendationeq; sui oīm animos atq; ora cōuertit: legimus item nos ea quæ reuelata deitus sunt & gratia eius præditi fide concipimus: id qđ concipi ad plenū natura non possumus: super oīa dūtaxat illū nos amare oportere ut tandē fracto huius carnis ęnigmate possimus eū sicuti est summo cum utriusq; hoīs gaudio: quæ nostra est fœlicitas contēplari. Rursus ad hoc ut aliquid diligamus non opus est a nobis illud pfecte aut uideri aut cognosci aut concipi: sed satis est si eum esse uel esse tale: licet confuse & subobscure sciamus: & hoc uel ex fide uel ex effectibus: itaq; uel modica cognitione præuia qualiscunq; ea sit nobis est satis ad talē rem amandā: possumus enim quamlibet rem diligere nisi penitus eius cognitione careamus: ex his enim quæ nouit animus discit ignota amare ut ait Gregorius. Thomas quoq; in prima scđe pbat aliquid posse per

fecte amari: & si perfecte non cognoscatᷣ & exemplũ de deo inter alia ꝓponit.

¶ Postremo ais tantam esse auri potentiam putasse patruum ut uellemus nollemus uel re uel animo ex necessitate deum secum traheret. Sed non tantam esse auri potentiam mi Antoni: sed impotentiam opinatum non modo: sed certiorem factum eum crediderim: ut nec ipsum aut esse aut intelligi posset aurũ semoto deo. Et quanq̃ te ad Ioannem de bachone relegare possem: cuius in dissolutione quintæ obiectiõis mentionẽ habuimus tam & si quando tu patrui argumenta recẽseas quibus astruerat deum non esse & aurum esse pugnare inuicem nihil respondere uelle dixisti: ne caligare uideris in re luce clariori: monstrare consilium est (etiã fortasse te iudice) fuisse operæprecium ut ea dissoluenda susciperes si ualuisses: sin minime applicare saltem manus operi uel fateri ingenue eius assertiones ueras fuisse argumenta patrui hæc sunt quæ mox declarabo fieri non potest ut aliquid sit si nõ sit ip̃m esse: deus autem est ipsum esse: fieri igitur nõ potest ut aurũ sit si deus non sit: præterea si deus nõ est igitur infinitum est: si infinitum est nihil est: quoniã si infinitum est finitum non est: quoniam infinitum seipsum perimit: quemadmodum & alia quæ contradictionem claudunt. si nihil est aurum non est. fieri nõ potest ut aliquid sit si non sit ipsum esse deus autem &c̃. Cum ipsum esse quod deus est (ut nemo diffitetur) nõ sit cuius participatu nõ modo omnia sunt quæ sunt: Sed & ab eo dependent & momentis omnibus conseruantᷣ: nõ modo ut omnes theologi præsertim Thomas copiosissime docent: sed etiã ut a Platone in timæo asseueratum est impossibile est aurum esse ꝙ ipsius esse gratia ipsiusq̃ participatione existit. præterea si deus non est: igitur infinitum est: entia omnia præter deum finita sunt certisq̃ terminis contenta: hancq̃ quam habent limitatam naturam dei opere & gratia habere possidereq̃ haud dubium est: quãobrem Platonem aiunt eius sectatores deum in philebo terminum uocasse: quia formis quasi mensuris passim distributis omnia terminaret. Sed & ait sapientiæ liber omnia in pondere numero & mensura ab eo constituta. Si igitur deus non sit cuius causa omnia entia sunt finita: nihil erit finitum/igitur infinitum. Si infinitum est nihil est: quoniam si infinitum est/finitum non est: quoniam infinitum seipsum perimit quemadmodum & alia quę contradictionem claudunt: cum probatum sit unum aliquod esse a quo cuncta esse accipiunt: & esse finitum eo semoto nihil est nihilq̃ finitum. si enim infinitum est: hoc est non terminatũ finitũq̃ ab illo primo: cuius ope & sunt & finiuntur cuncta terminanturq̃: Sequitur infinitum non esse. Iccirco infinitum seipsum perimit. cum nihil aliud sit dictu infinitum esse: eo scilicet modo quo acceptum est: q̃ nihil esse: nam si nec finitum sit nec deus extra controuersiam est nihil omnino esse. Hæc sunt Antoni quæ pro patrui aperienda sententia protuli quæ forte & alia continet dogmata non enim omnium est assequi quæ ille conceperat. sed ꝙ & alios etiam sub uerborum cortice latuisse sensus existimem illius me hæc uerba mouent quibus respõsionem terminauit. hæc scilicet satis credo esse tibi homini quantumuis ingenioso: sed in accessa deseramus & teneamus quæ interpretis officio fungendo scripsimus: quæ cum satisfaciãt meam quoq̃ claudent respõsionem adductis prius quibusdam quæ & patrui sententiam roborant & meam in eius uerba quam ante protulimus interpretationem confirmãt pariter atq̃ elucidant. Nam deficiente primo necesse est omnia illa que ab eo prodeunt interire: ut ex Aristotelis octauo physice auscultationis libro colligitur. Deus autem teste eodem philosopho est primum uerum a quo sunt omnia: alia uera ergo sublato deo omnia uera perire necessarium est: sed si uera tendunt in nihilum entia pariter ab interitu non uindicantur cum equali ambitu commeent.

¶Item ammoto illo qui rebus & esse communicat & uiuere quis perituras easmet res omnino non uideat. Deū autē id rebus ipsis condonare sententia est Aristotelis primo libro de cœlo qui addit etiam quibusdam clarius quibusdā obscurius esse illud cōicari. Preterea quicquid regitur ab arte primę causæ pereunte illa procumbit: Totam uero hāc machinā a prima gubernari regiq; causa testatur Auerroys in. ij. primæ philosophiæ libro sub qua & aurum contineri comprehendiq; nemo potest ambigere. Plura alia possem in medium afferre ex sacris codicibus/ ut multa de ipso euāgelio multa ex apostoli Pauli sacratissimis dogmatis/plurima ex alijs/ut ex Gregorio q̄ cuncta dixit in nihilū decidere / nisi ab omnipotenti deo conseruarētur. Ab Augustino super Genesim & ex. S. Thom. & a Ioanne Scoto in tractatu de primo principio: quæ tamen consulto prætereo quando probasse id naturalibus rationibus quas exposcere omnino videbaris philosophorūq; gētilium documentis sat sit: quod ut probari posse ab eo nequaq; credidisti. His igit̄ omnibus quæ præfati sumus putauerim bonis ingenijs extra controuersiam futurum omnes patrui opiniones satis fuisse defensas etiam fortasse te iudice. hec tamen scripsimus non ut tecum confligeremus. scripsimus etiam inuite quod & Ioannes mainardus noster & Christophorus saxolus Mirandulanus ciuis noster & medicus atq; tuus olim auditor testari possent: scripsimus quoq; circa odiū cuius tibi argumentū maximū esse potest cum sit quid honori tuo uel aliqua ex parte detrahens chartis traditū iudicaueris tuo illud arbitratu priusq; ad aliorum manus responsio perueniat dispuncturus dempturusq; sim: & quidem perlubenter cum te ut hominē diligam/ut philosophū obseruem/ut christianum colam quod si mei erga te animi periculū facere collibuerit uerbis facta p̄ponderasse p̄cipies.

FINIS.

¶Illustri principi ac Domino suo singulari Comiti Ioan. Francisco Anto. Fauentinus Sal. Plu.

I Egi missas ad me in patrui tui scripta defensiones: in quibus magnā rerum doctrinam & admirabilē ingenij solertiā plane deprehendi: sumq; inuentionibus tuis mirifice oblectatus non solum propterea q̄ uideo bonas artes tutores optimos ac patronos aliquādo habituras: quibus a tenebris a barbarię uindicetur: uerum etiam eo magis q̄ de te si philosophari pergas: nescio quid magnū ac grāde mihi facile polliceor: videbit posteritas me nihil mentitū si uixeris: deus modo uitam longiorē præstet quid ad me attinet: equidē nō improbabo: quæ in patrui defensionē subtiliter quidem & acute scripsisti neq; enim si patruus uixisset disputationē iam cœptā magis ultra protraxissem quemadmodū in postrema oppositione mea sum illi plane testatus: qui per internunciū respōdit se quoq; nihil amplius scripturū: causæ igit̄ iudices sunto qui legerint. Quod si ea quæ probe meditatus es impressoribus dāda censuisti saluo ac integro amici honore id fiat: queādmodū promisisti. Sunt q̄dem nonnulla in libello uerba: q̄ aliquid habēt aculei nec oīno parū a q̄bus facile potes t̄pare si uelis sensu rerū nihil īmutato. Qđ si feceris ut spero nō erit ingratū Causam meā uideor mihi satis abūdeq; tutatus & ī dies facile tutari potuisse. Sed disputatiōi modus iā esto. Cæterū comes illustris putes uelim me tuū esse ac sp̄ fore: q̄ uti possis arbitratu tuo: bn̄ uale ex Ferraria die. xvi. decēbris. Mccccxxxxv. 1495

¶ Ioannes Franciscus Picus Mirandula Antonio Fauentino philosopho insigni. S. P.

f Atisfactum est abunde tuis uotis. Satisfactum pollicitationibus erga te meis quum uerba cuncta: quæ uel aliquid aculei gestare uidebantur de dictatis nr̃is ademerim. Parcendũ est impetui animi: sicubi forte acrius actum est q̃ꝫ oportuit. Condonandum est aliquid iustę defensioni: & eo magis condonandũ quando cõmune fere uitium eorũ sit qui cõmentationibus suis uel accusant aliquẽ uel seipsos aut amicos excusant illos: ad quos scribunt insectari maledictis: calumnijs petere: probris lacescere: atq; id genus cætera perpetrare ab officio boni hominis aliena: a quibus nos (testem te cito & iudicem cõstituo) omnino abstinuimus: decẽq; summũ aut circiter uerba nõ nihil aculeata tuo nutu (saluis tamen sententijs) amouimus: neq; aliud consilium elucubrandę cõmentaciũculæ credas uelim: q̃ꝫ ut sine tui oẽffsa Picũ patruũ defenderemus: qn̄imo maluissem sæpius nihil inter uos disceptatum fuisse: ut præclusus mihi scribendi hac de re fuisset aditus omnisq; occasio sublata. Nõ enim potest uel q̃ꝫ difficillime potest litterarũ negotiũ agi in altercatione positũ omni interscribendũ præstito honore illis ad quos uerba fiunt alioquin debito. Adde ꝙ uix sine quodã animi tumore: qui magnopere vitandus est: id muneris obitur: Quod uero de causæ tuæ tutela dicis hoc ipsum de nostra dicimus. Sed hactenus de controuersia: sunto (ut recte scripsisti) q̃ legerint iudices modo hi docti sint: & neutrę parti affecti: aut si amore cuiuspiã nostrũ teneantur ardentius: ad minus oculis eoꝝ prẹstigium amor nõ faciat. Cæterũ multũ mihi tribuis uel parum merenti: magnaq; de me tibi promittis si modo pergã philosophari. Sed uereor mi Antoni ne ab hoc philosophię studio de quo mentionẽ facis oĩno temperẽ aut forte desistã: dicam tibi de hac re qđ sentio afferri. s. nobis hoc negociũ nimis affectãtibus multũ nocumenti: parũ emolumẽti. Non hoc ideo dico ut damnẽ ut uituperẽ ueritates plurimas aut saltẽ similitudines ueri: quaꝝ noticiã philosophãdo cõparamus nobis. Sed cõmunẽ usum aut (ut significãtius dixerim) abusum culpo: quẽ nisi uitare magnopere nixi fuerimus assidueq; & sũma cum diligentia cogitatus nr̃os examinauerimus. Christiani cum uenenũ cor irrepit ambitio: q̃ postmodũ mortiferã pariat superbiã: unde plerũq; fit ut huius sapientię in qua quotidie uersamur amatores: sapientiã illã quæ genita est sed æterna: a quo oĩs hæc fluxa & tẽporaria deriuata est oĩno posthabeant tumidi & elati caduca gloria. Sed uideamus oro unde animo efferamur: unde nosipsos estimamus nimis. Nam quantula nostra cognitio? cũ minimã naturaliũ rerum scientiã teneamus: & illa ipsa quæ ignoramus quo multa: tum maxima uel tacite clament inuanũ scilicet & falso nosipsos doctos aut profiteri aut existimare: Posset proculdubio uel rudis homo & parum peritus uel omnino nescius litterarum agricola percunctari plurima: etiam sub aspectũ sub oculos posita: de quibus philosophus alioquin maximus reddere certam rationem nequiret. In percipiendis uero substantijs ipsis a materia sensili prorsus abiunctis quousq; cognitione procedimus: quas lipientibus dumtaxat & noctuinis mentis oculis cernimus? Sed quid de diuinis sumus dicturi ad q̃ nõ tantũ cognoscẽda: sed etiam uestiganda anhelantes & anxij cecutientes & caligantes ob tutus densissimis pene nubibus obtectos dirigimus. Porro hanc nostram rerum noticiam nonne: aut a libris: aut a præceptore percepimus? gloriari ergo quid opus est: didicisse nos aliena meditata hausisse quasi ab narrante historiam. Sed historiam naturæ: uerum per diuersa studia in amarulentis altercationibus positam uariasque per opinio-

nes agitatam atqꝫ ob id incertā. Quod ex ipso nomine opinioins prodítur apertissime. Si quid uero a nobis ipsis paululum noticiæ nāciscimur: quid quæso aliud est ꝙ incertum quoddam subuolutum mille inuolucris mille perplexum fallacijs hoc negocium ueluti his qui hæc studia uehementius ꝙ oportunum est magnifaciunt succensus: insectarer nisi hanc materiam speciatim longa quæstione tractauissem peculiariqꝫ libello dedicassem. His ideo de causis me conuertere statui ad eos euoluendos libros quorum propositiones profata sunt: & dignitates quorū conclusiones & inerrabili syllogismo colliguntur: & mentem defecatam (si tamen id curauerimus) reddunt. Sed esto iam finis conflictus litterarij & iamiam epistolæ. Sed uide quam dispar effectus fuerit & nostræ & aliorum controuersiæ: finita disceptatione uel uoce uel scriptis agitata. Sæpenumero inter eos animos qui discordes fuere exercentur odia simultates: machinantur fraudulenta bella: detractiones honoris & famæ hincinde scaturiunt. Tu uero & Picus noster eratis ante disputationem compatres hoc est spiritali astricti nodo. Nihilominus ob hoc pristina non est animorum concordia dissoluta. Ego autem nec tibi dum patruus viueret: nec tu mihi nisi nomine notus eras: fecit hæc defensio ut inter nos ictum sit quoddam fœdus amiciciæ: quod ut stabile sit dum uicturi sumus curato: utqꝫ recte pieqꝫ uiuendo post hanc mortem quam expectamus perseueret æternum da operam qua ratione potes: idipsum quoqꝫ enitar factitare. Interim quo te amore prosequar experiri non pigeat. Cumulatius forte sum præstiturus quod postulaueris ꝙ in calce defensionis spoponderim. Nihil enim tam arduum quod tui (grauissimi profecto philosophi) propensius demerendi causa facturus non sim.

Ex arce Miran. iiij. Ianu. Mcccclxxxxvi.

¶ Argumentum Ioannis Francisci Pici Mirandulæ &c. in orationē & epistolas Ioannis Pici patrui &c.

Ccipe lector & has Ioannis Pici Mirandulæ lucubrationes leuioris curæ opera: quas forte nec ipse uiuens inuulgasset: nec nos nisi cele- a bratorum hominū crebris adhortamentis excitati. Leges primū orationē elegātissimā iuuenili quidē alacritate dictatā: sed a doctioribus ꝓ doctrinæ & eloqntię fastigio sæpius admiratā: nec te moueat si plurima in eius calce conuisūnt quæ & in apologiæ sunt inserta proemio: qn̄ illud foras publicauerit hanc domi semper tenuerit: nec nisi amicis communē fecerit: uidebis pleraqꝫ antiquorum dogmata abstrusa prius in ænigmatis & fabularum inuolucris ingeniosissime reserata: conatūqꝫ illū & robore & delinimentis oratorijs ostendere ꝙ priscorum sapientum poetica theologia nostræ theologiæ mysterijs ancillaretur: atqꝫ utriusqꝫ nodis quibusdam enodatis ad litterarias palestras homines inuitare in his enim per id tempus frequentissimus fuit: quas postea quasi grauiorum studiorum præludia ludicrasqꝫ pugnas derelinquens: ad ea quæ iam emisimus quæqꝫ sumus in posterum emissuri emolienda cōuertit animum: leges & non nullas epistolas (omnes enim collegisse laboriosissimū) alias familiares: tū per etatem teneram: tum profectiorem scriptitatas alias postqꝫ totum pectus deo dicauit sanctissimis refertas monitis exaratas: illas & doctrinam & eloquentiam olere copiosissime depræhendes: has & utrumqꝫ affatim sapere & Christi amorē præter hæc uberrime spirare percipies.

IOANNES FRANCISCVS PICVS MIRANDVLA SACRATISSIMO PATRI OLIVERIO CARAFAE EPISCOPO SABINENSI/ CARDINALIQVE NEAPOLITANO. SAL.

a Pollonium thyanæũ pater amplissime/ dum ob litteras capessendas peregrinationem illam a Philostrato postea celebratam suscepturus esset/ optasse legimus: ut uiros bonos & inueniret & agnosceret: idq etiam a sole concessum iri sibi multis præcibus expetiuisse. Quod q̃dem uotum citra culpã nõ laudari magnopere non potest: sicut ipsa ad solem deprecatio non uituperari: hoc enim uulgus ineruditũ & rude congenito ueritatis noscende lumine/ passim prędicat/ ut ualidissimas omittam rationes & diuinorum eloquiorum testimonia. At si optandũ est id muneris/ efflagitandũq a deo optimo maximo/ illis proculdubio summopere lætandum est: quibus nõ modo obtigerit bonos agnoscere: sed etiam hos ipsos & in ꝓpria familia & sanguinis sibi nexu deuinctos reperire potius q̃ inuenire/ indeq aliquem eorum fructũ consequi: quos bonorum parit amicitia. Quæ mihi diuina benificentia euenisse neq inficias eo/ neq dissimulo cum Ioannem Picum Mirandulã Galeotti patris fratrem hominẽ profecto dignũ/ quem Apollonius trans Caucasum & Brachmanas: sed & adusq aduersum orbem auide rimaretur intra parietes domesticos cõpererim: multisq ab eo beneficijs cumulatus extiterim. Huic ego nobiscũ degenti dum par pari referendum esse quoad possem iudicauissem. Eo magis defuncto censui debere rependi suscepta officia quo cum eius gloria & studiorũ periclitabatur utilitas: & nõ mediocrem ecclesia patiebatur iacturam. Quamobrẽ pro eo quæpiã nec semel/ mandaui litteris ipsiusq opera diuturna & anxia uestigatione nobis ascita in multa exemplaria trãsfundenda curaui/ laboratum autẽ mihi sum opere est in reparandis libris omnẽ diuinatricem astrologiã funditus eruentibus: quãdoquidẽ eiusmodi characteribus delineati erant (qui erat homini mos) ob scribendi dictandiq uelocitatem: ut cuiusuis alterius linguæ q̃ latinæ speciem præseferre uiderentur: tot interliti lituris ut non facile internosceretur quid pro dispuncto quid pro emendato haberi deberet/ tot pręterea partibus lancinati discerptiq ut uix ab auctore ipso exscribi posse iudicaret. Hos ego libros (si non magis thesauri q̃ libri) ueluti rediuiuos a nobisq nuperrime ab interitu reuocatos cum cui destinare inscribereq deberẽ diu mecũ cogitassem: occurristi tu mihi pręsul sacratissime a quo digredi nullatenus ualui. Nam cui & congruentius & honestius q̃ tibi doctissimi hominis eiusdẽq consanguinei litteraria monumenta dedicare potui: & illa potissimũ: quæ nostræ christianę religioni aduersos errores refellunt cũ & litteris polleas: & ob Ioannẽ Thomã Carafam Magdaloni comitẽ socerũ meũ: cui arctissima cognatione deuinciris: sis etiam mihi necessitudine cõiunctus: atq eam inter ipsius religionis homines geras personã quæ sit proxima supremæ. Ea igitur uolenter suscipe: & cum a maximis uersandis negocijs aliquid ocij suffuraberis perlegas obsecro: in ipsa lectione simul cogniturus simul gauisurus artẽ illã astrologicã: siue (ut loquar rectius) pestem quæ iam truci elata rabie quanq̃ subdola fronte uirus insimulans in nostrum exitium debachabatur ipsius Ioannis Pici patrui ope ualidissime extinctam.

Vale pater amplissime. Mirandulæ. iiij. kal. Iulias.

Iustini Philosophi & martyris liber ad
gentes in latinum conuersus
per Ioan. Franci. Pi-
cum Miran.
domi-
nũ.

Eiusdẽ Expositio tex. Decreti de con. dis. ij. Hilarij.
Eiusdẽ Staurostichon/de mysterijs Germaniæ Heroico carmine.

¶IOANNES FRANCISCVS ZENOBIO ACTIOLO SVO SAL.

Aeſarienſis antiſtes ille/cuius aduerſus Hieroclẽ/ inſignẽ tu paulo ante
c lucrubrationẽ e grȩca in noſtram linguã trãſtuliſti:ægiſſe uidetur tecũ
çenobi chariſſime:ut non modo ꝓ ſe ad latinos uerba faceres/ſed moni
tis etiã ſuis obſequereris.Is enim dũ quartũ eccleſiaſticæ hiſtoriæ librũ
conſcriberet/Iuſtiniq́ꝫ & philoſophi & martyris longi ope ſubſellij meminiſſet/ſtu
dioſos poſtremo ad eius librorũ inquiſitionẽ prouocauit: Quorũ nonnulli uix e
græcia latiũ repetierant/cũ eos & honorifice ſuſcepiſti / & eo nõ contentus eiſdem
apud amicos hoſpiciũ paraſti.pulchre tu qdẽ & ꝑhumane:tũ ueterũ motus aucto
ritate/tũ martyris pietate/tũ religiõis ergo/tũ ſtudio ĩ amicos & diligẽtia/Quos in
ter ipſe nõ infimũ ſortitus locũ/poſtremus etiã habitus nõ ſum apud quẽ ſacratiſ
ſimi opera martyris hoſpitarent̃.Quæ ſæpius allocutus indignũ cenſui/ut earum
& eloquentiæ nitor/ & eruditõis ſplẽdor/& fidei feruor latinos homines lateret/q̃
græce neſciũt.Ea ꝓpter tentaui librũ eũ quo gentes & monent̃ ſimul & redargu
untur/in latinũ e græco transferre:nil ueritus ꝙ impar oĩno ſim huic obeundo mu
neri:utilitatẽ hac in re ſermonis elegantiȩ præponendã arbitratus . Voluiſſet for
taſſe alius me indiſerti(ut inquit ille)interpretis officio functũ uerbũ de uerbo prõ
pſiſſe.Alius cultiorẽ ſtilũ popoſciſſet q̃ figuris & tropis luderet.Ego inter uaria iu
dicia de interpretãdi munere prȩcipientiũ / atq́ꝫ inter uarias obſeruationes inter
pretũ/mihi quoddã quaſi exemplar mente cõſtitui/quo ille latine forte locutus oĩ
no nõ diſſentiret/ſi ſua nobis ſenſa reſeratũ iri cuperet : hoc pacto recte mihi actũ
nec ne.tu linguã utrãq́ꝫ caſtiſſime doctus dijudicaueris / & amice monebis/ſicubi
forte & in carminibus præcipue transferẽdis erratũ fuerit:Illa eñ heroica ſupra cẽ
tum quæ a martyre citantur Orphei/Homeri/Sybille/& aliorũ: totidẽ pene carmi
nibus latinis abſolui/ut nec etiã illis Vergilij uti uoluerim/ q̃ de Homero.ſ.in pœ
na Titij & auſu gigantũ referenda trãſtulerit: nõ ꝙ paria me repoſiturũ ſperarim/
ſed ideo ut ex fide magis uerterẽ/ut facta nõ facerẽ. Tu iſthæc quo me amore pro
ſequeris examinaueris: ſi autẽ hoc ſeſquiebdomadis ſpaciũ nõ infœliciter a nobis
actũ exiſtimaueris/& aliorũ & huius ipſius auctoris uoluminibus transferendis
(deo ferente opẽ)incũbebimus/eſt nanq́ꝫ apud me martyris huius/ nõ ſolũ ea quȩ
ad çenũ & ſerenũ monitoria/uerũ etiã de uera fide liber inſignis/ ſed trũcus : cuius
caput multo auro libentiſſime redimerẽ.Quo in opere illud præcipue ſum admi
ratus: ꝙ nõ modo multa uiſunt̃ in eo quibus Naçiançeni/Damaſceni/Auguſtini
uolumina abundant.Sed & nõnulla de diuinȩ unitate naturæ/ de notionibus / de
hipoſtaſeon ꝓprietate de alijs q̃ apud Thomã/Scotũ/ & recẽtiores theologos ſȩpe
numero legimus/ut facile quiſq́ꝫ poſſit exiſtimare:multas Pariſienſiũ theologoꝝ
ſubtilitates/ quas propria eorũ inuẽta multi autumãt/abuſq́ꝫ primordijs noſtrȩ re
ligionis per manus tradita/& fideli quadã ac pene hereditaria ſucceſſione deriua
ta/ut hinc quoq́ꝫ merito cenſere poſſimus cũ martyr ipſe tãtopere ab Euſebio cæ
ſarienſi/& Hieronymo laudat̃/legitimã cauſam ſubſtitiſſe: Indeq́ꝫ maior nobis q̃
rendarũ eius lucubrationũ ſitis accendat̃.Plura enim qđ noſti ſcripſit uolumina:
etiã præter eos libros/q̃ inter illuſtriorũ uirorũ oꝑa citant̃ prȩterq́ꝫ ordinẽ illũ:qui
in eccleſiaſticæ hiſtoriæ monumentis refert̃/quorũ in numero hic forte cõputan
dus:ni aut ſub eius titulo q̃ de monarchia dei inſcribit̃ / aut ſub caſtigatiõe uel re
dargutione gentiũ reponat̃.hic eñ & ad unius dei cultũ pene oĩa referunt̃/ & gen
tes etiã quanq́ꝫ admonent̃ ſæpenumero/tñ ut ille etiã inculcat redarguunt̃.

¶IVSTINI PHILOSOPHI ET MARTYRIS ADMONITORIVS GENTIVM LIBER AB IOAN. FRANCISCO PICO MIRANDVLAE DOMINO E GRAECO IN LATINVM CONVERSVS.

a

DMONITIONIS erga uos meæ/uiri gentiles initium sumens: deũ deprecor/ & mihi ea suppetere/quæ me deceat eloqui: & pariter uobis præstari/ut a priori contentiõe soluti/ & ab errore maiorum liberati: ea q̃ profutura sint in præsens deligatis: minime existimãtes quicq̃ uos illis cõtumeliæ irrogaturos/ si q̃ cõtraria sunt ijs/quæ illi minus recte existimarũt/ ea uobis nũc utilia uidebunt. Exacta nanq̃ rerũ perscrutatio/ea etiã ipsa/quæ sæpenumero recte se habere uisa sunt/alia oĩno q̃ prius apparuerãt ostendit: quãdoquidẽ ueritatẽ ipsam examinatio diligẽtior extorquet. Qm̃ itaq̃ nobis de uero dei cultu sermo ꝓponitur: Quo nihil antiquius existimatũ ab ijs puto/q tuto in primis uitã ducere curauerũt/iudicij illius formidine/qđ post uitæ huius finẽ euenturũ est/quodq̃ nõ modo maiores nostri & legũ positores & ꝓphetæ diuinitus p̃dicarũt: sed & q sapiẽtes apud uos existimati. Neq̃ poetæ dũtaxat/uerũ etiã philosophi/quos uerã diuinãq̃ sententiã nosse censuistis: Ante oĩa mihi uidet̃ operepreciũ/ ut nr̃os uestrosq̃ diuini cultus p̃ceptores examinemus/qui nã? & q̃t? qbusve orti tp̃ibus? ut qui ex ꝓgenitoribus suis religionẽ falsi noĩs perceperũt nunc saltẽ resipiscentes a uetere illo errore liberent̃. Sed em̃ clare dilucideq̃ ostensuri sumus: nos ipsos eã q̃ scd'm deum est patrũ nostroꝝ religionẽ secutos. Quos nã igitur uiri gentiles uestræ religiõis magistros esse dicitis: poetas ne? Atqui nil uobis ꝓderit apud uiros poetarũ gnaros/hoc ipsum effudisse: Norũt enim deorũ generationẽ ab illis supra q̃ dici possit deridicule cõstitutã: Queadmodũ licet ab Homero nobis discere/primo apud uos/& p̃cellẽtissimo poetarũ, qppe q dixerit generationẽ deoꝝ ex aqua principiũ (habuisse: ita.n.scripsit.

Oceanum diuum genesim tethym q̃ parentẽ.

Est p̃terea meminisse opepreciũ/q̃ de eo loquat̃/quẽ illi deorũ primũ autumãt: & quem sæpenumero nuncupant hominũq̃ deumq̃ parentem. Siquidem inquit.

Iupiter humani dispensat munera belli.

Ipsum quoq̃ nõ belli solũ in exercitu dispẽsatorẽ: Sed eius etiã criminis(qđ in Troianos filia ipsius piurio cõmisit) causam fuisse cõmemorat. Hũc ipm & amore captũ/& affectũ molestia/ & plorantẽ/ & ab dijs alijs ĩsidias passum Homerus idẽ introducit/& aliqñ sup suo ipsius filio/ (talia conquerentẽ.

Hei mihi quãdoquidẽ carũ Sarpedona cogũt
Fata/ Menœciadæ forti succũbere dextræ.

& aliqñ pro Hectore.

O di cura coquit oculis dum mœnia circum
Errantem uideo sequitur quem comminus hostis.

Quæ uero de alijs loquatur dijs cum insidias in Iouem moliti sunt nouerũt ij qui in eiuscemodi uersus inciderunt.

Quondã cœlicolæ uinclis uincire tonantem
Constituunt/Iuno neptunus/& attica Pallas.
Q. nisi terrores centũgemini briarei
Ollis irruerent/iecissent uincula collo

Sed & q̃cunq̃ de amatoria Iouis ipsius petulantia narrant̃ ab Homero oportunũ est uobis suggere ijsdẽ carminibus q̃ apđ eũ Iupiter ĩ Iunonẽ loquit̃ ad hãc sñiam.

Non ita me domitũ recolo mortalis amore.
Siue deæ memini perfusam pectore flammam.
Non Ixioneæ flagrantem coniugis igne:

Acriſioneæ Danaes aut vulnera ſenſi:
Exarſi ſed nec phœnicis membra puellæ.
Alcmenæ/aut Semeles Dircei ad mœnia Thebes
Non me ſic Cereris Latonæve impulit ardor:
Non quæ cura tui coniunx mihi deniqꝫ ſedit.

Atqui arbitror cōſentaneum ut deinceps ad memoriā reuocetis/q̄ in Homerica poeſi de alijs dijs:& q̄ illi ab hoībus ꝑpeſſi fuerint enarrent. Martē nāqꝫ & Venerē a Diomede vulneratos affirmat:aliorūqꝫ deorū affectus enumerat: ita.n.nobis a Dione filiam conſolante licet colligere ad quam in hunc modum uerba facit.

Suſtine nata precor:quid enim tolerauimus omnes
Cęlicolæ alternos hominum mea nata dolores:
Gradiuum fortiſqꝫ Ephialtes natus alæo
Atqꝫ Othus pariter crudeli cōpede nectunt:
Triſqꝫ decemqꝫ iacet menſes conſtrictus in aere.
Et quondā Iuno dextram perfoſſa papillam eſt:
Amphitryoniadæ percuſſa tricuſpide telo.
Nec non ueloci percuſſus Pluto ſagitta:
Cum natus Iouis hic torua latus ægide tecti
Strauerat ad pylios iactatum vulnere campos
Tunc Iouis ad ſolium gemebundus & inclyta olympi
Tecta abijt/tergum pulſa afflictante ſagitta.

Si aūt ex aduerſo reliquorū pugnę deorum meminiſſe cōueniat.id uobis ueſter hic poeta ſuggeret dicens.

Tantus cœleſti rumor percrebruit aula
Cum ſæua alterni ruerent in prælia diui
Neptunum contra bellabat Phębus Apollo:
Aduerſus Martem certabat Pallas Athenę
Iunoni obſtiterat bello pharetrata Diana
Latonam telis uolucer Cyllenius urget

Hæc & ſimilia de dijs vos Homerus edocuit:Nec Homerus mō/ſed etiā Heſiodus. Quapropter ſi excellentiſſimis poetarū fidē habetis/q̄bus deorū vrorꝫ genealogiæ cōſcriptæ ſunt/neceſſe eſt uos aut eos tales exiſtimare/aut eoſdē credere oīno deos nō eſſe. Qđ ſi nec poetis accedendū putatis/q̄m aſſeritis mēdacia illis effingere licere: Multaqꝫ eos de dijs ꝓcul a ueritate fabulari/quos nā alios diuini cultus p̄ceptores habere putatis: aut quo pacto illos eū ipm didiciſſe exiſtimatis:fieri nāqꝫ minime pōt/ ut q̄ tā magna ſunt tanqꝫ diuina cognoſcant̃ ab ijs q̄ prius illa ipſa ab optime cōſcijs nō didicerint. Allaturi ꝓfecto eſtis ſapiētes atqꝫ philoſophos: Ad eos.n.tāqꝫ admunitiſſimū p̄ſidiū cōfugere cōſueuiſtis/ubi q̄s poetarū dogmata de dijs uobis ingeſſerit. Poſtqꝫ igit̃ ab antiq̄oribus & primoribus decet exordiri/hinc initiū ſumēs uniuſcuiuſqꝫ ſententiā exponā/quæ ridiculoſior multo eſt q̄ theologia poetarū. Thales itaqꝫ Mileſius q̄ naturalē philoſophiā primus exorſus eſt/rerū oīm principiū aquā eſſe definiuit.q̄ppe qui dixerit ex aqua ꝓduci oīa/& in aquā rurſus oīa reſolui. Poſt hunc Anaximāder ex eadē Mileto ꝓfectus: infinitū eſſe rerū oīm principiū affirmauit: Iā.n.ex eo oīa gigni/atqꝫ in idē uniuerſa corrūpi. Tertius Anaximenes/& hic quoqꝫ Mileſius/ aera principiū dixit uniuerſi/ex quo res fierēt:Et in quē æedē reſoluerent̃. Metapōtinus Heraclitus uniuerſitatis principiū ignē eſſe affirmauit/& generari ex igne oīa/q̄ in ignē quoqꝫ finirent̃. Anaxagoras Claçomenius rerū principia homiomerias.i.ſimilares particulas eē dixit. Archelaus Apollodori filius atheniēſis:infinitū aera/& q̄ illi adiacēt raritatē dēſitatēqꝫ uniuerſi eſſe principiū aſſerit

qui oẽs a Thalete quadã ſucceſſione deducti/eã q̃ illi naturalẽ uocãt philoſophiã
aggreſſi ſũt. deinceps ueluti ex alio fonte Pythagoras Mniſarchi Samius nũeros
Cõmenſuratiõesq́/& q̃ in ipſis ſunt Harmonias/principia nũcupat q̃q́ ex utriſq́
componunt̃ elemẽta: Ad hæc & unitatẽ & ſine termino binariũ. Epicurus Neocli
filius Atheniẽſis: corpuſcula ratiõe ſpeculabilia rerũ principia dicit eſſe / & ea qdẽ
uacui expertia / ingenita & incorrupta/tũ nec frãgi poſſe/neq́ ex ꝑtibus conflari/
ĩmutationi ſubiacere/ꝓpterea q́ ratõe ſpectabilia nũcupari. Empedocles Metonis
Agrigẽtinus quattuor elemẽta ignẽ/aera/aquã/terrã/duasq́ principales poteſta⸗
tes amicitiã & litẽ/ exiſtentiũ rerũ principia cõmentus eſt: quarũ altera qdẽ uniat
altera uero diſpertiat. Videte igit̃ q̃ nã eorũ q apud uos ſapiẽtes appellant̃ cõfuſio
ſuborta ſit/eorũ inq́ quos p̃ceptores religiõis ueſtrę cõf temini. Si qdẽ hi rerũ oĩm
aquã principiũ eſſe definiũt/ignẽ illi/alĳ alia ex ĳs q̃ ſup̃ cõmemorata ſunt/qbus in
rebus ꝓbabiles quaſdã rõnes adduxerũt: ut ſuũ dogma cõfirmarẽt/idq́ oñderent
aliorũ placitis eſſe p̃ferendũ. Hęc inq́ ab his tradita ſunt. Quõ igit̃ gẽtiles uiri tu⸗
tũ fore putatis eis/q ſue conſulũt ſaluti/ut arbitrent̃ ſe ab illis uerũ dei cultũ diſcere
poſſe/q ſibiipſis nunq́ ꝑſuadere potuerũt/ne alternas ſeditões exercerẽt/neve pu
gnãtes cõtrariasq́ ſnias afferrẽt. Verũenimuero q a primario illo uetuſtoq́ erro⸗
re deſciſcere noluerint/nequaq́ ab ĳs quoꝝ meminimus/ ſed a celeberrimis cõſu
mataq́ uirtute philoſophis Platone uidelicet & Ariſtotele religionis normã ſe ce⸗
piſſe cõtendẽt: q̊s uerũ ꝑfectũq́ dei cultũ didiciſſe uolũt Ego aũt eos q talia memo
rant libẽter in primis rogarim/ unde nã edoctos illos affirmẽt? Impoſſibile eſt. n.
q adeo magna diuinaq́ a qbuſdã cõſcĳs nõ ꝑceperint eos aut illa noſſe ipſos: aut
eadẽ alios poſſe docere. Scd'o loco & rectũ & opportunũ putamus/ illorũ exami
nare ſnias/q̊s utiq́ nouerimus ni alter alteri uidebit̃ aduerſa ꝓferre: ꝙ ſi hos ipſos
minime inuicẽ cõſentire dep̃hẽdemus/fore puto ut eorũ facile nobis ignorãtia di
gnoſcat̃. Sed. n. Plato ac ſi cœlitus deſcẽdiſſet & uniuerſa q̃ ĩ cœlis ſũt diligẽter cõ
ſpexiſſet/ ſuprẽmũ deũ in ignea dicit eſſe ſubſtãtia. Ariſtoteles aũt in lib. ad Alexã
drũ Macedonẽ. ſuæ ipſius philoſophię cõpendiariã quandã ſniam exponẽs: clare
manifeſteq́ Platonis opinionẽ euellit: affirmãs deũ in ignea ſubſtãtia nõ cõtineri
ſed quintũ quoddã & ætheriũ corpus trãſmutatiõi minime obnoxiũ effingit/ in q̊
deũ repoſuit: nõ ut alĳ / q̊s inqt mali ſentiẽtes de deo ĩ ignea illũ ſubſtãtia collocaſ⸗
ſe. Deinceps ea quã in Platonẽ effuderat calũnia nõ cõtentus/ Homerũ quẽ ille iã
a ſua republica tanq́ mẽdacẽ reppulerat/tertiũ(ut inqt)eorũ q̃ a ueritate ſũt ſimu⸗
lachrorũ imitatorẽ / in cõfirmãdis ĳs q̃ de ætherio corꝑe aſſeruerat in teſtimoniũ
uocat. Scripſit enim ſic igitur & Homerus inquit.

Iupiter excepit nebulis & in æthere cœlũ. Cupiẽs Homeri teſtimonio fide
dignã ſui ipſius opinionẽ oſtẽdere: ignarus tñ ꝙ ſi Homero utat̃ teſte/ut ſe uera di
xiſſe demõſtret: Multa eorũ q̃ uera eſſe arbitratus eſt / falſa apparebũt. Thales eñ
Mileſius/q primus apud eos philoſophãdi ſumpſit initiũ / occaſione de Homero
ſumpta ſuas de principĳs/opiniones cõmẽtus eſt: Ariſtotele nanq́ dicẽte: Deũ &
materiã rerũ eſſe principia/apud eos oĩm antiqſſimus Thales: uniuerſitatis princi
piũ in aquã refert: ex q̃ oia generent̃/& ĩ quã uniuerſa ꝓcũbãt: cõiectatus ĩ primis/
ꝙ aialiũ oĩm ſeminariũ principiũ hũidũ eſt. Deinceps ꝙ plãtę oẽs humido alũtur/
atq́ fructificãt/eoq́ deſtitutę protinus areſcũt. Sed his coniecturis non contentus
Homerum tanq́ idoneũ cui fides habeatur/ citat ita dicentem.

Oceanus geneſim q cũctis oĩbus affert Cur igit̃ Thales ita in illũ iure nõ ex
clamat? Quãobcauſam o Ariſtoteles indeſtruẽdis Platonis opinionibns accedis
Homero tanq́ ueridico? noſtrã aũt impugnaturus ſniam ueridicũ nõ putas Ho⸗

merũ: Q, item ueſtri iſti ualde admirabiles philoſophi/nihil inter ſe conſentiẽtes
appareant/aliſs etiam in rebus/ex iſs quocꝫ dignoſci facillimũ eſt. Nam tria rerum
principia Plato poſuit/deum/materiã/& ſpeciẽ. Deũ quidẽ effectorẽ omniũ. Ma-
teriẽ autẽ quæ primę rerũ generationi ſubiaceat/ & illi ipſi ut creet occaſionẽ ſub-
miniſtret. Speciẽ uero uniuſcuiuſcꝫ faciũdæ rei exẽplar Ariſtoteles eius principiſ
quã ideã ſeu ſpeciẽ nuncupamus/nullo pacto meminit. duo autẽ ſtatuit principia
deũ & materiã. Plato rurſus ĩ ꝑ̃ma illa ſphęra ſuꝑ̃ma cęleſti & a planeta quaſi dixe
ris inerrabili primũ deum/ & Ideas collocat. Ariſtoteles uero poſt deũ primariũ/
nõ Ideas/ſed ĩtelligibiles quoſdã deos ipſe cõſtituit. At in hũc modũ de rebus cœ-
leſtibus alterne diſſentiũt: ut noſſe deceat illos quorũ noticię res q̃ ĩ prõptu nobis
ſunt nõ patuerũt: de qbus inuicẽ ſibi aduerſant̃ cõtradicũtcꝫ / eoſdẽ nõ uideri di-
gnos fide/ut cœleſtia doceãt/ꝙ aũt nec eoꝝ ſermo cõueniat de aĩa humana re qdẽ
ꝑ̃ſentanea/ ex iſs uticꝫ mãifeſtũ / q̃ cũ utercꝫ de illa diſſeruere. Plato quidẽ triꝑtitã
illã arbitrat̃: cuius altera portio rationalis habeat̃ iraſcibilis altera/ tertia cõcupiſci
bilis. Ariſtoteles uero minus cõmunẽ aĩam cõſtituit: in quo. ſ. corruptiles particu
læ cõpræhendant̃/ſed id ſolũ ꝙ ratiõe capax eſt animã eſſe dicit. Atq Plato aĩam
omnẽ ĩmortalẽ clara uoce teſtat̃: Ariſtoteles autẽ entelechiã illã nuncupans/non
ĩmortalẽ ſed mortalẽ eſſe uoluit: Et ab illo quidẽ ſemꝑ mobilis/ab Ariſtotele uero
immobilis definit̃ ut quæ omnẽ motionẽ ipſa pręueniat. Quibus in rebus aduer
ſa pugnantiacꝫ uiciſſim ſtatuere redarguunt̃. Enimuero ſi qs diligẽter peculiares
eorũ opiniões cõſiderare uoluerit/inueniet uticꝫ illos in eiſdẽ ipſis nõ ꝑſtitiſſe. Si-
quidẽ Plato tria interdũ rerũ principia cõſtituit/ deũ/materiã/ideas: interdũ quat-
tuor. Adiecit em̃ aĩam uniuerſi/& rurſus cũ ingeneratã materiẽ dixiſſet/ eandẽ po
ſtea generatã aſſeruit. Et cũ ꝓpriũ ideæ principiũ aſſignauiſſet: & ꝑ ſemet ſubſiſte
re affirmauiſſet: mox illud in intelligibilibus poſuit. Cum itẽ omne quod genitũ
eſt corruptioni obnoxiũ antea dixiſſet/aliqua poſtea illorum dicit poſſe nõ ſolui/
necꝫ corrũpi. Quid igit̃ cauſe eſt ut nõ ſolũ ad alterutrũ/ ſed ad ſeipſos etiã tumul-
tuent̃/q apud uos ſapiẽtes exiſtimant̃: ob id uidelicet euenit/ꝙ ab eis q nouerant
diſcere poſthabẽtes/ ſibimet ꝑſuadere maluerũt/ꝓprio hũanocꝫ conſilio cœleſtia
poſſe cognoſcere/ q nec ea q̃ ſunt in terris potuerũt. Cur q̃ſo humanã aĩam vrorũ
philoſophoꝝ: aliſ ĩ nobis aliſ circa nos eſſe dixerũt. Et ſane necꝫ ĩ hoc ipſo cõueni-
re ſatis curauerũt: ſed ueluti ꝓpriã ignorationẽ differẽter ꝑtiẽtes de ipſa quocꝫ aĩa
tumultuari rixaricꝫ delegerũt. Eorũ qppe nõnulli ignẽ dicũt eſſe aĩam / iſ aerẽ/ illi
mentẽ/Aliſ motionẽ/euaporationẽ: aliſ poteſtatẽ: aliſ fluentẽ ex aſtris: aliſ autẽ mo
tiuũ numerũ: alteri aquã generationis effectricẽ & ut generatim dicat̃ in ordinata
quędã & male conſona apud eos ĩoleuit opinio. Hoc ſolo bonis iudiciſs digna
laude exiſtimata/ꝙ alterutros errabundos / nec hærẽtes ueritati redarguere dele-
gerũt. Poſtcꝫ igit̃ fieri nõ poteſt ut qcꝫ ueri cultus a ueſtris ꝑ̃ceptoribus cõdiſca-
ſtis/cũ ſatis idoneã ſuæ ignorãtiæ fidẽ ob alternas rixas uobis effecerint: ſequens
puto ut maioribus nr̃is accedatis / q ꝑ̃ceptoribus ur̃is lõge antiqores ſũt quicꝫ de
ꝓpria nihil phantaſia uos edocebũt/necꝫ ab alterutris diuellent̃/nec inuicẽ quiccꝫ
demolientur/ſed quã procul ab om̃i contentõe procul a rixa dei cognitionẽ ſuſce
pere/eandẽ uobis inſinuabunt. Necꝫ em̃ aut ipſa natura aut humana intelligẽtia/
magna adeo atcꝫ diuina hominibus cognouiſſe poſſibile eſt/uerum ſuperne ſan
ctis hominibus demiſſo dono / quibus opus non fuit aut arte / aut ut litigioſe ve
diſſererẽt: ſed ſe ipſos diuini ſpũs oꝑationi puros exhiberẽt: ut diuinũ illud cœli-
tus deſcendẽs plectrũ/qđ uiris iuſtis tancꝫ citharę cuiuſdã / aut lyrę inſtrumento
utitur/cœleſtiũ & diuinorũ cognitionẽ uobis reuelet. Quapropter ueluti ex uno

ore/unacꝫ lingua/& de deo & de creatione mundi/ & de hominis formatione / &
de humanæ animæ immortalitate/& de eo quod post hanc uitam futurum est iu⸗
dicio/ decꝫ omnibus quorum nobis cognitio necessaria est consequẽter/& inter se
cõsentiẽtes/nos edocuerũt:ꝙ uticꝫ diuĩa dogmata diuersis & locis & tꝑibus ꝑ̄bue
rũt.Incipiã igit̃ a Mose qui apud nos est primus & legislator & ꝓpheta/ exponẽs
primũ tꝑa ꝗbus natus est/eorũ etiã testimonijs utẽs / q̊s dignos existimatis ꝗbus
fides habeat̃/necꝫ.n.ex diuinis solũ q̄ apud nos habent̃ historijs hoc ip̄m demon⸗
strare tẽtauerim:qn̄quidẽ illis adhuc ꝓpt̃ antiquũ maiorũ uestroꝝ errorẽ credere
noluistis/sed ex vr̄is & nihil a nr̄a religiõe discordibus historijs ut ꝑcipiatis/ oim̄ si
ue historicoꝝ siue sapiẽtũ siue poetaꝝ/siue philosophoꝝ/siue legũ positoꝝ ꝗ apd̓
nos sunt.Primũ nr̄æ religionis magr̄m Mosen uetustiorẽ multo fuisse : ut gentilia
nobis declarãt monumẽta.Tꝑibus.n.Ogigis & Inachi/q̊s plericꝫ vr̄oꝝ terrigenas
putauerũt:facta est Mosis mẽtio ueluti ductoris & principis Iudaicæ natiõis: eius
nãcꝫ Polemon in primo græcę historię meminit.& Appion possidonij tũ in libro
aduersus Hebræos:tũ in quarto historiarũ referẽs/ tẽpestate Inachi regis Argiuo
rũ/Amaside in ægypto regnãte iudeos ꝗbus ꝑ̄erat Moses defecisse:ijscꝫ Ptoleme
us Mẽdesius cõsentit:ꝗ res ægyptias lr̄arũ monumẽtis cõmẽdauit:quicꝫ Atheni⸗
ensiũ gesta conscripserũt/Hellanicus & Philochorus/qui res Atticas & Castor &
Tallus & Polyistor Alexãder.Amplius Iosephus & Philon/ꝗ Hebræorũ histori⸗
as cartis mãdauere/Mosis tancꝫ antiꝗssimi longecꝫ uetustissimi iudęoꝝ principis
meminerũt.Hic igit̃ Iosephus antiꝗtatẽ uetustatẽcꝫ historiæ ex ipsa etiã librorũ in
scriptione mõstrãdi cupidus/ipsam in hunc modũ exordit̃. Phlauij Iosephi iudai
cæ antiꝗtatis:ut ꝗ uetustatẽ ipsam historiæ noĩe antiꝗtatis exꝑ̄sserit:sed & Diodo
rus apud uos historicorũ oim̄ ꝓbatissimus/qui bibliothecas cõpendio cõclusit:&
triginta cõtinuos annos ĩ Asia atcꝫ Europa ut ipse scribit ambiẽda cõsumpsit: nec
nõ pluria ꝓprijs oculis hausit/q̄draginta suę historię libros reliꝗt:quorũ primo cũ
rettulisset/se a sacerdotibus ęgyptijs didicisse antiquũ primũcꝫ legislatorem fuisse
Mosen/ita de eo ijs ipsis uerbis mentionẽ fecit. Post antiquã apud ægyptios uitę
cõstitutionẽ/quã deorũ heroũcꝫ tꝑibus fuisse fabulant̃/ ml̄titudini dicũt ꝑsuasisse
scriptis uti legibus/eisdẽcꝫ gubernari Mosen / magno aĩo virũ & ꝓbatissima uita
celebratũ.Idẽ paululũ ꝓgressus dũ uellet antiquorũ legislatorũ mentionẽ facere/
primũ citat Mosen/de quo his in hũc modũ uerbis scribit :
Apud Iudæos ꝗdẽ Mosen quẽ uocãt deũ: siue ob admira⸗
bilẽ diuinãcꝫ notionẽ/quã decernit hoĩm multitudini ꝑsu⸗
turã/siue ob excellentiã & potestatẽ ꝗbus vulgus ipsum su
sceptę legi libentius obsequitur / scd̓m inter legis positores
ægyptios Sauchnin fuisse cõmemorãt: insignẽ prudẽtia ui
rũ. Tertiũ Sesochosin dicũt regẽ / ꝗ nõ modo ĩter ægyptios
bellicis negocijs ꝑ̄celluerit:uerũ etiã bellacẽ gentẽ legũ po
sitione frenauerit. Quartũ Bochori statuũt/ & eundẽ regẽ
quẽ memoriæ ꝓdiderũt/& de mõ regnãdi/& de domestica dispẽsatiõe egyptijs ꝑ̄
cepisse.Sextus dr̄ Xersis pr̄ Darius ægyptijs legibus addidisse. Hęc uiri gentiles
de Mosis antiꝗtate lr̄is mãdauere/ꝗ alieni sunt a nr̄a religione/& ea ipsa se ab ægy⸗
ptijs sacerdotibus didicisse rettulerũt/apud quos nõ solũ natus est Moses:sed etiã
ægyptia eruditione dignus est habitus. a filia.n.regis ĩ filij locũ ascitus / ꝓpterea cꝫ
multa diligẽtia enutritus est.queadmodũ historiographorũ sapiẽtissimi Iosephus
& Philon memoriæ ꝓdiderunt/ꝗ & eius uitã/& gesta/ & generis dignitatẽ cõscri⸗
bendã sumpserũt. Hi ipsi Iudeoꝝ acta monumẽtis referẽtes ; Mosen chaldæo ge⸗

Hoc loco aut Iustini
ip̄ius textus uitiatus
aut oĩa græca Dio⸗
dori exemplaria cor
rupta de latina trala
tione quoniam per⸗
perã inuersa est : nil
sincæri trahi potest.

nere memorāt oriundū/nā cū eius maiores crassante fame ex phęnicia in ægyptū migrassent/ibi hoiem natū affirmāt:quē obexcellentē uirtutē honorare deus,ppo suerit:& suo generi principē/legislatorē ac exercitus ducē p̄fecerit:cū uidelicet de creuisset populū Hebręorū ex ægypto in,ppriam regionē reuerti: huic itaq; uiro deus in primis/diuinū atq;,ppheticū in sanctos uiros descendens donū/ elargitus est:& primū nostræ religionis futurū magr̄m p̄parauit.Inde &,pphetas reliquos/ qui eodē p̄diti fuerūt dono/& eadē quoq; nos edocuerūt.Hos ipsi nr̄æ religionis p̄ceptores fuisse dicimus/nihil a propria & humana mēte/sed ex collato supne do no nos erudientes:Vos autē ubi ex antiquo patrū uestrorꝫ errore opinamini.ijs ipsis obedire nō oportere:quos nā mgr̄os uestræ religionis dignos fide ,pmittis: fieri,pfecto nō potest (qđ sæpius diximus)ut q̄ a deo magna atq; diuina a scienti bus nō didicerint/aut ipsi scire:aut recte alios docere possint.Sed ubi satis res phi losophorū vr̄orꝫ ex ijs q̄ supra narrauimus redarguimus/ tanq̄ oī ignorātia oīq; nugacitate plenas/dimissis ipsis/sicuti & poetas prius dimiseratis/ad oraculorꝫ fal lacias cōuertemini:Ita.n.quosdā narrātes audiuimus. Reliquū igit̄ putauerim ut q̄ a uobis prius acceperā/eadē uobis in p̄sentia referā.Dū.n.quispiā(ut ipsi dicitis) ab oraculo ꝑcunctaret̄/q nā olim religiosi uiri extitissent/in hūc modū oraculū re spōdisse fatemini.Qui p se genitū hebręi coluere tonantē/Chaldęiq; simul sophiā diuinaq; norūt.Q̄m igit̄ & ab oraculis vr̄is discere posse ueritatē putatis: & ex hi storijs pariter/q̄ de Mosis uita cōscriptæ sunt ijsq; a nr̄a religione alienis cognoui stis:Mosem ex hebręo & chaldęo genere cū,pphetis reliquis oriundū: nihil inopi nabile existimabitis:si uirū hunc ex pio genere oriundū/ & uitā agitantē dignam pietate religioneq; maiorū/magno hoc dono deus honorare destinauerit/eundē q;,pphetarū oīm primū oñderit.Necessariū aūt existimo rationē habere tēporꝫ/q̄ bus vr̄i floruere philosophi/ut noīcatis eā:q̄ uobis istos attulit:ætatē/recentiorē & propinquā admodū esse:Sic.n.Mosis antiquitatē facilius cognoueritis.Ne aūt de tp̄ibus disserēs/pluribus argumētis usus rē,ptrahere uidear: hinc puto mihi exor diēdū esse.Socrates Platonis/Plato Aristotelis p̄ceptor fuit:hi aūt Philippi & Ale xandri Macedonis tp̄ibus floruerūt: Queadmodū nobis Atheniensiū rhetores plane testant̄:p̄sertimq; Demosthenis contra Philippū scriptæ orationes: q̄ autē Aristoteles Alexādro dū regnaret cōuixerit/q Alexādri ipsius gesta cōscripserūt habunde manifestāt/facile est ergo undecūq; colligere Mosis historiā/ oi exotica historia longe antiquiorē. Minime nanq; ignorare uos decet:nihil esse gentilibus historijs exacte mandatū añ olympiadas: nec ullā antiquā exstare cōscriptionē/q̄ aut grecorū aut barbarorꝫ gesta significet.sola,pphetę Mosis p̄cessit historia/ quā afflatione diuina hebræis litteris ipse p̄scripsit:neq;.n.adhuc erāt græcę litterę/ sicu ti earū p̄ceptores litterarū declarāt/asserētes cadmū ipsas ex phœnicia primū attu lisse & græcię tradidisse:Et primus inter uestros philosophos Plato testat̄ eas po sterius inuētas.q̄ppe q̄ in Timęo scripserit/Solonē inter sapientes sapiētissimū ex ægypto redeuntē/hæc ipsa gręcię rettulisse/ que ipse ab ægyptio sacerdote nec sa ne: uetusto audiuerat ad se dicente: O Solon Solon græci semper pueri estis.Nec apud græcos senex quispiā:& rursus Omnes inquit quo ad aīas pertinet iuuenes estis/neq; antiquā ullā opinionē aut quicq̄ lōgæui tēporis in illis habetis/nescitis aūt multa sæcula mutis uobis peracta esse / ob id q̄ litteris caruistis. Quapropter sciri cōuenit oēm historiā fuisse grecis exaratā litteris q̄ posterius inuētę sūt/ q̄bus utiq; lr̄arū elemētis/si q̄s recte meorari uoluerit/oēm inueniet cōscriptionē mēorię cōmēdatā/siue antiquorꝫ poetarū/siue legislatorū/siue philosophorꝫ/ aut rhetorꝫ: & ab ijs parit̄ historijs q̄ foris sūt edocebit̄ Ptolomęū ægypti regē cū bibliothecā

illã in Alexãdria p̄parauiſſet/atq; ut eã cõſumaret/undecunq; libros cõduxiſſet: certiorẽ deinde factũ antiquã hiſtoriã hebraicis cõſcriptã characteribus. ſũma di- ligentia adſeruari: cognoſcendorum uoluminũ cupiditate adductũ/uiris ſeptuagin ta ſapiẽtibus/hebræã ſimul & græcã linguã edoctis ab hieroſolymis accerſitis/uolu mina illa ut interp̄tarent mãdauiſſe: ut aũt ab oĩ ꝑturbatiõe ſemoti citius interpre- tatiõis officio fungerent: iuſſiſſe illis non in urbe/ſed ab ea ꝓcul/ſeptẽ ſtadijs intra pharũ/ paruas exædificari domũculas/interpretũ numero pares vnicuiq;.ſ.ſuã:ut eorũ unuſq̄ſq; priuatim demandatũ munus exequeret. Adſtantibus uero mini- ſtris p̄cepit/haberet q̄dẽ oẽm in curãdis illis diligentiã:ꝓhiberet uero ne inuicẽ ob ſeruarent/ut & interp̄tatio exactior/ & cõſonãtia ſimul deprȩhendi poſſet. Poſtq; autẽ cognouit ſeptuaginta uiros nõ ſolũ eadẽ ſnĩa/ſed eiſdẽ etiã dictõibus uſos/& nec ꝟbo q̄dẽ alternã cõſonantiã interrupiſſe:ſed eadẽ oĩ no & de eiſdẽ ſimul ſcripſiſſe: ſtupefactus ac cõſtãter cre dens interp̄tationẽ diuina uirtute cõfectã/ oĩ q̄dẽ hono re dignos interpretes/ tanq; dei amicos ꝑpendẽs/ mul- tis donis affectos ĩ patriã redire iuſſit:libros aũt illos di- uinos(ut decebat)exiſtimãs illic repoſuit. Hȩc uobis gẽ tiles uiri non fabulæ/nõ fictæ hiſtoriæ inſtar attulimus/ſed q̄ Phari accolæ/ nobis tanq; patria nunciarũt/& q̄ uidimus ipſi/illa ꝓtulimus:q in Alexãdria/cũ eſſemus caſularũ ueſtigia in pharo ueluti reliquias cuſtodiri cõſpeximus: q̄ licet uobis ex alijs pleriſq; diſcere & p̄cipue a ſapiẽtibus atq; ꝓbatis uiris Philõe atq; Ioſepho q rȩ hanc hiſtorię mãdauere:ſi q̄s aũt eorũ e numero q̄bus cõtradicẽdi ſtudiũ in uſu eſt/cõtendat libros hoſce nõ ad nos ſed ad iudȩos ꝑtinere: ꝓpter ea ꝙ in ſynago- gis eorũ uſq; ad p̄ſens adſeruent/affirmetq; fruſtra nos religionis nr̃æ cultũ inde didiciſſe:ex eiſdẽ libris norit:eorũ doctrinã nõ illis ſed nobis cõferre. ꝙ aũt adhuc apud Iudeos cuſtodiant/q̄ nr̃ę religioni uſui ſunt:diuinę rebus nr̃is cõſulẽtis pru- dẽtiæ opus exiſtimamus/ne ſi eos ex eccleſia dũtaxat ꝓmeremus anſam maleuo lis calũniandi p̄beremus: q̄ illis uidelicet adimitur/cũ ea ex Iudȩorum ſynagoga ꝓfe- rimus. quo fit ut ex ipſis q̊s illi cuſtodiũt libris/clare manifeſteq; appareat/ doctri- nã illã a ſanctis hoĩbus litteris traditã:ad nos ipſos ꝑtinere. Eſt igit̃ opep̄ciũ gẽtiles uiri ut futuris ꝓſpiciẽtes: & illud q̄d nõ modo nr̃i ſed etiã alienigenę p̄dicarũt iudi ciũ contẽplantes in prudẽti maiorũ ur̃orum errori nõ aſſentiamini: nec ſi q̄d illi uo- bis tradiderũt aberrãtes id uerũ putetis:ſed in ꝑiculũ formidãdæ infœlicitatis ocu los figẽtes/diligẽter q̄retis & ꝑſcrutemini q̄ monumẽtis mãdata ſũt ab illis/q̊s ut ipi dicitis mg̃ros habetis. multa.n. eos quanq; inuitos diuina ꝓuidẽtia hoĩbus conſu- lẽs loq̄ de nobis coegit/ & maxime q̄ ad ægyptũ ꝓfecti:& a Moſe & reliq̄s maiori bus religiõis emolumentũ conſecuti ſunt. Neq;.n. pleroſq; vr̃m latere puto/q̊s & Diodori & aliorum docuit hiſtoria: ꝙ & Orpheus uidelicet & Homerus/ & Solon qui leges Atheniẽſibus ſcripſit/ſed & Pythagoras/& Plato/& alij nõnulli in ægy- pto fuere:q ſimulac ab hiſtoria Moſis eruditi ſunt illis ipſis cõtraria definiuere: q̄ prius amplexati fuerãt Quæ.n. poſtea primus (ut ita loquar) multi dei cultus vr̃i magr̃ Orpheus:Muſæo filio & reliquis legitimis auditoribus de uno & ſolo deo prædicarit/Neceſſarium puto uobis ſuggeri:ad hunc enim modum cecinit.

¶Ex hoc loco forte Augustinus deſumpſit q̄d poſtea in libris de ciui. dei de trãſlatiõe ſeptuaginta interpretũ poſuit.

Quos licet affabor/portis exclude prophanos
Luciferæ Phȩbes Muſeæ aduerte propago
Vera loquar. quæ nota prius:quæ in pectore dudum
Conſerta:æternæ non præſtant munera uitę.
Diuino aſſideas uerbo/ quod conſpice ſemper:

Quod mentis nauem flectet: tu scande per arctum
Et solum spectato ducem / qui præsidet orbi
Is per se genitus/solus qui cuncta creauit
Omnibus assistens, nemo est qui hunc uiderit unq;
Mortalis/ sed cuncta procul cernuntur ab ipso
Atq; malum/ unde bonum/ miseris mortalibus infert
Et rigidum bellum/lachrymas/seuosq; dolores:
Nec quicq; est aliud non magni regis alumnum:
Quem neq; conspicio tectum caligine densa
Mortales oculi quoniã mortalibus insunt
Atq; Iouem penitus nõ possunt cernere regem
Hic siquidẽ firmum sortitus in æthere cœlum est
Aureus huic thronus est/pedibus iacet arida tellus:
Et dextra oceani uelocis littora cingit
Hunc metuunt celsi montes/hunc flumina/pontus — **Et rursus alibi dicit.**
Iupiter & Pluto Phœbus Dionysius unum est
Sed cur bis loquimur: deus adstat in oĩbus unus — **In ius iurãdis aũt sic.**
Per cœlum iuro te/quod deus inclytus edit
Perq; patris uocem primã/ quam protulit ipse

Quã quidẽ uocẽ dei uerbũ nũcupat/ꝑ qđ & cœlũ/& terrã/& creaturã cõdidit uniuersam/sicut nos docẽt diuinę sanctoꝝ hoĩm ꝓphetię. Quibus cũ & ipse nõ nihil opꝫ apud ægyptios impẽdisset/didicit dei uerbo uniuersam creaturã cõditã esse. Quapropter ubi dixerat perq; patris primã uocẽ quã protulit ipse: adiecit hæc & coniũxit. Hac & cõsilijs mundũ firmauerat oẽm: Quo ĩ loco uocis nomẽclaturã more poetico uerbũ expræssit. Hoc aũt ita se habere declarat/qđ paulo ante intercesserat/diuino assideas uerbo qđ cõspice semꝑ. nec nõ oportunũ putauerim. ut memoriæ succurrãt/quæ de uno & solo deo prisca illa & ualde antiqua Sibylla/ suis uos oraculis edocuerit: Cuius tanq; fatidicæ & Plato & Aristophanes & alij pleriq; meminerũt/quæ quidem in hæc carmina uocem resoluit:

Vnus enim deus est/solus/non editus/ingens
Omnia conspiciens/non uisilis induperator
Quem moritura caro potis est cõprendere nunq; — **Deinde alibi sic.**
Immortalis enim calles deflexímus ipsi
Nec nõ insulse manufacta sacrauimus atq;
Idola infectos hominũ testantia mores — **Et rursus alio loco in hũc modũ.**
Fœlices illi in terris omnino futuri
Qui summũ coluere deũ/& laudare priusq;
Degustent quicq; freti pietate putarũt
Qui mutos lapides/qui tẽpla altaria bruto
Sanguine quadrupedũ fœdata/refellere discunt:
Vnius inq; dei laudem procumbere norunt.

Hæc illa quidẽ Sibylla cecinit/Homerus aũt abusus poetica licentia cũ opinionẽ Orphei de pluralitate deorũ inprimis imitatus fuisset: fabulosa quidẽ pleraq; ex eorũ multitudine meminit: ne Orphicæ poesi nõ succinere uideret: quã adeo sibi ꝓposuerat ĩmitandã ut ex primo ipsius poesis carmine suã ad illã cõuenientiã significarit: cum enim ita Orpheus in principio sui poematis dixisset.

Irã frugiferæ Cereris dea pande canẽti — **Ille ita**
Iram Pelidæ rigidi dea pande canenti

Deligens ut mihi quidē apparet ita exordiri ut etiā a poetici metri ratione decideret/ne primus uidere tur deorū nominis meminisse paulo autem post & suā de uno deo opinionē apte dilucideqꝫ declarat cum ex phœnicis ꝑsona ad Achillē quodā loco infit.

Nec si pollicitus deus ipse auferre senectam
Et mihi florentem circumfudisse iuuentam.

¶ Innuit eos primi Iliados carmis errores quos notat etiam Eustathius interpres.

Ipso enim pronomine deum uere existentem expræssit/& alibi quoqꝫ ex Vlyssis persona/ græcorum multitudini loquitur.

Non plures numero sed princeps unicus esto.

Verū huic quoqꝫ bono contrariū malū opere ipso declarare constituit: qm̄ ex deo rū multitudine/bella/lites/seditiones/alternas insidias enarrauit. Quippe monar chiā ipsam inexpugnabilē esse cōtingit atqꝫ hæc ab Homero desumpta sint/ qꝫ si opportunū quoqꝫ iudicaueritis ut a scæna quoqꝫ de uno deo testimonia ꝑducamus: audite Sophoclē dicentē: Vnus re uera unus est deus qui terrā struxit & cœlum: q maris nitentes undas/& uentorū minas mortales plurimi corde aberrātes/ in aīæ perniciē simulachra struximus lignea/lapidea/uel auro tecta/uel elephāto: qbus festiuitates & sacra fecimus/pie in hunc modū colere existimantes. Hæc ita Sophocles. Pythagoras aūt Mnisarchi q suæ dogmata philosophiæ per mystica symbola exposuit: uti declarāt ij quibus eius uita cōscripta est/de uno deo sensisse uidetur ea/q digna sua in ægyptum ꝑfectione habeant: quippe cū rerū principiū unitatē cōstituerit & hanc ipsam omniū bonorū causam existimauerit/Allegoricæ docuit unū & solū esse deū. Hinc autē manifestū fiet hęc ita se habere qm̄ & unitatē & unū nō parū inuicē differre decreuit: Illā em̄ ī intelligibilibus/hæc aūt innumeris collocauit. Sin aūt uos Pythagorę sententiā de uno deo clarius cognoscēdi cupido incessit: illā ipsam audite ita em̄ se habet: Deus quidē unus est/ neqꝫ ut non nulli suspicantur extra mundi ornatū/sed in ipso oīno est: atqꝫ oēs uniuerso in circulo generatiōes cōsiderat/annos oēs & secula tēperat/potestates dispensat & opifex omniū quæ in cœlo sunt/principiū/illuminator & pater omniū/ cunctorū præterea quæ in circulo sunt mens/ motus/& uita. In hunc plane modū Pythagoras/ præterea Pla to/ut uisum est Mosis aliorūqꝫ prophetarū de uno deo demonstraturus doctrinā/ quā dum esset in ægypto percepit: sed ob ea nihilominus q̄ Socrati acciderāt ueritus ne in se Anytū quendā & Meletū excitaret/quibus apud atheni enses accusaret/asseuerātibus eū iniuste in deos agere/eos renuēs quos ciuitas recepisset/mætu uidelicet cicutæ uariū quendā & tectū inuolucris sermonē de dijs molitus est: quo eorū posset opinio stare qui plures deos autumarēt/eodēqꝫ pariter ijs adsentiri/qui contraria illis arbitrarētur: sicuti facile est depræhendere ex ijs quæ scripta reliquit. Cum em̄ antea statuisset oē qđ factū est oportere dissolui: postea deos factos asseuerat: cū item rerū omniū principia deū & naturā esse uoluerit/necessariū est utiqꝫ eum affirmaturū factos ex materia esse deos/si autē de materia ex qua malū quoqꝫ proficisci putauit: quales nam illos esse deos cōueniret/qui de materia prodirēt sapientibus considerandū reliquit: ꝑpterea nāqꝫ ingenitā materiam affirmauit ne consequio dicere uideretur deum mali effectorē: de ijs enim dijs qui creati erant a deo ita dixerat: Dei deorū quorū ego creator sum: eius uero dei qui uere est recte meminisse uisus est. Qui enim audiuerat deū Mosi in ægypto dixisse: Ego sum existens. Quādo scilicet eū deus ad Hebræos missurus esset: hinc intellexit nullū sui peculiare nomen insinuasse: neqꝫ enim deo proprium nomen aptari pōt. Quippe cū noīa subiectis rebus q̄ uaria & diuersa sint declaran

dis / manifestandisqꝫ apponantur: deo autem neqꝫ quisqꝫ fuit prior / qui nomen imponeret / neqꝫ ipse se ipsum nominare oportere constituit / unus & solus existens: qui idem per suos prophetas testatur inquiēs: Ego primus & ego postea / & præter me non est alius deus: ob id igitur ut supradixi proprij nominis alicuius deus non fecit mentionē / cum Mosen ad Hebræos destinasset / sed ui cuiusdā participij se unum & solum deum mystice docuit: ego enim inquit sum existens: ex opposito uidelicet se ipsum distinguēs existentē / ab ijs qui nō existūt: ut qui prius decepti fuerant / agnoscerent se nō illis qui existūt / sed plane non existētibus applicuisse. Quoniā autē deus nouerat primos homines antiquæ parentū deceptiōis meminisse / quā humani generis osor dæmon ludificandi gratia excogitauit: tum cum ita illos allocutus est: si mihi credideritis dei mandatū pretereuntes eritis sicut dij / eos em̄ nominauit deos qui nō sunt / ut qui alios esse deos putassent / & seipsos quoqꝫ fieri posse deos existimarent. Propterea Mosen affatus ē: ego sum existēs / ut per hoc participiū existens / dei existentis / & eorū qui non sunt differentiā edoceret / qui autē dæmoni decipienti homines crediderūt / ausiqꝫ ꝓpterea diuinis obaudire præceptis: Exierunt e paradiso deoꝝ quidē nomenclaturę memores / uerū non satis edocti / an dij alij præter deū inuenirentur: neqꝫ enim erat æquum / ut qui mandatū primū alioquin obseruatu facile nō custodissent erudirent amplius: sed potius ut iusta pœna plecterent. Vbi ergo de paradiso expulsi arbitratiqꝫ sunt ob solā se inobediētiā eiectos / ignari alioquin id etiā fuisse in causa / q̄ eos qui nō erāt dij / deos esse crediderant / deorū nomen hominibus de se propagatis tradiderunt. Quo fit ut prima isthæc de dijs mendax phantasia / a parēte mendacij originē traxerit. Aduertens itaqꝫ deus falsam de pluralitate deorum opinionē: eamqꝫ ueluti pestilentē quempiā animæ morbū tollere cupiens: primū quidem apparens Mosi ad eum inquit: ego sum existēs. oportebat enim existimo eū qui futurus erat hebræi generis princeps & imperator / existentē deum ante omnia cognoscere: quapropter huic primo apparens eo modo quo fieri potest ut homini deus appareat Ad eum inquit. ego sum existens: dein illū ad Hebræos destinaturus in hūc modum illis dicere imperat / Existens misit me ad uos. Hæc igitur Plato cum in ægypto didicisset mirifice ijs delectatus est / quæ de uno deo tradita fuerant: Mosis tamen mentionē facere ob id q̄ unū soluqꝫ deum edocuerat / sibi apud Athenienses tutū non putauit ueritus Areopagum. Id autē quod a Mose bene scriptū percepat non tanq̄ illud ab eo didiciscet / sed ueluti ꝓpria afferens opinione in Timęo opere quidem elaborato / & in quo theologiā tradere molitus est / idipsum de deo disseruit. Quod & Moses ita nanqꝫ scribit. Est igitur ut mea fert opinio diuidendum primo quid est qđ semp existit / & generatiōe caret & quid illud est / quod quanqꝫ factum sit / nun dū tamē existit / An non quæso gentiles uiri conspicuis mentibus unum hoc / idemqꝫ uidet solo dirempto articulo? Moses enim qui existit inquit: Plato uero quod existit: quoꝝ utrūqꝫ semper existenti deo cōuenire manifestum apparet. Ipse enim est qui solus semper existit / generatione carens / quid autē illud sit ab eo quod semper existit e regione distinctū / de quo ille ait factū quidē / nunq̄ existens / exacte considerandū est. Inueniemus em̄ ipsum clare manifesteqꝫ dicentem / quod ingenitū est sempiternū esse genitos autē uel fabrefactos / ut ipse de illis inquit / Dei deorū quorum ego creator: factos & pereuntes censebimus / Ita nanqꝫ dixit: Est igitur ut opinor diuidendū primo / quid est id qđ absqꝫ generatiōe semp existit. Et quid illud quod factū est nunq̄ autē existens: qđ enim intellectu cū ratione compræhensum est id semp existit. Quod autē opinione cū sensu irrationali cogitabile est / id fieri & perire dixeris / esse uero nequaq̄. Hæc Platonis uerba /

quibus mens emota non est factorum deorum abolitionē & perniciē prædicant. Huic autē uobis necessario mens adhibenda est: ꝙ opificem deum nō Creatorē nuncupat/inter quæ multum interest iuxta ipsius dogma Platonis: creator enim nullo indigens alio/ propria ui & potestate facit/quod faciendum est. Opifex aūt opificij potestatē/ ex materia desumens qđ faciendum est/efficit. Sed fortasse non nulli quibus mens non est a multorū deorum dogmate resipiscere opificē ipsum ijs quos produxit dijs ita dixisse contendent: Quoniā estis geniti/ immortales aut omnino indissolubiles esse non potestis: nō soluemini autē / neq; mortali fato me ita uolente subijci emini: maiorē & fortiorē multo nexum sortiti. Hoc in loco Plato eos formidans qui deorum pluralitatē amplexi sunt: opificem suum sibi ipsi cōtraria loquentē introducit/ qui enim prius dixerat corruptioni obnoxiū esse omne quod factum est: nunc aduersa atq; pugnantia eundē ipsum asseuerantē refert Non sentiens nullo pacto se posse mendacij crimen effugere. Aut enim mentiebatur prius cum affirmabat/corruptile esse omne quod factum erat: aut nūc ī illis enunciādis mentitur/quę superius a se dictis aduersantur. Si enim omnino necesse est/iuxta eam quā prius attulerat definitionē/omne quod factum est corrumpi Quo pacto dein cōcedit/quod necessario nequit fieri id ipsum ut fiat euenire posse. Quamobrem uisus est Plato incassum opifici suo/in ijs quæ fieri non possunt. blādiri uoluisse: ut quos semel ob id ꝙ ex materia facti essent / corruptiles futuros affirmarat/ rursus per ipsum indissolubiles & corruptioni minime obnoxios annunciaret. Atqui potestas materiæ iuxta Platonis dogma ingenita est/ & ipsi opifici contemporanea & coæua/quo fit ut consentaneū sit/ eam ipsius uoluntati nō assentiri: ab illo enim qui non fecit/in illud quod factum non est/nulla uis atq; potestas. Quamobrē fieri nequit/ut cogatur/utpote ab omni exteriori necessitate/ab omni peregrina iniuria libera: Ad hoc Plato cū respexisset ita scriptū reliquit: necessarium est/ne dicatur deum posse cogi/ An uero a sua republica propterea pepulit Homerum Plato? ꝙ in legatione ad Achillē dixerat/phœnix/dei uertūtur & ipsi. hoc autē Homerus nō de ipso rege & eo qui iuxta Platonem deorum opifex est/cecinit: sed de nōnullis/quos multos esse græci putauerunt: ut est nobis a Platone discere: ubi ait dei deorum. uni autem primo deo / aurea illa cathena omniū imperium & potestatem Homerus attribuit: a cuius diuinitate cæteri tantum distarēt dij ut haberētur digni qui inter homines computarentur: Ab eodem Vlysses contra Hectorem ad Achillem loquens in hunc modum introducitur.

Ipse hoīesq; deosq;/Ioui confisus/honore
Indignos retur/tumida circumfluus ira.

Quo in loco mihi uidetur Homerus / cum eadem quæ Plato in ægypto didicisset/extra controuersiam hoc ipsum innuisse: ut deo qui existit frætus/eos qui non existunt plane negligeret. Ipse nanq; poeta alibi ui alterius dictionis / pronominis. s. deum significat quod pronomen participio æquiualeat/ quo deum Plato existentem dicit: Quo loco ait quid est semper existens generatione priuatum? neq; enim temere mihi dictum uidetur a phœnicæ.

Nec si pollicitus deus ipse auferre senectam
Et mihi florentem circumfudisse iuuentam.

Hoc enim pronomen ipse/existentē/re uera/deum significat. Idem quoq; asseuerat oraculum: quod uobis de chaldeis & hebræis allatum est. Nam percunctante nescio quo quinam forte uiri deū pure coluissent ita respondisse illud asseueratis.

Qui per se genitum hebræi coluere tonantem.
Chaldeiq; simul/Sophiam diuinaq; norunt.

Quo pacto igitur Plato Homero irascitur affirmanti conuerti deos? siquidē Homerum illud utilitatis gratia dixisse manifestum est ex ijs, quę ibi dicuntur/eorum enim propriū est qui precibus & sacrificijs dignum putant clementiā consequi: ut pęnitentia afficiantur eorum quæ peccauerunt & imposterum cessent. Qui enim diuinitatem inconuertibilē existimarent/ nequaꝙ deligerent a criminibus quæ commiserunt retrocedere: quandoquidē ex pœnitentia nihil se utilitatis perceptu ros putarent. Qui fit ergo: ut philosophus Plato condemnet Homerum poetam/ asserentē uertibiles esse deos/ cum ipse deorum opificē: tam facile conuersum introduxerit: ut interdum quidē mortales deos/ interdum uero immortales eosdem affirmarit: nec de illis modo/ sed de materia ex qua (ut inquit) necessario producti sunt dei/uaria loquatur/& aliquando ingenitā/aliquādo genitam asseueret: Ignarus ꝙ in quibus Homerū accusat/in illa ipsemet impegisse cōuincitur: cum dicat tam facile deorum opificem conuerti tam& si Homerus de ipso etiā deo contraria cecinerit quippe qui eum scribat ita de seipso dixisse.

Nec reuocare datur/nec falli/aut fine carere
Cum capite annuero/fient mandata tonantis.

Sed hæc quidem inuitus(ut putauerim) Plato: formidans illos qui deorū pluralitatem uenerātur: Aliena de dijs uidet̄ narrasse: Quæ uero & a Mose & a prophetis de uno deo mystice prædicta fuerant/ea edoctus efferenda putat/pium affectātibus cultum quid sentiat manifestans. Eo nanꝙ delectatus quod Moses a deo susceperat: Ego sum existens/ breuem dictionē ꝑticipio expressam/ multa cura speculandam recepit: Cognouitꝙ deum cum suam Mosi æternitatem significare uoluisset/ dixisse ego sum existens: quandoquidē hæc syllaba ὢν idest existens non unum dūtaxat: sed tria innuit tempora/ præteritū/ pręsens/ atꝙ futurum. sic enim Plato ὢν id est existens ad futurum rettulit tempus quippe qui dicat nondū existentem/hoc autē ꝙ dico nondū non in præteritum ut nonnulli putant sed in futurum tempus referri debet/Quod e prophanorū monumentis plane constat. Plato igitur quasi cupiat nescientibus enarrare: quæ mystice atꝙ occulte de æternitate dei per participium illud ὢν dicta fuerant/his maxime dictionibus utitur scribens: deū etenim(quod est antiquum dogma)omniū principium/finem/& media continet. Quo in loco proculdubio legem Mosis antiquum dogma nuncupauit/ a Mosis nomine abstinens. Cicutæ formidine/ utpote qui nouerat ipsius uiri doctrinam græcis inuisam. Antiquitatis autē uerbo Mosen expræssit. Cuius legem/ & antiquam/& primā tum ex Diodoro/tum ex reliquis historijs/ supra nobis est demonstratum: Quando eum Diodorus legislatorum primum fuisse cōmemorat/non repertis adhuc grecarum characteribus litterarum: quibus illi in historijs conscribendis usi fuerunt. Admiretur autem nemo: si de æternitate dei cōmotus a Mose Plato ita scripsit: quem inuenies post deū uere existentem mystice quoꝙ rerum cognitionem prophetis acceptam rettulisset: Nam in Timęo de nonnullis principijs cum disputaret ita disseruit. Ignis & aliorum corporum principiū suppos uimus/ita incedentes ut necessarię uisum est rationi cōuenire: quæ autē in ijs principia sunt & deus & quicunꝙ iunctus est illi amicitia/superne cognouerunt: sed quos nam alios dei amicos præter Mosen & reliquos prophetas existimat: in quorum prophetias cum incidisset/& illorum de iudicio sententiā perdidicisset/in primo de republica libro ita exclamauit dicens: postꝙ autē eum processerit quispiam ut prospiciat sibi moriendum esse/irruit in illum & timor & cura rerū earum quas antea non timuerat/nanꝙ ob ea quę de inferis prædicantur in quibus iniusti homines pœnas luant ueretur se illic affligendum/ & quæ sibi fabulosa olim

& ridicula videbãtur/tunc euertunt concutiuntq; animũ/ ne uera illa ſint expaue-
ſcentem/hic idẽ uel ſenectæ debilitate / uel quia ijs quæ illic geruntur propior eſt:
illa ipſa magis perſpicit:quo fit ut ſuſpitione & pauore repleatur / nec non ſecum
ratiocinetur atq; conſideret/ num iniuſte quempiã affecerit : tum ſi qua ante acte
uitæ crimina menti ſe ingeſſerint/ueluti pueri cum de ſomno ſubito expergeſiunt
formidat & ſpe mala uitam ducit/ſi enim uero nil mali in ſe ipſo conſpexerit/ dul-
cis ſpes ſemper adheret atq; ſenũ nutrix bona ut ait Pindarus / comiter nanq; So-
crates ille inquit eum qui iuſtus & ſanctus eſt/dulcem uitã perducere: Quo ſpes
altrix ſenectutis dulce cor ſubleuet: quę uerſatilem mortalium mentem maxime
gubernat.Hæc ille in primo ſuæ reipublicę libro.In decimo uero clare manifeſte
q; poſuit/ quæ a prophetis de iudicio didicerat: ſed ob gentium pauorem non
tanquam ab eis edoctus: Eruditus autem ab aliquo qui(ut ſibi fingere libuit)ſur
rexiſſet in bello/quique duodecimo tumulari die cum deberet pyrę/impoſitus re-
uixiſſet: & quæ in inferno gerentur enarraſſet.uerbis autẽ iſtis ſcriptum reliquit.
adſtitiſſe alicui qui a ſocio interrogaretur:ubi magnus ille Arideus eſſet. hic autẽ
Arideus cuiuſdã urbis Pamphyliæ tyrãnidẽ uſurpauerat/patre ſene/& fratre na-
tu maiore trucidatis:Alia quoq; multa ſcelera ut ferebatur cõmiſerat/ reſpondiſſe
uero illum non ueniſſe aut uenturum eſſe arideum:& ijs uerbis adiecit metuenda
ſpectacula contemplati ſumus: cum prope os in eo eſſemus ut reuerteremur pa-
teremurq; plurima:tum illum repente uidimus tyrannis plurimis permixtũ: erãt
& priuati ſimul qui facinora enormia cõmiſiſſent:qui dum redire conarentur: os
illud non patiebatur:ſed mugiebat quoties eorum quiſpiam qui uenia indignus/
ſemet flagitijs referſiſſet/regredi moliretur priusq; debitas pœnas dediſſet.Inibi
quoq; adſtiterãt uiri truces aſpectu ignei/qui eoſdẽ obſeruato ſigno cõpręhenſos
ducebãt: Arideũ autẽ & qui ſimul erãt capite/pedibus/manibusq; truncatos / de-
corticatosq; ac ſuper tribulis reuolutos/iuxta uiam diuerſos pertrahebant/ ac ſpe
ctantibus ſignificabant / quorum id cauſa fieret / ꝙq; in tartarum proijciendi ra-
ptabantur.Inter omnes uero timores quos eſſent perpeſſi (quanq; ij eſſent & ma-
gni &plurimi)is inquit excellebat qui de oris illius mugitu inferebatur/cũ ſurſum
remearent contra eos ſilente nil ipſos pati regredientes memorabat huiuſcemo
di pœnas & flagella eſſe/atq; ijs oppoſita præmia narrabat. Qua in re mihi uidetᷣ
Plato non ſolum de iudicio ſententiã a prophetis didiciſſe:ſed eam quoq; quæ de
reſurrectiõe eſt a gẽtibus minime credita.In eo enim quod affirmauit animã una
cum corpore iudicari nil aliud inſinuauit q; ꝙ ſententiæ de reſurrectione adſtipu-
laretur.Qui enim fieri potuit ut Arideus & cęteri qui corpus cui caput & manus
& pellis ineſt reliquerant ſuper terram/tanta in inferno flagella ſuſtinerẽt neq; em̃
manus/aut pedes pellemve habere aĩam confitebuntur: ſed cum in ægypto in ꝓ-
phetarum libros incidiſſet & dogmata de reſurrectione corporum admiſiſſet/do
cuit animam ipſam cum corpore iudicari:nec Plato modo uerum etiã Homerus
apud ægyptios hęc edoctus Tityon pariter expendere pœnas aſſeuerauit: ita em̃
in eius Necyomantia Alcinoo Vlyſſes enarrat:

Vidimus & Tityum celebrem telluris alumnum.
Expanſumq; nouem corpus per iugera/cuius
Vtrimq; aſſidens contundit uiſcera vultur.

Quæ non certe ad animam ſed ad corpus referri debẽt:eodem modo & Siſyphũ
& Tantalum in corpore pœnas pati narrauit.Q; autem in ęgypto diuerſatus Ho
merus fuerit/ & multa ex ijs quæ ibi didicerat ad ſuã poeſim ipſe conuerterit/ſatis
edocet Diodorus hiſtoricorum celebratiſſimus:qui aſſerit illum in ægypto profe

ctum didicisse/quod poculum illud cui Neponthes nomen fecit,ire malorumq;
omnium obliuionem afferens accepisset Helena a Polidamna uxore Theonis:&
in spartam deuexisset:eodem Pharmaco prodit Homerus usam Helenā Menelai
planctum sedasse coram Telemacho suscitatum. Idem ex ægyptiorū historia ue-
neri cognomentum indidit aureæ: Nouerat enim in ægypto Veneris aureæ Lu-
cum appellatum/& aureæ pariter Veneris puerum nuncupatum. Q; si quispiā
nosse aueat cuius nam gratia isthæc nunc ad memoriam reuocauerimus: id pro-
pterea fecisse nos discat/ut ostenderemus poetam ipsum/multa ex diuina patrum
nostrorum historia/in suam poesim transtulisse:atq; in primis/creati mundi prin-
cipium a Mose celebratum:ita enim scripsit Moses:In principio creauit deus cœ-
lum & terram:deinde solem & lunam & stellas:Hæc in ægypto didicit Homerus
& ijs quæ de mundi Genesi scripta erat admodū oblectatus/Vulcanū introduxit
in Achillis scuto ceu quādam mūdi geneseos imaginē deliniasse ita enim scripsit.

Hic etenim ignipotēs struxit/maria/æthera/terras/
Ardentem Solem plenæ quoq; lumina Lunæ:
Atq; coronatum signis fulgentibus orbem

Sed & paradisi quoq; terrestris imaginem in horto Alcinoi ueluti adseruatā effin
xit/quem semper floridum & plenum fructibus/ similitudine quadam ostendit/
atq; in hunc modum scripsit:

Hic nemora emittunt procero e stipite flores.
Punicei fructus:& olentia mala/pyriq;
Et dulces ficus:& blandę germina oliuę
Quis neq; deperijt fructus/nec desinit unq;
Non æstas/hiemesq; nocēt/uerum aura Fauoni
Perpetuum spirans/hos profert/ deijcit illos
Atq; pyrum ueteri/sic pomo poma senescūt
Atq; recens passis superaduenit uua racemis
Ficubus adduntur ficus/ & vinea diues
Frugiferum teneris germen radicibus effert
Huic soboles Phœbi radijs contacta calescit
Hanc manibus carpunt/ex illis musta tepescunt:
Illi deciduus flos/huic matura propinquat
Aetas:ut patulis refluat uindemia labris

Cur non uerba isthæc claram & manifestam eorum quæ a primo propheta Mo-
se de paradiso dicta fuerant imitationē ostendunt:si quis uero turris ædificationē
contemplari uoluerit:cuius structura tempestatis illius homines aditum sibi in
cœlum parare posse putauerūt:certior utiq; fiet & hāc ipsam per Otum & Ephi
altem allegoria quadam poetā imitatum/de illis enim ita cecinit.

Hi siquidem bellū/ decernunt impete magno
Cœlicolis:ossam statuunt præponere:olympo
Et folijs tremulum componere Pelion Ossæ
Terrestris celsum ut reseraret semita cœlum.

Similiter quoq; de humani generis hoste de cœlis proiecto quem diuinæ scriptu-
re diabolum nuncupant(id enim nomenclaturę a prima in hominis calumnia sor
titus est)si quis exacte consideraueri,inueniet a poeta mentionem factam:non q;
eum proprio diaboli signarit nomine/sed ex pessima illius operatione cognomē
indiderit:quippe qui ἄτην hoc est damnū appellauerit/idq; de cœlo ab ipsorum
deo detrusum asseruerit:& tanq; exacte memor uerborum / quæ de illo protulit

Esaias propheta:ita in sua poesi scriptum reliquit:

Actutum comptis damnum cœpisse capillis
Dicitur iratus/stabilē iuratus Auernum
Nunq̃ stelligeros rediturum rursus in axes
Sic fatus cælso damnum detrusit olympo.

At qui & Plato post deum atq̃ materiā tertij ponendi principij / quod speciem dixit / non aliunde q̃ a Mose sumpsisse occasionem uidetur / nanq̃ speciei nomen ex Mosi uerbis percepit: minime tamē edoctus ab ijs qui nouerant / nihil enim eorum quæ a Mose dicta sunt absq̃ speculatiōe mystica clare cognosci unq̃ potest scripserat nimirum Moses ueluti ex persona dei ad se de tabernaculo loquentis / sic autem facias mihi scd'm omnia / quæ in monte monstrauero exemplar tabernaculi: atq̃ iterum: Et constitues tabernaculum scd'm exemplar omniū partiū eius: & rursum paulo post: Sic igitur facies scd'm formā tibi in monte monstratam. In hec igitur incidens Plato / & non ea qua decebat contemplatione suscipiens / autumauit speciem separabile quiddam esse & rei sensibili p̄existere: quod & rerū quæ fiūt exemplar sæpius appellauit: quoniam uero de tabernaculo Mosis hoc littera significat: scd'm speciem quæ ostensa tibi est in monte: sic illud efficies / & in terra item & in cœlo & in homine ludificatus uidetur Plato / ut horum. s. Ideas esse putauerit. Nanq̃ ubi scripserat Moses: In principio creauit deus cœlum & terrā: & deinde subdiderat: Terra autem erat inuisibilis & incomposita. existimauit hanc de qua loquitur (terra aūt erat) præexistentem terram dictū fuisse: quandoquidē ita disseruit: Terra autem erat inuisibilis & incomposita / illam autem de qua scriptum est: Fecit deus cœlum & terram: arbitratus est / ipsam illum dicere terrā / quæ a deo iuxta præexistentē speciem condita fuisset. pari pacto & de condito cœlo putauit id nanq̃ quod creatum fuit / cuiq̃ firmamenti nomen inditum est sensibile factum opinatus est. Aliud autem esse intelligibile de quo propheta dicat: Cœlum cœli domino: terram autem dedit filijs hominum: & ad hunc pariter modū arbitratur Plato de homine: Cuius primo meminit Moses: Dein post multa eorū quæ creata fuerunt / de hominis formatione mentionem fecit / ita scribens: Et fecit deus hominē / puluerem accipiens de terra. Autumauit igitur hominē qui prius nominatus fuit / ei qui factus est præextitisse / eum uero quem de terra posterius formasset ad speciei præexistentis instar fabricatum. q̃ autē de terra conditus homo sit / ex antiqua diuinaq̃ historia nouit Homerus: ubi scribitur: Terra es & in terram reuerteris. Quapropter Hectoris corpus examine terram mutam nominauit: Alicubi enim ita loquitur aduersus Achillē cadauer illius raptantem.

Quid mutam laceras insanis perfide terram

Et rursus Menelaum alibi introducit dicentem ijs qui non prompte aquieuerant / Hectori ad singulare certamen prouocanti.

Frigida uos omnes tellus / dissoluat / & unda

Ipsos utiq̃ in antiquam ex terra fabricationē resoluens. In ægypto isthæc a ueteribus historijs & Plato & Homerus edocti suis elucubrationibus inseruere: sed unde nam quæso didicit rettulitq̃ Plato alato curru Iouem per cœlū duci / q̃ a prophetarum historijs: quibus nouit de cherubinis ita memoriæ mandatum: & a domo egressa est gloria domini / & ascēdit super cherubim: & susceperunt cherubim alas suas / in quibus erant rotæ / & gloria domini erat in ipsis desuper. Hinc magniloquus ille Plato commotus audatia / multa in hæc uerba clamauit. Magnus quidem in cœlo Iupiter / alatum currum impellit. Vnde nam iterum quæso isthæc desumpsit ut scriberet præterq̃ a Mose & a prophetis: & unde nam rursus oblata il-

li eſt occaſio deũ in ignea eſſe ſubſtantia aſſeuerandi:nonne a tertia regum hiſto-
ria:ubi ſcriptum eſt/nõ non in ſpiritu dominus & poſt ſpiritũ cõmotio / nõ in cõ-
motione dñs/& poſt cõmotionẽ ignis / nõ in igne dñs & poſt ignem uox auræ le-
uis.Sed illa quidẽ contemplatione digna ſunt & ſcd'm Anagogem ab ijs qui addi
cti religioni uere ſunt examinãda.Plato uero cũ ab hac cõtemplatione longe ab-
eſſet/ipſiſq; nihilominus prophetarũ uerbis acceſſiſſet/in ignea deũ ſubſtãtia col-
locauit.ꝙ ſi quis exacte etiam conſiderare uoluerit/de eo dono quod ſanctis uiris
diuinitus confertur:quodq; ſanctũ ſpiritũ ſacri ꝓphetæ nuncupãt diſcet nimirum
id a Platone eo in dialogo qui Mẽnon inſcribitur / alio quodã nomine prædicatũ
ueritus enim in dei dono recolendo ſanctiſpiritus nomenclatura uti/ne ſequi pro
phetarũ.ſ.dogma uiſus gentiũ hoſtis euaderet/idipſum profecto deſcendere diui
nitus confitetur / ei tamẽ nõ ſancti ſpiritus ſed uirtutis appellationẽ digne adſcri-
bendã putauit.Sic nanq; ille ad Memnonem eo ipſo in dialogo quo de reminiſcẽ
tia diſputatur cum multa prius de uirtute quęſiſſet:& utrum doctrina exercitatio-
neve compararetur/an uero neq; huius aut illius beneficio/ ſed natura potius aut
alia quapiam ratione in homines proficiſceretur : demum his ipſis uerbis ita de-
creuit:Si autem nos in præſentia tota ipſa diſputatione recte queſiuimus/ affirma-
mus uirtutem ipſam neq; natura:neq; doctrina/ſed diuino fato ijs/qui ea pollent ſi
ne ratiocinatione congenitam : Quæ ut exiſtimo cum a ꝓphetis didiciſſet in uirtu
tis nomen trãſtulit pari pacto/quemadmodũ prophetæ ſacri/unum eundemq; ſpi
ritum in ſeptem partiri dicuntur/ſic & ipſemet unam & ipſam uirtutem quã nun-
cupat/eandem ſcribit in quattuor diuidi nullo autẽ modo ſctiſpiritus meminiſſe
uolẽs per allegoriam quampiã: quæ a prophetis dicta fuerãt dilucide nunciauit.
Ita nanq; in calce dialogi ad Memnonem ob hanc inquit ratiocinationẽ o Mem-
non.ſi quibus aduenit uirtus diuino illa fato aduenire uidetur hoc autẽ ex eo pla
ne percipiemus & quo nam modo illius compotes euadant homines: cum prius
aggrediemur quid nam ſit ipſa uirtus ſcd'm ſeipſam percunctari : uidetis ne quo
pacto donum ſuperne deſcendens ſolum uirtutẽ nominet/& ad hæc dignum cen
ceat:inquiſitiõe/utrum illud idem uirtutis nomine aut alio quopiã nuncupari de-
ceat:utpote qui formidauerit aperte ſanctiſpiritus noĩe uti/ne ſecutus uidelicet ꝓ-
phetarum dogma uideretur.unde nam iterũ edoctus Plato cognouit tempus cũ
cœlo factum eſſe:de quo ſcripſerat/tempus cum cœlo factũ eſt : ut quę una facta
eſſent una ſoluerentur/ſi unq; eorum ſolutio fieret / nonne & hoc a diuina Moſis
hiſtoria perdidicit: Nouit enim tempis generationẽ ex diebus / menſibus / & an-
nis ſuæ principium conſtitutionis deſumpſiſſe.Quoniam igitur prima dies : quæ
una cum cœlo facta eſt / omni tempori principiũ præſtitit: quãdoquidẽ promul-
gauerat/& factus eſt dies unus : Hinc Plato omne tempus ex parte innuens / diẽ
ipſum tempus appellat/ne ueluti Moſis aſſectator calumniã pateret̃ apud Athe-
nienſes : ſi diei uidelicet mentionẽ feciſſe uideretur.Rurſus unde nam cœli diſſo-
lutionẽ imaginatus eſt/nõne hoc ipſum a ſacris prophetis proditum exiſtimauit:
ꝙ ſi quiſpiam & de ſimulachris quoq; dogmata ſcrutari uoluerit. unde nam uide
licet prodijt/ut qui primi deos ueſtros effinxerunt eoſdẽ formas hominũ habere
putauerint / comperiet & hoc ipſum eos ab hiſtoria diuina traxiſſe/teſtante Moſi
ſcriptura:Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã. Ita em̃ ſuos deos
effingere cęperunt/ueluti diceretur hominũ formã deo ſimilẽ eſſe: autumantes de
ſimili creari ſimile.ſed quã obrem nunc viri gentiles horum mentionẽ feci: ut co-
gnoſcatis fieri nõ poſſe ut religionẽ uerã ab illis addiſcatis qui ne in his quidẽ re-
bus/quicq; ſincęri ex ſeipſis ſcribere potuerũt:in quibus a prophanis ſui generis

hominibus collaudantur: quicq; certa ueluti allegoria suis lucubratioibus deprō‑ pserunt ea quæ a Mose & reliquis prophetis didicerunt. Tēpus igitur gētiles uiri nunc expostulat/ut qui ab ex Oticis historijs didicistis Mosem & reliquos pro‑ phetas eorꝝ oīm/q apud uos sapiētes existimati sunt multo fuisse uetustiores: rece datis ab antiquo maiorū errore & diuinis ꝓphetarꝝ historijs occurratis. Cognituri ab eis uerū dei cultū nō artificiosi eloquij artibus/nō ꝑsuasionū illecebris enūciatū. hoc enim illorū propriū/quos obfuscandæ ueritatis cupido purget: sed pure atq; simpliciter: noibus quoq; & uerbis quęcunq; se obtulerūt utent̄ illi: & uobis ea ꝓ‑ ferēt quę sanctus in eos descendēs spiritus afflauerit: in eos refundēda/qbus mens est religionē uerā ꝑcipere. Pudorē itaq; omnē/ uniuersumq; errorem hominū & imaginariū strepitū & tumorē propellite: qbus eximias putatis inesse delicias / ea quæ uobis sunt ꝓfutura capessentes. Nulla em̄ aut uos ipos/ aut maiores uestros cōtumelia affeceritis/si nūc in contrariā illorū errori uiā uerti uolueritis: q̄s decens est nūc in inferno intēpestiuā agentes p̄sentiā lamētari. Quod si fieri posset/ut q̄ il lic gerunt̄ uobis exponerēt/& q̄ sibi uita functis contigerūt: agnosceretis/e quātis uos malis eripere curarēt. Nūc autē postq; fieri ad p̄ns non potest ut uos aut illinc ab illis/aut hic ab his erudiamini q iactant se hāc falsi nois philosophiā colere/reli‑ quū uobis est ut eliminato ꝓgenitorū errore sacrorū uirorū ꝓphetias amplectami ni. A qbus minime uobis postulāda est elocutionis gloria(neq; em̄ in uerbis uerū in operibus/res nostræ religiōis uersant̄)sed ea q̄renda q̄ causæ nobis æternę uitę futura sunt. Qui enim frustra nomen philosophiæ ꝑquisiuerūt ut ignari refellunt̄ sicut & ipsimet inuiti coguntur fateri / ob id ꝙ nō solum seditiones alternas exer‑ cuerūt/sed ipsorūmet opiniones aliter alias exposuerunt/ꝙ si philosophię terminū in ueritatis inuentione posuerunt: quomodo fiet ut qui ueritatē ipsam assecuti nō sunt/philosophiæ noīe digni cēseant̄? Quare si is q apud uos sapientiū sapientissi mus Socrates cui & oraculū uestrū(ut asseritis)astipulatur dicens cunctorū hoīm Socrates sapientissimus: fatetur se nihil scire/quomodo ij qui inferiores sunt cœle stium scientiā afferent? Dicitur autē Socrates ob id sapientię nomine honestatū/ꝙ cæteri hominū cum ea scire se fingerēt quæ ignorarent/ ipse non erubuerit nihil se scire fateri. Ita enim ait/uidebar autē uel hac de causa sapientissimus esse / quoniā quæ nescio eadem me puto nescire. Nemo autē existimet ironice Socratem igno‑ rantiam simulasse/ quoniam in disputationibus sæpius id agere consueuerit: ulti‑ ma nanq; dictio Apologiæ / quam edidit abiturus in carcerem : extra controuer‑ siam declarat/uere illum & exacte ignorantiam profiteri uoluisse. Adhunc enim modum inquit/Sed iam hora est discedēdi/mihi quidē morituro/uobis autem ui‑ cturis : utri autem nostrum ad optabilius negocium proficiscantur / ignotum est omnibus præterq; deo : hanc nimirum extremam uocem in Areopago fundēs Socrates uestigia torsit ad carcerem: rerum apud nos occultarum cognitionem in solum referens deum. Posteriores uero qui ne terrestria quidem nosse potuerunt quæ in cœlo sunt ac si uidissent scire ne profitebuntur? Aristoteles itaq; perspica‑ tius Platone cœlestia contemplatus/non ut ille in ignea substantia deū constituit: sed in æthereo quinto elemento eum esse decreuit: dignum esse arbitratus ut sibi fides ob probatissimum elocutionis genus haberetur / nihilominus Euripi na‑ turam dum moraretur in Chalcide/ cum percipere non potuisset / uiribus ob ue‑ recundiam pudoremq; destitutus excessit e uita. Nemo igitur sapiens primā sui ipsius salutem hanc eorum putet eloquentiam : sed iuxta ueterem illam histo‑ riam auribus cæram obdens/suaue illud & perturbans incommodū/ueluti sirenū cantus effugiat. Illi enim quos memorauimus eloquentiā ueluti escam præseferē‑

tes/a uera pietate multos abducere curauerunt eum imitati qui auſus eſt deorum
pluralitatem primos homines edocere: quibus uos non hærere/ ſed ſacrorum ui-
rorum prophetijs/accedere dignum cenſeo. Si qua uero uel deſidia/uel maiorum
ſuperſtitio hactenus uos prohibuit/ ne prophetijs ſanctorum uirorum audiretis/
quibus facile diſcetis vnum & ſolum eſſe deum/ quæ prima eſt religionis uere co
gnitio: ſaltem Orpheo credite/qui prius uos deorum pluralitatem edocuit/ mox
perfectam & oportunam Palinodiam cecinit:illa conſtituens quæ paulo ante ſcri
pſimus. Credite & reliquis qui de uno deo eadem cartis rettulere: diuinæ ſiquidē
prouidentiæ conſulentis nobis opus extitit/ ut inuiti homines uera teſtarentur:
quæ de uno deo prophetæ locuti fuerant: ut ab omnibus ſcilicet multideitatis/
(ut ita loquar) dogma refutatum/ occaſionem uobis uere cognitionis præberet.
Quibus ut ex parte rectum dei cultum condiſcatis facile præſtabitur ex antiqua
Sibylla inſpiratione quapiam per oracula uos edocente: quæ nimirum propheta
rum doctrinę proxima uidentur:hanc autem ex Babylone profectā/ & Beroſi il-
lius qui Chaldaicā ſcripſit hiſtoriā filiam fuiſſe aſſeuerant: quæ dum in quandam
partem Campaniæ conceſſiſſet ibi in urbe cui nomen Cumis oracula cecinit:
quæ ſex paſſuum milibus diſtat a Baijs: quo in loco calidæ balneæ frequentātur/
uidimus ipſi cum in urbe fuiſſemus locum ubi maxima constructa erat Baſilica/
ex uno lapide perpolita opus quidem maximum & omni dignum admiratione/
illic eā oracula fudiſſe affirmāt/ qui hæc a maioribus ſuis ueluti patria ſuſceperūt.
Oſtendebant aūt nobis in medio Baſilicæ uaſa tria/ ex eodem lapide fabrefacta:
q̄bus aqua repletis lauaretur/& accepta ſtola impenitiſſimā eiuſdē Baſilicę partē
eodē ꝑpolito lapide ędificatā ꝓcederet. Cuius ī meditullio tribunal altū thronūq̧
conſcēderet/& inde redderet oracula. Huius autē Sybillæ ueluti fatidicæ/cū multi
alij tū Plato meminit in phœdro: q̄ mihi uidet̄ cum ī huius incidiſſet oracula fatidi
cos diuinos exiſtimaſſe: quippe qui ea uiderit opere impleta/quæ ipſa lōge antea
prædixiſſet/ qua propter in dialogo / qui Memnō inſcribit̄/admiratus oraculorū
cantores hiſce uerbis eos laudauit. Ita enim ſcripſit: Recte itaq̧ eos quos fatidicos
nunc dicimus/diuinos uocauerimus / neq̧ enim hos fruſtra diuinos appellamus
& diuinare inſpiratos/& deo poſſeſſos: cum & magna & multa uere prænunciāt/
ignari eorū quæ proferunt: clare manifeſteq̧ ad Sibyllæ reſpexit oracula: neq̧ em̄
illa ueluti poetæ faciunt/caſtigandi & poliendi quæ ſcripſiſſet poteſtatem habuit
metricæ diligentiæ debitam: ſed afflationis tempore quæ ad prædictionē ſpecta-
bant ædebat: qua ceſſante eorum pariter memoria ceſſabat. Et hoc fuit in cauſa
ut Sibyllinorū uerſuum menſura cuſtodita non fuerit. Ipſi enim dum Cumis eſſe-
mus id ipſum didicimus ab ijs qui hęc enarrauerāt: qui & oſtenderūt ubi oracula
ceciniſſet/ & Lenticulā pariter ex ære fabrefactam ubi reliquiæ illius adſeruarent̄:
Inter alia uero plurima hoc retulerunt quod a maioribus. ſ. audiuerāt/eos qui ora
cula excipiebant plurimum ineruditos a metri ratiōe multis in locis exorbitaſſe/
hancq̧ aſſignant cauſam cur multi illius uerſus menſura debita careant: Tum ui-
delicet ꝙ ipſo afflatu deſtituta non recordaretur Sibylla quę prius effuderat/ tum
quod notarij ob inſcitiam/ruditatemq̧ a metri ratione exciderēt. Ea propter Pla-
tonem Sibyllæ oracula contemplatū / de fatidicis illud protuliſſe conſtat/ cum &
magna & multa pręnunciāt eorū q̄ loquunt̄ nihil gnari. utrū em̄ uero uiri gentiles
quoniā non in poeticis menſuris/res uerę pietatis cōſiſtit: neq̧ in ea q̄ a uobis pro
batur eruditione. poſthabentes & orationis & metri diligentiam eis quæ pro-
tulit ſine contentione adhęrentes cognoſcite quot uobis cauſa bonorum extite-
rit cum manifeſte & lucide ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti aduentum prædica-

uerit: qui cum dei uerbum in circumſcriptum eſſet poteſtate/aſſumpſit hominem ſcd'm imaginem dei & ſimilitudinem afformatum: & antiquorum patrum nobis religionem ſuggeſſit: quam cum ij qui ab illis propagati ſunt reliquiſſent inſidioſi dæmonis doctrina decepti: ad eorum qui dij non ſunt cultum declinauerunt. Si quis uero nos pauor perturbat/ut fidei de hominis afformatione non auſcultetis: ijs aſſentiamini quibus adhuc exiſtimatis adhærẽdum eſſe. Cognoſcite tandẽ quod apud uos eſt oraculum/dignum cuidam exiſtimatum: Quod pro hymno dei omnipotentis haberetur/cuius in medio ita poſitũ eſt. Quem primum finxit hominem uocitauit Adamum: & hunc ipſum hymnũ apud pleroſq; ſcimus extare: qui nobis cogniti ſunt/ad eorum redargutionem qui ueritati cui omnes teſtimonium perhibent nolunt accedere. Itaq; gentiles uiri ni mendacem falſorũ deorum phantaſiam saluti ueſtræ præponendam putatis: aſſentimini ut dixi uetuſtæ iſti antiquiſſimæq; Sybillæ/cuius uolumina toto terrarum orbe adſeruari contingit: quæ ſuperne afflatu oraculis uos erudiet/ꝙ qui dicuntur dij non ſunt. De ſaluatoris autẽ noſtri Ieſu Chriſti futuro aduentu/& de ijs omnibus quæ is facturus eſt/manifeſte prænunciat: quorum noticia uobis neceſſaria quædam pręexercitatio futura eſt/ad ſacrorum prophetias uirorum/ſi quis uero putauerit ex antiquiſſimis illis/qui philoſophi nuncupantur ſeſe de deo quippiam didiciſſe Acmonem & Hermetem audiat: illum quidem in ſuis elucubrationibus deum omnino abſconditum appellantem: Hermetem uero plane ac manifeſte pronũtiantẽ. deum intelligere arduum eſſe: eloqui uero illi etiam qui intellexerit omnino impoſſibile undecunq; igitur ſcire uos decet fieri non poſſe: ut ab alijs quam a ſolis prophetis qui nos diuina inſpiratione erudiunt: uel deũ uel diuinã religionẽ perdiſcamus.

FINIS.

¶AD D. COSMVM PASSETVM. IO. FRANCISCI PICI MIRAN. DOMINI. DECLARATIO CAPI. IN CHRISTO PATER/ ET CHRISTVS IN NOBIS/ QVOD EX OCTAVO DE TRINITATE LIBRO HYLARII SVMPTVM EST/ ET POSITVM A GRATIANO IN DECRE. DE CONSE. DIST. II.

FFLAGITASTI Iurisconsulte doctissime ut meam tibi sententiam aperirẽ super capit. In Christo pater/ & Christus in nobis: de conse. dist. ij. quod ex Hilario decerptũ est quoniam id tibi/ captu mentis difficile admodũ uideretur/nec extra suspicionẽ esses/quin male transpositum iaceret/ & quod sępe in compilationibus eiuscemodi euenire solet/inuersum. Recepi facturũ me/quod postulaueras/minime tum aduertens animo/ ne mihi ea ingeri possent/quę apud gręcos olim in prouerbijs usurpabantur cum se doctiorẽ quispiã docere moliretur: ea cũ postea occurrissent/& a proposito pene diuertissent/ eo me demũ contuli/ ut hac in re meum erga te obsequiũ/importune aliorum calũniæ præferendũ conferrẽ. Accipe igitur paucarũ horarũ negotiũ/ut si Ephemeride uita dignum nõ habeat minime demireris: Ad faciliorẽ aũt sensum Hilarij percipiendũ. qui multis obscurus uidetur/paucula repetenda sunt/quibus opinor/eius mens qualis nam hac in re fuerit patescet. Sed neqꝫ aggerabimus extranea/nec expositorꝝ quempiã sequemur/quoniã nec integrũ id tibi aut gratũ futurũ existimaui: cui declaratões quoqꝫ ueterum notæ atqꝫ protritæ sunt/ nec meo quoqꝫ instituto id ipsum expositionis genus consentaneum. Repetenda inqꝫ illius quæpiam sunt/ ut dictorum intelligentiam ex causis dicendi sumamus/ quod pontificis iure cautum est/ titulo de uerborum significatione; & ab ipsomet in primis Hilario promulgatũ; qui quidẽ ut Hieronymus ait/aureo locutus est ore/& Augustini testimonio multo etiã auro & argento & pręciosa ueste spoliauit ęgyptios. Ab eius igitur fonte ad flumen recto naturæ progressu deueniamus. Tria unitatũ genera obseruantur apud eum ex quibus aduersum hæreticos & bellũ & uictoria. unum enim pater cum Christo: unum Christus nobiscũ/nos cum Christo unum. Mouerat igitur quæstionẽ Hilarius aduersum hæreticos his uerbis: ⌈Eos nunc qui inter patrem & filium uoluntatis ingerunt unitatẽ/interrogo utrũ ne per naturę ueritatẽ/ hodie Christus in nobis sit an per concordiã uoluntatis.⌋ Personantibus eñ catholicis doctoribus in surdas arrianorũ aures filium dei homo usion. i. cõsubstantialem patri reclamabant illi/non eiusdem esse cum patre substantię contendẽtes/ uerum eiusdẽ uoluntatis dũtaxat; quapropter excellẽs hic theologus sacris uerbis alijs: quæ Christus etiam protulerat/quemadmodũ & illa super quibus bellabant hæretici/ego & pater unum sumus/temerariã & impiam eorum opinionẽ refellere aggreditur: perfecta si quidẽ apud sacras litteras expositio ea est/quæ de eisdem sacri textus uerbis exprimitur. Docet ergo multarũ unitatum Christum meminisse/ & illarũ quãlibet maiorẽ esse unitate & concordia uoluntatis. Dixisse item Christũ/ esse unũ se nobiscum/nosqꝫ unum cum eo esse ex sacris etiam litteris colligi: has autem unitates maiores esse unione concordis uoluntatis iusta proportione confirmat: utpote quæ naturales sint: & ita apud euãgelicã doctrinã habeantur: quapropter optima consecutione deduci putat/ si unitas quæ inter Christũ & nos est/ maior sit ꝗ unitas cõcordiæ & uolũtatis: quia. s. naturalis & sit & habeatur: sequi necessario unitatẽ eã/ quæ inter filiũ & patrẽ sacræ litteræ prædicant/ naturalem esse debere atqꝫ iccirco maiorem omnino concordis uoluntatis unione/ quod negabant hæ-

retici:quos hoc etiã sequebatur incõmodũ/ ut inuitos concedere oporteret/ maio-
rẽ esse unitatẽ inter dñm & seruos. q̃ inter filiũ & patrem. quæ naturalis est scd'm
naturã diuinitatis sicut & naturalis illa scd'm naturã humanitatis & ueritatẽ sacri.
Hæc totius disputationis summa:hæc argumentorũ tota uis quæ satis videtur ad
uesanã eorum impietatẽ & execrandas blasphemias de hac ipsa unione refellen-
das. Hoc aũt ordine disputatio instituit̃. Primo quæstionẽ mouit utrũ. s. Christus
in nobis sit ꝑ ueritatẽ naturę/ an ꝑ uoluntatis concordiã: partẽ primã quæstionis
probat:ex qua plane colligi potest/ maiorẽ esse hanc unitatem/ unitate concordis
uoluntatis:inde quoq; deducitur:nõ minorẽ esse unitatem Christi/ cum patre qn
& maiorẽ:quatenus unio illa naturę sit diuinæ ex quo sequet̃ contra hæreticos q̃-
sita conclusio:maiorẽ esse unitatẽ Christi cũ patre q̃ unio uoluntatis: & hanc esse
diuinę naturę unitatẽ/quam illi de medio auferre conabantur:particulatim igitur
hæc ipsa probantur quare ait in primis: ⌈Si enim uere uerbũ caro factum est/ &
nos uere uerbũ carnẽ cibo dñico summimus quõ nõ naturaliter manere in nobis
existimandus:qui & naturã carnis nr̃æ iam inseparabilẽ sibi homo natus assum-
psit/& naturã carnis suæ ad naturã æternitatis/sub sacro nobis cõmunicandæ car
nis admiscuit:⌋Duplicẽ modũ naturalis unionis insinuat: cum & Christus huma
nitatis assumptiõe nobiscũ unitus sit/nosq; illi uniamur eius carni/sub sacro cõmu
nicantes:quo posito probat̃ qd' primo ꝓposuit. Nam cũ unitas nostra ad Christũ
& ecõtra naturalis sit/ adiuncturus est: & naturalẽ esse oportere eã/ q̃ Christi est
ad patrẽ:& paulo post sequent̃ uerba illa q̃ Gratianus ꝓ principio sui capi. desum
psit/quare ita colligit:⌈Ita em̃ oẽs unũ sumus qa & in Christo pater ẽ/ & Christus ĩ
nobis est:quisqs ergo naturaliter patrẽ ĩ Christo negabit/ neget prius nõ naturali
ter/ uel se ĩ Christo/uel Christũ sibi inesse.⌋ex quo em̃ naturalis hęc inqt naturalis
& illa/qd' si negaueris:nec illa utiq; naturalis erit. sed cur:⌈quia in Christo pater &
Christus ĩ nobis unũ in ijs esse nos faciũt:⌋q̃ sunt prima capi. uerba & recte cõclu
dit. nã si unũ nos cũ Christo & p̃re & nos unũ cũ Christo sumus: unione naturæ/
sequẽs est ut & ille vnũ sit patri naturę uniẽte:q̃ uolũtatis unioni ꝑpõderet:& quã
q̃ unio nr̃a ad Christũ dissimilis in aliq̃bus sit/unitati Christi ad patrẽ/hac tñ in re
sibi's/q; utraq; naturalis/& maior uniõe cõcordis uolũtatis tã&si unitas illa naturę
diuinæ/hæc autẽ humanę naturæ vnio prędicet̃/cum aũt hæc ita se habeat unioni
uoluntatis/hæ ipsæ pręstãt unitates:unũ em̃ Christo sumus:quia & ille nostrã sibi
naturã unijt/& nos eius nobis carnẽ summimus & ex sacramẽto ꝓprietatis natu-
ralis/ꝑfecte unitatis sacr̃m euadit/quare inquit: ⌈Si uere igitur carnẽ corpis nostri
Christus assumpsit/& uere homo ille/qui ex Maria natus fuit Christus est/ nosq;
uero sub mysterio/ carnẽ corporis sui sumimus: & per hoc unũ erimus quia pa-
ter in eo est/& ille in nobis. quõ uoluntatis unitas asserit̃:cũ naturalis ꝑ sacr̃m pro-
prietatis ꝑfecte sacr̃m sit unitatis:⌋Sed ut eorũ retundat uesaniã/ docet non secus
de diuinis loquendũ rebus ac diuina præcipiãt uerba:& ne illi alias fortasse vnio-
nes uel unitates optarent:Cõmode hoc in eorũ ora/quasi offam ingessit/contẽtos
nos. s. esse debere supernę doctrinæ/& aquiescere diuinis oraculis oportere: qui-
bus docti & cõmonefacti sumus/hanc unitatẽ naturalem esse & maiorẽ oĩno/atq;
(ut sic dixerim)magis unã cõcordis unione uoluntatis. unde subdidit:⌈Nõ est hu
mano aut sęculi sensu in dei rebus loquendũ:neq; ꝑ uiolentã atq; impudentẽ prę
dicationem/ cœlestium dictorum sanitati alienæ atq; impię intelligentiæ extor-
quẽda peruersitas est. Quæ scripta sunt legamus/ & quæ legerimus intelliga-
mus/ & tunc perfectę fidei officio fungemur:⌋Sed ut clarius aperiret/ quæ non
humano aut sæculi sensu tractanda essent/ subdidit ea esse quæ Christus nos

docuit: de uera eius in nobis p̄manētia: hinc infit/ ⌈de naturali enim in nobis Chri
sti ueritate que dicimus / nisi ab eo discimus : stulte atq; impie dicimus. ipse enim
ait/ Caro mea uere est esca/ & sanguis meus uere est potus/ qui edit carnem meam
& bibit sanguinē meum in me manet & ego in eo/ ⌋ ex quo concludit quod præ-
staturus scilicet erat naturalem hanc esse unionem/ & maiorem unione uolūtatis/
quare ita corrogat / ⌈ De ueritate carnis & sanguinis/ non relictus est ambigendi
locus/ nunc enim & ipsius domini professione/ & fide nostra uere caro est/ & uere
sanguis est & hæc accepta atq; hausta id efficiunt ut & nos in Christo & Christus
in nobis sit/ An ne hoc ueritas nō est? cōtingat plane ijs uerū nō esse/ qui Christū Ie
sum uerum esse deū negant. est ergo in nobis ipse per carnem &c. ⌋ quibus ex sen-
tentia positis atq; probatis id quoq; ipsum exabundāti colligere procurat/ diui-
na alia ueritate: nec utiq; ab re/ nam quanq; Christū in nobis & nos in Christo esse
monstrauit: illatum est tamen hoc dūtaxat ad ultimū/ ⌈ est ergo in nobis ipse ꝑ car
nem &c. ⌋ ut reliquū uero per se etiam inferret. i. nos ipsos in eo esse subiecit/ ⌈ ꝙ aūt
in eo per sacramentum cōmunicatę carnis & sanguinis simus/ ipse testatur dicens
& mundus iam me non uidet: uos autē me uidebitis/ quia ego uiuo & uos viuetis/
quoniam ego in patre maneo/ & uos in me/ & ego in uobis. ⌋ His autē omnibus
ueluti collectis copijs uniuersis ac ordine dispositis/ in aduersarios impetum facit
quos cedere oportet/ alioqui fundūtur fuganturq;. Solam nanq; uoluntatis unio
nem illi ipsi inuexerāt. Aduersum quā tot disputata sunt ut claruerit uniones eas/
quæ inter nos & Christum sacrę litterę prędicarunt/ maiores esse oportere concor
dis uoluntatis unione/ siquidē naturales eas & ueras esse/ de sacris libris citate au-
ctoritates asseuerarunt: de quibus illud erui possit ut non modo unitas Christi ad
patrem/ vnitas naturę sit / non autē solius uoluntatis. Sed & ꝙ maior sit haberiq;
debeat ea vnione/ quā inter nos & Christū esse probauimus / utpote ad quam ue-
luti gradatim ascendatur : Alioquin necesse non erat illorum graduū meminisse/
nisi maior fuisset filij ad patrem unitas/ quam seruorū ad filium: & ad patrem nihi-
lominus daretur assensus homini/ secundum suę naturę facultatem/ cum fieri non
posset/ ut perfecte adeo uniretur/ quemadmodum & filius qui in eo est per naturā
diuinitatis/ ac nisi per filium eundē fieri ipsa unio posset/ quare subintulit/ ⌈ Si uolū-
tatis tantū unitatem intelligi uellet cum gradum quendā atq; ordinē consuman-
dę unitatis exposuit. ⌋ & ne inuehi gradum & ordinē autumarent alium ab eo qui
de diuinis sententijs in testimoniū allatis duceretur/ declarat ordinem eum & gra-
dum consummandę unitatis nil ob aliud introductū/ ⌈ nisi ut cum ille in patre per
naturam diuinitatis esset nos contra in eo per corporalem eius natiuitatem/ & ille
rursum in nobis per sacramentorum inesse mysteriū crederetur. ⌋ quomodo autē
unitas hæc ipsa per mediatorem consumaretur docuit subdens: ⌈ Ac si perfecta ꝑ
mediatorē unitas doceret/ Cum nobis in se manentibus ipse maneret in patre: &
in patre manēs ipse maneret in nobis: & ita ad unitatē patris proficisceremur: cū q
in eo naturaliter scd'm natiuitatē inest/ nos quoq; in eo naturaliter inessemus ipso
in nobis naturaliter ꝑmanēte. ⌋ Sed qa addubitare qspiā posset ut tā&si naturalis
unitas Christi ad patrē intelligat/ nihilominus nō uideri quo pacto nr̄a ad christū
unio ea naturalis esse posset/ q̄ ꝑ sacramentū cōicatæ carnis efficitur/ auctoritate sa
cri eloquij/ ambiguitatē tollit: unde sequitur textus/ ⌈ Quā autē in nobis naturalis
hæc unitas sit ipse ita testatus est : Qui edit carnē meam & bibit sanguinē meū / in
me manet & ego in eo. ⌋ Docet enim hoc intermedio nos patri uniri. Nam si nos
sumus in Christo/ & Christus in patre: In patre utiq; sumus / & si non eo omnino
modo quo filius/ hoc enim fieri penitus impossibile/ eo tamen modo quo nostræ

conuenit naturæ: quæ enim in Christo est humana natura diuinæ coniuncta est
in unitate suppositi. Assumptione uero naturę illius humanæ nobiscũ unitur fili-
us/nosq; illi per cõmunicati sui corporis mysteriũ unimur: nã licet in Eucharistia
sit humana filij/diuinaq; natura/ quin & per cõcomitantiã(ut aiunt)pater etiam &
spiritussctũs ex ui tamẽ sacrĩ: ibi corpus est Christi: quod quia a diuinitate minime
disiungitur: ipsaq; diuinitatis essentia indiuidua est: quam & pater habet & filius
& spiritussanctus. Ideo inibi tota est indiuisibilis diuinitatis natura: unimur ergo
patri per sumptionẽ Christi/qui est in patre/quapropter cum de esu dominicę car
nis & sanguinis per quem in Christo manemus/ & ille in nobis dixisset/ adiecit:
⸿Non enim quis in eo erit nisi in quo ipse fuerit: eius tantum in se sumptã habens
carnem/qui suam assumpserat.⸥ Q; autẽ ex hoc sacramento perfecta fiat unitas.
alijs scripturæ diuinæ uerbis insinuat sequens/ Perfecte autem huius unitatis sa-
cramentum superius iam docuerat dicẽs: ⸿Sicut misit me uiuens pater/ & ego ui-
uo per patrem: & qui manducat meam carnem & ipse uiuet per me: uiuit ergo per
patrem/& quo modo per patrẽ uiuit eodem modo nos per carnẽ eius uiuemus:⸥
Sed quoniã in similitudine adducta dissimilitudo summa notari posset/nanq; nõ
eo modo per carnẽ eius uiuimus/ quo modo uiuit ille p patrẽ a quo eandẽ habet
essentiã & uitam(ut cætera prætermittam) remouet calumniam Hylarius dicens:
⸿Omnis enim comparatio ad intelligentiæ formam præsumitur: ut id de quo agi
tur scd'm propositũ exemplũ assequamur.⸥ Sed quattuor adhuc restant adusq; fi
nem disputationis/nam primo quemadmodũ etiam per carnem Christi uiuimus/
exponit. Dein quemadmodũ postea uicturi sumus insinuat: Cum in patria sup-
na uiuemus spiritali & æterna uita/cuius arrã spiritaliter uiuendo tenemus. Obi-
ter præterea taxat hæreticos/docens Christum per patrẽ spiritaliter uiuere/ & ab
eodem eandẽ prorsus cum eo naturam per natiuitatẽ habuisse/ demum perorat/
Epilogũq; constituit/confecte disputationis/ quo ueluti trophæum debellato hæ-
reticæ prauitatis erigitur. Primũ aũt primo exequitur dicens. ⸿Hæc uero uitæ nr̃ę
causa est q; in nobis carnalibus manentẽ per carnem Christum habemus.⸥ Scd'o
condictionẽ ponit futuræ uitæ subdens: ⸿ Victuris nobis per eum ea cõdictione
qua uiuit ille per patrẽ.⸥ Ex quibus aduersum Arrianos Christi diuinitatẽ/ ex na
turali.s.a patre natiuitate/ naturaliq; uita & unitate colligit/ & ex ijs quæ iã posue-
rat infert propositum/inquiẽs: ⸿Si ergo nos naturaliter scd'm carnẽ per eum uiui-
mus: id est naturam carnis suę adepti: quomodo non naturaliter scd'm spiritum
in se patrem habeat cum uiuat ipse per patrẽ: Per patrẽ autem uiuit: dum natiui-
tas non alienam ei intulit diuersamq; naturam: dum quod est & ab eo est/ nec ta-
men ab eo per aliquã incidentẽ naturę dissimilitudinẽ separatur: dum in se habet
patrẽ per natiuitatẽ in uirtute naturæ.⸥ Consentaneũ dicit/si nos per Christũ uiui-
mus/eo q; in nobis carnẽ eius habeamus/Christum qui per patrẽ uiuit (quemad-
modum supra testatus est) naturaliter & scd'm spiritũ per patrẽ uiuere/ quẽ.s.ha-
beat in se/idcirco autẽ uiuere/dũ per natiuitatẽ eandẽ habet naturã/nõ diuersam.
Siquidẽ filius dei/eandẽ habet naturã quam pater / sed habet a patre: nec per ali-
quam naturæ dissimilitudinẽ separatur ab illo / uerum quoniã ille a nullo est. ipse
a patre est: & in se habet patrem per natiuitatẽ in uirtute naturę/ habet sane patris
essentiam/non autẽ patris proprietatẽ/unicuiq; enim trinitatis personæ tota indi-
uidua/diuinitatis essentia cõmunis est: & quęlibet eandẽ totãq; habet proprieta-
tes uero unicuiq; personæ distinctæ sunt. Frustra igitur hæretici cõminiscebãtur
solam inter Christum & patrem uoluntatis unionem: frustraq; illam ex nostra ad
Christum unione trahebant: nam quanq; unio uoluntatis non negetur inter pa-

trem & filium/non negetur item inter fideles seruos & filium ac patrem/nihilominus naturalis etiam hæc: tam per assumptionem nostræ humanitatis a Christo/ quam per nostram carnis eius in mysterio sumptionẽ naturalis & illa quin & multo magis quia per naturam est/ perque eandem prorsus diuinam essentiam filio per æternam natiuitatem cõmunicata: quam obrem disputatiõi terminus ponitur & quæ dicta sunt peroratione colliguntur: quare Hylarij tibi iam epilogum sume. [Hæc autem iccirco a nobis cõmemorata sunt: quia uoluntatis tantum inter patrem & filium unitatem hæretici mentientes/ unitatis nostræ ad deum utebãtur exemplo tanque nobis ad filium & per filium ad patrem obsequio tantum ac uoluntate religionis unitis/nulla per sacramentum carnis & sanguinis/naturalis communionis proprietas indulgeretur/cum & per honorem nobis datum dei filij & permanentem in nobis carnaliter filiũ/& in eo nobis corporaliter & inseparabiliter unitis/mysterium uere ac naturalis unitatis sit prædicandũ: Responsum igitur a nobis stulticiæ furentium ad demonstrationem tantum inanis mendacij/ ne imperitos fallerent uanæ ac ridiculę assertionis errore.] Nil clarius euidentiusque quam ex hoc Epilogo percipere potes & paucis quod nos pluribus sumus executi/ neque enim totidem declarare possumus: sed & breuiores etiã fuimus: quam aut rei magnitudo/aut tanti scriptoris auctoritas exigebat: bene actum uidebitur nobis si tibi fecerimus satis. Habes itaque super hac re quid senserim/suppleui multa quæ Gratianus omisit eodem fonte hausta: totam tibi textus Hylariani seriem & exscripsi simul & exposui. Castigaui ut mihi uisum nonnulla ex utroque textu/ sed de alterutro nihil ut arbitror euagatus/nihil alienum expiscatus sum: quid sibi uellet littera conatus exprimere: qui præter ea moliuntur/ipsi uiderint. In hoc albo esse eruditos omnes plane sentio/ Declaratores omnes id tantum curare oportere: ut auctorũ quos interpretantur mentem patefaciant: Idcirco enim cartis exaramus nostra: ut litteris ueluti mutis signis ea exprimamus quæ in anima gerimus: sic & Aristoteles uiua signa hoc est uoces ipsas notas esse censuit affectionum earum quę sunt in anima. Vale & si quid erratum corrige.

¶ MAXIMILIANO CAESARI AVGVSTO INCLYTO IOANNES FRANCISCVS PICVS FOELICITATEM.

o CCASIONEM Dedisti mihi cæsar clementissime/ ut ea studia/quibus olim oblectabar: nunc quodam quasi postliminio repeterem: ab eis enim tum negotijs armorũ diuerterã/tum grauiorũ otijs litterarum distentus nunciũ remiserã. Monstrasti dum essem apud te in Germania/Cruces/Clauos/Lanceas/& alia pleraq; / cœlesti quadam nec uisili pluuia corporibus deliniata: & quæ hac de re tibi etiã litteris significata fuerant/qua es facilitate/ dignatus es e Germanica in latinam linguã interpretari: Vidi & ipse postq; a tua maiestate discessi/in Italiam rediturus/multa quæ nõ modo fidem rei iam vulgatæ astruerẽt/sed maiorẽ multo demirationẽ incuterent: & uniuersam pene Germaniam ad cœlestia prodigia / religionis ergo cõmouerent. Quo factũ ut rem tam celebrem/tam dignam posteritatis memoria/ litterarũ monumentis/Heroicisq; potissimum uersibus in præsentia mandare destinauerim: Nil eas ueritus calumnias/quas philosophastri funderent: Ignari altissimos litterarum locos/a prima antiquitate/metro concelebrari solitos: nec apud Platonẽ & Aristotelem satis diuersati: Quorum ab altero Epigrãmata / ab altero etiam poemata excussa sunt: ut ipsius artis poeticæ pręcepta reticeam. Ipsi autem theologi nec hymnos ecclesiæ dissimulent/nec nesciant Naçiançenum/ Hieronymum / Seduliũ/Paulinum / & alios carmina cecinisse: Nec eos præterierit Mosen primũ diuinas laudes carmine Hexametro decantasse & Hebræũ calamum nonnullis diuinorũ libris uersuum mensuras impræssisse/quas equidem non solum licere/ uerum & expedire quoquo modo/nostra etiam tempestate putauerim: modo fabulosa ne sit/ nec obscena materia: modo gentilium deorũ memores ne simus/ præterq; forte/dum eos explodimus/dum damnamus. Sume igitur libenti animo Cæsar nostram hanc historiam altius repetitam & carmine concinnatam: cuius lectione (si erit otium) addi animo stimulos optarim/ ut Christi memoriam in occidente minus reuerenter quandoq; habitam. In oriente uero principum desidia iam pene abolitam / renouandam pro uiribus & illustrandam suscipias / & impij Maomethis cultũ penitus oblitteres. Et quoniã militiæ tuę me iam pridẽ/nec sine honore & egregia: quadã auctoritate ascripsisti: Istiusmodi quidem cõparandæ uictoriæ debemus ensem: partę autem & publicandæ stilum pollicemur. Vale.

¶IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DO-
MINI ET CONCORDIAE COMITIS HE-
ROICVM CARMEN DE MYSTERI-
IS DOMINICAE CRVCIS NV-
PER IN GERMANIAM DE
LAPSIS AD MAXIMI
LIANVM AVGV
STVM ROMA
NORVM RE
GEM.

TITVLVS STAVROSTICHOS

Ermanæ nuper delapsa insignia terræ
Principis ætherij/canerem ter maxime Cæsar:
g Si me præcellens rerum mirandaq; moles
Exiguo sineret residem de pectore uocem:
Promere/sed uincet pietas/ audacia uincet:
Abscedat Bromius/ spumoso Cypria ponto
Dispereat/procul hinc absit thymbræus Apollo.
Fabula Pieridum/procul hinc procul este ꝓphani:
Namq; salutiferi canimus miracula regis
Væsano figmenta deum / qui dispulit orbe
Christe faue cæptis/tuq; o sanctissima uirgo
Empyrei regina poli/genitrixq; tonantis/
Dirige fluctiuagam uentosa per æquora cymbam
Postq; flammifero præpes descendit ab axe
Summa dei soboles/ summi sapientia patris:
Vt male contractas a primo semine labes
Purpurea elueret/sacrati sanguinis unda:
Mortales clauso profugos ut ferret olympo:
Sacra prophanato diffudit lumina mundo:
Tartareas pellens hominum de corde tenebras
Inq; uices uarias diuersa in tempora signis
Quæ captũ superant humanæ mentis/ adegit
Suaue serenata in præcordia vulnus amoris
Illapsus primum præcelsæ uirginis aluo
Quæ mox concepit nullo de semine prolem
Viliaq; enixa est nono ad præsepia mense:
Iam uix octauam lucem conspexerat infans
Iam uix assumptæ prima incunabula carnis
Attigerat:cultros pellis cum cæsa cruentos
Sensit:& hostiles aufugit principis iras.
Herodis/supero matrem puerumq; tueri
Afflatu iussus Ioseph:Nilotica tecta
Perrexit: monitusq; iterum ad Iudęa reuerti
Herode extincto / Galilæis adstitit aruis.

Subditus interea peragit mandata parentum:
Præcellitq; senes puer/ & Salomonia templa
Ingressus monuit/ legisq; abstrusa reclusit
Mox docuit solymos præclare munia uitæ
Præconis tonitru: qui flumine mergier artus
Suasit: & indignum Christi qui lora relaxet
Se uocat: & nitidæ soluat sandalia plantæ.
Hinc uastę latebras Christus perrexit eremi
Multos passurus uiolenti dæmonis astus.
Nancq; quater denos iam roscida Luna rotatus
Egerat: & totidem magnum Sol aureus orbem
Ambierat terræ: nec dum ieiunia Christus
Soluerat esuriens: cum se tentator operta
Ingessit fraude/ & lapides mitescere duros
Pręciperet blande stimulat: cui talia fatur.
Nonne sacri referunt libri? traducere uitam
Non datur in dapibus: sed enim fœlicius illud
Quod fluxit sacro/ semel omnipotentis ab ore
Perpetuam præstat uentura in sæcula uitam.
Protinus hinc cælsæ uehit ad fastigia pinnæ
Spiritus: atq; illi rursum. si dia propago es
Te tuto poteris summo de culmine templi
Mittere: nancq; extant de te mandata ministris:
Ne forte ad lapidem offendas: cui talia reddit.
Legiferi scitum Mosis/ dominumq; deumq;
Ne tentes: paucis pauefactus uocibus hisce
Obriguit: ueluti cum sæuo mænia bello
Impiger obsedit multo conamine miles
Actutum & chalybis percussus tempora glande
Machina terrifico quam fulminat ænea bombo
Sternitur: atq; illi torpescunt frigore membra.
Crudeles iterum uersutus colligit iras
Ac tristi obuersat fallendi pectore curas:
Nubiferi ductum præcelso in culmine montis
Collocat: & molli quondam regnata Dario
Monstrat sceptra: Pharon: libyes porrecta sub axē
Regna: Tagum fuluā populis qui uoluit harenā
Et quicquid latis rerum tractabat habenis
Roma potens: spondetq; illi si poplite flexo
Procumbat: contraq; refert diuina propago
Perfide discedas: soli seruire tonanti
Est opus: in tenues momento euanuit auras
Post nucleum legis dirimens a cortice uulgo
Præbuit: æternæ reserans compendia uitæ
Dogmataq; expungens scribarum mentis auarę
Semina: pontificum luxus: fastosaq; sæcli
Gaudia perstringens: pharisææ noxia turbę
Carpit fulcra: dolos retegit: prænuntia mortis

Spargit uerba suæ: non indignatus ab umbris
Infernis animas excire ad munia uitæ
Reddere cognatis nutu / quæ functa sepulchris
Corpora: quæ tristem dudum exhalare Mephitin:
Disiectæ placuit rursum connectere formæ
Inuidia extemplo conflatur maxima: nanq;
Virtuti uitium bellat: diuina prophanis
Confligunt: pugnat tumido clementia fastu
Supplicīū petitur / iusto de sanguine / pœnæ
Poscuntur: sæuæ condunt spectacula plebi
Pontifices: tollit præses Romanus in altum
Membra salutiferi transfixo stipite regis
Funditur innocuus toto de corpore sanguis
Vbertim celebris mixto fluit unda cruore
Qua scelus antiquum / primaq; ab origine mundi
Eluitur / patriæ primæua piacula noxæ
Scilicet humani generis perculsus amore
Crudeles clauos / risus / atq; aspera flagra
Sputa / alapas / Barbæ vulsus / diramq; coronam
Sentibus horrentem subiit: mortemq; fugare
Morte crucis uoluit. Quæ te clemētia Christe
Ingratos nimium mortales / ferrea corda
Vt morte eriperes / mortem perferre coegit:
Ne rogo. ne summi collati muneris unq;
Inferni obrepant uæsana obliuia somni
Dicite fœlices animę / quæ lucida templa
Incolitis: quoties renouarit mystica lethi
Signa sui: postq; sedes ferrugine nigras
Inuisit / pulsisq; æterna luce tenebris
Atq; cathenato resolutis patribus hoste
Sublimis superas Christus remeauit ad arces:
Principio auratis confixit corda sagittis
Corda uirum sacri cætus: quæ uiuida uirtus
Ardentis lingue in speciem penetrarat & almum
Spirabant calefacta nimis præcordia Christum
Quem puro quondam sumebat turba fidelis
Pectore sacratæ celebrans conuiuia cænæ
Scilicet immites hinc debellare tyrannos
Exarmata ualent flāmanti pectora lingua:
Hinc ueteres fugitare dei trepidare senatus:
Mirari attoniti sophiæ de plebe magistri
Mirari & vulgus cæpit / cum cresceret ardor
Insolitus: numerumq; magis: quo sæuior ira:
Redderet innumerum tormentis percita cædes.
Recludunt Stephano cœlum stridentia saxa:
Vrentem moriens tenuit Laurentius ignem
Innumerę rigidam constanti pectore mortem
Imbelles obeunt (res non audita) puellæ.

Pollutas pueri læti obtruncantur ad aras:
Inter mille neces fidei rutilantior ignis
Fulsit: Callaicis ueluti in fornacibus aurum
Tum præses Syrijs feruens Egnatius agris
Christigenas pascebat oues/ Romanus abegit
Miles/crudeli ducturus funera circo.
Sacra uiri nimium formidant membra leones
Tangere/ab innocuo cohibentes ora cruore:
Quem rigidi inmitis Traiani exhauserat ensis
Protinus euulso(nam dirus pectore lictor
Traxerat) inscriptũ cordi spectatur Iesu
Nomen honoratum:quod tristia tartara longe
Formidant. superæ conspecta insignia dextræ
Tempore iam ex illo:multum cum uiuidus ardor
Ferueret:inuidit demon transcendere cœlos
Stelligeros hominẽ:quibus ille expulsus Auerni
Horrendas subijt multa caligine sedes.
Hinc fatagit tristi ut marcescant pectora luxu
Crassetur uilis timidusq; nomismatis ardor:
Despectent humiles uano ut turgentia fastu
Stemmata:sed uicit Christus:superoq; calore
Dispulit elatas erebi de nocte tenebras
Hoste triumphato:ruit ille in tartara præceps.
Sed magis infernus coluber cum sybila pressit
Fallendi insidias uiroso in corde uolutat
Cum uelut a rabida quam dira impellit edendi
Ingluuies/pastor cõmissa armenta Leæna
Custodit:magis illa furit/licet improba fraudes
Dissimulet/renouatq; latens in pectore bellum
Socius haud coluber simulata pace uenenum
Offundit/sed quis summi omnipotentis alumnos
Fraudibus eripiat? placuit concire fideles
Sæpius/atq; magis: quo frixit inertia mundi.
Propterea Assysius nimio calefactus amore
Rettulit effossis flammantia stigmata membris
Franciscus: pauper terris / ditissimus aula
Principis ætherij: per rari signifer æqui
Alter ab empyreis defluxit sedibus almæ
Virtutis custos/fidei seruator Hiberus
Vtrinq; innumere/uaria sub ueste cateruæ
Conscendere polos:fremuit perterritus Orcus
Nec non & Siculus flammas emisit:& ille
Conspicuus signis picenæ gloria gentis:
Olim fœminei sexus/& Tuscus & Vmber
Monstrauere fidẽ/& gestata insignia: nec non
Sulphurea Nar albus aqua/priscuq; reate
Quid referam?sanctos monitus præconia crebra
Sacrorum uatum non exaudita prophanis

Sed quæ inuisa malis/nuper demiserit audi.
Dum Sol obliquum bissenis partibus orbem
Supra quindecies centum numerasset ab ortu
Virginei partus:primæ trieteridis annum.
Postremum uoluens: labuntur mystica cœlo
Res comperta mihi/uos aspirate/ canenti.
Est regio Europæ gelido subiecta trioni:
Bellaces habitant populi: quos Romula pubes
Vix domuit: toto cum uis dominarier orbe
Cæperit/& latium iam formidaret Araxes
Armenius Tybrim:Phariū & pepulisset Anubim
Itala proiectos aluit/quæ belua fratres
Illinc missa uadis ingentia robora uoluit
Atq; sub aerijs perlabitur alpibus aenus
Aenus cæsareis ardētia ligna caminis
Ducturus:uasto populus dum Sbocius antro
Effossum uarios argentum promit in usus
Hac Rhenus liquidi deuoluit fluminis undam
Gallica Germanis/qui separat arua Colonis
Romani toties expertus militis arma
Ingentes paruo Thybri supponere lymphas
Pertulit/& latiam nectare per ęquora pupim/
Oceani bifido percellens uortice fluctus
Hinc & Danubius nō magnas deuehit undas
Montibus Arbonæ uix fusus/ plurima nondum
Flumina surripuit nondūq; Binomius:ingens
Alluit Elysios Ariosq; & Pæonis oram
Et Lygios/tandem rapto tumefactus aquarum.
Euxinū ingreditur bis terno gurgite pontum
Extremumq; caput limosa perdit in ulua.
Hic demissa recens populi mysteria/mirum
Attoniti inspectant:homines/ ac inanima passim
Inscribunt puro delapsa insignia cœlo
Sanguinolenta Crucis / clari memoranda triūphis
Effigies late spectatur/spongia/ flagra
Visuntur.tunica inconsutilis intima/ claui
Cernuntur multo madefacti sanguine:telum
Quod sacram sæuo discreuerat impete costam
Pingitur:excubitor Christa spectabilis ales
Tergenimiq; micant tali/quos inclyta Christi
Iecerat innocui sortitus tegmina miles:
Non ignota cano/cæsar monstrauit:& ipsi
Vidimus:innumeros prompsit Germania testes.
Qua Rhenus tenui rhetis ex alpibus orsu
Funditur / & maior suppostis influit aruis
Compertū:uiditq; lacus qui molle per errans
Muros piscosæ subiectos perluit urbis
Quos Constantini proles oriente sub acto

Occiduas repetens stellanti murice terras
Condidit/& proprio signauit nomine: cuius
Principis (ut perhibent) demissus sanguine Picus:
Picus harenose genitus prope flumina Sicla
Audijt & tumidi iam ditior accola Rheni:
Quiq; lacu missus leni submurmurat unda:
Mox alium prefertq; lacum/ quo deniq; fusus
Inde humilis/ tumidusq; uoraxq; euoluitur: inde
Plenus & exiguus/rectus/ sinuosus in orbem
Labitur. Hinc sumptis Basileam diuidit urbem
Fontibus: ac uasto defertur gurgite/& alti
Vorticibus magnis contingit tecta Brisachi:
Aduersam cæsa/ quæ nectunt abiete ripam
Noricus inspexit/torti audiuere sycambri:
Audijt & Mario domitus per vulnera Cymber:
Senserunt amnes/senserunt æquora longe
Aequora torpenti glatie concreta sub axe
Arctoo/propius conspexit Danubij fons:
Spectarunt fortes ipsis sub menibus Vlmæ
Assueti contis fortes bellare Sueui:
Et phorcin latiæ donatus lumine lingue/
Cui sacrum triplici celebratum dogmate nomen:
Inspectant populi qnorum confinia Cæsar
Vastauit late uictor/ cum fusa Bohemus
Agmina colligeret/nuper/ dum prælia miscet
Confractis uires latura rebellibus / illinc
Vangiones cernunt/latebrosa silentia siluæ
Herciniæ norunt/ nouit perterritus osus
Osus aranisco dubium deductus: an illo
Hic genus antiquum referat/sub iudice lis est
Vindelicus/rhetus/miratur: & aspera cæde
Romani/tremuit quondam prouincia Vari
Nec tam præcipiti formidine territus hausit
Armorum sonitum/quondam Germanus arator
Nec sic expauit subitis cum motibus Alpes:
Intremuere/minus bellacis tempore Othonis
Pertimuit claro primum cum mystica coelo
Defluxere/iuuat lachrymas effundere: multæ
Implorant ueniam scelerum cum patribus urbes
Aeni concutitur pons/illius accola nudis
Incedit pedibus celebrans amburbia: tantum
Relligio potuit: minio color/& color atro
Nonnunq; similis: sacris mantilibus ipsi
Sanguineis rutilans maculis insigne triumphi
Vidimus/actæo confusum pene liquore
Puniceo interdum fulgor certauerat Ostro
Interdum fusci nigrantem nube coloris
Permixtáq; crucem rubro spectauimus olim

Nec morum discrimen erat/ sacer atq; prophanus
Iam conspersa sibi gestabant mystica: patres
Conscripti & pueri/ conscriptus sexus uterq;:
Et templa & uestes/ a summa Cæsaris aula
Ad tenues uicos/ ad dura mapalia ruris.
Cernere erat liquido deductum ex æthere signum
Pupurea exceptũ tunica/ quod ferre senator
Formidat læui & matrona perhorruit armo
Quod stupuit trito positum centone colonus/
Pauperis ad lychnum nati dum canabe pero
Consuitur/ teneras lacerent ne tristia plantas
Constipata gelu/ consertaq; uepribus arua
Miraturq; sagi tenuato stamine miles
Insculptum mortis uitali a sede trophæum
Miraturq;/ simulq; pauet/ qui uasa sacerdos
Obnubit/ celeri supra tectoria lapsu
Aduentare cruces/ & linthea pingere: pallet
Spectator: densusq; redit formidine sanguis
Ad fontem e riuis/ titubantq; in pectore fibræ
Nec nõ ueloces agere cum turbida lympha
Præcipitata molas summo de uertice montis
Atq; excepta rotis tereret frumenta minister
Qui lassata uago stridore/ & pondere sacci
Pollineq; inspersus/ placido dare membra sopori
Decernit/ rubro sub tectis spargitur imbre.:
Olli per pectus: per crus/ per colla: per aluum
Sydereæ extemplo pingunt insignia guttæ
Q; uarij strepitus/ q; dissona dogmata/ quanti
Pro sensu capitum uario mussare susurri:
Crediderim dominũ celsæ qui præsidet arci
Olim longa sui potantem obliuia mundum
Vidisse: & signis uoluisse salubribus almæ
Sæpius (utq; alias) excire ad limina lucis
Quandoquidẽ fontes inferno sustulit antro
Tartareus princeps furias/ scelerumq; cateruas
Immisit stygij reserantes abdita fontis
Cuius mortifero dudum tenebrosus hiatu
Aera tabificum fumus prætexuit: Inde
Angusta occulitur cœlestis sæmita uitæ
Inde crucis miseros uesana obliuia tentant:
Hinc regina mali forte indignata sinistris
In cædes & bella ruit sitibunda cruoris:
Præcurritq; rotas scisso discordia crine
Successus belli si forte arriserit: illinc
Ambitio erumpit rebus tumefacta secundis
Tumq; infrenis amor lucri/ tum lurida gliscit
Ingluuies/ studioq; omnes excerpta per artus
Spurca Venus/ lassis nimiumquæ uiribus hausta:

Et parit ignauos animos: & torquet atroci
Inuidia: & partos disperdit prodigia census.
Sic septemplicibus crassatur perdita uinclis
Belua multorum capitum: quibus impete sæuo
Deiectam legimus quondam Babylona superbã:
Quam/nec crudeli populasset milite Cyrus
Nec centum crebro nutassent ariete portæ
Nec genesis falso lusisset dogmate mendax
Stellarum uarijs intentus cursibus augur
Ni prius hostiles hausisset perfida mores
Quos noster/pudet heu/ iam dudũ accersijt orbis:
Quosq̧ recẽs Babylon haustos cumulatius ambit
Sed nec tam tumidam uictrix te grętia quondam
Reddiderant cæsi Marathonis in æquore persæ
Non delusa Rhodo/tergo non fulta Platonis
Non Demostheneæ raptata uolumine linguæ/
Neve stageræo motu peruecta tonantis
Ad solium/tanto pereuntis ludicra famæ
Aut studio aut plausu quondam deposcis inanĩ
Q̃ nunc imbelles laudum mentita trophæa
Ostentant fastu/ q̃ plebs ignara tumescit.
Mollitiem subde & luxus quos prisca tarenti
Fama reformidat/quos nescit Apicius/odit
Atq̧ Philoxenium guttur/ quos reijcit ille
Qui sceptro indignus tractauit serica pensa:
Et sybaris/parcę spernens opsonia mensæ
Sed quid Achemenæijs quæsitam regibus olim
Immanem uenerem(pudet heu memorare)ꝓphani
Nomine damnantur/qui non admiserit: omnes
Quot quot collegit uitiorũ Roma cloacas:
Assyrium Tiberi cum iam admisisset Orontem
Mox proprijs opibus / proprijs ruitura sub armis:
Iam dudum excipiunt/insultãt Maurus & Afer
Egyptius/Libye subsannat/Thracia ridet
Nec fidei monitis auscultant / uincimur aiunt:
Colluuies scelerum/uitiorum fætida nubes
Hinc illuc pridem migrauit/perfida turba
In Christum laxant impune repagula: nobis
Non impune datum/ si Christum lingua lacessat:
Virginis & nomen/nobis non spernitur almæ:
Sed nec sacra dei nobis/nec templa/nec aræ
Venduntur. Dominis quo tandem cernimus usq̧
Insultare canes: purgemus noxia rectum
Firmemus/nostris opus est indicere bellum
Moribus inprimis. Mox bella inferre prophanis
Scilicet incassum/patiemur mystica cœlo
Delabi/aut ueteres tantum effudisse cruoris
Sacratæ fidei proceres: aut deniq̧ Christi

Nil nobis prodesse necem paciemur amaram:
Subiectas populos compescas inclyte Cæsar
A uitijs necq; enim tantas regnator olympi
Virtutes & opes tibi contulit/ut tibi tantum
Prodessent/ celsæ rarissima munera dextræ:
Dona recognoscas fortis cœlestia Cæsar
Sopitam turbis sacrato pollicæ barbam
Vellere ne pigeat/ tua sunt hæc munia Cæsar
Stringere constantis fidei pro legibus ensem:
Insculptacq; cruce infidos Maomethis alumnos
Pellere: quæ tibi sunt iam tradita desine Cæsar
Alter ut insumat/te contemnente: ministri
Christo non desunt/reges/nec tempora desunt
Vt Mores abigat Sathana impellente nefastos:
Et crucis imperium longe lateq; propaget.
Tu dudum lectus/nunc inuitatus: ad altos
Dirige(ne pigeat) fœlicia carbasa portus
Non deerunt equites: non instrumenta: fideles
Adsunt Italiæ populi lectissima pubes
Viribus indomitis: instructas ecce phalanges
Tormenta/ & celebres præstat Germania currus
Et neruos belli: fauor ingens cœlitus/idem
Quo fretus iam pene puer certamine Gallos
Contundis latio/nec dum diademate frontem
Contectus/multosq; domas: gens effera nuper
Rettulit arctoos inflictum uulnus in axes
Iam metuũtq; Getę/metuit quoq; Maurus ut olim
Fugerat eoos indignabundus in ortus
Emonijs equitũ Cumeus discinctus aboris:
Dum Charolus bello iam Parthenopæa subiret
Mœnia magnanimis qui mox succũberet orsis.
Cuius nec gessis Byçantia turba Sarissas
Duxisset contra/refluus quoq; Bosphorus udas
Veliuolã classem Thracũ excepisset in ulnas.
Ter seruum memphis iure in indignata tyrannum
Cessisset Phariũ uelamina torta tiaram.
Nũc Aquila expetitur rutulũ quæ insignæ triũphi
Per Tanaim Nilum calidæ per rura Syenes
Perq; Arabum campos/ambustaq; solibus arua
Vectet ad aurorę populos ad Ditia regna
Sed uereor Cæsar/ueteri ne quassa timore
Occiduum turbet/subitis incursibus orbem
Hostica gens fidei: ueluti cum percita uoce
Euigilant nudo/meditantur prælia dente
Turba canũ/surdis si forte irritibus hostem
Nil arcent/nec baubatus effundere uanos
Contulit/insultum expediunt/quo territus hostis
Horreat inq; illum possit formido referri

Rumpe moras/prestan uideat Gangetcus armis
Cæsaris excindi/Persas/non spernere Hydaspem
Aut hypanim/pontes/patrios nec uisere saltus
Donec odoratos alacer conscenderit Indos.

FINIS.

¶Mathias Schürerius artium doctor/Studioso lectori. Salutem.

Abes syncærissimæ lector ductu Auspitijsq́/ nostri Thomæ Vuolphijiunioris/ Ioānis Francisci Pici/clarissimi principis Mirandulani clarissima opera/a me pulchrioribus typis procusa: in laudem Germaniæ & Argentoraci urbis perpetuū ornamentum/studiosorūq́ rei litterariæ utilitatē incredibilē/ labeculas/offendicula/ moramēta & immutationes/transmutationesve litterarū ac syllabarū/ ex inuersione dictionum/& id genus errores minutulos/si quos cōpereris: calcographis non authori ascribito. Fatemur ingenue culpam nostrā: Nam & princeps ipse/ob bellicæ ob priuatæ ob publicæ rei negocia/ob locorum etiā intercapedines/suas perdoctas & laboriosas lucubrationes/nec reuidere nec recognoscere potuit. Sed tu iam studiose lector/hoc tempore: quo omnia turbulenta sunt & calamitosa hisce contentus esto/Mox eiusdem Principis nonnulla quæ sub incude habet litteratoria/ publicatione non indigna: Christo bene fauente habiturus es: Bene uale.

¶Ioan. Fran. Pici Mirandulæ domini: & Comitis Concordiæ opera aurea & bracteata finiunt: Argentoraci Pridiæ Kalen. Februarias ANN. M. D. VII. IVLIO. ij. Ponti. Maxi. & MAXIMILIANO Cæsare Augusto/inclyto/Inuictiss. uniuerso terrarum orbi præsidentibus: Ioannes Knoblochus Imprimebat: Recognouit Mathias Schürerius.

1507

¶IOANNIS ERANCISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI, ET CONCORDIE. COMITIS DE FIDE ET ORDINE CREDENDI THEOREMATA.

¶ IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI ET CONCORDIAE COMITIS IN THEOREMATA SVA DE FIDE ET ORDINE CREDENDI PROEMIVM. AD IVLIVM SECVNDVM PONTI. MAXIMVM.

N librum de fide & ordine credendi quę mihi ipsi & meditatus fueram & scripseram/alijs quoq; communē facerem/Iuli secunde pontifex maxime/pugnantes mihi se rationes obtulerunt: hinc enim sup̃fluum uidebatur de catholica Christi fide quicq; afferre/ cum tot & tanta in eius defensionem & probationē cū prioribus/ tum nostro sęculo edita in lucem scirem/ ut facile foret arbitratu / nostra hæc aut inde eruta & ceu pedissequa: aut inania/ & inferioris saltem notæ iudicanda. Non defuturos quoq; suspicabar qui studium hoc nostrum uel hac ratione criminarentur/ q in fidei causa argumenta & probationes debere tolli a nonnullis iudicaretur. Parte alia cogitanti mihi/nil gratius ueritate purgatis mētibus haberi/& ea quidē cuius quasi alis cœlestibus ad primariā ipsissimāq; (ut sic dixerim) ueritatem homines peruehunt. Subinde collegi fieri facile posse/ut qui fidem ipsam a pueris imbibissent/non ingratū etiam haberent librū/qui & ipsam fidē adstrueret/& eius ordinē quempiā/forte antea non omnino euolutū plane admodū explicaret. Sed & illud euāgelicum(Messis multa/ operarij pauci) non inconcinne & hac nostra posse tēpestate proferri succurrebat:cum ueritatis frumēti tanta superfuerit copia/ ut omnis frumētatorū numerus impar habeatur: & in ipsis etiam agris quorū demessa frumenta/paucul æ aliqñ spicę ab imbecillę facultatis hoībus reperiant̃ q̃ aut sagaciū aliqñ messorū oculos latuerint/ aut uisę etiā manus effugerint/ uel demū si eos spicę ipsę nō p̃terierit/ qñq; tñ grana ob solis ardorē e gluma exciderint/q̃bus sub cinericius cōfici panis possit ad famē ęgenis & mēdicibus tolerandā. Hęc oīa uoluenti succurrebat & illud criminatores si qui insurgerent ab apostolorū principe non admittēdos. Cui placuit reddi rationē de ea quæ in nob̃ est fide: eosdē quoq; pariter arbitrabar ab ipso Eusebio Hieronymo doctissimo pariter & sanctissimo uiro repellendos/qui optauit tam nostra probari quam alienos errores aboleri: quid: q̄d' cōstabat Augustinū in retractationū suarū opere duodecim ultimos de ciui. dei libros a se conscriptos affirmasse: ne quisq; repræhenderet q redarguisset aliena: nō autē nostra asseruisset: atq; post eos innumeri ne dicā decem aut centū cum doctrinæ tū sanctitudinis titulo insignes uiri succurrebāt laudibus cumulati ob fidei defensionē/ad Christi hostes illidendos fouendosq; animos imbecilliū hæc ipsa cum exacte mecū ipse discuterē & aduersas rationes hasce uelut appēderem in libra/contēplarerq; eas quæ ultimo loco relatæ sunt præponderare prioribus / atq; ipsum uerū & bonū bonis iudicijs superfluū haberi non posse: nec eos redargui qui ueritati robur adijciunt/ sed illos quibus mens non est fidei placitis assentiri ni ratione uincantur/hac ipsa in lance quæ iā uergebat suppositū ingētis ponderis calculū inspexi: q & in cœlis. s. sacrarū litterarū præconio corona decernitur iustis qui & docti fuerint/aliosq; ad iustitiā erudierint & fidem pro uirili aduersus oppugnatores propugnarint/atq; in terris dignitates palā positæ sunt quibus idem efficere procuratū est. Hinc etenim diuini & ecclesiastici iuris interpretes honoribus & laudibus fulgent quorū alteris in uniuersum alteris magna ex parte id onus incumbit. Liberaliū quoq; artium magistri & medicinæ & legum

ciuiliũ doctores qui huic ipsi muneri nõnulla subministrãt pariter decorant̃: Sed isthæc q̃ in terris sũt apud nos uel paruo habita uel ꝑ nihilo habẽda sunt:& ad ea paranda nobis festinandũ quæ & deo ante oĩa placeãt/ & hoĩbus consulãt/ac honores non infimos nutabundos/& momentaneos/ sed supremos/ sed stabiles/ sed perpetuos decernant. Quæ igitur ante sexennium meditari cæpi ad propriæ conscĩetiæ pacem firmandã inter tot turbines contrariarũ opinionũ quæ de credẽdis rebus tã in uniuersum q̃ particulariter occurrebãt/colligẽda mõ duxi quasi membra dispersa ad unius corporis & cõpaginẽ/& ordinẽ:q̃ Geometrarũ/arithmeticorumq; more per Theoremata disposui:quibus illud unũ præponendũ sum ratus fidẽ christianorũ uerã esse/ut ex eo ueluti principio sequẽtes cõclusiones & Theoremata quodã quasi pendulo nexu cohærentia deducerent̃. ut enim illi de puncto & linea unitate & numero pari & impari / & q̃ sint & quid sint præfantur / ita nos & esse & uerã esse fidem nostram posuimus/sed quanq; apud illos sua ipsa principia non probãtur supponanturq; solũ definianturq;/ non ideo tamẽ abre putandum est/fecisse nos si qđ posuimus principiũ probauerimus/neq; eñ præiudicatum apud oẽs philosophos est/quin sua esse principia quilibet litterarius artifex probare possit:Illi prætereа solum ad discipulos scribunt sua quos (ut Aristoteles docet)credere oportet:nec Geometriç ipsius aut Arithmeticç facultatis terminos egrediuntur in qua prima negari principia/ab eisdẽ cultoribus nequeũt. Ipse aũt non instituẽdos solũ nostros/ sed & cõuincendos aduersarios suscepi in asserẽdo principio ubi & nostris & alienis præliabimur armis & nimirũ ueritatis fidei tam ampla uis est:ut & per se suos doceat & tam ꝓprio q̃ alieno milite aduersarios ꝓsternat & obtrũcet ceu Dauid ille cui & funda pastoralis ꝓpria & superbissimi gigãtis ensis ad proterendũ ipsum & iugulandũ usui fuere/ in Theorematis aũt ubi iacta fidei fundamenta sunt eisq; uel aduersarij deiecti/uel nostri firmati nostris p̃cipue utimur armis/rationibus inq; quç fidei nituntur theologorũ sententijs/ Canonũ Decretis/eorumq; interpretũ placitis/ superfluos testimoniorum aceruos p̃tereuntes: Ad hæc uulgatis atq; protritis quantum fieri potuit omissis/rara potius quçpiã & probata consciuimus/ea autẽ quæ necessaria creditu sunt primo posuimus congruenti ordine pendentia. Deinde quæ alterius ordinis & liberiora/mox in ambiguis quid uideretur agẽdum/deq; uario credendi ordine diuersis tempestatibus seruato disseruimus/Quinq; & uiginti Theorematibus omnia cõplexi. postremo quid cuiq; de propria fœlicitate credendũ sit pro uiribus insinuauimus stilo humili & plerũq; Parisiensi q̃ Romano similiori quo ad Theorematũ expositionem attinet:neq; enim non intelligi uolumus ab ijs qui parum in latio uersati sunt/neq; etiam illos non sequi necesse habuimus qui latina posthabita nõ modo facundia/sed etiã lingua sua dogmata tradiderunt quorũ locutionis modos ut aliquãdo amplecteremur sed & capita & loca signaremus more nostratiũ & eoꝝ etiam uerbis uteremur qui uel sacras litteras uel pontificias leges nouissime per Barbaras questiunculas interpretant̃:consentaneũ duximus. Alia tamẽ ex parte latinam linguã penitus non posthabuimus:adeo ut si quandoq; admisimus barbariem non affectauerimus: ne delicatos etiam palatus omnifaria ferculorum immũdicie absterreremus:curauimus deniq; ut a quibuscunq; litterarijs professoribus intelligeremur:quandoquidẽ hoc operis(quoniã ad omnes pertinet)commune omnibus esse debet. Et tibi maxime Pontifex qui præsides omnibus dedicatum.

¶IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI/ ET CONCORDIAE COMITIS THEOREMA TA: DE FIDE/ ET ORDINE CREDENDI.

Principium primum.

¶FIDEM CHRISTIANORVM VERAM ESSE.

Expositio primi principij.

Vanq̃ de veritate christianæ fidei a ueteribus theologis/ nō parum
multa ſcripta ſunt/ad eandēq; & aſſerendā & ꝓpagandā nō nulli ęta
tis noſtræ uiri doctiſſimi/ualidiſſimas ratiōes ſcriptis mandauerunt/
minime tn̄ alienū putaui ſi ꝓbatiōes aliquas afferrē/ qbus & ipſamet
propugnaret̃ fides / & expugnaret̃ impietas : Id.n.cū ueritati ipſius
chriſtianæ fidei noſtræ in uniuerſum adſtipulabit̃:tū maxime ei qđ ſtruere ꝓpo/
ſuimus opi principiū optimū/& ceu ſolidiſſimū erit fundamentū/qs em̄ eis q̃ de fi/
de chriſtiana pendēt(in ꝓgreſſu opis tractāda nobis)aſſenſum p̄buerit / cui prius
nō cōſtiterit fidē ipſam in cōcuſſa adeo ueritate fultā:ut aut arbitrari falſam/aut ue
rā ambigere nō liceat principia ſiquidē eqbus ductæ cōcluſiones pſuadent/nō p̄
cognita modo:ſed ꝑ ipſius rei natura/de qua tractat̃ firmiora eſſe conuenit apud
eos q hærere ſequentibus uoluerint/ꝙ & ſi fallant̃ indiſcurſu plurimi/ idq; ꝓ uero
firmoq; habeant / qđ falſum eſt/qđ nuſq̃ cōſtabit aut cōſtitit:ni falſa tn̄ principia
tanq̃ uera tenerēt/uel q̃ uera ſunt ꝑperā intelligerēt cōcluſionibus eis q̃ ex illis pē
dēt/& quaſi ꝓfluūt nullo ſe pacto cōcrederēt:qđ cū ſpectatiuis in rebus contēpla
triciq; ſcientia uiſit̃/tū etiā in moribus & ſtatuēdis humanæ uitæ finibus atq; reli/
gionis uel delectu uel obtētu liquido cernimus:Neq;.n.Aphri/Aegyptij/Arabes
Maomethē ſequerent̃/nephărioſq; ritus obſeruarēt ni uerſutiſſimi præſtigiatoris
obcecati placitis/ an̄ oīa autumarēt & qdē obſtinatiſſime ꝓphetā eū fuiſſe ac ſibi
ad fœlicitatē cœlitus deſtinatum.Hebræi quoq; ob id ꝙ Moſaycę legis cortici co
hærēt umbratiles uanoſq; ad hāc diē ritus frequētant. Oraculis dęmonū & fatidi
cis ſacerdotibus deluſa gētilitas/& coluit idola/ & obſcenæ uitæ dedita more pe/
cudū uitā pegit.nulla deniq; nō religio repta eſt/q̃ principia ſua uera nō opinaret̃
& ſupnis reuelationibus tanq̃ baſi nō niteret̃ ueris nr̄a falſo creditis reliq̄ ut palā
fiet q̃ religiōis noīe indigne cenſent̃:uſq; internūtijs qbuſdā ſunt quos diuinorꝝ
gnaros arbitrabant̃.Sic & apud Diodorū legimus Galathas uſos fuiſſe philoſo/
phis tanq̃ deo ꝓximioribus ad impetrandū / Ariſtoteli ſane cōformes in decimo
ethicorꝝ ad Nicomachū libro ſtatuēti/ſapiētes uiros cure eſſe deis. Sic Indi Brach
manis fidebāt:drŭidibus Galli/gymnoſophiſtis Aethiopes:magis Perſæ : Augu
ribus/Sybillis/uatibus/oraculis:& pleriſq; diuinantibus Romani : Alijs quoq; &
ſil̄ibus natiōes/alię q̃s ſapiētes & deo ꝓpinquos autumarēt . In hoc.n.fere genus
humanū cōuenit/ duce ſe aliquo ꝑitiſſimo diuinorꝝ cōſcio egere cuius p̄ceptis au
diēs btītudinē aſſequat̃: qppe cū ſupra facultatē mortalitatis ſit collocata nō cuili/
bet ſe p̄bet expoſitā/ & cognitu quoq; difficillima eſt:nanq; philoſophicarū ratio/
nū capaces nō multi temere iueniunt̃/Atq; ille quidē ad ipſius finis notionē quan
q̃ ꝓmouent nō ꝑducūt:qm̄ diuinus ille cū ſit & ſupra ſenſum ſupraq; rationē po/
ſitus ad eū ueſtigandū humani cogitatus fatiſcūt. Sūma itaq; dei clemētia & ꝓui/
dentia inexcogitabilis mortaliū erroribus opē tulit: neq;.n.in re neceſſaria deeſſe

hoĩ voluit q̃ creatã a ſe naturã opibus ex ea ꝓgenitis & extreme laborantibus ad-
eſſe ſemꝑ & ſuffragari firmiſſima lege ſanxit. Tritũ qppe illud apud philoſophos
naturã ipſam cũ poſtulat neceſſitas nõ deeſſe. Peculiari aũt dei pp̃lo ꝓphetæ dati/
& Meſſias.i.Chriſtus ꝓmiſſus eſt cui audiẽtes fœlicitatẽ adipiſcerent/obaudiẽtes
pœnis plecterent. Ad arrogandã autẽ derogandãve ꝓphetæ fidẽ in ipſis exor-
dijs cõditarũ legũ nõ tã qd traderet: ꝗ̃ quis traderet examinandũ fuit: ſi enim de
rebus ipſis quarũ noticiã ſuꝑno duce diuinoq; ꝓpheta cõparamus nobis ui natu
rę & ſagacis intellectus facultate inſtrui cõmoneriq; poſſemus: eius ope neceſſa-
rio egeremus. Ad eũ igit̃ q̃ cœlitus miſſus credit̃/dirigẽda eſt mentis acies/q̃buſq;
uirtutibus abundet diligẽter inſpiciendũ quas ubi dep̃hẽderimus cœleſti nũcio
iure optimo cõuenire/eũ ipſum qui eis pollet dignũ ꝓculdubio habebimus cui fi
des penitus mancipet̃. Sic & Abraã ille/& Moſes/& alij cũ uirtutibus inſignes/ tũ
ſanctitudine inculpatę uitæ cõſpicui/tũ miraculorũ & futurarũ rerũ p̃dictiõe cla-
ri diuina legatione fungi ſe etiã tacentes ꝓfitebant̃/cõtra quoq; idolatrarũ aucto-
res inſtitutoresq; & abominãdi Maomethis placita/cũ ex dogmatis uanis incon-
ſtantibus & recto iuſtoq; aduerſis tũ ex uitijs inmanibus q̃ cõtinẽt fouẽt/docẽt/ꝓ-
uehunt/a malo dæmone ꝓficiſci conſtat. At ſane ſi Ieſum Chriſtũ ducẽ & magr̃m
noſtrũ deũ eſſe ne dũ iuſtũ uerũq; ꝓphetã mõſtrauerimus extra oẽm cõtrouerſiã
apparebit eis oĩbus q̃ nobis ip̃e tradidit ſine ulla cũctatiõe fidẽ obſtringendã atq;
ea q̃ repugnãt ceu fabulas & deliria contẽnẽda/ qm̃ nec demẽtes opinarent̃ a deo
optimo maximo mẽdaciũ hoĩbus ꝓ ſumma ueritate excolendũ tradi. Principium
autẽ accomodatiſſimũ nr̃æ inſtitutiõi tũ erit inſumendũ/ cũ illud ueriſſimũ & ab
oĩbus receptũ p̃fati fuerimus: fuiſſe uidelicet quo tp̃e rerũ potiebat̃ Tyberius Cæ
ſar & ꝓ eo Pontius Pilatus Iudeã adminiſtrabat/hoĩem quendã Hieroſolymis cui
nomẽ Ieſus atrociter uexatũ & morti crucis addictũ: hoc ip̃m nõ mõ ſacra teſtant̃
euãgelia ſed & Iudei aſſerũt/& Romanarũ rerũ ſcriptores memorãt/ & gręci quo-
q; oratores atq; philoſophi affirmãt: tã&ſi eoꝝ nõnulli ꝓbroſa uerba in deriſum
& contumeliã effuderũt: Si quidẽ & Cornelius tacitus mẽdaciorũ ut inq̄t Florens
loquaciſſimus/& Dion/& Tranq̄llus ſuas hiſtorias bile in Chriſtũ Ieſum & ſecta-
tores effuſa fedauerũt/Epicureus itẽ Celſus/ Libanius/ Porphyrius/Iulianus/Pro
culus Platonicus/Hierocles/& dei hoĩmq; ſubſannator Lucianus/Chriſtũ & eius
legẽ adlatrarũt/tũ ſua freti ſuperbia & erroris turbine circũacti/ tum ut de chriſtia-
nis ipſis quaſi uindictã ſumerẽt/ quos acerrimos idolorũ oppugnatores nouerãt:
tum ut uel principibus illis uel pp̃lis adularent̃. Quorũ inſanię a Io. grãmatico/ab
Origene/ab Euſebio/alijſq; cõpluribus & patefactæ & refutatę ſunt: ſed non eos
nunc taxãdi locus: ſatis fuerit enarraſſe apud hos quanq; hoſtes crucifixi Chriſti
qđ tm̃ ſuppoſuimus mẽtionẽ factã. Et pręterea iudęorũ multi poſt iflictã Chriſto
mortẽ libros ꝗ̃ plurimos ediderũt ignominijs & maledictis refertiſſimos tã&ſi Io
ſephus & Philon inter eos eruditiſſimi honorificã de Chriſto mentionẽ fecerint.
Hunc igit̃ q̃ crucifixus fuit/q̃ mortuus/q̃ iudeis ſcãdalũ dictus/ gentibus ſtulticia/
ex his q̃ mũdo uiuẽs geſſit/quæq; ap̃li eius atq; diſcipuli/ & ſectatores ꝑegere/nõ
hoĩem mõ ſanctiſſimũ/ſed etiã deũ fuiſſe ueriſſimis & conſtãtibus(ut arbitror) ra-
tionibus deo fauente oſtẽdemus/Hinc aũt ſumere liceat exordiũ. ¶ Cultus dæmo
num q̃bus ſub ſimulachris fictiſq; imaginibus obſcæna ſacra fiebant & humano
etiã ſanguĩe litabat̃ annoꝝ quattuor milia aut circiter p̃durauerat. neq;.n. ad uiuũ
nũc reſecãda res eſt: opus.n. lõgiore ſubſellio/ qm̃ de ſupputatiõe tẽpoꝝ inter cele
bratos auctores nõ cõuenit. Tãta itaq; inuaſerat natiões ueſania ſollicitãte dæmo
ne & ſe deũ fingẽte ut multa ab eis fierẽt aliq̃n/religioſaq; putarent̃ q̃ non ſolũ ob-

ſcæna atqꝫ nepharia humanę naturę intra ſuos limites cõſiſtenti ſemꝑ fuere/ uerũ
& brutis quoqꝫ aĩantibus flagitioſa & abominãda. Miſcebant̃ m̃ribus Perſę ince-
ſtis nuptijs. Obijciebant̃ a Bactris ſenes canibus ad hoc ip̄m nutritis. Apud Scy-
thas mortuorũ ſepulchro infodiebant̃ uiui/ꝗ ab illis amati fuiſſent. Maſſagetũ ac
Derbicũ mos erat ꝓpinquos & affines ſuos ꝗ iã cõſenuerãt imolare atqꝫ eorundẽ
carnes epulari. Carthaginenſes & alij nõ pauci ꝓprios etiã filios iugulare / & dæ-
monibus quos deos autumabant ſacrificare cõſueuerãt. Nõ impie aũt neqꝫ ſcele-
ſte/ſed pie/ſed legitime ſe/ſed religioſe facere exiſtimabãt: & dijs ip̄is placere/ꝗ hoc
& mille alia id genus impia flagitioſaqꝫ iugiter expetebãt & terrarũ orbẽ p̄ter he-
bræos (quorũ etiã pars q̃n̄qꝫ exorbitabat ad ipſos deos deficiẽs) uarijs huiuſcemo
di ĩmanitatibus repleuerũt/& coli ſe om̄i ſcelerũ genere ꝓcurarũt: obcæcatis adeo
in uniuerſum nationibus/ut iacentẽ in apto decipulã nõ aduerterẽt: oraculis autẽ
potiſſimũ & reſpõſis dæmones alliciebãt / ac impię ſuperſtitioni & peſtilẽtiſſimæ
fraudi futurorũ p̄dictiões fere ſemꝑ ambiguas/ ſæpe falſas / quaſi honeſtamentũ/
diuinitatiſqꝫ indiciũ p̄tendebãt. In hunc cultũ uel fruſtra uel exiguis certe uiribus
pugnauerũt/ ueri dei cultores Abraã/filij atqꝫ nepotes/Moſes item/ Ioſue/ Dauid/
alijqꝫ Iſraelitici pp̄li duces & reges: quẽ tñ oppugnatũ acerrime/& expugnatũ cõ
ſtat/ſimulac Chriſtus doctrina ſua terrarũ orbẽ colluſtrauit. nec ſolũ id nr̄i affir-
mant/uti etiã magnus ille eremi cultor Antonius oracula inquiẽs/aduentu dñi no
ſtri Ieſu Chriſti indicto ſilentio obmutuiſſe/ſuoſqꝫ captiuos ꝑdidiſſe/ ſed & p̄clari
gentiũ ſcriptores Hadriani Cæſaris tẽpeſtate oracula pene prorſus defeciſſe com
memorãt quos inter Plutarchus boni nois auctor diutius ꝑcunctatus eſt / cui nã
cauſæ factũ id tã grande adſcriberet̃. Fugere igitur dæmones cæpere impenſius
poſt aduentũ Chriſti/ꝗ ſtatim a ſectatoribus cultus & ab eius ap̄lis/ ꝗ diuerſas or-
bis plagas ad publicationẽ euãgelij ſortiti/p̄dicatus adeo celebratuſqꝫ eſt: ut ab in
numera multitudine/ab om̄i ſexu & ordine/ ꝑ orbẽ uniuerſum uicto de triũpha-
toqꝫ dęmone magna cũ indignatõe & Iudęoꝝ & gentiũ adoraret̃: & iã milleſimus
ſupra quingẽteſimũ annus euoluit̃/ex quo ꝑſequẽte Herode/aduerſantibus Ro-
manis rerũ dñis/reclamãtibus Iudęis/obſtãtibus diabolis/ſenſus demũ & carne re
pugnãtibus ſanctiſſima hæc religio q̃ prius ſub myſticis ꝓphetarũ uelaminibus/
& umbra legis Moſaicæ multis annorum milibus quaſi in m̃ris (ita dixerim) utero
delituerat/& nata & aucta & ꝓpagata eſt: uixqꝫ ullus tã ſemotus orbis angulus re
perit̃ in quo aut in Chriſti honorẽ extructæ eccl̄ię nõ fuerint/ aut eius ſaltẽ nois fa
ma nõ ꝑſonuerit. qd' regnũ igit̃ huic uel magnitudine uel uictoria uel gl̄ia confe-
rendũ eſt: q̃n̄ nõ ſolũ ab oriẽte ſole ad occidentẽ ꝓpagatũ eſt (extremos. n. utriuſqꝫ
oræ reges & pp̄los ut medios taceã Chriſti legi ſubiectos eſſe ꝑſpicuũ eſt) ſed ad
terras etiã/tã Romanis olim gentiũ uictoribus q̃ꝫ Alexandro illo / orbis terrori &
nouos orbes ꝑquirẽti prorſus ĩcognitas ꝓlatatũ/ ut eos omittã quos chriſtianoꝝ
Hiſpanię regũ claſſis nr̄a ætate ꝑ Antarticũ polũ huic ipſi quẽ cernimus oppoſitũ
adnauigauit hæc adeo nota/cõpertaqꝫ/ut ueritatis hoſtes tã & ſi frontẽ ꝑfricuerint
negare uereant̃. Libet aũt primũ ex aduerſarijs ſciſcitari: q̃ nã uis illa tã potẽs fue-
rit ut malignos dæmones ex mũdo iã fere debellato ſubactoqꝫ tã celeriter expule
rit: Porro Cõſtantini principis uirtutẽ & religionẽ in cauſa fuiſſe contendere ne-
q̃unt: q̃n̄ ut añ narrauimus aliq̃t añ ſecl̄is Hadriãi/uidelicet Auguſti p̄ncipatu ora
cula deſierãt/& poſt Cõſtãtinũ fuere ut Iulianus ĩpius ille deſertor ꝗ uero deo poſt
habito atqꝫ contẽpto dęmones & Idola coluere. At q̃ nec gẽtiũ philoſophi ĩhuma
nã aliquã poteſtatẽ id unqꝫ referrẽt: ut. n. ſup̄mo deo boniſqꝫ angelis ĩferiores ob
eoꝝ maliciã. ſ. dæmones ipſi ĩbecillioreſqꝫ/ita hoibus potẽtiores ſũt: q̃m uniuerſã
ſpiritalẽ ſubſtantiã ſupra hoiem collocatã apud rerũ naturę gnaros cõpertiſſimũ

est:atqꝫ etiã Iudeis ipis notissimũ q in lib.Iob/libro uticꝫ apud eos etiã sanctissimo
legũt nõ esse in terra potentiã q̃ dęmoni cõparet.At si forte qspiã q paulo sapien-
tior/ꝗ par est sibi uideret cõtenderet nõ dęmones illos fuisse sed figmẽta hoĩm fal
lentiũ imperitorũ mẽtes suę inscitię ruditatisqꝫ latebras quãto ocius ꝓderet.Tulit
certe hæc nr̃a ætas nõ nullos/qbus dũ aut noticia rerũ ob adiunctũ laborẽ nauseã
excitat/aut sancti mores & incorruptę uitę nõ molestiã parit/spiritales substãtias
quasi fictitiũ quoddã deridẽdũqꝫ cõmentũ exsibilãt/q̃cunqꝫ inter mortales admi-
rabilia uident̃/humano astu/& excogitatę fallacię referẽtes accepta ut q nec dono
fidei ob prauos mores pollẽt/nec rationũ earũ/quas cũ philosophi gentiũ tũ chri-
stiani theologi parauerũt/ob lr̃arũ & ĩcuriã & negligentiã capaces euaserint.Hos
breuibus interrogatiũculis monebimus/ut a sua illa sapiẽtia desipiãt/si sapientiæ
esse cõpotes cupiũt.Rñdeant q̃so si philosophi illi prisci toto orbe celebres q̊s cõ-
suluisse oracula/statuasqꝫ uouisse ex Romanis Gręcisqꝫ historijs ꝓliqdo est/atqꝫ
cõfesso/moti ad id ꝑagendũ sint/nullo hallucinati p̃stigio/qđ uim mortalitatis ex-
cedere uideret̃/nulla ne ludificarent̃/habita rõne:Rursus rogent̃ negare ne simul
uelint oẽm historiã tã gręcã & latinã ꝗ barbarã mirabilibus dęmonũ p̃stigijs ad
stipulantẽ:ꝙ si forte eis cõcesserimus ut oracula ipsa prauoꝝ hoĩm dolis/& falla-
tijs tribuant̃/qđ Eusebius Pãphili in q̃rto euãgelicę p̃paratõis libro oĩno nõ cõfu
tat illud certe dissoluãt/opeꝑ p̃ciũ est/q̃ nã fuerit causa cuius vi ĩnumeri tẽplorũ dæ-
monis sacerdotes & uno eodẽqꝫ tꝑe & in diuersis orbis plagis cogerent̃/ut a fallẽ
di uolũtate desisterẽt.Hęc cũ diluere nõ possint/cũ impijs qbusdã & reprobis hoĩ
bus astrologico fato id forsan ĩputare ambiẽt:q nihilominus facillime reuincent̃:
Incorꝑeæ nãqꝫ substãtię ꝑtãti cœlestiũ corporꝝ nõ subdũt̃ cũ pati id neq̃at a corꝑe
(de naturali actiõe loq̃mur)qđ aut expers penitus corꝑis ẽ:q̃les angeli hñr/aut cor
poreo instrumẽto nõ egẽt in ꝓprijs muneribus obeũdis/q̃les rõnaliũ hoĩm intel-
lectus.Porro si hoc etiã illis cõcederemus cõdonaremusqꝫ ut cœli uidelicet natu-
ra/spiritales/& seꝑatas mẽtes afficeret/quõ id tuerent̃/ut alicuius cõstellatiõis uis
syderũqꝫ q̃ntũcũqꝫ uelint potentiũ cõfiguratio/tot annorꝝ curriculis ꝑdurarit pari
licqꝫ ꝑtãte tot & tãtas ꝓuincias afflauerit:q̃n mathematicorũ celebratorũ cõsensus
est/ partita in cœlo esse t̃rena dñia diuersosqꝫ planetas diuersis & tꝑibus & regnis
imꝑitare/& ij quoqꝫ refelli possunt astrologi nõ minus mẽdaces ꝗ impij: q tot re-
tro secl̃is terminũ chr̃ianę fidei sępe p̃finierũt/qui ea postea & seruata & ꝓpagata
stolidi atqꝫ fallaces dep̃hẽsi sũt.Nõ p̃ot igit̃ cœlo aut nr̃a religio(qđ & alias dicturi
sumus)aut dęmonũ expulsio referri accepta:sicut nec ulla diuina miracula:qđ a p̃
cellẽti illo Io.Pico patruo meo ĩ suis aduersus astrologiã disputatiõibus habũde
demõstratũ ẽ.De casu p̃terea temeritateqꝫ fortunę nullo pacto hęc deduci possẽt:
Nãqꝫ ut mittã ꝙ Chr̃s ea ipsa se facturũ pollicitus ẽ; multis nimirũ secl̃is annorũ
p̃nũciata sũt ꝑ Esaiã aliosqꝫ ꝓphetas/nec uno sub rege nec eodẽ tꝑe p̃cinẽtes:ꝑ Si-
byllas itẽ diuersis tꝑibus diuersis regiõibus ortas/de qbus Varro ex latinis aucto
ribus gẽtiũ diligẽtissime/Maroqꝫ & Tibullus & alij nõ nihil ex nr̃is Lactãtius accu
rate/Augu.postea/& alij meminere:Iustinus quoqꝫ philosophus & martyr in suo
illo qđ de gręco ĩ latinũ sermonẽ interp̃tati sumus oꝑe/inq̃t Cumeę se uidisse mã-
siunculã Sibyllę q̃ de Chr̃o p̃dixerat & lẽticulã q̃ eius cõdebant̃ reliquię cõspexis
se edoctũqꝫ ab urbis incolis & modũ & ordinẽ qbus in dandis rñsis utebat̃.Adde
ꝙ nõ p̃ot qcq̃ esse casu factũ/qđ oẽs hẽt in se numeros uarietatis/ ut in lib.de diui
natione a Cicerone cõfirmat̃.qđ igit̃ restat qđ celebre hoc miraculũ toto orbe cõ-
spicuũ credi possit effecisse:An dęmon fortasse qspiã q aut alios dæmones/ aut se
ip̃m expulerit/sed rogo qs nã aut se aut sua regna demolit̃:rursus rñdeãt cuius nã
rei gr̃a hoc oꝑatus ẽ bone nę an malę:si illđ rñdebũt refellẽt̃ statim/nã q pessimus

est dęmō bonū sibi non p̄stituit finē/& tā patens tā uniuersale & diuturnū q̄le orbi
t̄rarū attulit chr̄iana religio/aliogn iā nō pessimus/ sed optimus cēseret̄. Si scd'm di-
cēt urgebunt̄ acrius cū nō mō a bono ad malū/sed a malo ad optimū uiuēdi genus
facta trāslatio/nob̄ extra cōtrouersiā declaret dæmōes nequaq; sibi ꝓ bono duxis-
se ut a mūdi huius p̄ncipatu deijcerent̄ Christo ubiq; t̄rarū culto & adorato. Colli
gamus igit̄ oportet huiusce rei quā q̄rimus causā aut deo ipsi aut Chr̄o hoī diuina
uirtute oꝑanti/ necessario tribuendā esse: illud si cōcedat̄ colligit̄ subinde uerā esse
hāc fidē q̄ deū ip̄m habęat auctorē/si hoc dixerimus tantundē in aduersarios ob-
tinebimus: oꝑante nanq; deo ꝑ Christū hoīem indicat̄ nobis eum eiusmodi fuisse
(etiā qua hō)ut ad tā p̄clara munia ꝑagenda diuina selectione dignus haberet̄. si-
tasq; in eo uirtutes illas fuisse/cuius fulgore obcæcatę hoīm mētes illustrarent̄. At
cū se dei filiū dici crediq; uoluerit/deus dubio ꝓcul est/ aliogn & arrogantissimus
ipse oīm censendus esset/pessimoq; suꝑbiæ uitio maculatus/ q̄ falso diuinitatē sibi
attribuisset: necnō diuinę ꝓuidentie lex incusaret̄/utpote eū cū sectatoribus nō pu
niens sed magnificaciēs/sed exaltās/sed signis atq; portentis glorificās quē cōstare
maiestatis reū/ Mille & q̄ngētis & eo āplius annis terrę cęli angeloꝝq; dn̄ium sibi
cōtra ius & fas usurpauisse. ¶ Cęterū & uis ea qua usus est Christus ī trahēdis ad
se hoīm an̄is extra oēm aleā nobis apit se ab hoīe q̄ etiā deus nō esset ꝓficisci mini
me potuisse. Nā ꝙ ex om̄i hoīm ordine/sexu/ætate/numerus(ut sic dixerim)innu-
merus paruo tp̄is decursu ad Christū colendū cōfluxerit uniuersa q̄ uident̄ abijci
ens/ut q̄ nō uident̄ assequeret̄/ quanq; & multis & maximis incōmodis septa/in
aliā causam quā in diuinā reijci nō potest. Neq;.n.apl̄is inerat fucata illa/& illece-
brosa eloquētia/q̄ sensus demulcēs multū uiriū ad ꝑsuadendū semꝑ obtinuit/ ru-
des illi & rei istius exꝑtes. Neq; ꝓmissæ credētibus uoluptates: qm̄ nō sensili oble
ctamento ullisve illecebris / sed cruciatus & mortis inuitamēto trahebant̄/p̄mone
bāturq; prius ꝑ multas tribulatiōes in dei regnū introire oportere: sed neq; rece-
pto iā per alia tp̄a inueteratoq; usu alliciebant̄ / sciūt uel ignorātissimi in opposita
cōsuetudine mundū tū uere cōsenuisse. Nec incōsideratiōe certe aut inprudentia:
notissimū nāq; stetisse diu tū mundū in huiusce rei disq̄sitiōe propensiōeq; quoq;
magis in examē ueniebat negociū/ eo clarius cognoscebat̄ impēseq; adeo dilige-
bat̄/ut & summi in rebus agēdis uiri maximiq; philosophiæ patroni crucis (q̄ tū
credebat̄)stulticiā amplexi sint: sane nec argumētis sensui naturalive rōni cōsenta
neis/q̄d.n.ab aīs hoīm remotius uidebat̄: q̄d magis abhorrēs a sensu cōi: q̄ deum
crucifixū credere/id nāq; iudeis scādalū(ut Paulus ait)gētibusq; stulticia: sed neq;
impatoria edicta: ea.n.mirandū inmodū aduersabant̄/ q̄ æreis etiam tabulis inscul
pebant̄ quo minus fieri deletiles possent: cōfingebant̄ & acta Pilati in q̄bus oīs in
Christū blasphemia cōscribebat̄/& pueroꝝ p̄ceptoribus mādabatur/ut eis trade
rent memoriæ cōmendāda/extortęq;'itidē indignissimis q̄busdā mulierculis ꝑ q̄-
stionē fabulæ flagitiosæ/spurcaq; cōmēta aduersum christianos/urbibus ac ꝓuin
cijs ꝓponebant̄ decātanda / cū tn̄ oīm sanctissimi & essent & haberent̄ christiani/
nec in eos ut mōstrabit̄ seuiret quisq; q̄ prius ī se ip̄m īmanibus uitijs nō sæuisset/
Plinius secūdus(nō q̄ de naturæ scripsit historia)qui ad spectāda Vesuuina incen
dia cupide nimis caute minus accedēs excessit e uita/sed cecilius ex sorore nepos
cum in administratiōe ꝓuinciæ christianorū plurimos interficeret multitudine ꝑ-
territus a Traiano petijt/quid opus esset facto testatusq; est/nihil apud eos reperi
ri/nisi ꝙ dijs sacrificare nolebāt/ & canebant cuidam Christo/ ut deo/ uitari tamen
ab eis homicidia/furta/adulteria/latrocinia / & his similia. sed qui tū rerum potie-
bantur pro bonis eiusmodi operibus eorum fortunas fisco adscribebāt / & ꝙ est
acerbius exquisitissimis supplicijs corpora trucidabant quod non solum apud

Eusebium in historia / & alios ex nostris est uidere / sed & apud gentium monu-
mēta. explosa quoq; iam pridē eorū sententia / q uim cœlorū auctricem christianę
religionis existimabāt / siquidē corpus ad corporea potius q̄ ad īcorporea sectā-
da diligēdaq; disponit / atq; ad oēs orbis plagas eadē syderū cōfiguratio extendi
negret / si qua etiā īueniret / q̄ in mores hoīm īflueret / nāq; ut diximus diuersa apd'
astrologos dñia / nec tā diuturna q̄ nec ad diuersos hoīes diuersis regiōibus diuer
sis tēpestatibus ortos ꝓmiscue cōmouendos uim haberent: At q nec multitudini
quispiā hoc imputauerit: duodecim nanq; in primis duces habuimus inermes il-
los quidē inopes & oī prorsus auxilio pręterq; diuino destitutos / in quos nō solū
Senatus ppl'sq; & īpatores Romanorū / q tum rerū potiebant̄ / potētiæ suæ ma-
chinas exercuerūt / sed & ipsi philosophi / oratoresq; / & rhetores uires oēs scientiæ
suę & eloquētiæ exacuerūt. Nā & Porphyrius / & Celsus / & Libanius / & Lucianus
Syrus / & alij q̊s añ diximus aduersus Christū & sectatores acerrime inuecti sūt q
tot annoꝝ sæculis oīfariā oppugnati / tm̄ abfuit / ut expugnarent̄ / ut & in obsidio-
nibus / quas ꝑtulerūt munitiores / & in ꝑturbatiōibus securiores / & in cædibus nu
merosiores / atq; uiuatiores ꝑseuerarint. Sed q̄d dicā de internis & plusq; ciuilibus
bellis / q̄bus nr̄a fidei christianæ ResPu. atrociter quassata est ab ipsis primordijs
ad nr̄a tp̄a: de Simonis inq; de Nic. de aliorum hæresi / qui sub Apl'oꝝ tp̄e uirus
sparserūt: de Menādri / de Basilidis / de Hebiōis / de Cherinti peste / de Arrio postea
de Sabellio / de Macedonio / de alijs innumeris. Quid de tepidis illis dicā q sub oui
na pelle rapacissimū lupū gerūt / quos aut mitigat illa māsuetosq; reddit / aut capit /
aut detegit / suisq; ouibus uitandos indicat. Quo. n. unq; tp̄e ab hæresibus aut ue-
teribus extirpādis / aut nouis allidēdis / aut sub nascentibus ueluti abortiuis enecā-
dis / aut ab ostendēdis occultis hostibus amicitiā simulantibus quieta eccl'ia ꝑseue-
rauit: ut illud maximū eius fidei ueritatis argumentū haberi possit / & cū externis
eā hostibus & cū internis simul bellasse & uicisse: Si enim externa pace uel ocio in
terno usa fuisset / non mirū quispiā fortasse putaret si aduersarios domuisset: Sed
cum & externis armis / & intestinis incendijs una petita sit / nec succubuerit / imo
uictrix triūphauerit / triumphetq; dei opus esse negari etiā ab inimicis nō potest.
¶ Verūenimuero si ad egregia facinora cōsiderāda mentē appullerimus / nullā se-
ctam religionēve christiane religioni cōparari potuisse unq; dep̄hendemus. Cō-
ferēda ei fortasse erit: Phœnicū illa theologia a Sanchoniate Beritio collecta quā
Philon ille nō hebræus / sed Byblius in Gręcā linguā transtulit / aut ęgyptiorū / quę
a Manete explicata aut Græcoꝝ quā Cornutus philosophis edidit / atlantiorūve
aut phrygū quas quidē plenas mōstrosis fabulis / & meracissimis nugis / tū Euse-
bius / tū Theodoretus / tū alij luce clarius mōstrauere: aut mores demū ulli uel na-
tionū uel philosophorū cōferendi: quorū opiniones & Aetius & Plutarchus idē
quoq; Porphyrius addita eorū uita cōscripsere. ꝓ miraculo fere habebat̄ priusq;
de uirgine Christus nasceret̄ si uel unus philosophus uacaret a uitijs / & ea ꝓ ueri-
tate ꝓ uirtute factitaret / q̄ nō modo monachi uiriq; ad uirtutū culmē anhelantes
sed & fœminæ innumerabiles effecerunt: Si quē diuitias abijcientē cōperissent: in
star ꝓdigij ęstimabat̄ post Christū uero qd' nā sæculū est inuenire / q̊ multa hoīm
milia q̄bus diuitiæ cōtemnūtur / nō repias: si quē in cœlibatu uiuentē cōspexissent
stupebant urbes / atqui maximas christianorum cateruas uitam duxisse cœli-
bem cōpertissimum. Mundum extasis tenebat cum philosophorum nonnulli ut
Empedocles / ut Zeno / ut Anaxarchus / & Egesiæ sectatores / & si qui alij rarissi-
mi mortem libenter obire uidebantur: sed quot quæso martyrum Christi milia /
& ut uerius dixerim quot milia milium / Magna etiam cum alacritate cruciatus &

mortem expetiuere: qua de re ſupra ꝙ dici poterat gentes admirabant᷑/ idipſum
litterarum monumentis referentes/quos inter Arrianus philoſophus ex ſtoica ſe-
cta ſcriptũ reliꝗt/chriſtianos oẽs mortẽ contẽnere. Porro hãc hoĩm animis uim in-
ſpirare ut ſiſi ꝓmiſſis Chriſti paupis ludibrio habiti/ & crucifixi/ eiuſꝙ amoris im
petu cõpulſi/parẽtes/diuitias/patriã/honores/uiſibilia oĩa/ & ꝓpriã deniꝙ uitã ni-
hili facerẽt diuinæ opus eſſe potentiæ ꝗlibet niſi inſanus iudicauerit. At ſi chriſtia
næ uitæ ꝑticularius opa ꝑpendamus/nihiloſecius diuinitatẽ Chriſti cõperiemus/
& nihil minus telorũ inde aduerſus hoſtes nobis uẽdicabimus ꝙ ex dęmonũ exi
lio & orbis uniuerſi cõuerſione retrofecerimus. ¶ Diluenda tñ nobis prius vulga
ris quędã calũnia eſt/qua frequẽter ab impijs petimur/ꝗ uitio dant nobis credẽdi
ſimplicitatẽ/ob idꝙ & leuitatis nos & uanitatis noĩe culpare nõ deſinũt. Quę ꝗdẽ
calũnia in eos ipſos aduerſarios repellit᷑/ſi aĩaduertere uoluerint quolibet in offi-
cio quo exerceri malint/ãn oĩa ſe credere oportere/ & ſi Porphyrio ipſi / cui magis
hęrent ꝙ Chriſto/fidem habuerint: cognoſcẽt ſibi fide & infirma opinione opus
eſſe/etiã in ipſa philoſophia/nec ſolũ in initio(qđ & Ariſto. docuit diſcentẽ. ſ. crede
re oportere/ſed etiã poſtꝙ ad finẽ ꝑuenerit. Sciẽtia. n. illa quã fidei opponũt oẽm
prorſus ambiguitatẽ tollit: At ꝗ ipſemet Porphyrius in lib. de aĩa ad Birithrũ ſcri-
bit nullũ eẽ ĩ philoſophia locũ nõ dubitabilẽ: Idẽ ad Anebonẽ ęgyptiũ inꝗt de re-
bus philoſophiæ multa dicta eſſe a Græcis philoſophis verũ ex cõiectura cũ eius
principia ex fide traxerint/& ad eundẽ iterũ: Apud noſtros quidẽ pugna uerboꝝ
& ſi ꝗs adhuc ueritati ꝓpior exaĩandũ. principiũ igit᷑ nõ ſolũ ſed & finis philoſo-
phiæ eodẽ auctore nutabũdus & uacillãs eſt/ & forte nõ iniuria/ ꝗs. n. in Ariſtote
lis lib. ut philoſophos leuioris notæ ſileã/firmũ/& incõcuſſum extra cõtrouerſiam
cõſpicit: niſi dũ aut ueſtigia ſenſus nõ deſerit ꝗ̃ oĩbus nota: aut a primis ĩtellectus
principijs non flectit/ꝗ̃ oĩbus innata. Quis in Platoni locũ oĩmi ex parte cõmunitũ
adeo offendit/ut ratiõis armis expugnari nõ poſſit: ꝑterꝙ ubi de deo aliqua ex ue
teri Hębraica diſciplina aut mutuatus aut ſuffuratus eſt. In ipſis aũt rerũ naturaliũ
principijs ꝗt diuerſa quot pugnãtia: cũ Plato Ideas materiã & opificẽ uarijs noĩ-
bus arbitret᷑/ Ariſto. priuationẽ inueniat/formãꝙ & materiã exprimat ĩpmꝙ Pla
tonẽ ĩpugnet/Arabũ quoꝙ philoſophoꝝ/hoc eſt Arabica lingua ſcribẽtiũ/ alius
qđ cũ ꝑfatiõe uenię ſit dictũ corporeitatis formã ſubnectat/improbet hoc alius &
interminatas dimenſiones cõminiſcat᷑: alij alia: At in cauſis: alter plures/ alter pau
ciores introducit cõtentus hic quattuor/pauperiẽ ille peroſus/& exẽplarẽ/& orga
nicã concauſas immiſcet/ueluti agendis rebus cõmodã ſupellectilẽ ꝙ ſi primi &
qui ſapientiſſimi habiti & probatiſſimi/ in ipſis principijs aduerſi ſunt & pugna-
ces: quæ pax ꝗ̃ cõuentio minutorũ philoſophorũ: quæ cõcordia litteratoriæ tur-
bæ in cõcluſionibus: quoꝝ tot diuerſitates quot ſcriptores/& quiſꝙ nihilominus
ſectatores habuit & ſuo ſæculo floruit. Sane eorũ ꝗ alterne cõtradicũt / alter uerus
falſus alter ſit neceſſe eſt/afferũt autẽ ꝓbabiles pro ſua opinione rationes/ & exan
tro Heracliti/ aut Democriti puteo extractas contendunt: nihilominus nil certi ex
eis nil ſolidi/quo poſſit humana mens quieſcere. In ſecta Platonis diuerſę Acade-
micæ tum Lycia ſub Proclo / tum Itala ſub Plotino/tum ægyptia ſub Iamblicho/
In ſecta uero peripatetica quæ nunc plurimum & præ alijs uiget/ quot particula-
res inueniuntur ſectæ: in ipſius dico Ariſtotelis interpretibus: alia Græcorũ/Ara-
bum alia/ Latinorũ alia: Gręci inter ſe pugnãt/ut notũ eſt illis/ qui uel mediocriter
eos legerũt: Arabes eos ex parte ſequunt᷑ ex parte impugnãt/inter ſe uero conten
dunt: & alter alterum lacerat qđ uel in cõmentarijs Auerrois abunde uiſitur. Lati
ni & Græcos & Arabes partim laudant partim refellunt/ inter ſe uero pugnant

acerrime/ſed & ꝗ inter hos inſigniores habent̃:ſectatores & ipſi habẽt/& diuerſas
conſtituũt ſcholas:quare aut fugit ueritas/aut magis latet/quo.n.querit̃/magis du
bitat̃ de ea magis.Pauca.n.nota ſunt/& hæc uel ſenſu ipſo uel fide nota/fide inꝗ;
quia magis creditur doctores ipſos ꝗ præligunt̃ uera dixiſſe/ꝗ; ſciat̃/ adeo ſemꝑ
ꝗ ꝑ rõnis diſcurſũ confirmata ſũt:diſcurſu etiã rõnis infirmant̃. Melior multo nr̃a
cõditio quorũ oẽs fidei ꝓpoſitiões eis ipſis/quas philoſophi profata & dignitates
nuncupãt/certiores ſunt/utpote diuino lumini nixę:ſed & in ipſis principijs firma
& incõcuſſa cõcordia noſtrorũ theologorũ/ ꝗ;uis pleriſꝗ; in alijs diſcordẽt ꝗ potiſ
ſimũ de philoſophis ſumunt̃.At ꝗſo ꝗd dãnent animũ aduertamus/ut eorũ pate⸗
fiat ſtulticia:leuitatẽ noĩant dei oraculis ſtatim credere ꝗ ſũma ſapientia eſt:ſtatim
aũt hoĩbus credere grauitatẽ & prudentiã nominẽt neceſſe eſt ſi ſuos ſequi/quos
& admirant̃ duces uoluerint. Pythagoras ꝗppe ſilentiũ ſuis diſcipulis impoſuit/
percũctandiꝗ; eis adẽpta facultas eſt ꝗbus id ſolũ pro ratiõe erat ꝗd ſilentij magi
ſter nulla etiã cum ratione dixiſſet.Plato in Timeo ſcribit/ de alijs dęmonibus di⸗
cere & eius generationẽ noſſe maius eſſe/ꝗ; ut præſtari poſſit/credendũ autẽ illis
qui antea dixerũt.Et Socrates ipſe apud Platonẽ de pœnis ĩferorũ & bonorũ præ
mijs loquẽs/hæc ſunt inquit o Calicles/ꝗ cũ audiuiſſem uera eſſe credidi: & ipſe⸗
met Plato ĩ ꝓmo de legibus Iuuenẽ de eiſdẽ dubitare nephas eſſe ꝑ̃dicat/& Theo
gnis fidelẽ uirũ magnoꝑe celebrat.Q; aũt credere priuſꝗ; noſſe opus ſit:Parmeni
dem antiquũ philoſophũ audiãt dicentẽ ea/ꝗ abſunt/mẽte fieri præſentia nec fieri
poſſe ut ꝗſpiã intelligibilibus niſi ſolo intellectu propinquet. Quõ aũt ſolo intel⸗
lectu(de primis.n.principijs nõ loꝗmur)niſi fide intermedia/nam ſenſus ipſe eo ꝑ⸗
tingere nõ poteſt:ideoꝗ; ab ipſo philoſopho excludit̃ ꝗd forte animaduertit Ari⸗
ſtoteles/cũ inꝗt: Iuſta ꝓportione reſpõdere ſenſile ſenſui & intellectile intellectui:
intelligibilia ꝗppe fidei ꝓponunt̃ ad ꝗ ſenſus ipſe ſua natura non migrat/Qua de
re ſicut oculus lumine eget ut uiſibilia contẽplet̃/nõ ſecus ad cognoſcẽda diuina
fide indiget mens/uterꝗ;.n.medio ſibi cognato indiget/quapropter ꝗd oculus in
corpore fides/in mẽte/de philoſophis illis oĩbus/ante Platonẽ & Ariſtotelẽ quos
miro ſtudio coluit antiquitas/quãꝗ; ĩ uarias & pugnãtes ſectas diuiſos ꝗd ſumus
dicturi:ꝗñ quiſꝗ; eorũ non caruit diſcipulis ꝗ eos etiã fide nõ ſciẽtia(ꝗ.n.fieri po⸗
teſt/ut ſcia in ſe pugnãs ſit & uaria:)ſequebant̃.Romæ quoꝗ; in capitolio dedicata
olim fides erat eadẽꝗ; a Marco ſeruilio ſcauro/añ autẽ ab Attilio Calatino fuerat
cõſecrata ꝗd Cicero diſputãs de deorũ natura cõmeminit.Et in Orphicis hymnis
ſiue eius auctoris illi/ſeu alterius cecropis fuerit/fides cũ alijs deis aduocat̃.At ꝗſo
fide ne ducebãt̃/an ſcia Ariſtoteles & Theophraſtus/cũ illi philoſophiæ ſtudium
Apollo cõſuluit cũ poſtea uouit ſtatuas ꝓ ſalute Nicaronis ut Philoponus ut La
ertius meminere & cũ hic de ſacrificijs comẽtus eſt ut Porphyrius refert. Num &
Auerrois ille/ꝗ occaſionẽ minime credẽdi mľtis ꝑ̃buit:credidit an demõſtrauit fę⸗
liciorẽ quandã eſſe uitã cuius cõpos fieri nõ poſſet ratiocinatio opinione certe id
nõ ſcientia uſurpauit/ut ex epľa eius de cõtinuatione intellectus & ex cõmẽtarijs
de anima colligit̃.Quid ꝗd & Auicẽna & Algaçel ꝓphetas eſſe ꝓbant/creduntꝗ;
multa ad ꝗ humana ꝑ ſeſe ratio nõ adſurgit & Auerrois idẽ credidit ĩ paraphraſi⸗
de diuinatione per ſomnũ/Pythagorici quoꝗ; & Platonici oraculis credebãt/Idẽ
& alię ſectæ philoſophorũ fere oẽs.At ꝗ & ipſe cuius nuꝑ mẽtionẽ fecimus Alga
çeles in exordijs Metaphiſices ſuæ radicẽ actiuæ diſciplinæ/ꝑ quã futura cõpara
retur fœlicitas fidẽ eſſe cenſuit.Sed ꝗd remotiora cõſectamur/prima lr̃aꝝ elemẽ⸗
ta diſci a ꝗ ꝗ; nõ poſſunt ꝗ docẽti nõ crediderit:ſic & liberales & mechanicæ artes
cõparant̃/ſic & fide ipſa ſe philoſophi ſectis addicũt: fide.n. nõ ſcia tenẽt hos eſſe

Platonis lib.illos Ariſto.alios alterius/& eorũ titulis acq̃eſcunt/ q̃s nihilominus po
tuerũt ſupponi & ſurripi/ut adulterini ꝓlegitimis ſumerent̃ mille decauſis.adde ꝙ
de ſingulis librorũ partibus addubitari pōt ipſius ne quē titulus præfert auctoris
ꝓpriæ ſint/an alterius uel odio corrũpentis/ uel per inſcitiã aut negligentiã intrãſ-
ſcribendo inuertentis/imutantis/ detrahētis.Hinc apud diuũ Hieronymũ & alios
ex noſtris ille ad ſcriptores librorũ obſecrationes/ obteſtatiōesq́ ut integre & ac-
curate ab exemplari tranſcriberent/ſed & contigere facile poteſt ut expopulatio-
nibus regionũ urbiumq́ direptionibus librorum pereat integritas/uictorum im
manitate atque Barbariæ contingere poteſt & metu: ut de Ariſtotelis & Theo-
phraſti libris narrat Strabo / Cum enim eos Neleus Bibliothecæ utriuſq́ philo-
ſophi compos ſcepſim detuliſſet: eius poſteri ob metum Attalicorum regum ter-
rę illos infoderunt & humiditas ac tineæ labefactarũt: inde ab Apellicone corro-
ſiones emēdare cupiēte erroribus repleti ſunt:quos quanq́ corrigere tētarint nō
nulli præſertim dum eos Romã ex Athenis remeans uictor Sylla uexiſſet/ conſta
re nihilominus qui poteſt? redditi ne priori integritati an temerati magis fuerint.
Adde ꝙ Andronicus peripateticus eos poſtea in tractatus diſtribuit ſuppoſitio-
nes ꝓprias in unũ colligens quēadmodũ Porphyrius in libro de uita Plotini præ
ceptoris memoriæ prodidit/ qui & eius ipſius libros emendauit & in Enneadas
diſtribuit.Credunt igitur nunc Platonici hos Plotini libros/ credũt peripatetici il-
los Ariſto.& Theophraſti fuiſſe credũtq́ nec ſatis conſtãter/cuius Ariſtotelis: nã
multi Ariſtoteles/multi Orphei/ multi Homeri/ multiq́ in litteris præcellētes uiri
cognomines fuerũt/ſed & agricolis quoq́ ciues ſed & nauigatores nautis credũt/
quis enim ſe liquido comiſerit elemento digitis a morte remotus quattuor aut ſe-
ptem ſi ſit latiſſima teda / qui prius non crediderit incolumen/ſe ad portũ perferri.
Quis obrueret ſulcis ſemina/qui non crederet & imbres & ſolis tepores opportu
ne affuturos/eorũq́ beneficio terrę uim excitatam/& confotã multo cum fœnore
meſſem redditurã:quid plura? credunt medicis ægroti/filij parentibus/ alter alteri
mercator/& in auro argentoq́ & præcioſis lapidibus coemendis / aut ferrũ & in-
dicem lapidem exploramus/aut gemmarijs fabris fidē habemus. Si autē & in his
quas memorauimus/& alijs humanis in rebus/ad quas propria & natiua ꝑuenit
induſtria/fide opus eſt/ſi una uiuere homines uelint/alioquin diſſipetur humana
reſpublica / & quã ciuilis pollicet̃ uita fœlicitas pereat.Ad comparãda diuina fide
opus non erit? ad quę non ſolũ noſcēda/ſed & ueſtigãda lyncei Ariſtotelis & Pla-
tonis oculi ceu Noctuæ ad Solis iubar caligauerũt.Summa ergo prudentia ſũma
grauitas diuinis oraculis/diuinis uerbis credere/& quidē pure atq́ ſimpliciter/eo-
q́ maxime/ quo nihil obeſſe credulitas hæc poteſt ſumme autē prodeſſe / quæ &
intellectum enubilatũ illuſtrat / & uoluntatem defęcatã / & accenſam conuertit in
deũ. Vñ illud ueriſſime ab Apoſtolo dictũ eſt: Charitas oĩa credit:qui idē docuit
accedentē ad deũ credere oportere/q̃a eſt & inq̃rentibus ſe remunerator.Monuit
quoq́ prius ꝓpheta Eſaias non intellecturos eos qui nō crediderint. Sane quãto
ſimplicius quanto purius creditur/tanto inoffenſius uita hæc ducitur / & ad eam
quæ expectatur cautius alacriusq́ peruenitur.Legimus quoq́ apud legũ ciuiliũ
auctores/ſimplicitatē in legibus amandã eſſe/ut in inſtitutionibus legalibus titu-
lo de fide cōmiſſarijs hæreditatibus uiſitur.Item in eodē uolumine titulo de legi-
tima agnatorũ ſucceſſione/ſimplicitatē legibus amicam didicimus:Sed iam unde
digreſſi ſumus reuertamur:Probandũ enim nobis erat ipſa opera chriſtianæ uitæ
quæ ab hac fide profluũt teſtari nobis Chriſti diuinitatē / idq́ faciendũ nobis eſt/
eius inprimis fine ante oculos poſito: Quippe cum optimũ chriſtiana uita ſibi fi-

nem præstituerit/& in eo adipiscendo optima etiã num instrumẽta præparauerit/ fructusq; uberrimos/ & admirabiles mundo/præclarissimorũ operũ prompserit apud eos oẽs qui a ratione non abhorrent relinquit indubiũ se diuinitus hoĩbus datã ad eos de terris ad cœlũ trãsferendos. In primis siquidẽ christiana uita semp̃ anhelans/& sitibunda uidendi fruendiq; dei est/ nihilq; in uotis aliud est homini uere christiano ꝙ ut ei se coniũgat/ quod cũ assequi nequeat/ nisi prius uniuersas labes absterserit/terrenã affectionẽ oẽm (quoad fieri potest ab eo qui carneus est) demittit: seq; in diuini amoris abyssum sustollit/ quo ueluti torrẽtissimo igne defæcatur animus/& abiecto sordiũ pondere in superna leuis effertur/ nanq; in cœlestem aulã q̃ maxima fulget puritate/nihil coinquinatũ nihil non purũ admittit. de qua quidẽ comparanda puritate tradunt uaria ab excellentibus philosophis p̃cipue Platonicis qui quanq; pertransennã ad fœlicitatẽ aspicerẽt eam tamẽ arbitrabantur haberi ab eo nõ posse/qui non solũ ciuili bene uteretur uita/ sed per purgatoriã ad eã quæ purgati animi dicitur se transtulisset. Ab exacta nihilominus christianæ uitæ puritate longissime defecerũt/non solũ eñ opus hoĩ qui ad uirtutũ culmen aspiret/ut affectũ a fluxis tparijsq; rebus auocet/sed & seipm̃ exuere oportet/ atq; ab amore proprio tanq; ab animi ueneno prorsus abstinere/qđ quidẽ Ethnici philosophi nec plene cognouerunt quidem ne dum assecuti sunt/ qm̃ qui inter eos purgatissimi proprij amoris cœno ueluti sus luto uolutabant/& ad fastigium uirtutis quanto magis ꝓpinquare se credebãt / tanto magis elongabãtur; siquidẽ ij quos de sensibus obtinebãt triumphi: eorũ mentẽ superbiæ machinis debellabant. Nos econtrario qui non in edomanda dũtaxat parte sensili positã uictoriã scimus/totis uiribus cõtendimus/ut mentis arcem/nosmetipos scilicet uincẽtes expugnemus. & ad deũ ipsum quicq̃d boni molimur/ q̃cq̃d nostrũ est qđ magis uidet ꝙ est quicq̃d deniq; nos ipsi sumus/q qđ sumus eius gratia sumus referamus. Hæc nostræ christianæ legis deuotio humanę naturę perfectio est. ¶Sed quæ lex (rogo) uel proximare huic potest/ aut eã uel delonginquo aspicere/ Minois forte aut Zaleuchi/aut Lycurgi: quanq; & ab antro Iouis ille/& isti a Pallade/& ex Pythio oraculo/ut fabulanť gentes suas leges traxerint/quæ eis ipsis quibus refertæ sunt obscænitatibus/dæmones auctores uel iuite fatetur: facessat Charõdas/Apis Demonax/Pagõdes/Archias/Eudoxus/Philolaus/Pittacus/Nestor: facessat Draco/& Solon/& Clystenes: facessant quicũq; celebrati gentium legislatores qui nec eam quã natura ꝓmittit recte uiuẽdi regulã/aut inuenire/aut inuentã tenere potuerunt/ne dum ad eã quæ supra naturã est quæ humanos hebetat cogitatus ptingere. Optimũ enim hoc uiuendi genus/nemo præter deum potuit hoĩes docuisse. Cum enim ab eo non modo philosophorũ naturæ ipsius interpretũ decreta/ sed & ea quæ diuinitus tradita est lex Mosi superet/perficiaturq; fateri oportet nõ ab indigniore id auctore fluxisse/ab eodẽ siquidẽ prouenit/ q uitiatę naturę morbis opem tulit/& nubila ac sub obscura Moseos dogmata Sole suæ iusticiæ serenauit lucem ipsam adeo diffundẽs/ ut orbis uniuersus / nedum unus uel pauci aut sola obstinatorũ Iudęorũ natio in tenebris & umbra mortis sedens collustraretur: Rarissimi nanq; philosophorũ adhortamentis/uel ad uirtutis imaginẽ trahebantur/ rarissimiq; aut pœnis aut præmijs legislatorũ uel capessebant uirtutes uel compescebantur a uitijs/sed nec alijs populis ut eisdem uiuerent legibus persuadere potuerũt/inclyti illi & famigerati legum positores: neq; enim Minos qui Cretẽsibus leges tulit/easdẽ Siculis aut Carthaginensibus/aut Græcis imposuit / Charondas Italos & Siculos/primus legũ freno compescuit/ Tyrrhenos autẽ/ Celtas/ Iberos/ Celtiberosq; nõ flexit. Qui autẽ suscepere Cretenses/Itali/ Siculi / non multo post

Romanarũ legum iugũ excusso Minois/& Charondę iugo/subiere. Zaleucus le
ges Locrensibus posuit/sed neq; Acarnanes neq; Phocẽses/sed neq; alios Locrẽ
ses atq; eos quidẽ non longe positos / sed uicinã urbẽ incolentes ut easdẽ ample
cterentur induxit. Lacedęmonijs Lycurgus leges dedit: Nec eius tamẽ gloria/nec
Spartę superbia(ut ille inquit)nec Pythij Apollinis autoritas/aut Argiuos/aut Te
geeates/aut Mantines/aut Corinthios ꝓpinquius multo habitantes coegit/ Lace
dęmoniorũ leges suscipere : certe nec ipsos Phliasios fœdere iũctos/& eorũ auspi
cijs militantes: quas equidẽ leges ubi emendarũt Lacedęmonij tantus suo auctori
dolor iniunctus est ut in secessu inedia tabefierit/qđ Florẽs affirmat. p̄tereo legis
latores alios. Apim Argiuorũ/Philolaũ Thebanorũ/Pittacũ Mytilenensium/Ne
storem Pyliorũ/ Solonẽ & Draconẽ & Clysthenẽ Atheniensiũ / qui paucos hoĩes
singuli suarũ legum habenis moderati sunt/qui eis etiam sprętis Romanã postea
R.P. secuti sunt. Senatus autẽ ipse Po. q; Ro. quibus seruitutis frenum imposuere/
eosdẽ nihilominus oẽs suis legibus non frenauerũt: Aethiopes enim qui Thebis
ægyptijs uicini sunt. Laçi/ Sauni/ Abages/ multæq; Ismaelitarũ nationes Theodo
reti ætate ut ipẽ cõmeminit/Romano impio ea tẽpestate subditæ erãt: Romanis ni
hilominus legibus nõ uiuebãt. Sed quid gentiũ legislatores cõmemoro? Hebræo
rum gentẽ/lex Mosayca a deo ipso tradita Mosi/uix potuit frenare: Christus autẽ
ꝑ duodecim ap̄los suaue illud iugũ suũ om̃i terrarũ orbi qua late patet imposuit:
& ipsos etiam Romanos gentiũ uictores domitoresq; subiecit: sed cur aliqui id ex
cusserint postea narrãdũ. Nõ potuerũt q̃ni semidei ferebant olim philosophi syl
logismis suis. Non potuerũt legislatores uel licẽtia uel pœnis uel præmijs / Nõ po
tuerũt concessa Israelitis instituta / & cærimoniæ promissionibus & minis/uel mi
nimã hominũ portiunculã flectere multorũ seculorũ decursu: terrarũ autẽ orbem
uniuersum ap̄li suis(quasi dixerim)solœcismis flexerũt. ¶ Sed quo turbine impul
si sunt quo tracti fine qui Christo hęserunt/non alio certe ꝙ ipsomet Christo prin
cipio & fine/uniuersę naturæ/quẽ ꝑfectissima ea de qua mox diximus uita consti
tuit ad exemplar in quod respiciat/qđ imitetur/quod ardeat/in quod totis deniq;
uiribus die noctuq; cõtendat/ab eo nanq; pendet christiana uita / sicuti effectus a
propria causa: neq; enim alijs in hoĩbus præterq; in eis qui Christo hũc in modũ
sunt addicti/uita ip̄a om̃niũ ꝑfectissima cernitur/Mirabilia adeo promẽs opera ut
ambigi non possit testari eã auctoris sui Christi diuinitatẽ/atq; ut pauca de multis
attingamus cõpertissimũ magistra rerũ experientia est/ ueros & nõ impuros chri
stianos ea mentis libertate/& gaudio pollere ut perpetuã pacẽ/& tranquillitatem
animi ob crucifixi Christi contẽplationẽ adeptã inter sęuissimas mundi tempesta
tes retineãt/ eaq; gustata facillime/& fortunis renũciẽt omnibus & sensuum colle
ctamenta refugiãt/& gloriã deniq; humanã non floccipendant solũ sed sanctissi
mo quodam odio persequant̃. In eremis quoq; innumeros fere homines habitas
se memoria prodidit/quos fœlicissime sola Christi cõtemplatiõe uixisse/ eorũmet
relatu scriptisq; didicimus/& ad id uitæ genus uisu perhorridũ gustu ꝙ amęnissi
mum sapientissimi philosophorũ relictis / tum sensus tũ intellectus oblectamẽtis
euolarunt/uti ad finẽ quo percepto quiescit humana mens. Neq; em̃ perficit oĩno
& satiat hominis animũ philosophiæ studiũ qđ pręter auctoritatẽ Platonis & Ari
stotelis/& Auerrois ex opinionũ etiã diuersitate atq; cõflictu satis apertũ est: præ
cipuas aũt illas & maxime optandas finis cõdictiones in Christo reperiũt / q̧ eius
se cultui manciparũt ut. s. solus sit satis/ solus desideriũ impleat/ ad se trahat / proq;
eo adipiscendo cætera contẽnantur/quo adepto/ & quies aboriatur & ꝑfectio: qs
rogo bono christiano quietior? At qui cum sine uoluptate quies esse nequeat/nul

lo pacto adipiſci quietē ſanctamq; uoluptatē quis poſſet/ſolo Chriſti amore om-
nibus alijs relictis/ſi ipſe ut creditur/deus non eſſet. Cæterū & perfectus eſt & om
ni uirtute pollet/q Chriſti amore contētus eſt/demū ad qcq; aliud nunq; uniuerſa
lius)firmius/diuturnius(ac ut ſic dixerim)uniformius/inclinata ē hūana natura/dū
ex oī gente/ ut pręfatū eſt/ex oīni ętate/ex oīni ſexu/ex oī ordine inumeri Chriſto
adhæſerint. Cū eīn ſpeciei alicuius in diuidua uniformia habent eorū inclinatio/
ſi orba/mutila/aut manca nō ſint ſpeciei ipſius naturā recto ordine conſequit/qua
de re ſi in quidpiā inclinant propriū eum finē eſſe cenſendum eſt/ ſin uero indiui-
dua difformia ſint id quo & perfectiora & plura uergunt indiuidua/ finē eſſe per-
ſpicuū eſt:uerū cū uel oīs hoīes uel plurimi ad religionē in cōmuni capeſſendam
contendāt/& qui affecti melius ad chriſtianā:ueluti ad id in quo generis ratio ſer-
uatur/dubiū eſſe non poteſt propriū hoīs finē in Chriſto/ & repoſitū eſſe & repo-
nendū/quos autē affectos melius/purgatioresq; ueris chriſtianis inueniemus? qs
neq; inflat ambitio/nec fluxarū rerū/aut amor inebriat/ aut timor perterret / quos
nec iraſcibilis furor præcipitat nec libido in bruta deformat/ꝙ ſi qn ppli & natio-
nes Chriſto olim addictæ ab eo receſſerūt/ uitijs qbus æſtuaſſe illas cōpertiſſimū/
ſuperbiæ maxime & obſtinationi adſcribendū eſt. Vti eīn diſpoſitio ad finē con-
ducit non ſecus indiſpoſitio auertit a fine. ſit & illud nobis argumento diuinitatis
Chriſti & fidei nr̄æ ueritatis/ꝙ cum neceſſe ſit/ ut leticia oīs amori aliquo nitatur/
ſi uana eſſet fides illa & inanis amor mortaliū mētibus inſitus/ cuius gratia tā diu-
turna tā admirabilia perpetrata ſunt opa/Nulli dubiū ſapiēti quin cito euanuiſſet
& tāto quidem celerius quāto ſanctius defæcatiusq; uiri illi uixiſſent. Illud quoq;
nō minimas obtinet ad pſuadendū uires/ſi cogitauerimus eos/ qui fide Chriſti im
buti deū ſępiſſime eius noīe deprecant / dariq; ſibi uirtutes & dona poſtulāt oīno
exaudiri/ atq; ad pfecte uitæ culmen euadere: at q ſi Chriſtus deus nō eſſet blaſ-
phemias in deū acerrimas iacerēt/qui eius noīe deū obſecrarēt. Impiorū igit blaſ-
phemijs deus annueret? uota compleret? qd ne extreme quidē delirantes fateren̄t.
ꝙ ſi uerus ipſe cultus nō eſſet ex aduerſo fieri oporteret/ut qui inani uidelicet ſup
ſtitioni ſedulo uacarēt non modo a bene inſtituta ad pfectiſſimā uitam ſcanderēt
ſed & a ſanctimoniæ culmine qd olim eſſent adepti/in miſerię barathrū laberent.
Cæterū qui fieri poteſt ut ī id inſanię deueniat quiſpiā ut alteri oīno poteſtati præ
terq; diuinæ poſſit tribuere/ꝙ Chriſtus & piſcatores eius diſcipuli ſimplicibus/&
in affectatis uerbis intellectus hoīm adeo firmauerint/eundēq; affectui(rē pfecto
difficillimā) a deo unierīt/ut pro ea fide quā ſumpſere de huiuſcemodi rebus quę
ſenſus humanos effugiūt/& humanā rationē ſuperāt/aduſq; tormēta & lubētiſſi-
mam ſanguinis per vulnera & mille neces effuſionē decertauerint. Si hoc ipſum
in rebus quæ de noſtra aut mēte aut uolūtate deduci poſſunt philoſophi/ q habiti
ſunt excellētiſſimi efficere nō potuerūt/ cur credamus potuiſſe apl̄os rudes & in-
doctos orbē uniuerſum ad ea quæ nō uident quę ratiocinatione non colligūtur/
quæ ſupra noſtras oīno ſunt uires/humanos adeo ligare animos/ut inde nec tyrā
norum minis/nec mundi illecebris/ nec dæmonum tormentis euelli potuerint.
¶ Atqui facillime conſtare oībus poteſt modo uitiorū nube mentis oculos nō ob
cæcatis chriſtianā fidem/& uitam ſolius dei eſſe/ munus in terras cœlitus miſſum/
quo fungentes recte mortales in cœleſtē patriā ſe ſuſtollāt a ſenſili enim hominis
parte pendere eam non poſſe/ob admirabilē eius ordinē diſpoſitionēq;: & cū ipo
ſenſu cōtinuū bellū adeo clarū eſt ut pluribus nō ſit opus cōprobare / ſed neq; ab
imaginatione procedere eam(quanq; ſuperius diximus)nō eſt difficile cōproba-
tu/qd quidā male affecti opinati ſunt/Auicennā Arabē ſecuti/ut eīn ille ſexto ſuo

de rebus naturæ libro plurimas/quæ dignę admiratione sunt ꝑationes imagina-rię potestati rettulit acceptas/nō secus nōnulli christianę uitę opa ad propriā causam deū uidelicet/uerū oīm opificē comparare nō ausi/ad imaginationē christianorū confugiūt:quæ adeo fixa adeo uehemēs sit in diuinitate Christo tribuenda/ut ea conficiat opera/quæ nostra mortalitas plurimū demirat̃. At ego eos percunctatus fuerim/potentiora ne in hoībus sint ea quæ illis a natura indita sunt/an q̄ iā adultis eis extrinsecus aduenerūt/ primū dubio procul nisi extreme desipiant fatebunt̃:illud em̄ notissimū primorū principiorū notionē ab ortu naturę nobis insculptam firmissimā robustissimāqꝫ ac prorsus indeletilē esse:Cōclusionū autē noticiā aduenticiā esse/& sæpe numero uacillantē/ & obliuioni obnoxiā:fortius igit̃ figi genuinā q̄ insiticiā cognitionē/& inpturbatius operari pariter annuēt: Illud quoqꝫ deinceps uel inuiti concedent phantasmata ea(si quidē auctore Aristo. sūt his q intelligunt necessaria) q̄ naturali cognitōi deseruiūt/figi uehemētius/q̄ q̄ accidentali & potissimū q̄ falsę opinioni famulant̃: cognitionē itē dei insitā nobis bonorūqꝫ morū normā ꝑ naturæ uestigia ꝓcedere e contrario eā quā de Chr̄o eiusqꝫ opibus habemus fidē ex accidenti atqꝫ forinsecus nobis ꝓuenisse manifestissimū est.Si igit̃ christiana uita tot tantorūqꝫ admirabiliū operū effectrix(ut aiūt) ab imaginatōe defluxit/debuit certe philosophorū uita q̄ circa naturales notiōes phātasmataqꝫ uersabat̃ & qdē enixissime maiora multo admirabilioraqꝫ effecisse. Si em̄ ut receptū est fortior naturalis cognitio q̄ accidētalis potētiorqꝫ illi q̄ isti famulās imaginatio nō pōt nō uideri Socratis/Pythagorę/Zenonis/& sectatorū uitā ꝑclarissimā euasisse q̄ primis intellectus principijs penitus inseruiebat quæ in dei natura speculanda/inqrenda ꝓuidentia/in redigēdis moribus ad normā rationis tota pene se mancipauerat/ & eadem frequētissime imaginabat̃/uidemus nihilominus christianoꝝ uitā q̄ penitus accidētali huic cognitioni crucifixi Christi religīsqꝫ fidei mysterijs se addixit philosophorū illorū uitæ adeo ꝑstitisse ut cōparatio collimari nō possit:Culpari nanqꝫ in multis eorū philosophoꝝ uita potest: nō laudari in oībus christiana uita nō potest.Illi.n.multos deos uel crediderūt uel nō creditos coluerūt/quorū utrūqꝫ bene institutę bn̄qꝫ moratę naturæ aduersat̃.qđ de Pythagora cū alibi tū in ip̄is uersibus quos uocāt aureos uidere licet/siue eius illi fuerint/siue Philolaus eos de illis dogmatis excerpsit: De Socrate alijsqꝫ philosophis ex ipsorūmet uita & actis habunde cōstat/quos Tertulianus in Apologetico/& nr̄orū pleriqꝫ nec certe de nihilo taxauere/Speusippū dico Zenonē/ Anaxagorā/Aristippū/sed & ip̄m Pythagorā/Socratē/Platonē/& Aristotelē.Cicero ipse philosophos redarguit eorūqꝫ cū uita & uitijs orōnē mirabiliter pugnasse ꝓdit: idē Seneca idē Cornelius nepos effecit: ne in eos solū nostros hoīes inuexisse putes.Illud(quantū ad pręsens attinet)cōmonuisse sit satis q̄ eorū nōnulli q celebriores habiti/ deos ipsos scriptis & deridebāt & cōtemnebāt atqꝫ eosdē mox in tēplis sub eorū imaginibus uenerabant̃: quemadmodū inter alias ipsorū insanias hanc quoqꝫ Theodoretus quē supra citauimus in elegātissima sua de angelis & dæmonibus oratiōe redarguit.Sed cur in philosophos priscos aut paucoꝝ auctoritate aut rationibus/aut nostroꝝ theologorū sentētijs inuehemur/eorū uitā culpaturi/ qn̄ & seipsos pene oēs aliqn̄ lacerarint & a Luciano quē supra citauimus/Samosatheno plures eorū paruo adeo pretio uenditi sint/ut Epicteti lucerna/& uēdibilior multo habita sit & ꝑciosius uenierit/parasitosqꝫ fuisse eos alio in dialogo mōstratū ab eo sit.& quanqꝫ amorē uirtutū/& uitiorū odiū fere oēs ꝓfetulerunt/culpati tn̄ de uitijs plurimis & particulatim de iracundia/de libidine Socrates de libidine/de gule uicio/de adulatione/Plato de libidinę item & adulatione Aristote-

les/sed & de auaricia nã Clearchus peripateticus scripsit oleũ/ quo lauabat̃ uenũ-
dare eum solitũ:& olei itẽ uasa ab exactoribus publicorũ uectigaliũ dum in Chal
cydẽ pergeret/cõperta ĩ naui eius esse.ꝙ si tres isti qui oĩm sanctissimi habiti sunt
& dubio procul celebratissimi/his uicijs testimonio etiã ipsarũ gentiũ polluti sunt/
quos eorũ impollutos quos mundos censebimus? An forte Tyaneũ Apolloniũ
producent in mediũ?qui ipse uti sanctior inculpatiorq́ alios reprahenderit: cul-
passe nanq́ eũ dum in Babylonia esset Philostratus narrat/ꝙ Aeschines Lysaniæ
ad Dionysiũ pecuniæ gratia Siciliã appulerit/& dixisse itẽ Platonẽ eadẽ causa ter
Charybdĩ ꝑter nauigasse/dãnasse & Aristippũ cyrenaicũ/ & Heliconẽ Ciçiceũ &
Phitonẽ qui se Dionysij thesauris ĩmersissent/ calũniatũ q̃q́ fuisse Eudoxũ Gni-
dium/qui in ægyptũ amore pecunię perexerit/& Speusippũ atheniẽsem ꝙ in Ma
cedoĩs Cassandri nuptijs poemata frigida lucri cupidine recitarit. Solus ergo hic
Apollonius seu Pythagoreus philosophus/seu magus solus inq́ dignus/& lauda
ri ab alijs& alios reprehẽdere? At q̃ plures & ipse deos coluit:& Aesculapij a secre
tis fuit/qui in ægrotis etiã curãdis uehemẽter se gaudere sacerdoti rettulit/dũ id te
ste Apollonio facere contingeret:q̃ quidem Aesculapius deus habitus a Pindaro
canit̃ fulmine a Ioue necatus auariciæ merito/qua nocẽter medicinã exercuit: q̃d
ꝙ duce dæmone Apollonius ipse iter arripuit? quid q̃d se ipsum/ & laudauit/ &
extulit/& alia ęgit/ut de illo dici a laudatoribus etiã suis iure potuerit/q̃d ille de Ba
bylonijs magis percũctanti Damidi olim r̃ndit/sapientes quidẽ eos nõ t̃n ꝑfecte:
At quis forte mirabilia eius opera nobis ingeret/ uel ficta/uel q̃ dæmonũ uirtute
deo ꝑmittente contigerint/q̃bus Hierocles Pythagoreus fretus apprime insanijt/
& insanię uirus in nostros quoad potuit sparsit: sed his supersedendũ ad præsens
quandoquidẽ Eusebius Panphili redarguit eius demẽtissimas nugas dicato o͞pe
q̃d Zenobius Acciaiolus ꝑdicatorũ ordinis e Græca in latinã linguã utrãq́ ꝓbe
percallẽs nuꝑ conuertit.Nos quoq́ in nr̃is qui adhuc sub incude afformant̃ de re
rum prænotione libris quantũ deus optimus dederit/& Apolloniũ/& Hiarchã/&
Brachmanas / & omne supstitiosorũ genus impugnabimus . Sed afferãt interim
queso quotã orbis portionem Apollonius ad sua dogmata traxerit? suis linteis
amicierit? Cui hoĩm numero sua olera propinauerit?sed & quot sapiẽtes uiri/quot
reges eius philosophiã ꝓfessi fuerint?nullos uel certe paucos est inueniri / quanq́
ab aliquibus honoratus ab aliquibus etiam uexatus ẽ regibus . Quot Myriades
utriusq́ sexus hoĩm ꝓ eius noĩs gloria sanguinẽ fuderint ? nec unus quidẽ. Quot
populi quæ natiões ob eius doctrinã & exempla uiuẽdi mores & instituta in me-
lius mutauerint?nusq́ hoc auditũ/ad quas orbis plagas eius celebritatis fama per
sonuerit? Ad paucos certe angulos extensa est:quanq́ Philostratus illis & lauda-
tæ facundiæ uir/octo uoluminibus id procurarit.Certe & ipsius Apollonij liber
Trophonij cõsultis refertus/cum ipso Antio deletus est/& ipsius statuę cum ipso
Tyanæ templo in quo repositæ fuerãt periere:sed longiore disputatione in confu
tandis Apollonij nugis atq́ pręstigijs in ipso cuius nuꝑ mentionẽ fecimus de re-
rum prænotione uolumine utemur/nõ solũ ei Christum/sed quemcunq́ christia-
norũ recte uiuentẽ pręponẽtes/ qui nec alios qui uere christiano noĩe censent̃ cul
parunt/sed nec culpari quidẽ possunt/neq́ dijs sacrificarũt/Nec dæmone ducti sũt/
sed deo/nec gloria intumuerũt & uniuersum tamẽ orbem eorũ primitiæ apostoli
ad se traxerũt prioribus institutis pro nihilo habitis/tormẽta & neces pro delitijs
habentes:quoquo te uerteris ubi ubi terrarum fueris Christi nomẽ & peruenit &
magis indies ac magis intonat/nec a celebrati oratoris uerborũ phaleris/ sed a sim
plicibus piscatorũ uerbis disseminatũ: quorũ uita perfectissimũ extra oẽm aleam

ueritatis argumentum fuit/nec eorū ſolum/ſed & omniū qui ſequebātur/ita ut in
admiratione ſapientiſſimos iudęorū Ioſephū atq; Philonē conuerterit & Chriſtū
& ſectatores laudare/litterarijs ſuis monumētis perſuaſerit/ adeo ut parum abfuiſ-
ſe uideatur/quin chriſtiani effecti ſuæ legis cuius çelo tenebant / cortici nuncium
remitterent.Sed enim uita ipſa quæ imitanda proponitur / non ſolum inuenta eſt
ulla præſtātior/ſed nec aut inueniri aut excogitari poteſt/ eius uero pſecutorū nul
la fætidior/nulla dānatior/finiſq; eorū uita ipſa miſerior/Nam ut paucos cōmemo
rem:quid Nerone pſecutionū principe fædius? quid crudelius? quid Domitia-
no inſanius/& contēptibilius?quid amborū nece miſerius? quibus pſecutoribus
gloriandū chriſtianis eſt.Cū adeo ſęui/adeo truces/ſcelesti/fætidi/& fuere & habi-
ti ſunt/ut eorum condemnatione liberati perſecutioneq; laudati credi iure & me-
rito poſſent: neque enim malum ab eis qui peſſimi erant/ſed bonum damnaba-
tur/&(ut ad eos inquit Florens) probatio innocentiæ noſtræ iniquitas veſtra.
¶Pilatus qui iniquā in Chriſtū ſententiā tulit/ quē uitæ finē meruit?ſeipſum ppria
interfeciſſe manu apud Græcorū Romanorūq; hiſtorias Euſebius inueniſſe retu
lit:Herodes primus pari ſe nece dānauerat/ſecundus Herodes diuinitus pcuſſus
interijt:Aurelianus fulmine pterrefactus/ mox occiſus.Diocleciamus ſibi ipſi ma-
nus intulit/uel ut alij ſcribunt/Senatus decreto perfracta gula miſerrimā aīam effu
dit:Maximianus turpiter/& infœliciter occiſus.Maxētius & uictus ſimul & gur-
gite abſorptus eſt.Mordaciſſimus Lucianus & Chriſti leges irriſor/ canum mor-
ſibus laceratus interijt.Iulianus ille impius apoſtata/cum in Perſas proficiſceretur
& chriſtianorū ſanguinē dęmonibus deuouiſſet/deſolato exercitu vulneratus oc
cubuit.Horum cultum perniciosiſſimis dęmonibus dicatū/mancipatūq;:Horum
uitam uel luxum & libidine effœminatam/ uel ſuperbia & ambitione abomina-
bilem/uel truculenta ſęuitia inmitem & feram:tanto magis & impiam & inhuma-
nam depræhendemus / quanto diligētius chriſtianorum uitæ comparauerimus/
quæ non modo immaniſſimorum pricipum / & ut dixerim ſignificantius bruto-
rum beluarumq; uitæ / ob nitorem caſtitatemque demittere ſe ad comparationē/
niſi cum diſpendio nequit/ſed philoſophorum etiam ipſorum / quos coluit anti-
quitas uitæ doctrinæque conferri ſine pudore / & periculo non poteſt: In ea
enim (ut omittam cætera) quicquid humana docet philoſophia compræhen-
ſum eſt / de qua ipſos etiam gentium philoſophos ſua dogmata traxiſſe/ & Cle-
mens Alexandrinus / & Atticus Platonicus & / Numenius / & Hermippus Py
thagoreus uoluerunt/Euſebius quoq; & Florens & alij non parum multis ra-
tionibus adſtruxerunt/ Sed & ſublime adeo ſtruxit ædificium/ut culmina ipſos
æthnicos philoſophos latuerint/ qui nec etiam fundamenta attingere / niſi ſum-
ma cum difficultate potuerunt / quæ quidem & regibus / & imperatoribus ma-
nifeſtata / diuinitatis Chriſti magno argumento fuerunt. Antoninū pium pro-
dit memoria cum audiſſet / id in prouerbio chriſtianis eſſe: Quod tibi fieri non
uis/ alteri ne feceris: eo admirationis prouectum ut Chriſto ſtatuam conſecra-
rit. Sed quid concepiſſet / ſi altiora ſublimioraque intellexiſſet? quępiam namq;
minuta uitia ad ſolam cogitationem pertinentia/ quæ rationem habere mali-
tiæ uidentur effugit chriſtiana religio / non ſolum Aethnicis illis regibus / ſed &
philoſophorum principibus uti prorſus incognita / ita expoſita ut in ea aut
ſæpe numero aut ſemper impegerint / quædam proſequitur bona adeo celſa/
adeo lucida / ut illorum penitus obtutus effugerint: Gloriam quæ in hominum
extimatione conſiſtit / gentilium philoſophorum uita percoluit/chriſtianorum
uita neglexit. Qz ſi rerum naturæ contemplatio quæ natura cenſetur/ cultores

suos e terra uel paululum potuit eleuare/cur in Christo cōtemplando/si ficta res est/ & prorsus imaginaria/ ut perfidi contendunt ueri dei cultores ad æthereas sedes bene compactis cum uoluntatis tum intellectus alis perlati sunt. Sane uel hinc poterit colligi ꝙ aperte delirent ueritatis hostes potestatis imaginariæ robori præclarissima christianorum opera tribuentes ꝙ uel rarissimi reperiuntur/ qui forte imaginatione polleant/ qui autem ea efficiant quæ ipsi eiusdem tribuunt potestati/ Myriades innumere: quibus philosophi multi/ & quidem præclarissimi continentur/ quos a phantasmatis uanis illudi/ ne ipsi quidem contenderent: quis enim nisi sensu communi carēs/ nisi litterarum expers/hæc ipsa asseueraret de Dionysio Areopagita summo philosopho/ atque theologo: de origine non solum Plotini/ sed & Porhyrij eius hostis & nihil ob aliud hostis/ nisi quia christianus esset laudibus celebrato: quis ea ipsa Iustino adscriberet/ non minus philosopho doctissimo & eloquentissimo ꝙ martyri glorioso: quod cum alia de eo præclarissima testimonia tū ipsę eiusdē lucubrationes cōprobant. qs & de alijs plurimis id auderet mussitare quorū & uitam & doctrinam infensissimi hostes nō laudare non possunt. Sed qui imaginationis uitia christianorum persecutoribus ipsique Porphyrio hosti eorum acerrimo tribueret/ nihil a ueritate summoueretur quando nihil irrationabilius nihil stultius potest de quoq͂ cogitari ꝙ sese uelle interficere ut ipse de se ipso in Plotini uita fatetur/ qui dum præceptorem laudat semet nesciens & inprudens sempiternis uituperat opprobrijs.

¶ Postremo & ipsa miracula naturæ uires superantia a Christo & apostolis perpetrata quæ nisi aut deus aut dei uirtute fultus homo potuit operari christianę fidei ueritatē impensissime adstruūt. At quis forte ea ipsa negauerit: sed eo stulticiæ unde ad negationē processit inuita statim cōfessione relabet̄/emotæ nanq͂ mentis est id negare qđ oēs affirmant. Hebræi nanq͂ quod astruimus quanq͂ nolētes cōcedūt quapropter & fabulā illā suā finxere: qua Christū asseuerant/ in uirtute noīs quattuor litterarū mirabilia operatū: philosophi nō iuere inficias: ꝑpterea quēadmodū & Celsus Epicureus in magiā mirabilia Christi opa referre conati sunt. Ea ipsa miracula Maomethenses affirmāt/asseuerantes ꝓphetā Christū fuisse de uirgine natū/& mirabiliū operū effectorē. Gentiles id ipsum fatebantur/ unde inter deos quos Roma coluit Christū recipiendū esse/ Tiberius Cæsar adiudicauit/ & accusatoribus christianorū per edictū mortem minatus est. Vespasianus ac Titus ad Christi opa/& potentiā expauerūt. Legimus & Hadrianū statuisse Christum inter deos recipere. Atq͂ Alexandrū seuerū eidē templa excogitasse/ & corā eius statua in matutinis orasse. Piū quoq͂ Antoninū eidē ipsi statuā tanq͂ deo sacrasse simul tamē & alios deos uenerebant̄ impie/atq͂ ob hanc etiā causam maxime consentaneū/ut ab eis Christus nō sit publice cultus/ qui prauū & dęmonū & hoīum uita functorū cultū prouehebāt: Et se deos etiā credi uolebāt. Si quidē Hadrianus ut cæteros taceā/diuinos honores Antinoo quē deperibat deferri uoluit/cui & cognomina quoq͂ urbs & templū extructū est. Idē imperator/ & Plotini basilicā & L. Ceionio Helio uero/tēpla & sibi quoq͂ uiuenti cum in Europa arā posuit tū in Asia tēpla nōnulla dedicauit consentaneū inq͂ ut a Christo colendo publice abstinerēt qui publice nefaria sacrilegia perpetrabāt/mouebunt̄ autē illis miraculis & famæ celebritate ꝙ si qui ꝑfidia ducti aliter opinarent̄ illud respondeāt/cur Christū alijs quos falso colebāt dijs sociare uoluerint: nō ob id certe ꝙ crucifixus fuerat/ꝙ paupꝫ ꝙ ludibrio & cōtumelijs affectus/ sed ob mirabilia eius opa atq͂ ꝓdigia: Cur credamus & Philippū iuxta Eusebiū primū ex īperatoribus christianū fuisse sine miraculis aut uisis aut creditis. Ac sine eisdē Cōstantinū primū auctore

Firmiano chr̃ianũ principẽ uerũ deũ & agnouiſſe & honoraſſe Primũ certe & ex-
tra oẽm cõtrouerſiã q Chriſtũ palã publiceq̃ coluerit/q colendũ lege mãdauerit q̃
Crucis oſtenſę miraculis uictoriã cõtra hoſtes cõſecutus ſit:ſed q̃d de Chriſti mira
culis ambigãt hoĩes/q̃ etiã dæmones diuina uirtute coacti fatebant̃/hoc nõ ſolum
noſtra ſed & gentiliũ habẽt monumẽta/unde & a Mileſij Apollinis oraculo dictũ
eſt/Chriſtũ prodigiorũ effectorẽ & ſapientẽ fuiſſe/ & Porphyrius quanq̃ hoſtis
acerrimus in libro de reſponſis inquit/Chriſtũ a dijs maxime piũ & inmortalẽ p-
nunciatũ/& Hecatẽ deã de Chriſti aĩa interrogatã reſpondiſſe/uiri pietate præſtã-
tiſſimi fuiſſe illã aĩam & in cœlũ cõſcendiſſe. Hęc dæmones ſed minime libenter/q
de obſeſſis etiã corporibus coacti pellebant̃. Paulus apl̃us ſcribit in oſtenſione ſi-
gnorũ & prodigiorũ ſe ueniſſe/quis autẽ ambigat/falſum eũ aſſeruiſſe illis a q̃bus
ſtatim de mẽdatio redargui potuiſſet nũ ille tã demens ut aſſereret:nũ hoſtes tam
ſtupidi ut mendacia nõ obijcerẽt:qđ tñ eos feciſſe nõ conſtat. Alij quoq̃ Chriſti
diſcipuli & euãgeliſtæ miracula palã prædicabãt/atq̃ ſcribebãt/atq̃ eo quidẽ tp̃e/
quo innumerabiles adhuc uiuerent/qui aut Chriſtũ uidiſſent/ aut uidere potuiſ-
ſent a quibus(niſi cõpertiſſima ueriſſimaq̃ aſſeueraſſent)cõuinci facillime de mẽ-
datio poterant/& palã publiceq̃ fallaces impoſtoresq̃ iudicari. Nec diuitiæ ullæ/
aut principũ protectio/aut mũdi gloria phalerateq̃ eloquẽtiæ facultas/quę nulla
eis inerat a falſi eos infamia uindicaſſet: Tertulianus in Apologetico gẽtes expro
brãs: Videtis(inq̃t)ad Ieſu nomẽ eijci dæmonia? Scribit & Firmianus corã eo qui
fronti crucis ſignũ impræſſiſſet/nec ſacerdotes dæmonũ litare potuiſſe:nec cõſul-
tum uatẽ dare reſponſa. Iulianus Cæſar/quẽ ſupra nominauimus cui apoſtatę co
gnomẽ/dũ magũ quẽpiam ſecutus eſſet in ſpecũ uoce dęmonis audita expauit/ſi-
gnoq̃ ſe crucis munijt/quo dęmon territus fugit/ eum poſtea admiratiõe percul-
ſum impio cõmẽto magus deluſit:q̃.ſ.dęmones p̃inde ac hoĩes id ſupplicij genus
formidabãt. Daphnio itẽ Apollini ſacrificaturo dæmones ſiluere/ob id q̃ uicinũ
Babilę martyris ſepulchrũ metuebãt/ita ipſi interrogati de ſilentio ſacerdotes re-
tulere. Porphyrius quoq̃ maximus chriſtiani nõis hoſtis in libros quos aduerſus
noſtrã religionẽ cõſcripſit/fatet̃ nullã gẽtibus utilitatẽ a dijs proueniſſe ubi Ieſus
coleretur. Illud certe nõ uni tantũ aut paucis hoĩbus/ſed orbi uniuerſo admiratio-
ni maxime fuit in defectu luminis dñicæ paſſionis tp̃e/q̃ ſoli p̃ter ſolitũ cœli curſũ
præter debitũ congreſſiõis tp̃s/Luna coniũcta ſit/& per horas plures ſupra Solis
diametrũ(rem iterũ ſtupore plenã)obſtiterit. & q̃ mirabilius multo/ ab oriente di
greſſa/& ultra mediã cœli regionẽ ad cõgreſſum euecta/ iterũ ad orientẽ reſilierit:
quod & Dionyſius Areopagita & Apollophanes in Heliopoli diligẽtiſſime ob-
ſeruarũt. unde ipſe Dionyſius ſcribit ad Policarpũ/ qui Apollophani impio hoc
ipſo miraculo/quod ambo.ſ.uiderant probe conſuleret/ in memoriam reuocans
q̃ tum ipſe in hæc uerba prorupiſſet præclare Dionyſi diuinarum ſunt uiciſitudi
nes rerum qua in epiſtola mentionẽ fecit de eo quod prius ſoli acciderat miracu-
lo/Ioſue.ſ.tp̃e miniſtri & ſucceſſoris Moſi/qui Ieſu chriſti typũ geſſit:De eo itẽ qđ
Eçechiæ regis tẽpeſtate factũ eſt/quo p̃terrefactos etiã Babylonios p̃dit/quodq̃
apud Perſas in monumẽtis relatũ/atq̃ a magis ob memoriã celebratũ eſt. Sup̃ ter
remotu quoq̃ dñicę paſſiõis tp̃e apl̃i & euangeliſtę accuſati de mẽdacio fuiſſent/
niſi & ipſi gentiles id ipſum pro cõperto habuiſſent a q̃bus etiã litterarũ monu-
mentis/nõ nihil relatũ ut putẽ/cũ alia tñ Plinij me uerba mouẽt ita in ſcđo natura
lis hiſtoriæ libro ſcribẽtis: Maximus terre memoria mortaliũ extitit motus/ Tybe
rij Cæſaris principatu duodecim urbibus Aſiæ una nocte proſtratis. Scribit &
Euſebius in commentarijs gentilium ſe legiſſe Solis defectionem factam Bithy-

niam motu terræ concussam/ & in urbe Nicæa arces plurimas corruisse Anno decimo octauo Tyberij principatus. Phlegon quoq; Olympiadum supputator libro tertiodecimo eadē fere cōmemorat/ quæ oīa eis ipsis q̄ euāgelistę scribūt apertissime congruūt. Dn̄s em̄ Iesus quasi annorū triginta baptisatus est a Ioāne/ is aūt anno. xv. Tyberij p̄dicare cępit pœnitentiā/ & inde Christus exorsus tribus annis ut etiā refert Egnatius in ep̄la ad Trallianos euangelicū pręđicauit ut extra cōtrouersiam credi possit p̄ter Firmiani auctoritatē decimo octauo Tyberij principatus anno eū crucifixū. Sed nec nostri tum martyres ea ipsa miracula ingentiū oculos in ipsa pręsidū ora ingessissent/ si ulla ex parte uel rerū monumētis uel testibus infringi aut labefactari potuissent: nec tanto animi ardore tanto uigore fidei inter alia dixisset ad p̄sidē inclytus ille Lucianus p̄sbyter Antiochenus: reqrite in annalibus ur̄is inuenietis tp̄ibus Pilati Christo patiente/ fugato sole interruptū tenebris diē sane & horū oīm sup quibus ueluti solidissimis ueritatis basibus rōnes ad fidē roborandā fundauimus semp in eccl'ię decursu uisa uestigia/ nā & fugatos dæmones/ & in optimos atq; diuinos uiros ob Christi cultū erasisse plurimos/ Augustinus/ Gregorius/ alij aptissime & asseuerantissime testant̄/ & se uidisse miracula scribunt/ quę & nr̄a etiā tēpestate uisunt̄. Eusebius infinita uere enarrat miracula q̄ uiris & fœminis sanctissimis etiā ī ipsis martyrijs dei uirtute cōtigerūt/ uitecq; sanctorum patrū q in ęgypto eremis habitarūt/ ab Athanasio a Hieronymo magnis uiris p̄scriptę hoc ipsum cōprobāt/ & ipsorū quoq; ab alijs descripta p̄clara facinora idē confirmāt. Gesta quoq; Bernardi illius magni/ Gregorij/ Martini/ Ambrosij/ Nicolaij/ Frācisci/ Dn̄ici/ & īnumerabiliū aliorū fidē cumulāt/ & ueluti lucidissima diuinorꝝ testiū nubes cęcutiētiū ī fideliū oculos ingredit̄. Sed & nr̄is quoq; tp̄ibus (ut diximus) eadē uestigia conspiciunt̄/ Nā & expelli dæmones ab obsessis corpibus Christi uirtute palā est: a sanctissimis itē uiris & fœminis uisibilia contēni/ atq; per eadē quę diximus christianę uitę purgatissima opa de terrenis cœlestes reddi Miracula quoq; ob sanctorū uirorum merita dei uirtute fieri. Allocutus ipse sum multos fide dignos hoīes/ qui in ꝑprio corpore uera miracula experti sunt/ & iureiurādo etiā interrogati idē affirmarūt: alios q etiā suis oculis uiderūt: ego quoq; uidisse & sensisse miracula sine mendacio affirmare potuerim. Illud aūt quod non uni tantū aut pluribus sed fere in ꝑpatulo est non reticuerim. Adseruant̄ Neapoli in Cāpania Ianuarij martyris reliquiæ: adseruat̄ & in uase sanguis post eius trucidationē pie collectus/ qui e regione mēbrorū possitus ebullire quodāmodo incipit & liquefieri/ atq; ad pristinā ueri sanguinis speciē redire/ semotus aūt & alio collocatus in densum cruorē coit/ coagulat̄q; eā retinēs formā/ q̄ cruori multis seculis effuso cōueniat/ donec iterū reliquijs ipsis argentea theca recōditis ex aduerso opponat̄/ nec id quoq; semp euenit: Nam dū regionibus illis aliqđ īminet malū/ uel turbatio impēdit minime liquefit/ sua illa quiete uexationē portendens/ Ita incolæ longa experientia didicere. Ego meis oculis cruorem illum qui concretus & teter sua natura manet: obiectu capitis rubescere liquere/ & ceu ebulire uidi/ p̄inde ac si e uenis tū fuisset emissus/ uidi incq; meis oculis & ratione cōpræhēdi/ opera naturę fieri id minime posse: testatissimū em̄ apud philosophos a formę priuatione/ qđ aiunt ad habitū eiusdē/ reditum nō dari. & qui nō credūt experiri possunt/ si cruorem ubi coierit/ & post menses aliquos ne ānos dicā interreā puluereācq; massam redactus fuerit ad sanguinis formam (& ne de uerbis calumniam sarciant) si non ad formam ad sola tamen accidentia formam sequentia ruborem scilicet liquorē/ fluxum & reliqua reducere possint. Audiui quoq; ab ijs qui uiderunt spinam esse Rhodi qua sacratissimum Christi caput pupugerunt impij/ dum Coronam

ſpineam uertici impoſuerunt / quæ ſingulo anno in die eo quo Chriſti paſſionis memoria in catholica noſtra eccleſia celebratur / uidente populo floreat: Monſtratur ea in uaſe tranſlucido ex uitro / ut admittatur aſpectus nec oculorum acies poſſit obtundi ante horã illã qua Chriſtus crucifixus creditur nullã ſpina ipſa motionem præfert: nõ coloris mutatio / nõ ulla adiectio in ea uiſitur / proximãte tpe rubebere incipit / & oculis omniũ circũfuſis atq; cernentibus / Albus quidẽ floſculus in uerticẽ paulatim exurgit / qui hora elapſa deſinit & euaneſcit. Aliqua quoq; & paria & etiã forte maiora ſparſa & diſſeminata mũdo ſunt qbus & incredulis ad cõuerſionẽ excitatio / credentibus uero ad pſeuerantiã cõfirmatio iugiter oriat̃: quæ qui nõ uidet cęcus / qui nõ audit ſurdus / qui audita nõ credit inſanus / qui maiora aut crebriora deſiderat ut credat / inſolẽs & pphanus: ubiq; terrarũ decãtata / ubiq; nota cõpertaq; ſunt / creditaq; / niſi ab eis quorũ ob penitiſſimã maliciã iuſto diuinoq; iudicio oculi mentis obcęcati ſunt / ut iuxta diuina eloquia uidẽtes nõ uideãt & audientes nõ intelligãt. Solent & quædam rerum capita recenſeri / quibus ſcripturę diuinæ ueritas oſtendat̃ / q̃ fere Auguſtinus cõmemorat diuerſis in locis / & Pariſienſes theologi repetũt atq; confirmãt / in qbus explicãdis multi laborarunt / præſertim Io. Scotus in plogo ſniarũ theologicarũ queſtione ſcd'a / quẽ poſtea b. Bernardinus ſecutus eſt in libro de chriſtiana religione illa oĩa ad ea / q̃ pbauimus conducũt / & nõnulla etiã ex eis capitibus tetigimus & amplificauimus roborauimusq; / ſumũtur rationes illæ ex pphetarũ prenũtiatiõe / ex ſcriptarũ rerũ cõcordia / ex auctoritate ſcribentiũ: diligentia recipientiũ / rationabili ſenſu / irrationabili aduerſantiũ errore ſtabilitate eccleſiæ miraculorũ claritate / teſtimonio Ioſephi & Sibyllarũ: dei approbatione. Sed cum nunq; deſit inſanis occaſio garriẽdi: poſſet quiſpiã qui male chriſtianus eſſet / non nihil aduerſus earũ aliquas alioquin ſatis ualidas rationes moliri. Nam ſi aſtrologicę uanitati nimis / Chriſtianæ ueritati minus addictus eſſet multa illorũ quæ uti diuina prorſus adſtruuntur cõfigurationi ſyderum aliquæ adſcriberet / alius fixæ imaginationi uel Epicurum uel Auicennã ſecutus tribueret: Alius aliud effunderet / huic autẽ inſaniæ occurritur in diuino illo ope de ueritate fidei in dñicæ crucis triumphũ: atq; in primo libro de ſimplicitate chriſtianæ uitę docet: fidẽ ipſam & uitã chriſtianorũ ab creata aliqua ſubſtantia dependere nõ poſſe / ſed ab ipſamet dei gratia & oriri & cõſeruari / quapropter nihil aliud nobis ad pręſens in iſtiuſmodi aduerſarios dicendũ: futurũ ſane & procul omnidubio ſperamus / ut qui interſperſi mũdo ſunt / populi & reges / Maomethis deliramẽta amplexãtes / & qui Iudaica perfidia detinentur / quiq; uel oĩno uel quadãtenus ita diuina prouidentia permittente iuſtiſſimis de cauſis inſaniũt / abdicatis erroribus ad Chriſti ueritatẽ colendã aliquãdo cõueniãt / eius gratia illuminati / atq; pertracti / idẽ quod nos crediturі & ſub uno paſtore unum ouile fieri. Quantũ autẽ ad præſens attinet opus / ſatis ad eos coarguẽdos / ſatis pro nobis cõfirmandis ſit / hæc ipſa de ueritate chriſtianæ fidei diſeruiſſe / quã equidẽ fidem pręter diuini luminis beneficiũ / ſuadet nobis ratio / dęmones fatent̃ inuiti / confirmant euenta / populi / nationes / Græci / Barbari / ſummi philoſophi / uiri ſapientiſſimi / uniuerſus deniq; orbis / omnis natura / diuina miracula.

THEOREMA PRIMVM

¶Fieri non poſſe ut quiſpiã ſine Chriſti fide beatitudinẽ conſequat̃ eaq; priuari neminẽ qui naturę ſaltem leges omnibus ab ortu inditas cuſtodierit.

Expoſitio.

e Xeo quod supra posuimus stabiliuimusq; principio primi huius Theorematis ꝓbatio colligitur/nā Christi fides/q̄ (uti probauimus) uera est impietatē omnē & falsas religiones abijcit/ earūq; sectatori-bus ęternā pœnā cōminatur/de hac fide in euāgelio scribit/ qui non credit iā iudicatus est/& iterū: qui nō crediderit/condēnabit/& Apl's affirmat/placere deo sine fide(infusa uidelicet)neminē posse/ quanq; Christus ab hoc munere eximatur etiā qua homo & beatissimus ille Smyrneorum ep̄us Polycarpus martyr ad Philippēses scribit: Credite in illū q resuscitauit dn̄m nr̄m Iesum Christū ex mortuis/& dedit ei gloriā/& sedē in dextera sua/cui subiecta sunt oīa cœlestia terrestria & subterranea/cui oīs spiritus deseruit/ q uenturus est iudicare uiuos & mortuos: cuius sanguinē requiret deus ab eis/q non crediderunt in eum. Et sane diuinę hoc iusticiæ & latæ legis ordo decernit tā& si absolutę potestati terminos nō adscribimus/pluraq; alia in hūc sensum reperire nō est difficile/qbus indubia Theorematis ueritas adstruatur/quę uel hac quoq; ratione cōcludi potest. Nam qđ rationē finis habet id quispiā ratione pollēs adipisci ex se nō potest si nō cognoscit/ nec etiā si cognoscat assequit/ si nō potest eo ꝓprijs uiribus ꝑuenire: ad ipsum aūt deum finē optimū ordinant homo in quo contēplando & amando sita est rationalis intellectualisq; naturæ btitudo: is uero cū incōpręhēsibilis sit nobis & a mortaliū cognitiōe remotissimus: decēs fuit/ut sui noticiā insinuaret hoībus. Oportet enim finē ijs esse pręcognitū/q suas in eū actiones directuri sunt. Alioqn conatus eorū oīs eluderetur. ꝓpterea fidei donū mūdo deus impertijt/ut & doctis & indoctis ueritas cōmunis fieret/ea nāq; q̄ de dei natura/ de fœlicitate hūana ui/ cōpræhendi possent rarissimis/sed & lōgo tp̄is interuallo atq; errorꝝ etiā multorū admixtione innotesceret/quo factū ut inter doctissimos philosophos: q Christi fidem non habuerunt/de hoīs fœlicitate nunq; cōstiterit/semꝑ em̄ inter eos altercationes & litteraria bella durauere. Fidei autē Christi ope tam rudiū q̄ doctissimorū hoīm animi pacatissimi reddūtur/unicoq; fere mometo anus decrepita ampliorem diuinorum noticiam nanciscitur luminis fidei beneficio q̄ ullus unq; philosophorū eleuatissimæ mentis unius sęculi spacio cōquisierit. Ad hāc uestigandā multis sudoribus cōtinuisq; laboribus atq; anxietatibus opus nō ē: Pręuenit ipa nos Christi liberalitas atq; clementia & ad credendū dulcissime inuitat ut per bona opera ad æternā fœlicitatē moribūda corporis dissoluta cōpage perducamur: Ego in euāgelio inquit sto ad hostiū & pulso si quis audierit vocē meā/& aperuerit mihi ianuam/intrabo ad illū/& cœnabo cū illo/& ipse mecū: Quibus uerbis iugis inspiratio nobis insinuat/qua & ad fidē & ad sancta opa capessenda idētidem inuitamur. Tres aūt uocationis diuinę modos magnus ille & deo plenus Antonius cōmemorat/in prima septē suarū ep̄larū quas ægyptiacæ misit ad diuersa monasteria/postea in Græcā/indeq; in Latinā linguā. quod Hieronymus quoq; in libro de uiris illustribus meminit/translatę sunt: primā uocationē optauit Abrahæ secundā scriptæ legi inuitanti & suppliciorū metu/& promissionū bonis/tertiā eis conuenire dixit quos a uitijs ad se deus per flagella uocat/ subdit tamen putare se eos prius a spiritu uocari/qui ingrediunt ex toto corde certamē. Et quidē cū rationi recte: tum diuinis eloquijs apprime consentanee decernit quibus docemur per illā hostij pulsationē ad ipsum deū nostrū suscipiendū iugiter inuitari/ sic enim ut mihi uidet/ deus prima omniū causa atq; actus(ut sic dixerim)ipsissimus cōmunicare se creatæ substantiæ quæ capax beatitudinis est/eāq; perficere non cessat/modo illa ex ꝓposito nō aduerset quēadmodū prima materia pura. s. corpaliū/ ac nuda potētia suscipe oēm formā apta parataq; sp ē/ mō uis agētis nō desistat. Hostij

illam pulsationem Ioan. Picus patruus meus præclarissimo uir ingenio & admiranda doctrina in sua Heptaplo perpendẽs ad hunc modũ scribit. Pulsat assidue animum tuum spiritus motor/si obaudias tibi relinqueris tuo corpori tuæ infirmitati miser/& infœlix: si admittas statim deo plenus per orbem religionis ad patrẽ ad dominũ reportaris in eo uitam possessurus/in quo & semp/ etiã anteqꝫ fieres uisa fuisti. Peruetus quoqꝫ & pia theologorũ sententia est: ijs ipsis etiã qui in insulis & terris remotissimis nascũntur/ad quas euangelici prædicatores non cõmeãt fidei ueritatem illucescere/modo se prauis moribus indignos nõ reddant/aut diuinæ aut angelicæ reuelationi. Atqꝫ ad hanc comprobandã ueritatem scribit Rogerius ad Clementẽ/repertũ quendã Alexandri eius nois quarti pontificis tẽpestate quẽ angelus de Christi fide docuerit cum in insula quadam remotissima naturę leges custodisset: Naturæ aut lex ab ortu eorũ indita hoibus/duo hęc in primis cõtinet/Bonum sequẽdũ/malum fugiendũ/deumqꝫ ipsum primã bonitatem interna religione colendũ monstrat/ita ut eius munere ob rectę uitę custodiã præmia expectentur. Scribit Ioan. Damascenus cognitionẽ ꝙ deus sit naturaliter omnibus insertam: Mitto quæstionẽ an possit demonstrari ꝙ sit/ & de noticia simpliciter/ & quo ad nos: non enim hic locus. Apostolus inquit oportet accedentẽ ad deũ credere/quia est & inquirentibus se remunerator/sed & eos qui eiusdẽ naturæ secũ participes sunt diligere debet ad eundẽ finẽ: ꝗ hoc effecerit custodieritqꝫ quocũqꝫ loco/quacũqꝫ regiõe/quocũqꝫ terrarꝫ/etiã si Antichthon nobis fuerit & aduersum orbẽ inhabitauerit/de Christi fide certior fiet: Eius. n. fidei lumẽ quasi Solis iustitię fulgor instar corporei huius solis radios circũquaqꝫ diffundit & qui obstacula nõ posuerit collustratur: quid dixi huius solis instar & non magis hunc instar illius cuius imbecillis imago est radios fundere/ sane puritas atqꝫ simplicitas in animis hominũ perinde est ac in rebus corporeis perspicuitas. Qꝫ si obstinatus Iudæus obiecerit/non solũ se naturæ sed dei leges custodire/nolleqꝫ orare ut illuminet̃ de ueritate/quã tenere se dicit/nec secus sibi conscientiæ ingeri scrupulũ/si de sua dubitat fide orando uidelicet ut illuminet̃/ac nobis si de nostra dubitaremus. Respõdendum in primis non intelligere eos dei legem/quã peruertunt/nos autẽ implemus uerosqꝫ nos israelitas esse qui Christũ. s. deum uidimus: ueros iudæos/qui eũ confessi sumus. uerum Abrahæ semen spiratile qui opera Abrahæ facimus: credidit enim ille deo & reputatum est ei ad iusticiam/Ad idqꝫ ea afferenda quæ sanctissimi pariter & doctissimi uiri aduersus eorum perfidiam meditati sunt. Tum illis hoc postremo loco ubi. s. Aspis aures occluserit/ingerẽdũ ingeminandũqꝫ: ut hoc saltem animo teneant/ꝙ si falsa esset eorũ fides/eam sequi nolint recteqꝫ uiuant/cupientes dei uoluntatem implere/eamqꝫ ut scire possint/ipsum idẽtidem deprecentur/neqꝫ enim difficile admodũ fuerit ut illuminẽtur/si hoc pacto sepẽ obstinationis euulserint/malitiæqꝫ renunciauerint. Ad Timotheũ prima epl̃a scribẽs Apl̃us ait: Qui prius blasphemus fui & ꝑsecutor & contumeliosus misericordiã consecutus sum qa ignorãs feci in incredulitate/& dñs in euãgelio ait: Si ꝗs uoluerit facere uolũtatẽ eius qui misit me/cognoscet de doctrina/utrũ ex deo sit/ an ex meipso loquar/& propheta dicit/bonũ esse deo Israel ijs qui recto sunt corde: & iterũ exortum esse in tenebris lumen rectis corde/& cũ eodẽ propheta ecclesia quottidie clamat precaturqꝫ: Bñfac dñe bonis & rectis corde. hoc autẽ nostræ fidei lumẽ (o miram dei bonitatẽ/o profusissimã liberalitatẽ) euidentissimæ rationes/ admirãdaqꝫ & creberrima ꝓdigia confirmãt eãqꝫ (si de particularibus/ꝗ illuminant̃ mẽtio fit) quandoqꝫ p̃cedũt/comitãtur qñqꝫ/quãdoqꝫ subsequunt̃. Idẽ contra hæreticos in uniuersum dicendũ est/ qui quanqꝫ christiana glorient̃ fidę in ea tñ iure meritoqꝫ

non censent/fieri enim nõ potest ut christiana pollere fide possint/ qui Christo & eius dogmatis aduersant/quales oẽs hæretici/qui Antichri uerius dicendi sunt iuxta Apl'ica dogmata. Repetitq3 gl'iosus ille martyr Policarpus ad Philippẽses/eũ Antichristũ esse qui Christũ in carne uenisse negat. Et Hieronymus ĩ explanatiõe Naum ꝓphetæ scribit/tot esse Antichr'os/ quot dogmata falsa: Hij autẽ si integrũ etiã naturę lumẽ custodirent ab errore atq3 hæresi reuocari facile possent: nanq3 si puro atq3 impmixto ueritatis amore tenerent/ omĩ seq̃strata imbibiti ueneni affectione/omĩ ambitiõe deposita/oĩ cõtentiõis studio ablegato/omĩ ꝓpulsata scelerũ caterua ueritatis eos lumen affatim collustraret. Dei enim gratia a qua illud ꝓfluit lumen/naturã ꝑfecit/si ꝓprij ea amoris & uitiorũ oĩm inquinamẽto nudata fuerit Huius aũt luminis bñficio/& totũ catholicæ ecclesię corpus sub Christo ꝓprio capite/& sub Romano põtifice uicario ostẽdit/Mõstrat pariter innumera tã mariũ q3 fœminarũ multitudo / q huic uicario etiã capiti substitere & salubria dogmata atq3 decreta hauserũt semꝑ multitudo inq3/moribus sancta/ clara doctrinis / uisis reuelationibusq3 diuinis admirãda/stupẽda miraculis/& postremo donata priuilegio absolutæ & consumatæ btitudinis. De Maomethẽsibus plura nõ attinet dicere quãdoquidẽ eorũ leges & instituta naturę legi moribusq3 ex ea manantibus aduersari absq3 ulla disq̃sitione palã est/ q̃ si ab eis abijcerent diuinæ luci haurien dæ idonei aptiq3 fierent qbus id dici posset qd' olim Photinus Lugduneñ. epus/ & martyr r'ndit interrogãti se præsidi de deo christianorũ: si dignus inqt fueris scies. Nec qdẽ ut Simonides rñsum dedit: q se dixit nescire qd deus esset/ nõ ut alius ille qui comeatu deliberãdi & petentẽ tyrannũ & se frustratus est/sed scire se ostẽdit martyr/& docere noluit/nihil ob aliud nisi quia ĩdignus erat/q petebat: nõ poterat em̃ crudelis præsidis tenebrosa aĩa erroribus plena radiantẽ lucem ueritatis admittere: neq3.n. in maliuolã aĩam (ut scriptũ ẽ) introibit sapiẽtia. Rectissime igit rñdit si dignus fueris scies: hoc ẽ/si a malicia desciueris/si ueritatis amore exarseris/ & supbæ obstinationi obluctatus fueris/scies si dignus eris/hoc est si naturę leges illibatas custodieris/diuina gratia docereris: Idem oẽs quicũq3 sint hostes ecclesiæ assequerent/modo diuino impulsui eorũ aĩos/ut ingrediat ueritas crebriter quatienti/freti ipsi fisiq3 copijs supbiæ reginæ uitiorũ non obstarẽt cõtraq3 niterent/& de his ad pręsens satis. Cæterũ cum fides firmũ assensum denotet pij quidã hoĩes terrẽtur: si qñ in se ipsis nebulas quasdã fidei lumẽ aliquatenus obũbrantes experiuntur: qbus consulendũ ut confidãt alacriter & ad deũ ꝓces fundãt cum euãgelio illo patre exclamãtes/Credo dñe adiuua incredulitatẽ meã. Apl'osq3 immitent qui tã & si crederẽt/nihilominus augeri sibi fidẽ a dño postulabãt: nec solũ in ipsis rebus credẽdis gradus habentur/ut putauit Guilermus Altisiodorẽsis inter initia theologicæ summæ: Sed & intẽtior in alijs ipsa fidei lux/in alijs remissior apparet in eodẽ etiã hoĩe id accidit sæpe numero pro diuersis actibus/& corporis dispositionibus/& mentis exercitijs/& dęmonis etiã tentatiõibus/quibus assiduæ circũuallamur quapropter formidare non debemus amisisse fidem/si nobis ipsis aliqñ uideamur nõ ita cõfidere reuelatis ueritatibus/quemadmodũ aut solebamus aut cuperemus: conatus em̃ ille aduersus tẽptamenta indicio est fidẽ esse constantẽ/q & ipsam quãdoq3 auget & meritũ cumulat. sed neq3 fides illa quæ montes trãsfert nobis ad salutẽ consequendã necessaria est/a cõi em̃ hoc est ab ea qua opus est oĩbus qui christiani esse uolunt distincta discretaq3 est: quod suꝑ epistola Pauli ad Romanos Athanasius theologus celeberrimus docet.

THEOREMA SECVNDVM.

r

¶ Fidem christianam ex ſe nullo pacto promere hominem poſſe/ſed liberaliſſima dei clementia dono dari.

Expoſitio.

ſ I ẽm beatitudo dei dono & fide intermedia hoı̃bus datur/ſequẽs eſt ut fides ipſa donũ ſit dei/qui ẽm finẽ nobis ſua clemẽtia impartit/& ea ipſa q̃ ad hunc aſſequendũ finẽ neceſſaria eſſe uoluit/ pariter elargit̃ media nanq; fini cõuenire iuſtaq; ꝓportione reſpondere conſentaneũ eſt: conſentaneũ & illud ut ſine deo eiuſq; ope ad deũ non ꝑueniat̃/ut ad id qđ infinitum eſt ſine infiniti uirtute nõ accedat̃.ſed & illud ipſum conſtabit/ſi ea q̃ ultima ĩ uno quoq; genere ſunt/cõſiderauerimus/aı̃aduertemus ẽm(ut Io.Picus patruus olim ꝑſpexit)id qđ ultimũ in aliquo genere eſt/ea non poſſidere ꝑfecte/ q̃ illius generis ſunt/ſed ope auxilioq; ſuperiorũ egere/ qua de re fit ut noſter intellectus ultimus eorũ intellectuũ/q̃ ad eternã ipſiſſimãq; ueritatẽ intuendã creati ſunt/ ad ꝑfectum opus ſuũ.i.eius qua beãdus eſt ueritatis cognitionẽ nõ ꝑueniat/niſi ſuꝑiori lumı̃e adiutus fuerit.Sic & uidemus Lunã q̃ ultima cœleſtiũ eſt ſolaris luminis receptione indigere/quo affatim colluſtret̃.Lumı̃e ergo fidei cũ nr̃ę id facultatis nõ ſit/ſed æterni quędã q̃ſi ſcintilla luminis a deo noſtrã ꝓcurante ſalutẽ illuminamur.Scribit & Paulus ad Epheſios dei dono fidẽ hoı̃bus dari in hũc modũ gr̃a inquit:eſtis ſaluati ꝑ fidẽ/& nõ ex uobis/ne q̇s glorief̃/donũ.n.dei eſt.Et Polycarpus quẽ ſuꝑ citauimus in ep̃la ad Philippẽſes ita ſcribit/ Vt poſſitis ædificari in fide/ q̃ data eſt uobis q̃ eſt mater oı̃m vr̃oꝝ.Ne aũt credamus liberũ nobis nõ eſſe ut ueritatibus Chriſtianæ fidei aſſentiamur/ aı̃aduertendũ eſt/ duo hæc req̇ri ad faciendã nobis de re aliqua fidẽ/Primũ ut q̃ credi debeãt intellectui ꝓponant̃: Scđm ut is cuius intellectu cõpræhẽſa res eſt/uolũtate cõſentiat.uerũ cum fides(ut ap̃ls ait) ſit argumentũ nõ apparentiũ nr̃i intellectus/uis q̃ ex ſenſibus cognitionẽ nãciſcit̃ ad eam pertingere nõ poteſt:Ideo opus habemus ut de ĳs q̃ ad fidẽ pertinent/diuina ope erudiamur.Fides ẽm(inq̇t Ap̃ls)ex auditu/auditus aũt ꝑ uerbũ Chriſti. Vt aũt ĳs ipſis q̃ fidei ſunt aſſenſum p̃beamus/firmiſſimeq; hęreamus/duplex cauſa poteſt aı̃aduerti/exterior una/q̃ hoı̃em ad fidẽ inuitat/Interior altera q̃ illã & inchoat & ꝑficit.Prima ẽm quanq; multũ habet efficaciæ uerbi cauſa doctorũ uirorũ rõnes/ſanctoꝝ ꝑſuaſiões/uiſa miracula/nihilominus ea ip̃a ꝑ ſeſe tantũ nõ obtinẽt roboris/ut certã faciãt in nobis fidẽ/eorũ ẽm q̃ miracula fieri uidẽt/credit alius/ alius aduerſat̃/qđ non ſolũ in ſacris litteris multifariã uidere dat̃ in miraculis Moſeos & Chriſti/ſed nr̃a etiã tẽpeſtate palã factũ eſt/quapropter & ſcđam interiorẽ uidelicet cauſam adeſſe oportet/hoc eſt diuinã gratiã/diuinũ lumẽ/diuinũ afflatũ/ut chriſtianę fidei ꝓrſus aſſentiamur.Hoc Augu.ip̃e aptiſſime fatet̃/q̃ ſe quoq; in hoc deceptũ ait/dũ crederet fidei cõſumationẽ in deũ uti in cãm eſſe referendã/ eius aũt initium de nr̃o arbitrio pẽdere:erat aũt huiuſmodi opinio diuinis ſcriptis aduerſa cũ alĳs/tũ ei ſnı̃æ potiſſimũ quã ſupra ex Ap̃lo recitauimus : q̃ & alio loco ſcribit:nõ poſſe nos cogitare aliq̇d ex nobis/q̃ſi ex nobis/ſed noſtrã ſufficientiã ex deo eſſe. Ex hac radice oppoſiti errores duo manifeſtant̃:fuere ẽm q̃ aſſeuerarẽt ſed falſo/ poſſe nos oı̃no ad credendũ cogi/cũ alĳ eodẽ uiſo miraculo ad ueritatẽ redeãt/alĳ uoluntate ꝑuerſa in errore ſtabiliant̃.Fuere & parte alia nõnulli/q̃ cõtenderẽt eſſe oı̃no in libera hoı̃s uolũtate credere nec ne/ appræhẽſa dũtaxat re ꝑ terminos eam ſignificãtes:nulla alia cõcurrente cauſa qđ equidẽ & Ariſtotelis dogmati & auctoritati Augu.& multis theologoꝝ aliorũ placitis contradicit.Quã opinionem Picus patruus in octauo apologiæ ſuæ q̃one olim refutauit.Inter utrãq; igit̃ opinionẽ poſiti definiunt/ liberũ eſſe hoı̃ hoc uidelicet pacto credat an ne/ꝓpterea q̄

aliꝭs oībus ad hoc adhibitis ut actus ille credēdi producat̃/adhuc in facultate hoīs
inquiunt estcredere uelit nec ne/nullaq; ratiōe astringi potest/Quę sñia cum alias
per se uera tū maxime cōformis dogmati diui Thomæ agnatis decernētis creden-
di actū liberū esse/ sed nihilominus ad eū ꝓducendū cōcurrere/ & internā inspira-
tionē dei/& externā ꝑsuasionē:Idip̄m quoq; & aliꝭ boni noīs auctores affirmaue
re/quanq; nō nihil differūt inter se: Nā aliꝭ censent ad gingnendā fidē concurrere
oportere ratiōis euidentiā. Aliꝭ internæ inspiratiōi magis tribuerūt/quā quidē nō
solū illius fidei cām dicūt/ q̄ per dilectionē opatur/sed eius etiā q̄ charitatis ē exps
quā theologi uocāt informē ut apte Thomas testat̃/& ante eū Guilielmus ep̄s Pa
risiensis/Aliꝭq; ꝑmulti/& post eū etiā plurimi theologorū. Aīaduertendū autē du-
plicē haberi fidē alterā quā ipsi nobis acquirimus/aut doctoꝶ hoīm auctoritate ꝑ
moti/aut ꝓpriꝭs ratiōibus a nobis metipsis ꝑsuasi/q̄ acquisita noīat̃:Alteram uero
q̄ dono dei cōcedit̃ hoībus & infusa appellat̃. de hac aūt Ap̄lm mentionē habere
ꝑsuasissimū est cū decernit deo placere quenq; nō posse q fide nō polleat/infantes
uero baptiçati deo nō placerēt/qbus acq̄sita fides nō est/ & q in cunis decedūt ad
beatitudinē nō ꝑuenirēt/cū nec aliorū rationibus ꝑsuaderi : nec ꝑ se rōcinari ullo
pacto possint. Vt autē infusam hāc fidē acceptemus q̄ bifariā diuidit̃ in eā/uideli-
cet q̄ charitati iūcta est/& illā q̄ se iungit̃ ab ea ꝓrsus & sepatur/nr̄i est arbitriꝭ/ qua
propter & alia opinio redarguit̃ qua q̄dā freti asseruere ip̄m(ut sic loquar)credere
si ꝓ assensu deo capiamus quo hæremus iꝭs de quorū ueritate nobis nō cōstat nisi
aliorū testimonio quēadmodū Augu. in cōmētariꝭs sup Io. scribit q̄d est fides/ nisi
credere qđ nō uides/ nr̄ę facultatis oīno nō esse. At illđ nr̄i ꝓrsus arbitriꝭ & faculta
tis esse/si rebus a deo reuelatis/firmatisq; ꝑ miracula nō solū assentimur/sed & si eni
xe statuimus/seq ea oīno adusq; mortē indesinēter uelle/ & ut semel dicat̃/fidē eā
dūtaxat q̄ ꝑ dilectionē opat̃/in nostra facultate sitam esse. Enīuero scire illud opor
tet ꝙ tā & si ad roborādā fidē multę in mediū rōnes adducātur/nō ob id tn̄ sequit̃-
ut aut ꝑperā aut absq; merito credamus qđ autumare quispiā posset vulgata illa
Gregoriꝭ auctoritate motus/Fides non habet meritū ubi humana rō p̄bet experi
mentū/quā q̄dē posteriores theologi multipliciter declarauere. Aliꝭ eīm ut Alber-
tus cognomēto magnus in tractatu de Eucharistia/de sufficiēti & pleno exp̄imē-
to intelligendū docet. Bonauētura in primo cōmentariorū in sñias id uerū cōsen-
tit si rationi ꝑ sese dūtaxat quispiā assentiat̃/eas tn̄ quę ꝓ fide adducunt̃ rōnes con
fundere dicit aduersarios/delectare ꝑfectos/fouere infirmos : Nec secus deū ꝓba-
bilibus argumētis infirmorū fidei opitulari ac eorū charitati bn̄ficiꝭs tꝑalibus opē
ferat:quę res a Guilermo Altisiodorensi aut oīno aut maxima ex ꝑte tractę uiden-
tur : Apud eum enim in exordiꝭs theologicę suæ summæ eadem fere scribuntur.
Diuus Thomas in secundo summæ uolumine sic exponit atq; ita intelligendum
definit:/ si ratio videlicet illa & experimentum fidem præcedat: hoc est dum quis
ad fidem nisi efficacibus rationibus id suadentibus non pertrahitur : ꝙ si eam se-
quantur ut. s. adiumēta atq; suffragia homo quęritet/ut id ipsum quod iam credi-
dit roboret/atq; confirmet/nō modo meritū minui sed augeri definit. sed & diuus
Hierony. ut alibi notauimus scribit optare se ut Lactantius firmiamus tā nr̄a ꝓbas
set/ q̄ aliena destruxerat. Fides aūt ipsa cū stabilis perseuerat & incōcussa manet/
seruiūt ei/& ancillātur humanæ rationes non dn̄antur. Est autē(ut inquit Ap̄ls) fi-
des ipsa substātia rerū sperandarū argumentū non apparentiū/unde ex re Altisio
doreñ. scripsisse uidetur dictū olim fuisse a quopiā argumentū apud Aristo. dici
illud qđ dubie rei adstruat fidē/apud Christū uero argumentū fidē esse ex qua ra
tio producat̃:In cōprobādo quippe/& asserēdo/principiꝭ uicē/& uim sibi merito

iureq; fides ipſa preſcribit/neq; em̄ ꝓpter rationes credimus/ ſed ꝓp terea rationes
inuenimus/ꝗa iam credidimus:prius em̄ credendū eſt/Eſaia docēte/mox intelligē
dum & ex lumine ipſo fidei colluſtrat̄ mens ad alia clarius atq; ſincerius ꝑcipiēda
Poſſunt igit̄ rōnes q̄ri ad fidei aſſertionē/nec dubitauit Ricardus de ſc̄to uictore
in lib.de trinitate ad fidei explanationē nō ſolū ꝓbabilia/ ſed neceſſaria argumēta
nō deeſſe/qd̕ a uero non longe abeſſe crediderim/ſi de ijs demōſtratiōibus intelle
xit q̄ ſapiētibus ſolū mentē firmāt:ſicut em̄ Seuerinus Boetius quaſdā eſſe ꝓpoſi-
tiones decernit/ꝗbus tā rudes ꝙ eruditi notis terminis ſtatim aſſentiunt̄. Quaſdā
uero q̄ ſapiētibus tm̄ cognitę ſunt/uerbi cauſa incorporalia nō eſſe in loco /& quē
admodū Auerroys in cōmentarijs ſcd̕i phiſicoꝝ idē pene de inductionibus affir-
mat.Ita ego duo genera demonſtrationū arbitror eſſe. Alterū qd̕ omē quaſi ligat
iudiciū/& in tres diuidit̄ ſpēs.In demonſtratiōes/ꝗa eſt/& ꝓpter ꝗd/ & q̄ ex his cō
flatę ſimpliciter demonſtratiōes appellant̄/mathematicis diſciplinis accōmodatę/
in ꝗbus idē nobis & naturę notū eſt/ quarū Ariſto.in poſterioribus analyticis me
minit & Auerroys plura multis i locis cōmentationū ſuarū in Ariſto.philoſophiā
Alterū uero ꝗbus ſapiētes dūtaxat & intellectu ꝑſpicaces firmiſſime/& extra oēm
aleā conſentiūt.Sunt em̄ nōnulli p̄claro adeo intellectus lumine donati/ut pene ſi-
ne difficultate ueritatē exꝗſitiſſime ꝑſpiciant ad quā alij non ꝑtingant/ aut niſi cū
labore.ſtatim em̄ ij percipiūt ſi ea de qua querit̄ res ſit ꝗd conſequat̄ / tū & ſi nō ſit
ꝗd pariter eueniat: ꝗd itē rem illā uel ſit uel non ſit ſequat̄ ut ad ſe ipſa ut ad alia re-
fertur/ꝗd alia quoq;/ut ſe ut illā reſpiciāt.Q; ſi de ipſa demonſtratiōe habeat̄ men
tio/eius mediū uirtute non actu demonſtratā cōcluſionē ingredientē ꝙ tocius cer
nunt uniri in eo & contineri ꝓpoſitionū uim momēto fere contēplant̄/depēdere a
prima ꝓpoſitione/etiā tacita atq; ſuppreſſa ꝓlatę medię ueritatē/ex eaq; concluſio-
nē fluere:p̄dicatum ſubiecto contineri in eiusq; natura includi ſine diſcurſu anxio
cognoſcūt:ex ꝗbus ꝑ ſe ueris ꝓpoſitionibus q̄ſita ueritas reperiat̄/potius ꝙ inue-
niat̄.ſed & de eis ipſis quia eſt demonſtrationibus ſi habeat̄ ſermo / & ad illa ipſa
quę fidei ſunt aptent̄:puto aberit paꝝ ꝗn hoſtes ipſi fateant̄ eas nr̄ę fidei ueritati-
bus magna ex parte ſuffragari:at inquies/ſi demonſtratio habet̄ de eis/ergo fides
non eſt/dices utiq; aliꝗd ſi de primo genere loqueris/deq; ꝓprijs & p̄cipuis demō
ſtrationibus habebis ſermonē / at forte nec tu ibis inficias ꝗn creditis ꝗbuſdā atq;
ſuppoſitis aliud ꝗppiā firmiſſima cōnexione deducas/ ſuppoſuimus autē in ꝓba
tiōe princip̄ij aliq̄ fuiſſe etiā ab oibus credita/aut q̄ negari rōnabiliter nequeūt/ex
quibus ueritatē fidei cōprobauimus:dices iterū eos q̇ illa ipſa q̄ ſuppoſita ſunt &
credita uiderūt/fidē nō habuiſſe:Reſpōdeo aliud eos uidere potuiſſe/aliud credi-
diſſe/ꝙ ſi de illis etiā ipſis fidē nō habuiſſent de alijs q̄ aut antea/ aut in futurū apd̕
nos contigerūt habere eos potuiſſe fidē/cū futura aliqua crederēt/q̄ poſterior ętas
aut uidit/aut uidet & quantū ad hoc attinet/ut ꝗſq; eorū credat par in utriſq; cōdi-
ctio/ſed de his ſatis ad pn̄s. Ad delectationē itē & ſolamē eorū ꝗ credūt rationes q̄
ri cōmodiſſime & poſſunt & debēt/cū nihil libētius ut inquit Bernardinus intelli-
gamus ꝙ qd̕ iam fide credidimus / demū ad fouendā / roborandāq; infirmorū &
debilium fidē rationes ipſę & utiliter & ſalubriter perquiruntur.

THEOREMA TERTIVM

¶Eos omnes qui donatæ fidei habitu nō carēt quibuscūq; oblatis fidei pro-
poſitionibus aut aſſentiri aut pertinaciter non repugnare.

Expoſitio.

s

I enim ut ꝓbauimus/fides Christi dei est donũ necessariũ hoibus ad sa-
lutẽ cõsequendã/sequẽs fuerit/ut q eius habitu nõ carẽt ad credẽda illa
oĩa q̃ fidei sunt apti atq; habiles reddant̃:diximus habitũ ad differentiã
actus & obiecti. Nã fides ꝑ actu ipso fidei interdũ sumit̃/ actu inq; inte
riore credẽdi/aliqñ ꝑ actu exteriori ꝓtestãte fidẽ/ut etiã exponit Scotus in.iiij.dist.
prima.q.vi.ꝑ habitu itẽ acq̃sito sæpe numero accipi manifestũ est/qñq; etiã ꝑ obie
cto fidei/& hoc quidẽ multipliciter:Nã & ꝑ aggregatione multorũ quę credi de-
beãt iuxta illud Hierony.ad Damasum/hęc est fides catholica & apud Athanasiũ
in Symbolo/fides aũt catholica hæc est:qñq; ꝑ re ipsa ꝑticulari ꝑ ꝓpositionẽ signi
ficata:Aliqñ etiã ꝑ ipsa credendi rõne:uerbi causa ꝑ auctoritate diuina/ q̃ ut docet
Herueus.xv.q.quol.scd'i.considerari põt uel ut obiectũ cognitũ uel ut mediũ co-
gnoscẽdi/& hęc itẽ dupliciter/uel ut ꝑ se notũ ipsum ab eo dici/q mentiri nõ possit
ex q̊ ꝓprie generari sciam docet/uel ut nõ ꝑ se notũ/& id aut ꝓpterea ꝙ ꝑ se nõ co
gnoscat̃ id ab eo dici qui neq̃at falsum dicere/aut quia nõ per se notũ est auctorita
tem ab eo ꝓferri/aut quia neutrũ eorũ deduci ex ꝑ se notis potest/ex quibus nullo
mõ scia/sed ineuidẽs credulitas suborit̃/ aliqñ item alias fides appellata ob uarias
uocabuli eius cõsideratiões/ut apd' Græcos & Latinos theologos uidere licet.de
habitu igit̃ iure nos mẽtionẽ fecimus:q diuinitus dat̃ unde multiplex ĩ nos emo-
lumentũ deriuat̃:etem̃ qđ docet Thomas ꝑ eũ faciles promptiq; ad catholicas ue
ritates credẽdas reddimur atq; ad oppositos errores hęresesq; refutandas circum
specti uerũ Scotus in.iij.dist.xxiij.dari inq̃t infusam fidẽ/ut aĩa ꝑficiat̃ actu primo/
ut itẽ actus scd's ꝑfectior euadat/ꝑfectiorẽ em̃ haberi gradũ actus scd'i ex infusa fi
de/q̃ ex acq̃sita solũ/demũ ut assensus fiat/ quẽ nõ solũ/ & om̃i ex parte a uolũtate
dicit pẽdere/ꝓpterea ꝙ multi intẽtius uellẽt credere q̃ credãt/ & ad hoc firmandũ
Apłoꝝ petitionẽ citat/affertq; precẽ ecclesię de fidei augumento: Adducit postea
rationes in oppositũ ꝓbantes ꝓpter assensum nõ dari fidẽ infusam/tũ quia nõ mi-
nus fit assensus ꝑ fidẽ aquisitã/tũ quia securitas/& ut ille inq̃t/ĩdeceptibilitas nõ ex
parte habitus/aut assensus ꝓuenit/ sed ex obiecto scd'm ꝙ ip̃m p̃sentat̃/ uere aut
false:quas rõnes ipse aliĳs soluẽdas relinq̃t ponitq; sub dubio/ ita ut quo ad tertiũ
istud emolumentũ ꝑtinet / neuter appareat / idem in.iiij.& dist.iiij.subdubitare de
eodẽ uidet̃/& de eisdẽ in quoł.q.xiiij. Nihilominus negari ego minime posse ar-
bitror/q̃n aliqua det̃ assensio ex habitu cũ ex eo & facilitas & delectatio suboriat̃/
ut Aristo.ij.Ethi.libro declarat:Cur em̃ in infusis negabit̃/si in aq̃sitis cõcedit̃. Cũ
tñ oꝑa gratię oꝑibus naturæ p̃stent & efficatiora sint & cũ ipso habitu fidei nõ mõ
assentiri firmiter sed mori etiã martyres uoluerũt: ꝙ si dixerit q̃spiã hæreticos etiã
aliqñ in sua obstinatiõe ꝑire:id certe acquisito habitu/ & obstinatiõi tribuendũ/cũ
infusum nõ habeãt/& pauci id quidẽ martyꝝ cõparatiõe/Innumerabiles em̃ mar
tyres fuere/inter quos & puerorũ & puellarũ myriades/ q̃bus acquisitus habitus
id ipsum ut facerẽt non ꝑsuasit & sane habitus/ut inq̃t Auerroys.iij.de aĩa est quo
q̃s uti potest cũ uoluerit.sed nec prima ratio quicq; officit/nanq; assensus q ex acq
sito ꝓuenit habitu infirmus est/& cũ formidine/ q autẽ ex infuso firmus atq; secu-
rus deo iuuãte cuius est opus / sed nec scd'a itẽ obstat qñquidẽ nõ tã ẽ ex obiecto
certitudo q̃ ex assensu inclinãte.s.spũsctõ/& magnã certitudinis lucẽ suggerente/
qua p̃sentati obiecti ueritas conspicit̃/alioquin ex acq̃sito habitu minime cõspiciẽ
da.& cõiunctio itẽ quędã cum ipso obiecto ex ipsa cognitiõe ꝓpe modũ experi-
mentali depẽdet peculiariter. Diximus q̃buscũq; ꝓpositionibus oblatis quę fidei
sũt/ut sub his terminis tã eas q̃ reuelatę sunt q̃ illas q̃ in ipsis inclusę sæpe numero
ex eis deducunt̃ cõpręhenderemus:Multa.n.q̃ explicari manifestariq; oportet in

ſacris litteris occulunt̄/multa itē ſunt ꝑ apl'os tradita q̄ in cānone Biblię nō cōclu-
dunt̄. Eadē tñ utraꝗ uim obtinēt & ſub catholicis ueritatibus cōtinent̄. Catholica
autē ueritas ita deſcribit̄/ propoſitio ꝑ diuinā reuelationē habita mediate uel īme-
diate explicite in ꝓpria uerborū forma/uel implicite in bona & certa conſequētia:
Dicit̄ in deſcriptōe ꝑ diuinā reuelationē ut alij modi ueritatis ꝑſpiciēdę ſecludant̄
Nā quanꝗ oīs ueritas a ſpūſancto eſt/ut Ambro. ut Augu. ut alij ſcribūt/nihilomi
nus ueritas ſupnaturali ſemꝑ lumīe nō patefit/mediate etiā uel īmediate reuelant̄
diuinitus ueritates: Chriſtus em̄ ꝑ ſe ipm multas/multas etiā ꝑ angelos/ꝑ ꝓphetas
antiquos & nouos/ꝑ apl'os/ꝑ doctores patefecit. Dictū autē eſt in ꝓpria uerborū
forma explicite aut incerta & bona cōſequētia/ut nouerimus multas a nobis ꝓpo
ſitiones credi oportere tā&ſi in cānone diuini eloquij ꝑſcriptę nō ſunt / q̄ tñ ex eis
euidētiſſime ſequunt̄: ſolēt aūt catholicarū ueritatū ſpecies multe numerari/ Quę-
libet em̄ ꝓpoſitio in Biblię cānone cōtenta/hoc eſt in nouo & ueteri teſtamēto ca-
tholica ueritas eſt/ & ſublimē locū obtinet/ea itē q̄ ex ipſius diuinę ſcripturę verbis
neceſſaria & certa cōnexione depēdet/catholica ueritas eſt/quęꝗ ab apl'is reuela
ta atꝗ recepta eſt a credētibus hęreditaria ſucceſſione. Itē q̄ in uniuerſalibus cōci-
lijs ſtabilita atꝗ eccleſiæ uniuerſalis cōſenſu recepta. Itē q̄ ab apl'ica ſede eiſdē cō-
dictionibus emanauit/ nā ibi declarat̄ q̄ de ſacris pēdeat eloquijs & q̄ aduerſent̄ il
lis: eā quoꝗ quā ꝓ hęreticorū cōfutatiōe doctores ꝑ cōcilia & uniuerſalē eccleſiā
ꝓbati definierūt. Cæterū & q̄ particulari alicui ꝑſonę oñſa diuinitus ē/ quanꝗ hoc
neminē/niſi eū cui patefecit obligat & obſtringit priuſꝗ ab eccleſia ꝓbet̄. Poſtre-
mo q̄ ex qualibet iſtarū ſeptē euidenti & certa cōſequētia deducit̄/ ſed de his in ꝓ-
greſſu. Habitu igit̄ illo de quo locuti ſumus in catholicas ueritates oēs inclinamur
& quanꝗ aliqui intentius remiſſius alij nihilominus nulla unꝗ formido ſtāte ha
bitu/facit ut repugnetur ſiue diſſentiat̄: quapropter in Theoremate diximus aut
aſſentiri aut nō repugnare: qđ intelligendū uolumus de ijs q̄ ꝓprie ſpectant ad fi-
dem ut infra copioſius edocebimus : cū monſtrauerimus inter catholicos docto-
res fuiſſe diſſenſiōes/ſed nō in eis q̄ ſunt de ſubſtātia fidei/ nā cū fidei lumē forma
quędā ſupernaturalis ſit/ & quęlibet tam naturalis ꝗ ſupernaturalis forma ꝓpriā
inclinationē habeat/ ſequitur ut q habitu fidei pollet in ea q̄ de ſubſtātia fidei ſunt
tendat/ſicut em̄ ignis per formā ſuā quę leuitatē ei tribuit/fertur in ſublime. Terra
autē per ſuā/qua & grauitatē obtinet/tendit ad centrū : ita ſupnaturalis illa forma
fidei/ꝓpenſionē hoī tribuit/ut ueritatibus ijs q eodē lumine reuelatę ſunt aſſentiat̄
Cū fidei lumē eiuſdē ſit ſpeciei in oībus/ & qui reuelarūt/ & q reuelatis aſſentiunt̄.
¶ Sed quoniam de lumine facta mentio eſt animaduertendū eſt quattuor haberi
ſpiritualiū luminū genera inuicē quaſi ſubordinata/Primū naturale eſt ueluti ba-
ſis & fundamentū aliorū quorum oēs rationis capaces participes ſunt/de quo lu-
mine in Pſal. dicitur: Signatū eſt ſuper nos lumen vultus tui domine. Scđm fidei
lumen eſt quæ is quæ reuelata nobis ſunt ab Apl'is. ſ. & prophetis / cæteriſꝗ qui
diuinos libros ſcripſere aſſentimur. Tertiū prophetiæ quo uidelicet ꝓphetæ ipſi
preuidēt futura. Quartū glorię quo deo ipi ſuprę mo lumini/ & ut inquit Iacobus
apl's luminū patri qui omnē hoīem in hūc mundū uenientē illuminat fœliciſſime
coniungimur: de quo itē in Pſal. legimus / Et in lumine tuo uidebimus lumē. Mit-
to vulgatā illā de hoc lumine inter Thomā & aduerſarios queſtionē. Sat enim no
bis ſententiā hanc & pręclarorū theologoꝝ opinione firmatā/ & ſacris litteris om
nino conformē. Sunt & alię ueritates quæ ſapientes fidem/ Alie quæ ad fidem im-
pertinentes nuncupātur. Item quæ ſapere hæreſim/quæ temerarie/ quæ ſcandalo
rum effectiuę/eorū em̄ uocabulis uti libet/dicūtur: de quibus alijs in Theorema-

tis loqmur sed in presentia sat sit. uel has cōmemorasse/ quas catholicas uocauere utpote a catholica ecclesia quæ mater est fidei susceptas de cuius iudicio & auctoritate deinceps dicendū / ut clare liqueat quibus nam ꝑpositionibus assentiendū necessario nobis sit/ si fœlices esse cupimus quibusq; in nostra sit facultate positū assentiri uelimus nec ne.

THEOREMA QVARTVM.

¶ Quicquid sancta Christi ecclesia catholica & apl'ica necessario credendū / & obseruandum aut expresso iudicio aut tacito decreuit credi oportere.

Expositio.

SI enim credendū est eis quæ sunt reuelata diuinitus uti declarauimus/ nec unicuiq; fiant reuelationes / neq; eñ uniuscuiusq; sit passim iudicare qd ex eis quæ fidei sunt/ & iā reuelata consequatur / consentaneū est aliquā esse in terris potestatē cui sit hoc decernēdi munus demandatū. Etenim multa in dubiū reuocari possent / utrū continerentur in ijs quæ fidei sunt sequerentur ne ex eis/an magis aduersarentur. Quapropter regulam tradi nobis aliquā & normā oportuit/ qua huiuscemodi negotia metiremur & ueritas exploso mendacio claresceret/Norma autē hæc & regula iudiciū est ipsius ecclesię/quā sibi in fide & iusticia ut ex propheta Oseæ habetur/ Cum eaq; usq; ad finem sæculi in euangelio se mansurū spopondit: huic quoq; ut fidē haberemus apostoli nobis in symbolo reliquerunt/ubi scriptum est/ Credo in spiritū sanctum / sanctā ecclesiā. In symbolo autē edito Niceæ / cuius sanctiones tanq; euangelia recipere se magnus Gregorius aiebat: Additū dicit hoc uerbū catholicā/ & deinceps apostolicā de quibus infra tractabimus. Pręterea si nouo testamēto ut supra tetigimus & infra latius explicabimus/ prorsus assentiendū est/ sequēs uidet ut iudiciū ecclesiæ in omnibus sanctissimū habeat quod euangelium ipsum probauit & christianis legendū & obseruandū tradidit: Scribit eñ Augu. contra epistolā fundamēti euāgelio se non credidisse nisi prius ecclesiæ fidē habuisset / de illa ecclesia habens sermonem quæ ipsa euangelia recepit probauitq;/ & ab apocryphis & falsis segregauit. Nam q euangelium Matthei/ Marci/ Lucę/ Ioannis/ suscipere/ eisq; indubiā habere fidem debeamus/ non autem illis quæ nomine Thadei/ Andreæ/ Barnabæ/ & Nicodemi circumferebantur: ex eius auctoritate ecclesiæ sumptū est / quæ quattuor illa suscipienda decreuit/ & fidelibus publicanda. Hæc autem primaria illa ecclesia est apostolorum. s. & discipulorum Christi / eorumq; omnium qui fidem ipsam christianam suis laboribus & sanguine confirmarunt / nunc in cœlo fœlices & deo coniuncti / quam nobis apostoli credendam tradidere neq; enim tum alia militabat in terris pauca numero sed amplissima uiribus : ut pote in qua spiritus primitiæ repositæ fuerant : Ab hac sequens ecclesia originem traxit eorumq; dogmatis insistit quæ adusque sæculi consumationem perduratura est/ in qua eadem fides / eademq; ad protegendum euangelium perseuerat auctoritas : Quo autem tempore exordium habuit ecclesia inter theologos aperte nō conuenit/ sed si diuersa supposita & diuersa consideremus tempora/ ad concordiam facile reuocari omnes poterunt. Ab angelis enim sumpsisse eam exordium dici poterit/ si angelorum tantum consortium animaduerterimus/ neque hoc

ꝑfecto ſine auctore. Augu. eñ hoc ſenſit tam in cõmentarijs pſal. ꝙ̃ in libris de ci
uitate dei/conſentitq; Bernardus ſuꝑ cãticis/ſi autẽ angelorũ bonorũq; hoĩm con
ſortia intueamur/ab iuſto Abel ortã eccłiam dicemus/qđ & Aug. uoluit in expo
ſitõe pſal. & in libris de ciuitate dei. At ſi noui teſtamẽti decurſum aduertamus/ ab
apłis eccłia deriuata eſt: Hoc Nico. lyra ſuꝑ pſal. lxxxvi. hoc & ipſe Apłus innuit
ij. ad Theſſał. epła ſcribẽs/Elegit nos deus primitias/ quẽ locũ ordinaria gloſſa ex
ponẽs ait/ut eſſemus primitiæ oĩm credentiũ in ſalutẽ/Hęc igitur ipſius eccleſię p̃⸗
clariſſima initia ſunt/q̃ nec finẽ unq; aduſq; mũdi huius terminũ habitura eſt/ au⸗
ctore Chriſto in euãgelijs/& Paulo cõfirmãte ad Epheſios/& in prima itẽ ad Co⸗
rinthios epła/qđ & noui teſtamẽti enarratores ſequunť & multi theologoꝝ ꝓbãt/
p̃ſertim Petrus Alliaceñ. ĩ qõne ueſperiaꝝ: qbus ego addiderim/uideri ꝑ illa Chr̃i
uerba ad Apłos: Ego uobiſcũ ſum uſq; ad cõſummationẽ ſęculi mãſurã: non mõ
eccłiam & perſeueraturã/ut aliq̃ aiunt in ea fidẽ/ſed & ſpem etiã & charitatẽ/ ſi eñ
ibi Chriſtus/ibi etiã uia ueritas & uita/ibi eius gr̃a/ibi oĩe qđ ad fœlicitatẽ conſe⸗
quendã facit/ſed & illud nõ omiſerim ꝙ cũ ſemꝑ uerũ futurũ ſit/ ut hæc uerba ue⸗
re ꝓferanť ſanctã eccłiam catholicã uideť ſeq̃ futurã ſemꝑ/fideliũ aliquã collectio⸗
nẽ/q̃ & ſancta erit / ſctã aũt quõ eſſe põt/niſi & ſpe etiã & charitate nõ ſolũ fide pol
leret tã & ſi & fide ipſa uocarẽť ſancti apłi & apłici uiri inter eccleſię primordia. Di
cta autẽ catholica eſt multas ob cauſas nã q̃a toto orbæ diffuſa eſt. Ideo catholica
hoc eſt vłis appellata eſt/diuerſoꝝ aũt hæreticorũ eccłiæ/ ut ſcribit Augu. in trac.
de ſymbolo: ideo catholicę nõ dicunť quia ꝑ ſuas quaſq; ꝓuincias cõtinenť/ Nr̃a
autẽ hęc a ſolis ortu uſq; ad occaſum unius fidei ſplẽdore diffundiť / catholica itẽ
ob id uocata eſt eccleſia/ quia ex oĩi tribu/ lingua/ppło/& natione/ut in Apocali
pſi legiť/redemiſti nos deus in ſanguine tuo ex oĩi tribu lingua & ppło & natio
ne & feciſti nos deo nr̃o regnũ. Et Petrus apłs inq̃t/In ueritate cõperi quia nõ eſt
ꝑſonarũ acceptor deus/ſed in oĩi gẽte/q̃ timet eũ & operať iuſticiã acceptus eſt il
li. Quantũ itẽ ad hoĩm condictiões attinet catholica noĩata eſt/Iuxta illud Apłi ad
Coll. iij. Vbi nõ eſt maſculus & fœmina gẽtilis & Iudęus circũciſio & p̃putiũ/Bar
barus & Scytha/ſeruus & liber/ſed oĩa in oĩbus Chriſtus ob vłem quoq; ueritatẽ
in ea contẽtã catholicæ nomẽ obtinuit: Qua de re Seuerinus Boetius in principio
lib. de trinitate inq̃t articulos fidei vłes eſſe nõ hñtes inſtãtiã cũ fidei nõ poſſit ſub⸗
eſſe falſum ſed & ob vłem doctrinã cuius magr̃a eſt/ꝑ eã etenĩ de uiſibilibus & in
uiſibilibus edocemur/de cœleſtibus & æternis terreniſq; deq; oĩbus q̃ ad inſtru⸗
ctionũ hoĩm ſaluteq; totius humani generis & neceſſaria & utilia ſunt: queadmo
dum Augu. ad Voluſianũ ſcribit. & in libris de ciuitate dei diſputat/& Anſelmus
ꝓbat. Demũ ꝓpter vniuerſalia p̃cepta q̃ tp̃s oĩe ambiũt genteq; uniuerſam com
plectunť: etenĩ ſynagogę p̃cepta & uni tãtũ ppło tradita ſunt/& ad p̃finitũ tp̃s ſpe
ctant/ſi q̃dẽ oĩa in figura (ut docet Apłs) illis contigerũt & Chriſto ſole iuſtitiæ ex
orto legis nubila diſcuſſa ſunt. Hęc & huiuſcemodi cauſę aſſignanť/cur catholicã
ſanctã eccleſiã dixerint ep̃i illi ſanctiſſimi in Niceno cõcilio ubi peſtifera Arrij do
gmata condẽnarũt/additũ deinde eſt hoc nomẽ apłicã queadmodũ magnus Al⸗
bertus ſcribit/ut aduerſus eos qui peregrina & noua dogmata in eccleſia introdu
cũt/auctoritatẽ & antiquitatẽ eius oſtẽderẽt/ ſed & his etiã rõnibus duciť: tum q̃a
Chriſtus apłos elegit/quos q̃ſi fundamẽta inſtituit eccleſię ut Augu. ait. Tũ quia
per apłos chriſtiana fides per orbẽ p̃dicata eſt / quanq; eadẽ res (ſicuti idẽ Augu.
primo retractationũ libro docet) quæ nunc chriſtiana religio nuncupať/fuit apud
antiquos neq; defuit ab initio generis humani/quouſq; Chriſtus ueniret in carnẽ
unde uera religio quæ iam erat / tunc cæpit appellari chriſtiana / prædicantibus

Apl̄is apud urbē Syrię antiochiā. Scribit & Leo pōtifex in tertio de dn̄i natiuitate sermone/ qđ p̄dicauerūt apl̄i hoc annūciauerūt ꝓphetę/ & gratia dei qua semꝑ est uniuersitas uiuificata sanctorū aucta est Christo nascēte nō concepta. Scribit & sc̄tissimus ille ep̄s & martyr Egnatius ad Philadelphiēses: Vnus.n. deus ueteris & noui testamēti: unus & mediator dei & hoīm ad facturā intelligibiliū & sensibiliū ꝓuidētiā gerēs oīm/ unus q̊q; paclytus q opabat̄ in Mose & ꝓphetis & apl̄is/ oēs em̄ sancti in Chr̄o saluati sunt in ip̄m sperātes/ atq; expectātes & ꝑ ip̄m salutē adepti sūt q erāt digni dilectiōe/ & digni laude sc̄tificati a Chr̄o iesu testificātes in euāgelio spei cōi. Cęterū quanq; scribit Ap̄ls ad Ephesios ędificatos eos esse sup fundamentū apl̄oꝝ & ꝓphetarū/ qđ fundamentū est Christus ut idē ad Corinthios scribēs asserit/ Nihilominus cōcilio placuit apl̄icā eam noīasse/ tū ꝙ ex interp̄tatione huius noīs Ap̄ls quo nihil aliud significat̄ q̄ missus/ is etiā q mitteret ītelligeret̄ atq; ut inq̄t Augu. utrūq; simul daret̄ intelligi & apl̄os. s. & Chr̄m/ q etiā a Paulo ē ap̄ls nuncupatus. Scribēs em̄ ad Hebræos: Cōsiderate inq̄t frēs apl̄m & pōtificē confessiōis nr̄ę Iesum/ tū etiā quia apl̄os explicuisse magis christianā fidē cōstat q̄ ꝓphetas/ clariusq; eā per terrę orbē diffudisse: vñ tp̄s illud plenitudinis appellatū. Illud quoq; Io. euāgelistæ afferunt in Apocalypsi scriptū: Muros ciuitatis hn̄s fundamenta. xij. & in ipsis. xij. noīa. xij. apl̄orū & agni. Huius igit̄ eccl̄iæ iudicio non audire flagitiū maximū est/ nec secus q̄ deū spernere/ illi em̄ eccl̄ię q̄ Christū in carne sequebat̄/ & uitę uerbū ex eius ore sumebat ab eodē Christo dictū est/ Qui uos audit me audit/ & q uos spernit me spernit/ q autē me spernit/ spernit eū q me misit ut refert Lucas. x. ca. sui euāgelij. ex hac aūt uniuersa postea militās defluxit ecclesia q̄ ipsius fidē & sacra dogmata suscepit adusq; finē sęculi ꝑduratura: qua de re nō potest ei q̄libet uere christianus nō audire/ huius aūt iudiciū aut exp̄ssum aut tacitū diximus q̄a fieri nō posse a multis credit̄/ ut ij oēs in q̄bus est fides/ ad ferendā de ea sn̄iam cōgregent̄/ sed nec ꝓprie nisi ad p̄latos eccl̄iæ pertinet iudiciaria & obligatoria (ut sic dixerim) potestas: ad seniores etiā scribas & pharisęos de necessaria legis interp̄tatione hebręorū pp̄ls referebat. Sed & Christus apl̄is euāgeliū docendū p̄dicandūq; cōmisit. vñ & apud apl̄oꝝ successores eadē residet auctoritas/ ut q̄d sequat̄ q̄dve aduerset̄ fidei ex ipsis sacris l̄ris dijudicēt/ & quanq; oīm sit q doctrina pollēt ac fide: & legere sacras l̄ras & addiscere & inde sensa q̄ ad augendā cōfirmandāq; fidē faciāt ꝓmere: sua tn̄ inde eruta sensa aliorū sensibus nō p̄iudicāt/ cū in eos utpote q subiecti non sint/ ferre sn̄iam nequeāt/ si ergo eccl̄ię p̄sules cū legitime cōgregati fuerint ꝓ tota eccl̄ia ferūt sn̄iam/ ipsa uidelicet eiusmodi decretis apte suffragāte hoc exp̄ssum iudiciū appellat̄. Tacitū uero id pōt noīari cū sanctiōibus aliq̄bus q̄ uidelicet aut ad fidei robur/ aut ad sc̄tōs attinēt mores non fit cōtradictio ab eccl̄ię corꝑe/ nā si ab uniuersitate fideliū reclamaret̄/ tūc infringi & demoliri uiderent̄/ hoc autē quō aut fiat/ aut fieri possit inter auctores nō cōuenit/ quā obrē de huiuscemodi iudiciorū firmitate nō nihil disserere cōsentaneū est illud aūt ī primis uel discēdū uel ad mēoriā reuocādū iudicij uel cōsensus taciti nomē etiā ab auctoribus gentiū usurpari solere/ nā tacitū etiā cōsensum Plynius in vij. naturalis historię libro appellat: Cōsensus inq̄t gētiū tacitus primus cōspirauit ut ionū l̄ris uterent̄/ & iterū scđs cōsensus in tōsoribus fuit/ & iterū tertius apud eū gentiū cōsensus legit̄: q̄ ideo nō dicimus ut ex auctoribus eiusmodi gētilibus nr̄is rebus maior accedat auctoritas/ sed ut nouerimus nō modo res ab eis uere narratas & egregijs disputatiōibus collectas sacris l̄ris ancillari. uerū & locutionū modos sæpenumero theologorū seruire sentētijs/ nec tā remotū esse ut q̄spiā inerudītus forsan arbitrabit̄/ si exp̄ssi/ si taciti iudicij mentionē fecerimus/ de huiusmo-

di iudiciorum igit̃ ut ꝓmisimus firmitate non nihil disseramus. Theologorũ mul-
ti atq; etiã iuris interpretũ pleriq; uoluere cõciliũ ipsum si una cũ põtifice maximo
in eis cõtrouersijs q̃ aut ad essentiã fidei aut ad necessarios bñ christianeq; uiuen-
dum mores ꝑtinẽt sñiam ferat nullo pacto errare posse qui ualidissimis dubio ꝓ-
cul & rõnibus & auctoritatibus nixi sunt/quas fere colligit Io. de turre cremata in
iij. eius uoluminis lib. cui sũma eccl'iæ titulũ fecit. uisum & alijs põtificẽ summũ in
his ipsis causis aberrare nõ posse. Tũ ratione eius sñiæ quã lucas scribit Christũ di
xisse. Ego ꝓ te rogaui Petre ne deficiat fides tua/tũ ob id q᷑ fides Christi in ecclesia
Romana stabilis ꝑseuerauit/in qua nulla hæresis ut ruffinus ait in expositiõe sym
boli sumpsit exordiũ. Addo ego nec incrementũ quã quidẽ Romanã eccl'iam si-
cuti hæresis uitio adhoc usq; eui destructa nõ est/ita nec in posterũ demoliendam
adstruũt/multis ad hoc auctoritatibus suffragãtibus q̃ in põtificioꝝ decretorũ li-
bro reperiunt̃/atq; etiã opibus ipsis sc̄toꝝ doctoꝝ atq; põtificũ fauẽtibus. Restite
rũt alij affirmãtes errare posse cõcilia & iã errasse/ ut Ariminẽse illud tã celebriter
dãnatũ/Ephesinũ quoq; scd'm. Itẽ Cõstantinopolitanũ illud de ponẽdis imagini-
bus sed & Aqsgranẽse cuius sñię de matrimonio raptę Hieronymi determinatio
ꝓponit̃: ꝓpterea si hęc aberrauerũt/Alia quoq; errare posse dicũt Qua de re fatent̃
nõnulli cõcilia ea/siue vl'es synodos in qbus auctoritas põtificis sũmi nõ ꝑsidet er
rare posse/nõ aũt ea qbus ĩteruenit/instãt illi ex aduerso Ephesinũ scd'm legitime
fuisse cõgregatũ ꝑsidẽtibus etiã legatis põtificis nihilominus ĩ euersionẽ fidei agi
tatũ/& in eius correctionẽ ab Leone põtifice/Calchedonẽsem synodũ institutam/
Rursus qa dari remedia uident̃ dũ cõcilia discrepãt/cui uidelicet standũ adhęrẽdũ
q; magis innuit̃ aiũt & apte etiã significat̃ aberrare vl'ia cõcilia posse/Imo an prio-
ri posteriorive magis ĩitendũ/Augu. ab Hilario/Leone/Isidoro dissentire uidet̃.
Sed cũ sibi inuicẽ cõtradicũt cõcilia/alterũ aberrare oportere cũ altera cõtradictio
nis pars uera necessario sit/Altera falsa. Q; aũt põtifex ipse errare in iudicãdo pos
sit/asseuerãtissime a plerisq; ꝓnunciat̃/aiũt. n. notissimũ esse põtificẽ summũ hęreti
cũ fieri posse & deponi a sede. Addũt alij statim eũ esse depositũ ubi hæreticus est/
subdũtq; Liberiũ põtificẽ arriane prauitate subscripsisse. Marcellinũ idolis sacrifi
casse: Anastasiũ ꝑniciose aberrasse. Nihil aũt obstiterit inquiũt ut hæreticus qspiã
factus sñiam suã defendere nõ possit & asserere & credendã tradere eo ꝑsertim q᷑
hæresis uitiũ uolũtatis obstinationẽ includat: Adde q᷑ si qs ob metũ uti Marcelli-
nus idolis sacra fecit/Alius quoq; uel ob metũ/ul' aliã ob causam poterit aduersus
catholicũ dogma sñiam ferre: sed & qñq; accidisse ut q ꝑses eccl'ię creditus est iure
nõ ꝑsideat/aut ꝑsidere oĩno nõ possit/olim. n. ꝓdit memoria fœminã põtificẽ credi
tam/ & nr̃o seculo memini hoĩem quendã doctũ & moribus ꝓbatũ sua etiã in reli
gione honores cõsecutũ q cõsuleret/quanq; nõ oĩno publice eũ q põtifex crede-
bat̃/põtificẽ nõ esse/ob id q᷑ priusq; a duabus cardinaliũ ꝑtibus eligeret̃ põtificis
officiũ exercuerat/cautũ aũt ecclesiæ legibus ẽ huiusmodi hoĩem tm̃ abesse ut põ
tifex sit/ut etiã ad põtificatũ ineptus & impotẽs habeat̃ ut q irrigato. s. anathemati
subiaceat/sed & aliũ meminimus põtificẽ creditũ & adoratũ / quẽ tñ ꝑstantes uiri
putarẽt/nec pontificẽ eũ esse nec esse posse/utpote q nullũ deũ credẽs/oẽm infide
litatis culmẽ excederet/pessimaq; eius opera in coemẽdo põtificatu in oĩgenis sce
leribus exercẽdis id ipsum testabantur / sed & pessima quoq; dicta confirmabãt/
nanq; fassum eũ affirmabat̃ domesticis quibusdã nullũ se deũ aliqñ etiã dum pon
tificiam sedem teneret credisse. & Alium audiui pontificem summum qui uiuens
familiari cuidam aperuerat / apud se animarum immortalitatem minime credi-
tam. Mortuus uero eidem per uigiliam apparuit diuino iudicio manifestans se

quam mortalē crediderat animā / immortalē tū maximo cum dāno & perpetuis cum ignibus experiri. Si hęc ita sunt inquiēt & errare in fide pōtifex & errores po test pro uero decernere / sed quanq̄ tales etiam essent nec prauū dogma diffunde rent / nec publice notū esset / ut pōtifices habēdos puto / & si priuati sciret existimo publicā uenerationē subtrahi nō debere quoad dū certiores fierēt / ecclesiæ primo res prælati / & sæculi principes primarij / q de subrogando capite (cū hæreticus est) solliciti esse debēt: sed hoc nō oīm est dignoscere nec temere decernendū alioquin scismatibus latissima porta aperiret. Auctoritatē uero illā euāgelij multipliciter in terpretant / de fide primū intelligi eā debere aiunt / quā Petrus cōfessus est / inquiēs Tu es Christus filius dei uiui / de ultima quoq̄ ipsius Petri fide / q quanq̄ negatu rus Christū fuerat ad eū tamē rediturus erat / & in eius gratia stabiliendus Et q̄uis de pseuerātia fidei in ecclesia Romana intelligi posse nō negent / propriorē nihilo minus hunc euāgelij sensum credūt / Cū ob alia tū ob id q̄ a plerisq̄ negat ex scri pturis diuinis colligi: fidē Christi necessario in ecclesia Romana ut particularis ec clesia est ab uniuersali distincta adusq̄ finē sæculi ppetuandā / & q hoc afferūt / sen tentias quoq̄ illas q̄ in decretorū libro ad hoc ipm cōfirmandū ponunt / nihil ad struere putāt / Inter quos Petrus Alliacēsis / & Car. Cameracensis in q̄stione uespe riarū hoc sensit. Abbas quoq̄ Panormitanus primę fere auctoritatis inter pfesso res pōtificij iuris / sup titulo de sñia excōicatōis. in caplo eo / cuius initiū est a nobis scd'o loco posito asseuerat vniuersalē dūtaxat ecclīam in fide & eius Aristo. errare nō posse & ad hūc sensū ca. illd' cuius initiū a recta in li. decretorꝝ positū. xxiiij. q. i. interptandū docet / Idē quoq̄ Nicolaus Lyra uidet asserere dū ecclesiā in aliqbus nō cōsistere docuit dignitatis uel officij ratiōe / Ex qbus oībus liquet uarias de fir mitate iudicij cōciliorū & pōtificis sñias a doctioribus ferri / nec adhuc aliquid (qd' sciam) pmulgatū est / cuius ui ad alterutrū credendū obstringamur / quod uel hoc argumēto manifeste satis apparere potest q̄ Io. de turre cremata inter postremos eorū / qui de huiuscemodi rebus scripserūt / nullā de huiusmodi decreto mentionē faciat / qd' nequaq̄ tacuisset ecclesiasticæ pōtificięq̄ dignitatis & diligētissimus ue stigator & magnus assertor: Quin etiā in scd'o libro eius uoluminis quā ecclesiæ summā nuncupat / post ea obiectamēta adducta q̄ uidebant ei infringere oīa ea / quæ de pontificis inerrabili iudicio ptulerat / fatet illis sine præiudicio sñiæ melio ris respondere uelle / q dicēdi modus indicat nullā in oppositā partē sanctionē p mulgatā esse: ut cunq̄ sit cum de arduis huiusmodi q̄stiōibus habet mentio / quæ hinc oppugnant / hinc defendunt a pluribus atq̄ eisdē primoribus uel legū ciui lium ecclesiasticarūve interpretibus / uel theologis: ad ecclīæ uniuersalis iudicium mētis acies dirigēda est / q̄ si utranq̄ tolleret opinionē / & pro utraq̄ parte scriben tes doctores nō redarguit / aut dānat sine piudicio / quis eā sequi poterit / q̄ sibi ueri tati ppior uidebit / qua de re suo loco in sequentiū Theorematū explanatiōe disse remus: Idē auctor in tertio lib. eiusdē uoluminis / dū loquit de diuersitate sñiarum inter cōcilia / & disputat antiquiori ne an magis recētiori acquiescendū: qua de re infra tractabimus / scribit se credere cōciliū legitime congregatū errare non posse / nihilominus si cōtingeret / ut aberraret quid postea agendū sit edocet / ex quo etiā colligit assertionē hanc / Concilium legitime cōgregatū in causis fidei falsum iudi care non posse: Apud eundem auctorē ueritatem indubiā non continerae. Nul lus autem Christianus addubitauit unq̄ Iudicium uniuersalis ecclesiæ errare pos se / & in ferenda sententia si contingeret & in acceptanda ea quæ a pontifice eccle siæ capite & uniuersali concilio eam repræsentāte proferretur: quæ quidē cum re cipitur non secus suscipienda est / ac si eam tota ecclesia unica uoce sanxisset. Hoc

autē innotescit cum huiuscemodi concilij uel pōtificis decretis ab ecclesia publice
nō resistitur & ab eis præsertim ꝗ doctiores sanctioresq́ habent̃ imo consentit̃/le
ges em̃(ut Augustinus ait) instituunt̃ cum ꝓmulgant̃/firmant̃ autē cum moribus
utentiū approbant̃. Innotescit quoq́ ex doctoribus cōmuni fere consensu proba
tis ꝗ & doctrina & fide celebres habiti sunt/hoc est si eoꝝ dogmatis uel consona
uel aduersa sunt q̃ decernunt̃/de quibus in seq̃ētibus sumus locuturi : Diximus
postremo in Theoremate necessario credendū & obseruandū/quia nō quicq̃d re-
cipit ecclesia & legit/id ꝓpterea uerū ab oībus necessario credi debet/nec quicquid
docet obseruādū/id ꝓpterea obseruari necessario cōpellimur (ut īfra docebimus)
Nanq́ in alijs præterq́ in ijs/quæ pertinēt ad substantiā fidei/& mores ad christia
nam uiuendā uitā necessarios errare eam posse creditū est: Cū autē dicimus ad fi-
dem & mores nihil aliud est dictu/q́ ad substantiā fidei simpliciter & absolute/nā
& mores necessarij ad fidē pertinēt/de quibus præcepta & in lege & in euangelio
habent̃: diximus nos tñ bifariā & fidē & mores ut & in tellectū & uoluntatē / pra-
cticāq́ & speculatiuā cognitionē notaremus/pro fide partē sumentes eā / quæ ad
credenda tantū spectat/non autē operanda/ꝓ moribus uero q̃ ad practicā & ope-
rationē pertinēt: q̃ tñ sub necessaria fide continent̃: in alijs inq́ pręterq́ in ijs q̃ ad
hanc fidei substantiā ꝑtinēt falli ea potest & fallere qđ & Tho. cum alibi tū in quo
libetis ubi de canoniçatione sanctorū ꝑtractat/ & Panormitanus Abbas eo ī loco
quē paulo ante cōmemorauimus adstruūt: decretaliū quoq́ ep̃laꝝ textus ipse cō
firmat/falli ecclesiā posse q̃nq́ & fallere. Scribitur em̃ atq́ huius rei exēplū sępe cō
tingit uidere falsis eā inditijs & testibus motā nequissimis(q̃ tamē uera autumet)
hoīem cogere posse uxore quā desponsauit relicta cū alia fœmina tanq́ legitima
cōiuge habitare/sed nec illa ipsa iudicijs suis omnibus aut assentire aut parere nos
cogit. Quæ autem sub hoc numero compręhendantur/& quæ in nostra facultate
quasi reponantur: Sequentia Theoremata indicabunt.

THEOREMA QVINTVN.

¶ Vetus & nouum testamentum diuinarum litterarum credendū/singulisq́
sensus eorum litteralis sententijs incunctanter adhęrendū esse.

Expositio.

I quemadmodū ꝓbauimus ecclesiæ iudicijs decretisve credendū est ne
cessario: seq̃ēs est ut ueteri nouoq́ testamēto singulisq́ eorū adhęrea
mus/q̃ oīa eccl̃ia ipsa uniuersa recepit/probauitq́ & credēda nobis ob
seruandaq́ mādauit in ea etenim diuina nobis insinuat̃ uolūtas eiusq́
ope de his oībus quæ ad consequendā salutē uel necessaria uel utilia nobis sunt in
struimur/sed ad sectandas uirtutes fugandaq́ uitia nō erudimur/ mō ipsa lectiōe
sed etiā flāmamur/atq́ in diuinū amorē nisi obstinata uoluntate obstiterimus trā
formamur. uerū & si oñderimus utrūq́ testamentū deū habere auctorē fuerit du-
bio ꝓcul manifestū/ea uti diuinas leges/& cōsulta a nobis & credēda esse/& obser
uāda/hinc aūt nō difficulter ꝓbat̃: aut. n. creatura bona/aut mala eius inuētrix fuit
aut ipse deus naturæ auctor. At sane seu malus homo/seu dęmon iniquus maloꝝ
oīm caput prodere id nunq́ posset/quo mala oīa ꝓhiberent̃/q̃ mirum in modū pa
trari affectat quoq́ suaderent̃ bona & ꝓmitterent̃/q̃bus totis ip̃e uiribus aduersat̃
Quippe cū in sacris litteris nil aliud tradat̃/q́ sectādas esse uirtutes / fugāda uitia/
pœnas improbis paratas/probis p̃mia: homo autē bene institutæ mētis nequaq́
id sibi arrogaret/qđ dei solius est propriū alioquin nō iam bonus sed pessimus iu
dicaret̃/quādoquidē mēdaciū om̄e dānabile ꝓbant sacrę litterę/quāto magis in re

tam ſeria tantiqꝫ diſcriminis mentiri & æternã fœlicitatem promittere / Cõminari
ſempiternas pœnas & cætera id genus quæ ſupra hominẽ ſunt / hęc enim ad deũ
ipſum dũtaxat omniũ conditorẽ ſpectat: Sed & in ipſis ſacris litteris prenũciata
fuerũt nõnulla de futuris ad quę nõ attingit ratio multiſqꝫ annorũ milibus ea po-
ſtea euenerũt / Nec tam ad hebræos ꝙ̃ ad exteras quoqꝫ nationes Chaldeos / Aſſy-
rios / Perſas / Babylonios / Romanos pertinentia / qđ equidẽ neqꝫ caſui fortunæve
ꝓpter admirandũ eorũ ordinẽ / Neqꝫ humanæ ſagacitati ob multifariã rerũ ipſarũ
uarietatẽ mirãqꝫ locorũ & tẽporũ intercapedinẽ poteſt adſcribi : Adde ꝙ ipſæ lit-
teræ purgãt ſingulari ꝓrogatiua illuminãt & perficiũt cultores ſuos / qđ nulli unqꝫ
dogmati cõceſſum eſt ſolæqꝫ dæmonũ / & idolorũ cultũ ſubuerterũt / & expulſis
erroribus ueritatẽ mundo diſſeminarũt: & quanto magis oppugnatæ / tãto magis
propugnatæ fuerũt doctiſſimis etiã gentiũ philoſophis pro tutandis eis mortem
ſubeuntibus . Quibus rationibus colligere poſſumus ipſum deũ auctorẽ & eſſe
& haberi debere utriuſqꝫ teſtamenti / & ꝗ ea promulgarũt ſcripſerũtqꝫ diuino ſpũ
actos fuiſſe / uetus autẽ & nouũ teſtamentũ appello libros illos / qui ab eccleſia ca-
tholica in cãnone Biblię recepti ſunt / tã & ſi uetus teſtamentũ ꝓprie illud uocetꝰ qđ
datũ eſt in monte Syna / ut Augu. ait in libro retractationũ nixus uerbis apl'i / ſed
iuxta eccl'iæ conſuetudinẽ teſtamentũ uetus illud uocamus qđ a ꝓphetis & ſan-
ctis uiris ante aduentũ Chriſti in carnẽ editum eſt / & ab Hebræis ſumma ſemꝑ re-
ligione ſeruatũ de cuius libris Ioſephus in libro contra Appionẽ ſcribit oĩbus gẽ-
tis ſue hoĩbus inſitam hanc / & quodammodo ingenitã eſſe fidẽ / credere dei ea eſſe
conſulta / & his iugiter inhęrere ac pro ipſis ſi ita popoſcerit res libenter & animã
ponere tantoqꝫ ſæculo iam pręterito / neqꝫ addicere illis quicquã nec auferre / nec
trãſformare quẽpiã unqꝫ ꝑ̃ſumpſiſſe / Idẽ fere de antiq̃tate Iudaica ſcribẽs ediſſerit:
& Philo in lib. cui de hypotheticis titulũ fecit mirũ ſibi uideri ait / duobus annorũ
milibus / & eo amplius nec uerbũ unũ imutatũ fuiſſe / cẽtieſqꝫ unũ quenqꝫ iudeoꝝ
mori malle / ꝙ̃ Moſayce legi derogare: In enumerãdis autẽ libris huius teſtamenti
qđ ita appellauimus ex cõſuetudine eccl'iæ diſtinguẽtes ipm̃ a nouo de q̊ ſumus
acturi uarij uaria ꝑdiderũt / ſũtqꝫ apud nos in auctoritate libri multi eius uolumi-
nis qui nihilominus ab Hebræis nõ recipiũtur . Athanaſius magnus in epl'a tri-
geſima nona ad monachos de canonicis libris ad hunc modũ ſcripſit / & ita nullo
ornatu ſed ſimplici ſermõe & rudi quaſi uerbũ uerbo redditũ eſt nec aliter in re tã
graui & tanti ꝑ̃iudicij interpretari uoluimus / ſunt igitur ueteris teſtamẽti libri nu-
mero oẽs . xxij . tot em̃ (ut audiui) & elementa Hebræorũ eſſe traditũ eſt / ordine au-
tem & noĩe unuſquiſqꝫ ſic ſe habet / Primus Geneſis / itẽ Exodus / itẽ Leuiticus / &
poſt hunc Numeri / & reliquũ Deuteronomiũ / poſt hæc Ieſum Naue / & Iudices /
poſt hunc Ruth / & rurſus deinceps Regũ quattuor libri / & horũ quidẽ primus
& ſecũdus in unũ librũ numerantꝰ / tertius autẽ & quartus ſimiliter in unum . Poſt
hæc autẽ Paralipomenõ primus & ſcđs ſimiliter in unũ librũ / poſt hæc autẽ liber
Pſalmorũ / deinceps Prouerbia / deinde Eccleſiaſtes / & Cantica canticorũ / ad hæc
etiã eſt Iob / & ꝙ reliquũ eſt prophetæ duodecim quidẽ in unũ librum numerati /
deinde Eſaias / Hieremias & cum ipſo Baruch / Lamẽtatiões / Epl'a / & cum hijs Eçe-
chiel / & Daniel / & hæc quidẽ ueteris teſtamenti . Noui rurſus euangelia quattuor /
ſcđm Mattheũ / ſcđm Marcũ / ſcđm Lucam / ſcđm Ioannẽ . Deinde poſt hęc Actus
apoſtolorũ / & Epiſtolę catholicę vocate apl'orũ ſeptẽ ita / Iacobi quidẽ una / Petri
uero duę / deinde Ioã . tres / & poſt iſtas Iude una : ad hæc Pauli apl'i ſunt / Epiſtolæ
quattuordecĩ ordine ita ſcriptæ ad Romanos ad Corinthios ſcđæ / & poſt has ad
Galathas / & deinceps ad Epheſios / deĩde ad Philippẽſes & ad Colloſcẽſes & poſt

has ad Theſſalonicenſes ſcd'as/& ad Hebræ os/& ſtatim ad Timotheũ ſcd'e/ad Ti-
tum/& ultima quæ ad Philemonẽ/& rurſus Ioan. Apocalypſis. Hęc quidem ſunt
fontes ſaluatoris. uerũ etiã ex maiori diligẽtia addo etiã hoc ſcribẽs neceſſario / ꝙ
ſunt & alij libri extra hos nõ canoniçati qdẽ firmati aũt a patribus/legũtur autẽ ac
cedentibus ad fidẽ/& uolẽtibus cathethiçari ſermone pietatis: ſapiẽtia Solomonis
& ſapientia Syrach/& Heſter/& Iudith/& Thobias/& doctrina uoçata ap̄ſorũ &
paſtor/Et tamẽ dilectiſſimi & illorũ cãnoniçatorũ & horũ lectorũ/nuſꝗ apocry-
phorũ memoria/ſed hæreticorũ ſunt inuentio ſcribentiũ quidẽ quãdo uolũt iſtos
Largientiũ autẽ & addentiũ iſtis tp̄s ut tanꝗ antiquos offerẽtes occaſionẽ habeãt
cum his decipere integros uiros. Ioãnes Damaſcenus quoqꝫ ait in libro ſentẽtiarꝫ
ſciendũ autẽ ꝙ. xxij. libri ſunt ueteris teſtamenti ſcd'm elementa Hebraicę uocis.
xxij. enim elementa habent ex quibus quinqꝫ duplant̃ ut fiant ipſa. xxvij. duplex
ẽm eſt Caph/& Men/& Num & Phi/& Sedi. Ideoqꝫ libri ſcd'm hunc modũ. xxij.
qdẽ numerant̃. xxvij. aũt iueniunt̃/qa quinqꝫ ex ipſis duplant̃: copulant̃ ẽm Ruth/
Iudicibus & numerant̃ apud Hebręos liber unus. primus & ſcd's regnorũ : unus
liber : tertius & quartus/regnorum unus liber/primus Paralipomenõ/& ſecũdus
unus liber: primus & ſecundus Eſdræ/liber unus. Ita igitur cõponunt̃ libri/in pen-
tateuchis quaternitatibus: & manent alij duo ut endiatheci. i. diſpoſiti libri ſint/ita
quinqꝫ legales Geneſim/Exod'. Leuiti. Numeros / Deuteronomiũ / hec prima eſt
pẽtateuchos/quę & legiſlatio: deĩde alia pẽtateuchos / q̃ uocãtur graphia. i. ſcriptu
ra: a qbuſdã aũt iſta agiographa. i. ſacra ſcriptura/q̃ ſunt iſta: Ieſus qui Naue/Iudi-
ces cum Ruth/Regnorũ primus cum ſecũdo liber unus/ tertius cum quarto liber
vnus: & duo Paralypomenõ liber unus/hec ſecũda pentateuchos/ tertia pentateu
chos uerſificales/libri Iob/Pſalteriũ/Prouerbia Solomonis/Eccleſiaſtes eiuſdẽ/ Cã
tica canticorũ eiuſdẽ: quarta pentateuchos eſt propheticus/qui. xij. prophetarum
liber unus/Eſaias/Hieremias/Eçechiel/& Daniel/deinde Eſdræ duo ĩ unũ copula
ti/librũ & Heſter/panaretos aũt hec eſt Sapiẽtia Solomonis / & ſapiẽtia quã pater
quidẽ Syrach cõpoſuit Hebraicæ/Gręce autẽ interpretatus eſt qui huius quidem
nepos Ieſu/Syrach autẽ filius uirtuoſi quidẽ & boni/ſed nõ numerant̃/nec iacebãt
in arca; Noui aũt teſtamẽti euãgelia quattuor quod ſcd'm Mattheũ: qd' ſcd'm Mar
cum: quod ſcd'm Ioannẽ: quod ſcd'm Lucã. Actus ſanctorũ apoſtolorꝫ/ per Lucã
euangeliſtã/ catholicæ epiſtolæ. vij. Iacobi una/ Petri duo/Ioannis tres/ Iude una/
Pauli apoſtoli. xiiij. Apocalypſis Ioãnis euãgeliſtæ/& cãnones ſanctorũ apoſtolo
rum per Clementẽ. Hæc illi fere ad uerbũ neqꝫ ẽm ſenſum tantũ ſed & uerba red-
dere uoluimus/& qui græcę neſciunt a nobis nil aliud quantũ ad hoc attinet exi-
gant Damaſceni uerba exſcripſimus / Athanaſij interpretati ſumus/ Naçiãçenus
de huiuſcemodi libris multa carmine Iambico & itẽ Amphilochius ſcripſere ſed
fere conſonat Hierony. cui maxima habet̃ fides in eccleſia in ijs pręſertim quæ ad
ſacrarũ litterarũ tranſlationẽ ſpectãt eius ẽm traductione utit̃ eccl'ia Romana po-
tiſſimũ præter Pſal. a. lxx. interpretibus uerſos is inqꝫ Hieronymus in prologo ga
leato inter cãnonicos libros ueteris teſtamẽti hoſce dũtaxat enumerat: In primo or
dine qnqꝫ Moſis libros ponit/Geneſim/Exodũ/Leuiticũ/Numerũ / Deuteromiũ/
quos ꝓprie a Iudęis thorat. i. legẽ dicit appellari: ĩ ſcd'o ꝓphetas collocari ab eiſdẽ
dicit/Ioſue uidelicet librũ/Iudicũ/Ruth/quanqꝫ Ruth liber & cynoth / hoc eſt Hie-
remiæ threni inter agiographa a nõnullis ſcriptitent̃. Quattuor itẽ libros regũ Sa
muel & Malachim prænotatos/Eſaiã quoqꝫ Hieremiã/& Eçechielẽ/& duodecim
ꝓphetarũ librũ. In tertio conſtituit agiographa librũ uidelicet Iob/ Pſalmorũ/So-
lomonis prouerbia/Eccleſiaſtẽ/Cantica canticorũ: Danielẽ itẽ & duos libros Pa-

ralipomenō duos Esdræ/ & Hester librum. Hi sunt quos pro canonicis haberi ab Hebræis cōmemorat quanq̄ a nostris aliter numeretur. Subditq; ipse Hierony/ mus prologū illū scripturarū/ ubi hæc narrat quasi galeatū principiū libris oībus/ quos de Hebræo uertit in latinū conuenire posse/ ut noscere queamus/ quicqd ex tra cōmemoratos libros est/ inter apochrypha esse ponendū/ dein subiūgit: Igit sa pientia q̄ vulgo Solomonis inscribit/ & Iesu filij Syrach libꝝ/ & Iudith/ & Tobias & pastor nō sunt in cānone/ & Machabeorū quoq; primū librū hebraicū se repe/ risse: Secundū Grecū esse meminit qđ ex ipsa phrasi ꝓbari potest. Libros uero no ui testamēti Hiero. ipse in epl'a ad Paulinū hosce cōmemorat/ Matthei/ Marci/ Lu/ cæ/ Ioannis euāgelia/ Pauli apl'i epl'as quattuordecim (tā & si eam/ q̄ ad Hebræos scribitur poni extra numerū a plerisq; dicat) Actus itē apl'oꝝ quos Lucas cōscri/ psit Ioānis Thadei Iacobi/ Petri epl'as/ & Ioānis euangelistę Apocalypsim/ Augu. autē. ij. libro de doctrina christiana horū oīm mentionē facit prætereq; libri Pasto/ ris & apochryphorū Esdr & Baruchę: distinguit tñ eos alio ordine/ q̄ Hiero. aitq; sequendū usum catholicarū ecclesiarū inter quas esse illas docet/ q̄ apl'icas sedes & epl'as habere meruerūt/ subdiditq; modū q seruādus esset in fide pręstāda uolu minibus eiusmodi cum nō singulæ eccl'iæ singula reciperēt/ qđ factū puto/ ob ea uolumina q̄ inter apochrypha a Hierony. numerant. Ruffinus uero Aquileiēsis in expositiōe symboli diuinas scripturas numerās cū Hierony. cōcordat/ circa or/ dinē tñ euariat/ Libros aūt illos Thobię/ Iudith/ Machabeorū/ Sapiētię/ Ecclesiasti/ ci pastoris/ quanq̄ in cānone nō reponit Ecclesiasticos/ tñ dicit nuncupatos eosdē q; iuxta maiorū auctoritatē in ecclesijs debere legi/ nō tñ ꝓferri ad auctoritatē fi/ dei cōfirmandā: Nicolaus quoq; lyra in ꝑfatione in librū Thobiæ dicit/ neq; eum neq; Iudith/ neq; Machabeorū/ neq; Sapiētiæ/ neq; Ecclesiastici/ neq; Baruth/ neq; ultimos Esdræ in cānone haberi/ recipi tñ in ecclesia legiq; ad mores informādos quanq̄ eorū auctoritas ad probanda ea q̄ in contentionē ueniunt minus idoneā reputet: Nixus utputo Hieronymi auctoritatibus pluribus in locis cōmētationū suarum de huiuscemodi differētis/ atq; etiā in proemio libri Iudith/ & in epistola ad Cromatiū & Heliodorū/ quæ parabolis Solomonis præponi assolet in qbus idē fere de Thobię libro/ Iudith/ Machabeorū/ Ecclesiaste/ & Sapientia refert q̄uis in prologo libri Iudith eum dicat a synodo Nicena in numero sacrarū litterarū cō putatū ferri. Ideq; archieps Florētinus scribit: licet autē. iij. Ecclesiasticæ historiæ li bro nōnulla de huiuscemodi rebus Eusebius tradat. Robertus itē Olchot/ & recē tiores non parū multa scripserint: atq; primus oīm Dionysius areopagita in libro de Ecclesiastica hierarchia cānonicos libros generatim tradiderit firmiter tñ hęrē dum credo sentētiæ Hierony. cuius auctoritas me mouit: ne multo altius q̄ a suo tēpore de librorū horū ordine disputarē/ cum & illis floruerit tēporibus/ quæ do/ ctis hoībus abundabant & multa ex gestis ueterū theologorū legerit/ quæ nunc ꝑiere/ ꝑitissimus quoq; fuerit & Græcę & Hebraicæ litteraturæ/ & demū eius testi/ moniū ab ecclesia pro sanctissimo habeatur. Cæterū scire cōuenit antiqui testamē ti uolumina per nouū probari. Dicit enim Christus ultimo capite Lucę: Quoniā necesse est impleri oīa quæ scripta sunt in lege Mosi & prophetis & psalmis de me. rursum quoq; in euangelio scribitur: Donec transeat cœlū & terra iota unum aut unus apex nō præteribit a lege donec oīa fiant. & paulo post subdit. Cœlum & terra transibunt/ uerba autē mea non præteribūt. Tota quoq; apostolica doctri na quæ & scriptis & uoce promulgata est/ noui testamēti auctoritate firmata ro/ borataq; est/ dum Christus ad apl'os loquens ait: Qui uos audit me audit/ & qui uos spernit me spernit/ qui autem me spernit/ spernit eum qui me misit: Hanc noui

ueterisq; testamenti auctoritatē christiani doctores oēs una uoce prędicarūt/ una uoce extulerūt;pręsertim Augustinus in principio libri primi de trinitate & libro de unico baptismo/& in epl'a ad Hieronymū/ipse quoq; Hieronymus multifariā/ sed & oēs deniq; tam Latini doctores q̃ Græci. Litteralis autē sensus in Theoremate mentionē habuimus/ quia ex eo efficax ad res fidei probandas argumentū sūmitur/is autē est quē diuinæ scripturæ primarius auctor deus per uoces intelligi uoluit/ cuiq; initūtur alij tres sensus diuinorꝝ eloquiorꝝ ꝓprij/ qui per res ipsas significātur/ diximus sententijs singulis/cum quęlibet ueritas sententiaq; supposito fidei lumine euidētissimū sit principiū ex quo cōclusiones elici deduciq; possūt Qua de re prudentissimus theologus Ioānes Gerson dici posse ait tot esse fidei articulos quot in sacris litteris ueritates continentꝰ nisi tā&si (ut inqui) fieri possit restrictio in loquēdo ad eos q ī apostolorū symbolo cōclusi/trinitatis/īcarnationisq; mysteria recta(ut ita dixerim)linea cōcernūt. Hæ quoq; cōclusiones maxime proprie de fide dicuntur quæ ex ueteri scilicet nouove testamēto trahuntur/ uel quæ ex ijs quæ tractæ iam sunt/certa connexione dependent.

THEOREMA SEXTVM.

¶ Quicquid apostolorum relatu uti necessario credendum obseruandumq; ecclesia suscepit/credi & obseruari necesse esse.

Expositio.

SI enim nouo testamento credendū necessario est in quo principē locū euangelia obtinent/sentētijs quoq; apl'orꝝ credere necessarium erit/qui euāgelia ꝓbauerūt/& qbus dictū est/ Qui uos audit me audit/ & q uos spernit me spernit. & alibi/ Quod dico uobis in tenebris dicite in lumine/ & qd' in aure audistis/ꝑdicate super tecta: ij autē quanq; aliqua scripsere/nō tñ oīa/ pleraq; autē litterarū monumētis minime relata/uerbo tradita sunt/ qui mos in mysterijs plurimū nō solum apud ueri dei cultores/ sed & apud gentes Indos.&. æthiopas/ Aliasq; nationes seruatus est/nec solū in mysterijs/ sed & in cōmuni uita & legibus id ipsum a Lacedemonijs obseruabatꝰ Rursus cum fides nostra hoc ueluti fundo hæreat/ꝙ quicqd a deo reuelatū est uerū sit/ Nanq; ut sapienter Thomas docet reuelationibus ijs/quæ factæ apl'is & ꝓphetis sunt quos constat cānonicos libros scripsisse/nr̄a fides inititur sequēs est/ut si alia eiusmodi nō scripserint/ sed reuelarint pari pacto eis īherere nos oporteat/ Fides em̄(ut ait apl's)ex auditu/ auditus autē ꝑ uerbū Christi: Multa autē Christus ipse effecit/ quę mādata lr̄is nō sunt queādmodū ex Matthei apl'i euāgelio colligitꝰ/& ip̄e Ioānes in fine euangelij sui manifeste profitetꝰ. Sed & Paulus apud Lucā in actibus apl'orꝝ sic loquitꝰ: Meminisse nos oportet uerbū dn̄i nostri Iesu Christi/ qui dixit/Beatius est dare q̃ accipere: qd' tñ nullus euāgelistarū rettulit: Vnde Hiero. scribit hoc in euāgelio nō legi/neq; oīa in eo scripta esse/sed forsan Paulū hoc ab apl'is audiuisse/ uel a spiritu sancto ꝑcepisse/cuius opinionis & Nicolaus lyra cōmeminit eandeq; repetit. scribit & Augu. libro. iij. de baptismo paruulorū illa q̃ nō scripta seruat uniuersalis ecclesia ab apl'is accepta esse/docēte Christo / sicut Paulus de corporis & sanguinis dominici communione in prima ad Corinthios epl'a scribit/ quod accepi a dn̄o tradidi uobis/Cætera autē cum uenero disponā. Idē Augu. qd' & in decretis distinctione undecima relatum est/ scribit ecclesiasticarū institutionū/quasdā in scriptis quasdā uero apl'ica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus/quasdam uero cōsuetudine roboratas approbauit usus/ quibus par ritus &

utriſꝗ pietatis debet̃ affectus atꝗ huiuſce rei exẽpla ibi multa cõgerit/idẽ in libro de chriſtiana fide/uti eadẽ decretorũ diſtinctiõe uidere datur: catholicã inquit ec-cleſiã per orbẽ terrarũ diffuſam tribus modis exiſtere/ auctoritate ſcripturarũ uni-uerſali traditione/& ꝓpria particulariꝗ inſtructiõe/totã autẽ eccleſiã duobus illis prioribus modis cõſtringi:hoc autẽ tertio priuatã tantũmodo & particularẽ quã-libet eccleſiã gubernari/quapropter etiã aduertendũ:ꝙ cõſuetudines Romanę ec-cleſiæ ꝓut diſtincta eſt/cõtra uniuerſalẽ eccleſiã nõ obſtringũt uniuerſos/ nã hæc proprie ut talis.ſ.eccleſiæ conſuetudo/uniuerſalis traditio non eſt/unde & Hiero-nymus ad euagriũ ubi dixerat orbẽ urbe maiorẽ eſſe/ de Romana quadã conſue-tudine loquẽs ait:quid mihi ꝓfers unius urbis cõſuetudinẽ: uidemus etiã noſtra ætate eccleſiaſtica officia iuxta Romanã cõſuetudinẽ/qbus clerici quottidie utun-tur diuerſa eſſe ab illis/quę apud mediolanẽſem eccleſiã ſunt/diuerſa a monachis diuerſa a pręd icatoribus diui Dñici/diuerſa a Carmelitis a Carthuſienſibus/ quin imo alĳs prouintĳs alia ſunt/ ut nuper cũ eſſem in Germania audiſſemꝗ in Augu-ſtę uindelicorũ tẽplo ſeruari diuini officĳ ordinẽ aliũ/ ab illius eccleſiæ cãnonicis diuerſumꝗ oĩno ab eo quo Romana utitur curia admirãs ꝑcunctatus ſum ab ec-cleſię decano/qui forte ꝓximus erat quid ſibi uellet/ qđ ab alĳs clericis diſſentirẽt/ aliumꝗ oĩno ordinẽ & in pſal. & in antiphonis/ & reliquis cerimonĳs ſeruarẽt/re-ſpondit ita eſſe in uſu Germanis/totꝗ fere diuini eſſe officĳ diuerſitates quot dio-ceſes/qnimo aduertendũ multa q̃ in decretis numerant̃ apochrypha/ & ita apud Hieronimũ habent̃ nihilominus in officĳs diuinis legi. Multa itẽ quæ apud aliq̃s uera nõ credunt̃/exemplũ ſit de conceptione uirginis/ quã cum originali peccato cõceptã & olim doctores multi & quidẽ ſanctitatis titulo inſignes tenuere/& nũc a p̃dicatorꝝ ordine paſſim tenet̃ ſanctificatãꝗ in utero/& ab originale mundatã p̃-dicat̃/quã tum ab omni etiã originali labe ſemꝑ ĩmunẽ & Romanæ curiæ officiũ canit id p̃ſertim qđ recens confectũ eſt & animorũ ordine defendit̃ p̃dicaturꝗ & per Xyſtum quartũ eius nois põtificem decretũ eſt poſſe quãlibet harũ aduerſan-tiũ opinionũ ſine peccato hęreſiſꝗ uitio credi. Sæpe itẽ nouæ & ſequẽtiæ & ora-tiones cõponuntur/ quare nõ omne qđ legit̃ in eccleſia eandẽ fidei uim poſſidet/ ut etiã hoc in libro alibi fuſius probatũ/quin imo canit̃/quandoꝗ quidpiã & pu-blice oratur/cuius oppoſitũ petendũ a theologis ſuadet̃ exẽplo hoc pateat/oratur ꝓ põtificis uitę prorogatiõe in eccleſia p̃ſertim in die paſſionis Dñicæ in diſtincte & nihilominus ſi malus & incorrigibilis & eccleſiæ hoſtis Thomas docet ut eius mors precibus adeo poſtulet̃/ſed iã ad ꝓpoſitũ redeundũ eſt. Alexander põtifex eius nois tertius in decretali epł̃a q̃ ſub titulo de celebratiõe miſſarũ repoſita eſt/ ſa-ne inquit multa tã de uerbis q̃ꝫ de factis dñicis inuenimus ab euãgeliſtis omiſſa/q̃ etiã apoſtoli uel ſuppleuiſſe uerbo uel facto expoſuiſſe legunt̃/ hæc ille ad uerbũ Quapropter hæc oĩa utpote a Chriſto eiuſꝗ diſcipulis manãtia credenda nobis/ & obſeruãda ſunt: Sanctus em̃ ſpũs quo Chriſti eccł̃ia regit̃ om̃e id qđ ei ad con-ſequendã fœlicitatẽ uel neceſſariũ uel cõducibile eſſe uoluit/modo ſcriptis/modo uerbo/mõ occulto quodã afflatu edocet:uidemus enim multa (uti diximus) quæ tanꝗ neceſſaria ſeruant̃/cum tñ uerbo tm̃/nõ aũt ſacrę ſcripturę lr̃is explicata ſint. Alia quoꝗ eſt reperire q̃ nec ſacris litteris nec apł̃orum uocibus inſinuata nobis ſunt/ſed eccleſiæ dũtaxat auctoritate ſancita/quã ſpũſſanctus afflauerit/ nec ſecus uidetur in eccł̃ia agi/q̃ corpus eſt myſticũ ac in naturali corꝑe agit̃/in quo quanꝗ ꝓncipaliũ mẽbrorũ maximeꝗ neceſſariorũ habeat̃ cognitio/multa tñ ſũt neceſſa-ria mẽbra/ neceſſarĳꝗ meatus/ q̃ nihilominus latẽt:quorũꝗ aut medicinę ſciẽtia/ aut diſſectiõis ars noticiã ſibi nullã uendicarũt/nec ſecus item diuinis huiuſmodi

in rebus ac etiã in humanis agitur/in quibus sæpenumero parẽ id qđ scriptũ non est/cũ scripto iure obtinet firmitatẽ/ ut nõ solũ apud decreta põtificia & apud decretales ep̃las de cõsuetudine/sed etiã apđ legũ ciuiliũ libros. ff. de iusticia & iure/ & alibi etiã cognosci potest/p̃sertim lib. primo institutionũ titulo de iure naturali/ ubi inter alia multa ita ad uerbũ scribit̃/ex nõ scripto ius uenit qđ usus comprobauit/ nã diuturni mores consensu utentiũ cõprobati legẽ imitantur / & nõ inelegãter in duas species ius ciuile distributũ esse uidet̃: Nã origo eius ab institutis duarum ciuitatũ Athenarũ. s. & Lacedemoniorũ fluxisse uidet̃ / in his em̃ ciuitatibus ita agi solitũ erat/ut Lacedemonij quidẽ magis ea quæ ꝓ legibus obseruarẽt memoriæ mandarẽt: Atheniẽses uero ea q̃ in legibus scripta cõprehẽdissent/custodirẽt/& eodẽ lib. titu. de legitima patronorũ tutela hec habent̃: Quę & ipsa legitima tutela uocat̃/nõ quia noiatim in ea lege de hac tutela caueatur/ sed quia ꝑinde accepta est/ꝑ interpretationẽ ac si uerbis legis introducta esset. Itẽ libro. iij. titulo de acquisitione per arrogationẽ ita scribit̃/neq; le. xij. tabularum / neq; prætoris edicto/sed eo iure quod consensu receptũ est introducta est.

THEOREMA SEPTIMVM.

¶ Veritates omnes quæ ex illis quas in supioribus Theorematis memorauimus/certa & nota consequentia deducuntur in lumine fidei uel euidenti lumine naturæ necessario credendas & obseruandas esse.

Expositio.

C Oncesso enim id qđ antecedit/ & hoc qđ sequit̃ ut dialectici probant si nota consecutio concedendũ est / qua de re quicq̃d de his q̃ proprie & absolute diuinitus reuelata sunt credit̃ id ipsum de eis quæ ex illis certa & nota connexione dependẽt credendũ est. Q̃uis em̃ in ꝓpria uerborũ forma in reuelationibus illis ueritates huiusmodi non continent̃/ nihilominus eis uirtute & potestate insunt. Diximus nõ tantũ in lumine fidei/sed etiam euidẽti lumine naturæ/q̃m cõsequentia hæc lumine naturæ ne dum fidei euidentissima est/ nec aliq̃s unq̃ philosophus negaret Chr̃s. s. uerus homo est/ergo Chr̃s habet cor/ sanguinẽ/cerebrũ/necnõ & uenas/de ueritate em̃ naturę humanę est/ut eiusmodi res habeat: ob hãc causam Io. Gerson fuisse aliq̃n ait/ut sine temeritate uel fidei discrimine q̃ones fidei ad paganos philosophos ꝑferrent̃/ut acutę. s. mẽtis hoies & in disciplinis uersati noscerẽt dijudicarẽtq; supposita tñ (quanq̃ ab eis nõ credita) fide Christi: q̃d euidẽti & necessaria cõsecutiõe sequeret̃/aduersareturve/ quẽadmodum olim Niceæ factũ memoria ꝓdidit dum ibi generalis synodus haberet̃. Nr̃is autẽ t̃pibus fauẽte deo optimo maximo tanta pollẽt philosophia Christiani homines/ut amplius opus nõ sit ꝓ ueritatibus discutiẽdis æthnicos & infideles conuenire/& quia in Theoremate hoc nomẽ ueritates posuimus/nõ sic accipiendum uolumus/ut negemus uerũ aliq̃n nõ esse credendũ/etiã si ex sacris l̃ris euidẽti connexione nõ seq̃ret̃/uerũ em̃ om̃e a deo est ueritate suprema: sed de ꝓpositionibus catholicis illis intelligimus si q̃n ambigit̃ necessario ne an ꝓbabiliter tantũ sequantur: Nã si ꝓbabili dũtaxat cõnexione deducerent̃ assentire eis christianorũ obligaretur nemo/nisi qui eas sequi necessario crederet/ uerũ id erroneæ cõsciẽtiæ sic arbitranti/non autem propositioni ipsi adscribendum esset.

THEOREMA OCTAVVM.

¶ Determinatiõibus q̃ a cõcilio uel põtifice sũmo fiãt sup eis dubitatiõibus/q̃ substantiã fidei cõcernunt q̃ad dũ v̄lis eccl̃ia nõ reclamaret necessario credendũ esse.

f Ieri enim facile posset ut de ꝑpositione aliqua ambigeret̃ ꝓbabiliter ne an magis necessario ex sacris eloquijs sequeret̃ id ipm quoq; de apl̃oꝝ reuelationibus/quas diximus posset cõtingere: Quapropter cũ difficultates huiusmodi & cõtrouersię altercatiõesq; suborient̃/ qbus turbaret̃ eccl̃ia: cõsulendus esset põtifex maximus/uel ad cõciliũ generale si tũ eius adesset copia transmeandũ/& tales esse illas fidei causas inqt Ioã. Gerson quæ ad summũ pontificẽ uel sacrũ cõciliũ referẽdę sunt/si sup eis decretũ aliquod quo ad credendum obligent̃ oẽs fieri debeat/tũ eñ contra sentire nõ licet/sed tanq; diuinę leges suscipiẽdę sunt: tã & si in propria uerborũ forma cãnonicis diuinorũ eloquiorũ libris non scribant̃/sic & de ciuilibus rebus apud impatores olim factitatũ est/ut ꝑinde acceptę aliquę p interpretationẽ sint ac si uerbis ipsarũ legũ introductę essent ut est uidere in institutiõibus de legitima patronorũ tutela qđ & supra tetigimus/ ꝑlate aũt olim sanctiones huiusmodi in cõtrouersijs fidei plurimę sunt/ ut ex cõciliorũ actis & pontificũ decretis facile est uidere easq; summatim colligere satagit Io. de turre cremata in libro quẽ summa ecclesiæ nũcupauit/ dũ hæreses & errores oẽs in eis condẽnatos cõgessit/exorsus est a prima Nicena synodo & adusq; cõcilium Constãtiẽsę ꝑuenit/in quo eccl̃ia diuturno illo schismate uexata sub Martino eius nois quinto põtifice quieuit. Decernũt autẽ põtifices cõciliaq; quandoq; p se se cũ aliquid/uidelicet aut nouũ aut qđ nouũ uidet̃ dogma moliunt̃/ quãdoq; etiã doctorũ uirorũ auctoritate/ cum particularia.s.aliqua eorũ dicta cõfirmãt auctorãtq;. Scribit̃ eñ in determinatõe quinti cõcilij qđ & Thomas Aqnas refert in iiij. libro aduersus gẽtes/sequimur p oĩa sanctos patres q; doctores eccl̃ię/Athanasiũ/Hilariũ/Basiliũ/Gregoriũ theologũ/& Gregoriũ nisenũ/Ambrosiũ/Theophilum/Augustinũ/Ioannẽ Constantinopolitanũ/Cyrillũ/Leonẽ/Proculũ/& suscipimus oĩa q de recta fide & condẽnatiõe hereticorũ exposuerũt: Aĩaduertendum autẽ nõ temere sed cõsultissime particulã illã/de recta fide & condẽnatione heretiorum appositã neq; eñ quæcũq; dixerũt/ꝓbata adeo sunt ut cõtra sentire nõ liceat/& hanc sñiam Ioã. de turre cremata scribẽs inqt cum ecclesia doctorũ aliquorum opuscula probat/nõ ob id intelligendũ est/oĩa in eis cõtenta ꝓbari/sed ea dũtaxat quæ de recta fide & condẽnatione hæreticorũ exposuerũt inconstitutionibus etiã sextæ synodi/nõ nullorũ doctoꝝ opuscula probata sunt/qđ etiã in decretis legitur distinctione. xv. Animaduertendũ aũt non oĩa uerba & particulas quæ in põtificijs epistolis & constitutionibus ponunt̃/ eandẽ uim obtinere/pleraq; eñ uice proemij quãdoq; fungunt̃/ nõnulla disputant̃ interdũ / aliqua sæpenumero narrant̃/quędã item ꝓbabiliter afferunt̃/sed ad illud proprie respiciendũ est/quod decernit̃/qđ sancitur/quod ꝓprie uel mandat̃/uel prohibet̃. Cæterũ illud maximo argumẽto est/cum doctorũ opuscula probant̃ nõ omnia eoꝝ dicta probari/quia multorũ probant̃ libri q tamẽ in alterutrũ scripsere cõtrariaq; & pugnantia chartis mandauere/ Augu. enim de ope sex dierũ geneseos scribẽs ab alijs doctoribus eisdẽq; sanctis discordat/idem a Hieronymo de auctore psalmorũ/de repræhensione Petri a Paulo/de cessatione legaliũ dissentit: Gregorius a Dionysio de ordinibus angelorũ euariat/Item Hieronymus cũ Augu. non sentit/ de sanctis in fine mundi morituris & de prædicatione euãgelij in omnẽ terrã. Eidem Hieronymo Augustinus / Ambrosius / Cæteri de promotione bigami aduersantur. Aliæq; huiuscemodi multæ inter ipsos controuersiæ reperiuntur / quarum multas in prima apologiæ suæ quæstione Picus patruus commemorat / sed cum eorum dogmata circa rectam fidem & hæreticorum condemnationem uel a concilio uel a pontifice probantur sequenda & obseruanda sunt: representat enim concilium

legitime congregatū vniuerſalē eccleſiā. Pontifex aūt eccleſiæ caput eſt Petri ſuc-
ceſſor Chriſtiq́ꝫ uicarius cui ſi ad pōtificatū habilis cānoniceq́ꝫ electus fuerit/neceſ
ſario Chriſtiani oēs ſubeſſe debent queādmodū per multos cānones ab eccleſia
uniuerſali receptos oſtendit/& Thomas probat cōtra errores Græcorū/atq́ꝫ a Bo
nifacio eius nois.viij.pōtifice exprimitur / & a Martino.v.eiuſdē nominis pontifi
ce in ep̄la decretali de concilio Cōſtantiēſi confirmatur/ ꝙ ſi quis forte obijciat nō
uideri ſibi ſanctos illos priſcos pontificē ueneratos ita fuiſſe ut primas illi in uni-
uerſa eccleſia palam publiceq́ꝫ conceſſerint/ſed neq́ꝫ eum pro ambiguis cōtrouer
ſisq́ꝫ fidei rebus ſciſcitatū ſemper miſerint/imo & in faciē reſtiterint/atq́ꝫ in ſcriben
dis epiſtolis non ſecus eos ac alium quempiā epiſcoporū honorare uiſi ſint. Re-
ſpondendum cenſeo priſcæ illius eccleſiæ ſimplicitatem fuiſſe in cauſa/ut eiuſmo-
di dignitatis faſtigium omni ambitione dimiſſa omni admiſſa humilitate ſpecta-
retur Tum & illud addi fortaſſe poſſet temporaria illa bona quæ nunc eccleſiaſti-
ci homines poſſident/occaſionē dediſſe/ut & aliqui pontifices ſe nimis extulerint/
& ueluti deos honorari ſuſpiciq́ꝫ uoluerint & ſubiecti illis epiſcopi nonnulli & ſa-
cerdotes ob auariciam & ambitionē in ea ipſa opinione continuis eos adulationi
bus confirmarint.ſed huc appellere animum eos oportet/ Chriſtum uidelicet ec-
cleſię caput fuiſſe/nec a chriſtianis hoc negari poſſe nihilominus tanta ob eius hu
militatem familiaritate ſecum iungebantur diſcipuli uti & ſimul diſcumberent &
in gremio etiā recūberēt/Petrū itē quanq́ꝫ oues ei ſuas Chriſtus paſcēdas cōmiſit/
nihilominus a Paulo repræhenſum eſſe/ quia repræhenſibilis erat/ idq́ꝫ patienter
eum & chriſtiane tuliſſe/ſed & illud etiam ſubdendum ꝙ occupata tum maiori-
bus in rebus eccleſia / non erat ocium de ſummi pontificis primatu curioſe per-
quirere diſputareq́ꝫ quouſq́ꝫ eius ſe poteſtas extenderet/ quidue poſſet ī ſubditos
quid non poſſet/contra gentes enim/contra hęreticos quæ grauior expeditio prę
lium tunc erat/nec ſciſcitatum celebriter adeo pontificem in fidei controuerſijs ꝓ-
pter bella & perſecutiones mittebatur; ſed conuentus agebantur quibus abſq́ꝫ
pontifice in cauſis fidei qn̄q́ꝫ quid ſanctum quid prophanum eſſet decernebatur/
expulſis autē Idolis/profligatis hęreticis ad eiuſmodi ſoluendas difficultates theo
logi & iuris interpretes mentem appulerūt: enimuero & ipſam pontificis aucto-
ritatem ſanctiſſimi probatiſſimiq́ꝫ uiri Franciſcus/ Dominicus / alij dictis factiſq́ꝫ
confirmarunt/& ſe ſuoſq́ꝫ ſectatores eius obediētiæ humillime ſubdiderunt/ idq́ꝫ
faciendum multis ſanctorum uirorum fœminarumq́ꝫ reuelationibus confirma-
tum eſt/ſed nec defuit pontifici auctoritas priſcis ſæculis apud omnes eccleſias:
quanq́ꝫ nō ita celebris & prędicata/ legimus em̄ placuiſſe Nicenæ ſynodo ut eius
acta ad Silueſtrū Romę urbis epiſcopū mitterentur/quę uti euangelia ſe recepiſſe
fatetur Gregorius/Legimus item ſanctā ſynodum Leonem pontificē ſanctum &
uniuerſalem appellaſſe/ nouimus quoq́ꝫ eius extimationis anteactis ſeculis eum
fuiſſe/ut publicis in negotijs ea egerit/quæ ſolo & ſummo eccleſiæ capiti conueni
ant quod cum alijs ad fidem pertinentibus quanq́ꝫ diu Græca natio negaſſet/ſuo
rum tamen doctorum libris quaſi proprio milite uicta manus dedit/ eorumq́ꝫ
imperator Florentiam ſe contulit ad Eugenium pontificem/ uti uerum Chriſti
uicarium & recognoſcendum & uenerandum / tumq́ꝫ inter Græcos & Latinos
inita conſenſio eſt / ipſiuſq́ꝫ conſenſus & unionis paginam imperatoris ipſius ma
nu ſignatam confirmatamq́ꝫ meis ipſe oculis inſpexi. Credunt alij ad præmen-
dam aliquamdiu Roma.pontificis maieſtatem illud fuiſſe in cauſa ꝙ Conſtanti-
nopolis imperatores ſuos nimis epiſcopos extulerunt/ Roma tum præda Bar-
baris facta/ Impatorē poſtea Phocā decus ſublatū reddidiſſe & publico decreto

sanxisse:nunc etiam pertinaciter pontifici Roma. Græci obsistunt nec obediunt/ nec ullo pacto spiritũsanctum a filio procedere aut profitentur aut credunt: hac amẽtia capti/ꝙ in Nicena id synodo nõ est prolatum:sed cur ipsi synodo credunt/ cum eius decreta ab ore Christi proprio aut apostolorum prolata prius non sint/ Aperiant oculos aliquando & considerent ecclesiam ipsam mysticũ Christi corpus perinde ac naturale hac in parte agere quod nisi saucietur remedium non quærit ad vulnera. Ab Arrio enim vulneratus opem procurauit/quã Niceni concilij sanctio tulit/nec eos moueat ꝙ nihil addendum/ minuendumq; symbolo diceretur/id enim (ut sileam cætera & ꝙ declaratio non additio) hac in parte maxime intelligendum est/ut ea quæ in Arrium & contra hæreses sancta erant ne mouerent/qd ẽm insaniæ est autumare uoluisse conciliũ occludere uniuersali ecclesiæ in posterum uiam ne in hostes profectionem statueret cum oporteret/ cur & ipsi Græci posteriora Niceno nonnulla concilia recepere in quibus condemnatæ hæreses sunt/de quibus mentio nulla apud Niceam Bithiniæ facta/quid quod in eis quæ legi Niceni concilij gestis in decimo Ecclesiasticæ historiæ/ aut quæ ex antiquis Bibliothecis mihi asciui nulla mẽtio est de processione spũsancti etiam a patre utpote quæ in controuersiam adhuc & disputationem minime uenerant/ tum enim cõtra Arrium de filij diuinitate/non autem despiritusancto processione contendebatur/sed rogo quid consequentiæ est/ concilium Niceæ mentionẽ non fecit de processione spiritussancti a filio/sed a patre tantum/ergo credendum est nõ procedere a filio nonne pari pacto dicendum esset/hæreses omnes quæ post illud concilium condemnatæ sunt/quæ pro hæresibus etiam perniciosissimis habetur a Græcis pro hæresibus haberi non debere/ob id quod Niceæ nõ sunt damnatæ/ simili argumento & de prioribus hæresibus/ quæ aut in euangelio/ aut in actibus apostolorũ redarguuntur. Resipiscant aliquando & credant/ si uenenum illud tũ alicui ecclesiæ membro propinatum esset/concilium ipsum decreta salubria quasi per manus alexipharmaca porrexisse/ actutumq; fuisse adiectum (filioq;) neq; enim (ut diximus) ubi morbus non est adhiberi medelam oportet. Legant oro suos doctores antiquos & celeberrimos & commonebuntur erroris/ legant & Trapeçuntium Gregorium qui aduersus suos Græcos græcę de hac materia scripsit/audiant & nostrorum theologorum Thomæ præsertim raciones processionem spiritussancti a filio ualidissime probantes/ admittãtq; in ima animi penetralia/& a suis tenebris restituentur in lucem & si supernaturalia querunt hac de re utiq; etiam non deerunt/quæ amplam fidem facere possunt/unde & Brigida sanctissima fœmina diuinis reuelationibus/clara minata Gręcis est ob id ꝙ Romanę ecclesiæ præceptis & dogmatis se non subderent (in hoc enim & alijs nonnullis dissidium est & pugna)eiusq; minas diuina ultio secuta est. Perstitisset utinã Græca natio in suscepto latino dogmate sub Eugenio/ perstaret forte & eius imperiũ quod paulo post perfido Maomethi in prædam datum est/ hærent nihilominus eorum plurimi crassissimis ignorantiæ & obstinationis tenebris/ nec ita correcti emendati adhuc sunt:uerum enimuero dubitaui plerumq; mirandum mihi an lamentandum magis? Lamentandum certe/ eo ignorantiæ deuenisse nonnullos qui docti haberi uolunt ut fidem ijs habeant auctoribus quos nihil prorsus de ipsis quos edebant litteris nouisse perspicuum est. ¶ Scribit decretalium glossator hæc ad uerbum & est aliud symbolum maius quod cantatur in missa in Nicena synodo factum propter Græcos qui non credebant ꝙ spiritussanctus procederet ab utroq;/de con. distinc. v. cap. ultimo & penultimo. O rem plenam ignorãtiæ & quæ possit Rom. ecclesiæ hostes in risum excitare & in eorũ obstina-

tione firmare/cum eiusmodi afferri uideant aduersum se quibus confirment nihil nostra sua uero non infirmentur/sed roborentur:id ipsum enim fuit Grecis erroris occasio de pcessione spũssancti:q bonus glossator pro sanctione aduersus eos pducit: nihil enim habent illi uerisimilius pro inani sua opinione / q̃ q in Nicena synodo id qđ nos pferimus & cõfitemur decretũ nõ fuit:nec dum em̃ lis orta fuerat/ut ante meminimus/siquidẽ a uenenata Nestorij arbore infectũ hoc malum prodijt(quæ post Nicenũ conciliũ a disseminatore çiçaniæ dæmone plãtata irrigataq est/qua de re theologos consulere debebat/aut historias quorũ ope ueritatis particeps euasisset/aut decretoꝝ saltẽ glossam & eius maxime distinctionis/quã citat accurate legere:Sed cum notiora hæc sint errata ut vix sine pudore redarguẽdis eis insistat/cõmonere tñ pios lectores opere preciũ est/ut istiusmodi glossis & decretorũ & decretaliũ & ciuiliũ etiã legũ nõ adeo fidẽ mancipẽt suam ut examinandæ diligentius nõ suscipiant/ubi maxime de rebus fidei aut logicę physicæq disciplinæ aut de pprietate linguarũ etymologiarũq nominũ remotiorũ/ aut de historijs locorũ & tẽporũ habet mentio : insulsa enim multa: pleraq ridicula falsa nonulla/omnia fere parum cõsiderata huiusmodi in rebus afferuntur ab eis/ qua de re si ociũ suppeteret de insignioribus erratis quo cõmonerentur rudiores librũ conficerem/ nihil calũniatorũ morsibus perterritus ut e tenebris ueritas hac etiam in parte assereret in lucẽ/sed hæc in præsens satis sunto ut illud etiam omittã q bonus ipse glossator in diffinitionẽ fidei ab aplo datã obloquatur & uerã diffinitionem non esse dicat/quod equidẽ parũ uere ne dicã pręsumptuose prolatũ est/mitto etiã q septẽ tantũ articulos fidei contẽdat/mitto alia q̃ in ipso proemio simul errat/occupatiores enim sumus q̃ imorari possimus/sed dãda eis etiã uenia facile est id em̃ ætatis uitiũ fuit/perierãt em̃ tũ & in dissuetudinẽ abierãt bonæ litteræ/ & excultiores exactioresq disciplinę pessundabant/ eorũq pręcipuũ studiũ fuit in ijs quę ad agendas causas faciebãt.¶Sed iam ad propositũ reuertamur.Diximus in Theoremate quoad dũ uniuersalis ecclesia nõ reclamaret/quã particulã ob eorũ opinionẽ addidimus/qui credũt posse fieri ut põtifex summus & cõciliũ aberret. Hoc autẽ si cõtingeret (ut aliqui uoluere) dubio pcul ab ecclesia reclamaret/ neq enim credendũ diuinã prouidentiã/ quæ in ijs q̃ necessaria sunt nunq deest pati/ ut qui recte fidei adhærẽt ad credẽda ea cogant/qbus fides destruat/sed nec pmissionẽ falleret/quã spopondit ecclię.Desponsabo ingt te mihi in fide: & iterũ/Ego uobiscũ sum usq ad consumationẽ sęculi/Hoc autẽ per gratiã intelligendũ est in qua fides includitur cum per essentiã potentiam atq pręsentiã ubiq terrarũ & locorũ sit:Et quanq ultimũ hoc promissum aplis factũ est nihilominus ut Chrysostomus i cõmẽtarijs i Mattheũ scribit ob id q apli adusq cõsumationẽ sęculi mãsuri nõ erãt/sicuti uni corpori fidelibus loquit:Id ipm quoq & alij euãgelici enarratores interpretant.Fidẽ nanq uniuersalis ecclię deficere oino nõ posse hac ipsa auctoritate motus Thomas Aquinas determinauit.Cũ alibi tũ in quarto libro cõmentariorũ in sñias dist.xvi.Reclamaret aũt ecclia/obsisteretq aut põtifici aut synodo decernenti/nõ modo cõtra ueritates diuinorũ eloquiorũ & q̃ ex eis necessario sequunt/uerũ etiã si aduersus decreta cõciliorũ eorũ/ quę ab ecclesia olim pro fidei integritate recepta & probata sunt/ quicq molliretur/ sed esto inquies reclamabunt aliqui aduersus pontificem conciliumve aut utrũq/ sed non omnes/pars enim adhærebit & concilio & pontifici decernenti/ aut si omnes ignobiliores erũt nec paris dignitatis / auctoritatis / & doctrinæ/ ut cum his qui in concilio fuere conferendi sint. At sane considerandum est deum ipsum qui corpus suum mysticũ hoc est ecclesiam regit/non secus hac in parte actuꝝ ac uis q̃ in humano cor

pore dominatur/ut enim hæc humores mouet/ita ad finem propoſitum perducit/
quare deus ipſe excitans aliquos ad reclamandũ tantã eis uirtutẽ inderet ut ſeque
retur effectus hac in parte corporeæ diſſimilimus uirtuti quę ab humoribus ipſis
morbiqꝫ malicia ſæpenumero prępeditur / nulla autẽ eum reſiſtentia poteſt deti⸗
nere/nulla uiolentia frangere / quin & creſcit in aduerſis diuinũ opus & in oppu⸗
gnationibus fortius exurgit/Itaqꝫ ſi dei eſſet afflatio / & pauciores p̄ponderarent
multitudini & ignobiliores præſtarent ijs/qui fulgerent auro honoribuſqꝫ tume⸗
rent/exemplo ſint pauci Chriſti diſcipuli aduerſus gentes / Romanorũqꝫ poten⸗
tiam/exemplo Athanaſius fere ſolus moriẽte qui cum Arrianorũ Myriadis cõfli
xit & uicit;ſi uero perperã reclamaretur ſuſcitante dæmone nõ deo/uexarent qui⸗
dem eccleſiam/ſe ipſos autẽ perderẽt/ſuſpecta autẽ haberi deberet oĩs reclamatio
niſi expreſſe euidentiſſimeqꝫ per eam oſtenderetur aliqđ fuiſſe determinatũ/qđ &
cõciliorũ decreta in rebus fidei/q̄ iã ab uniuerſa eccl'ia recepta atqꝫ ab oĩbus catho
licis doctoribus probata ſunt reuocaret & ſacris euangelijs aduerſaretur. Scribit
Ioan. Gerſon cum alibi tum in opere de uita ſpirituali animæ pontificẽ aut conci⸗
lium aut eccleſiam non poſſe immutare/traditiones(ut ille inquit)datas ab euãge⸗
liſtis & eos qui cõtra ſentiũt delirare ſcribit/nec habere quo ad hoc ut aliquid eſſe
pure de fide conſtituant parem auctoritatis firmitatẽ/ cum de illis ſit dictum/ Qui
uos audit me audit/& qui uos ſpernit me ſpernit. Additqꝫ hanc eſſe eccleſiam ob
cuius auctoritatem euangelio ſe credere Auguſtinus dicebat. Scribit quoqꝫ Iſido
rus & ponitur in decretis diſtinctione quinquageſima ad hunc modum: quotiẽs
cunqꝫ in geſtis conciliorꝫ diſcors ſententia inuenitur illius concilij magis ſentẽtia
teneatur/ cuius antiquior & potior exiſtit auctoritas concordatqꝫ ſententiæ Leo⸗
nis ad Anatholiũ epiſcopum ſcribentis/nullã uidelicet ſynodũ quãtumlibet ſacer⸗
dotibus copioſam debere ſe aut cõparare/ aut præferre Nicenæ ſynodo diuinitus
cõſecratæ;de eodẽ quoqꝫ & de Calchedonẽſi cõcilio Nicolaus põtifex ad Michae
lẽ Imperatorẽ ſcribens eorũ ſententias diuinitus inſpiratas dicit/ Sed & priſca illa
concilia uti euangelia recipi debere;Et Gregorius pontifex & alij ſenſere: & eccle
ſiæ uniuerſalis auctoritas probauit/ quanqꝫ Auguſtini ſententia eſt prouincialia
cõcilia debere uniuerſalibus cedere & uniuerſalia priora poſterioribus quãdoqꝫ
emendari qua de re plura in libro ſecũdo de baptiſmo contra Donatiſtas loquit.
& id ipſum puto omnes concederẽt in his rebus quæ nec ad fidei ſubſtantiã / nec
ad neceſſarios ad beatam uitam mores quod idẽ eſt (ut diximus ſupra) ſed ad iu⸗
rat dũtaxat humana pertinẽt;tum enim poſterioribus adhęrendũ: ſcimus nanqꝫ
per Gãgrenſem conciliũ/apoſtolorꝫ cãnonibus p̄iudicatũ eſſe de pręſbytero for⸗
nicario/qđ equidẽ in.lxxxij.decretorũ diſtinctiõe legi poteſt.Itẽ per Cõſtantino⸗
politanũ textũ Niceno concilio derogatũ de ſedibus patriarchalibus/ huiuſmodi
autẽ cõſtituta mutare diuerſis tẽporꝫ cõdictionibus nõ incõuenit/ ꝙ ſi q̄s forte di
xerit cõcilia legitime & in ſpũſancto congregata qualia ea quorꝫ ſupra mentio⸗
nem habuimus fuiſſe credunt;aduerſari inuicẽ nõ poſſe cum idẽ ſit deus nec ſibi
ipſi cõtradicat unqꝫ.Reſpõderi poteſt nullã eſſe ĩ huiuſcemodi rebus cõtradictio
nẽ ſed diuerſitatẽ/cum diuerſa ſpũs dictet faciẽda/q̄ diuerſis tẽpeſtatibus cõgruãt
Multa em̃ ueteris legis inſtituta ſpirãte deo mãdata ſunt/q̄ tp̄e gratiæ ceſſauere in
quo & multa etiã alia cõſcripta mãdataqꝫ & in eodẽ etiã ſtatu diuerſa q̄ diuerſis.ſ.
mundi ætatibus/ſtatibus/tẽporibusve quadrarent/ illud uero qđ uel ad fidei ſub
ſtantiam quo ad credenda tantum uel ad neceſſarios mores pertinet/ quo ad cre⸗
denda & operanda ſimpliciter/ſtabile ſemper perpetumque perſeuerauit neque
enim unqꝫ neceſſarie fidei aliquid per ſe uel additum/uel diminutum eſt/ſed

opportune potius declaratũ/neq; item decalogi præcepta/quę necessarios ad bea
tidinẽ mores includũt/imutata unq; sunt/sicut & cerimonię & legis iudicia / aliaq;
particularia nõ nulla:consentanea ueritati uidetur hec dubitatiõis huius solutio/
tam&si in expositione quinquagesimæ decretorũ distinctiõis ab interp̃tibus aliæ
adducunt̃/ Quæritur em̃ ab Hugone & alijs qui fieri possit/ut in cãnonibus sit cõ
trarietas/Cum per spiritumsanctũ conditi dicantur quẽadmodũ habetur in.xxv.
causa.qõne prima.in cap.uiolatores.& hoc ipsum inter alia respõsum affert̃/ pos-
se uidelicet dici sanctos patres per spm̃sanctũ non semp̱ locutos/atq; in hunc mo-
dum uel ignorãtes uel scientes cõtraria controuersaq; protulisse.Cæterũ põtificis
sũmi iudicio tunc ecclesia aduersaretur cũ illud idẽ pontifex faceret qđ si a cõcilio
fieret ecclesiã ipsam aduersatũ illi iri diximus/&eo uehementius ꝙ facilius est ip̃m
solũ errare q̃ uniuersum conciliũ:Io.Gerson in libro an liceat in causis fidei appel
lare a summo pontifice ꝓpositione quarta ita scribit in causis fidei nulla determi-
natio iudicialis episcopi imo nec Papę solius præcise/ ut est episcopi uel Papæ li-
gat fideles ad credendũ ꝙ ita sit de ueritate fidei sicut prætendit sua declaratio/qm̃
tam Papa q̃ episcopus deuiabiles sunt a fide/obligat tamẽ subditos sub pęna ex-
cõmunicationis talis determinatio/ꝙ dogmatiçẽt(ut eius uerbo utar) oppositũ ta-
lis determinatiõis nisi appareat manifesta ratio repugnãdi/ uel per sacrã scripturã/
uel per reuelationẽ/uel per ecclesiæ seu generalis cõcilij determinationẽ. Idẽ libro
de examinatione doctrinarũ in prima parte principali eiusdẽ operis consideratio
ne secunda/eadẽ expresse determinat inquiẽs/concluditur tamẽ ex hac radice du-
plex ueritas/Prima ꝙ determinatio solius papæ in ijs/quæ sunt fidei nõ obligat ut
præcise est talis ad credendũ alioquin staret in casu/ꝙ quis obligaretur ad cõtradi
ctoria/uel ad falsum contra fidẽ. Secũda ueritas est ꝙ sententia Papæ ligat oẽs fi-
deles ad nõ dogmatiçandũ contrariũ nisi per illos & apud illos qui manifestũ con
tra fidẽ depręhendunt errorẽ & scandalũ grande fidei suo silentio fieri/ si se nõ op
ponerẽt agnoscũt ꝙ si fieret ꝑsecutio sententiarũ & pęnarũ cõtra eos sciant beatos
esse q̱ ꝑsecutionẽ patiũtur ꝓpter iusticiã/hęc ille & subdit postea de remedio gene
ralis cõcilij: aduertendũ tñ doctorẽ ip̃m de errore nõ suspecto aut credito / sed de
manifesto fecisse mẽtionẽ & usum eũ uerbis fuisse firmis/ nã ꝓ leui cã & suspitiõe
iani posset q̱s supꝑbe in hæresim labi/uel uane gloriæ cupidine uel çelo/ qui nõ est
scđm scientiam aliosq; decipere/exemplo sint hæretici & ipse Arrius qui iactabat
persecutionẽ se pati ab Alexandro ep̃o Alexandriæ ꝓpter ueritatẽ oĩa uincentẽ/
ut in epl'a scripsit ad Eusebiũ Nicomediensem ep̃m : uerã isti ecclesiã apud se con-
tendebãt & qui contradicebãt/catholici eos hęreticos noĩabant:quare manifestis
scripturæ diuinę auctoritatibus insistendũ/nec eis quidẽ vulgi ore aut insipientiũ
expositis sed sano ꝓbatorũ uirorũ iudicio accedente etiã ratione naturali supra fi-
dẽ fundata/quottidie enim nouæ exurgerent hæreses/ si quilibet uel indoctus uel
insanus aut diuinas scripturas aut cãnones interpretari uellet/ut uerba sonãt nul-
la habita ratione uel antecedentiũ uel sequentiũ sententiarũ/uel aliorũ etiã aut eius
dem scripturæ sensuũ/aut ecclesię cãnonũ:Cõsiderari enim oportet ea q̃ afferunt̃
consonẽt ne huiusmodi prioribus an aduersentur/uel magis nõ dependeãt & ue-
luti indifferenter se habeãt/ sed & q̱d consequatur si ita sit/ q̱d itẽ cõsequat̃ si nõ sit/
tũ perspiciendũ quid opinionẽ ipsam sequatur quantũ ad se & quantũ ad alia atti
net/q̱d itẽ alia ut se/ut illã cõcernũt ut supra diximus/ tum demũ legendi doctores
q̱ catholici habent̃ & probati/aut expresso aut tacito consensu ecclesiæ aut saltẽ q̱
boni noĩs sunt nec in aliquo expresse reprobati ꝙ si illa ipsi tanq; diuina placita/
aut eccl'ię sup̱ diuinis intelligẽdis promulgata decreta recipiũt/securius acceden-

dum ꝙ absq; eis aliqua etiam ratione duce pergeret/uidetur enim multa sepe aut
pontificis aut concilij decreta non rigidissime declaranda quæ si ut sonā. uerba in
telligerentur multos anxios redderet/ recipiunt enim sanas interpretatiões sicut
& ipsa etiam diuina eloquia recipiunt/ qua de re quandoq; Ioan. ipse Gerson co-
gnomento christianissimus meminit/ & in libro an liceat appellare in causis fidei/
& alibi sæpe/sed iam reuertamur unde digressi sumus:Idem Gerson in questione
an liceat appellare in causis fidei scribit/ ꝙ nullus homo etiā Papa potest per suā
determinationē de propositione nō hæretica facere hæreticam. Et prius Ioā. Sco-
tus in quarto cōmentario in sentētias/distinctione.xi. in secundo principali.q.i.de
decreto cōcilij Lateranēsis sub Innocentio tertio in materia de Eucharistia scripsit
non fuisse in potestate ecclesiæ facere istud uerum aut non uerum: sed dei institu-
entis/sed intellectū inquit a deo traditum ecclesia explicauit directa in hoc ut cre-
ditur a spiritu ueritatis. Affirmatq; quicqd ibi traditū post solemnē declarationē
ab ecclesia factam tenendū esse de substantia fidei cum scripturę eo spiritu sint ex
positæ quo conditæ & ecclesia catholica eodem spiritu exposuerit quo tradita est
nobis fides utpote spiritu ipso ueritatis edocta. In ecclesiæ igitur catholicę sancto
spiritu afflatæ auctoritatem refert/ quod de fidei esse substantia decretū est. Idem
Gerson in libro de uita sptrituali anime/ Corrl'o.x.ait/ nullā traditionē uel regulā
uel legem uel determinationē puri hominis/qui fallere potest/& falli obligat ut p̄-
cise talis est subditos ad credendum eam tanq; ueritatem fidei / aut diuinā legem
licet possit obligare sub pœna politica ad non repugnandū exterius:& Panormi
tanus Abbas/ut etiā diximus in ca.a nobis.ij.de sententia excōmunicationis sup
illa uerba/Iudicium autē ecclesiæ:affirmat solam uniuersalē ecclesiā non posse er-
rare ī fide/aut eius articulis adducitq; ca.a recta.xxiiij.q.i.alia quoq; ad propositū
afferri possent/prȩsertim Cardinalis Cameracēsis. qui putauit solam uniuersalem
ecclesiam in fide errare non posse/Archidiaconus quoq; Bononiensis distinctiōe
xix.decretorꝫ i ca.sic omnes inquit/ caute enim ibi positū apostolicę sedis decreta
& non apostolici/cum sedis Apl'icæ sanctiones siue sententia in iudicio prolata a
Rom̄.pontifice intelligatur ea / nō quæ occulte maliciose aut incōsulte per solum
Roma.pontifi. aut aliquos ei fauentes non uocatis alijs seu contemptis in frau-
dem profertur. Sed quæ ab ipso Romano pontifice/qui maturo prius & graui sa
pientiū uirorum & cardinaliū maxime concilio rem ipsam examinauerit profert
Aduertendum tamen diligenti consideratione non omnes dispensationes/aut cō
cessiones particulares/pontificum sanctiões/decretaq; uocari posse/ cum aliud sit
ita facere uerbi causa/dispensare in matrimonio contracto per uerba de præsenti
aliud est legem condere/aut promulgare/ꝙ itā fieri iure meritoq; possit hæc enim
dispensatio a probatis theologis fieri nō posse creditur/tam&si cānonū interpre-
tes plurimi contrariū crediderint/ quapropter aliud est sanctionē promulgare ꝙ
fieri.s.possit contra theologorum sententias: Aliud est dispensationis actum pro-
ducere/& sequi aliquorum interpretum sensa:Sed quod ad dispensationes in uni
uersum attinet (si aliud non constiterit) pro dispensante in dubijs credendum pro
pter amplam ligandi atq; soluendi auctoritatē a Christo traditam prȩsertim si res
ipsa in facto ut aiunt constaret/aut de inualiditate contractus per testes probaret/
ita tamen credēdum ut propter ea non obliuiscamur auctoritatem datam esse in
ȩdificationē nō in destructionē (ut dicit Apostolus)& ut dicitur claue nō errante/
debet enim ut inquit Innocentius in ca.quanto/de iure iuran.& Bal.notat/prȩmit
tere clauem discretionis ante clauem potestatis & sæpe numero dispensationes di
cuntur/quæ appellari dissipationes possent; qua de re btūs Bernardus plura in li-

bro de diſpenſatione & præcepto/& in libro de conſideratione ad Eugeniū: Dixi
mus autē in dubijs quia uere dubia eſſe debent/hoc eſt paribus utrinq; ratiōibus
ambigua/ſi diſpenſatori ſine diſqſitiōe accedendū/ nam hoc prætextu multa con-
tra fidē & bonos mores agitari poſſent: ſi enim a pontifice quicq; diſpenſari dice-
retur quod eſſet uere contra Chriſti legē/ſi quicq; mandaretur quod hæreſim ſo-
naret ſtatū eccleſiæ diceretur turbare minimeq; ei parendū eſſet/ ita etiā Hoſtiēſis
Cardinalis uoluit/ideq; Ioan. An. in cap. propoſuit de conceſ. preb. & Floren. in. l.
ſed & loci. ff. fini. regun. ſcribit & ipſe Ioan. Gerſon in libro de uita ſpirituali aīę po
ſitas in euāgelijs propoſitiones haſce Petrus fuit apl'us/Petrus accepit auctoritatē
ligandi & ſoluendi/quæ de quocūq; ſucceſſore Petri formate/nō ita a Chriſto aut
ſacris litteris habentur & hoc ipſum ad minus præſupponere oportere eum. ſ. de
quo formarent̄ rite Petro ſuccedere/ quod humana dūtaxat traditione cognoſci
dicit: niſi fortaſſe de quibuſdā uti Clemente/ Silueſtro/ Gregorio ꝙ rite Petro ſuc-
ceſſerint uniuerſalis eccleſiæ auctoritate determinatū quiſpiā aſſereret/ Idem au-
ctor paulo poſt infert tantū licere epiſcopi aut pōtificis ſummi inſtitutiones in du
bium reuocare quantū de eius auctoritate uel in epiſcopatu in pōtificatu ſummo
ambigere licet/uerū enimuero ſi tam pontificis q; cōcilij decreta ab uniuerſalis ec
cleſiæ iudicio tacito ſaltē uel ut aiunt interpretatiuo ſuſcipiūtur/aſſentiri eis opor-
tet/ſi quidē uniuerſalis eccleſiæ decreta ea iuſte appellari poſſunt/uel quæ per pō-
tificem eius caput uel per conciliū quo pręſentatur in rebus fidei neceſſarijs decrē
ta/& approbata ſunt ab ipſa eccleſia alioquin non qui cōtradiceret ſolum uerum
etiam qui dubitaret hæreticus cenſeretur / dubitaret inq; adeo ut pertinaci animo
nollet adquieſcere/quippe cum neſciens non delinqueret: pernicioſe etem̄ ut Ioā.
Gerſon docet is qui in fide dubius eſt/ob id infidelis dicitur/quia de eis dubitat q̄
fide explicata credere tenetur: ille quoq; qui paratus correctioni eſt dubitat nihilo
minus ex animi infirmitate pertinaciā abigens hæreticus putandus non eſt. Nāq;
ille proprie dici hæreticus poteſt/auctore Thoma in. iiij. cōmentariorū in ſenten-
tias/diſtinctione. xiij. qui a fide Chriſti quæ catholica dicitur diſcedit/ cōtrarię opi
nioni uehementer inhærens per electionem: & Bonauentura eadem ſententiarū
diſtinctione de hac ipſa re uerba faciens hæreticum eum eſſe ait/ qui diuinę legis
ignorantia uel contemptu pertinax inuentor erroris aut alieni ſectator catholicæ
ueritati mauult aduerſari q; ſubijci / alij alia tradunt hoc autem conueniunt de ra-
tione hæreſis eſſe pertinaciam quæ iuxta Io. Gerſonis ſententiā firmā denotat in-
hæſionem/ ad alteram partē contradictionis cum remotione probabilitatis alte-
rius: fuerunt enim multi qui in fide errauerunt & nihilominus quia obſtinato ani-
mo & pertinaci ſuam opinionē non admiſerunt/beatitudinē etiam non amiſerūt/
uti Cyprianus martyr/ & Hireneus/& Papias Hieropolitanus/& alij: Eſſet autem
aſſignare & alias hæretici diffinitiones & quot modis quiſpiam hæretici nomen
ſortiri poſſit/quæ omnia comode ſatis haberi poſſunt: & ab Archid. ſuper cap. q-
cunq; de hæreticis libro ſexto decretaliū epiſtolarū & a Io. Cardinali de turre cre-
mata in. ij. parte quarti libri ſummę ſuę cap. xiij. & ab alijs recentioribus quibus
aliorum colligere ſententias ſtudiū fuit: quid item ſit pertinacia & quot modis qs
eo noīe de honeſtari poſſit/ſciri poteſt ab eodē Ioā. cardinali eadē ſui lib. parte / &
a Ioā. Gerſon in tractatu de ꝓteſtatione circa materiā fidei & ab eiſdē pariter edo-
ceri/quid ſit ꝓpoſitio pertinēs aut impertinēs ad fidē/quæ temeraria/ quę erronea/
quæ iniurioſa/quæ ſcandaloſa/quæ ſeditioſa/quæ hæretica/ quæ ſapiens hæreſim
quæ ſapiens fidē quorū ille in eadem ſumma. Hic in libro de ueritatibus fidei ne-
ceſſario credēdis abunde nos docēt. Nec ab re fuerit hoc loco ad memoriā reuo-

casse aliud esse nouitijs in causis q̃ emergũt credere rem ut sic dixerim iuris/ aliud facti rẽ:uerbi causa tenere aliquã ꝓpositionẽ esse hæreticã/& hoiem quempiã hæreticũ differũt. Primũ em̃ proprie & exacte sub fide cadere potest & uerti in dubiũ quasi questio iuris sit/tũq; in eam partẽ flectendũ est quæ iudicatur a ministris qbus decernẽdi munus incubit:possunt enim illi perspicere doctrinæ regulis quid ex illa propositione sequatur fidei nostræ uel aduersum uel consentaneũ:hominẽ autẽ hæreticũ esse/non statim eo modo perspici potest/quia nõ sic constare potest hominẽ illum sic uel sic credidisse/ si ille negauerit nisi per testes constiterit & tunc res ipsa in facto.s.uertitur utrũ ille unq; sic uel sic affirmauerit / si uero ille fateretur tum res ipsa a facti ad iuris questionẽ delabitur/ itaq; facilius ꝑspici posse uidetur ꝓpositionẽ ut sic hæreticã esse/q̃ hominẽ eo crimine nisi id confiteatᷣ maculatũ:dixi nouitijs in causis qm̃ qui nunc diceret Arriũ aut Sabelliũ non fuisse hæreticos/ hæreticã ꝓpositionẽ assereret quia eos sacra cõcilia vl̃is ecclesiæ consensu dãnauerunt cum suis ꝓpositionibus hæreticis quas illi uti ueras obstinate defenderũt.

THEOREMA NONVM.

¶ Veritates illas quæ speciali priuilegio cuipiam reuelãtur diuinitus atq; eas etiam quæ ex ipsis euidenti connexione sequuntur/ab eo ipso dũtaxat cui reuelantur/ necessario credendas & obseruandas esse.

Expositio.

CVm enim fides nostra(uti ex his quæ diximus manifestũ est) huic propositioni ueluti fundo nitatur/q; dei reuelatiõibus credendũ sit/ sequẽs est ut is cui talis fit reuelatio ad pr̨standã illi fidẽ necessario obstringatᷣ alioquin obaudiens deo & contumax censeretur : & quanq; cæteri ad pr̨bendã huiusmodi reuelationibus fidẽ nõ cogantur/ neq; enim alijs reuelationibus prætereq; his q̃ superioribus Theorematis recensuimus præbere assensum necessario debet fideliũ uniuersitas/is tamẽ cui fit reuelatio nõ secus ac euangelio & credere ei & parere debet:si uera.s.& dubio procul diuina reuelatio fuerit:quã claritas & certitudo maxima comitatur / Nec secus supnaturale prophetiæ lumẽ intellectus fugat tenebras hominẽq; de ijs ipsis quæ reuelanᷣ certiorẽ facit ac natur̨ lumen/prima scientiarũ principia nota/ & extra oẽm ambiguitatẽ perspecta reddit/Quemadmodũ in opere nostro de rerũ pr̨notione qđ habemus in manibus ostẽsuri sumus.Quapropter ueluti is prætendere excusationẽ nõ posset/q de primis illis notionibus/quas philosophi scientiarũ principia nũcupant/ uel ambigeret uel falsas arbitraretur ob claritatẽ luminis naturalis aiæ cõgeniti / ita nec ille excusatione dignus habereᷣ/qui patefactas sibi diuinitus ueritates/aut aspernaretur aut nõ admitteret:atq; eo magis q; uehementius dubitationũ nebulæ/effugantur ob ꝓpheticũ lumẽ diuinitus aiæ imissum/q̃ ob naturale illud qđ ab ortu naturæ nacti sumus.Consentaneũq; est ut ea quæ deus supra naturã operatur / efficaciora ualidioraq; sint eis/quæ natura ipsa dei ministra in lucem prodit. Factæ aũt huiuscemodi reuelationes multæ olim sunt post antiquos prophetas & apostolos eosq; quorũ mentio in utroq; testamento habetur : ut Carpo illo cretensi epõ de quo Dionysius honorificentissime loquitur ut Egnatio martyri/ ut Cypriano martyri/quod etiã in decretis.xiij.q.ij.habetur.ut Antonio/ut Io.Eremitæ/Benedicto/Ambrosio/Francisco/Dominico/& alijs pene innumerabilibus quẽadmodũ in eorũ in libris uita & gestis relatũ est/ ut alios ad pr̨sens omittã Animaduertendum aũt diligenti consideratiõe qđ & alibi late explicabitur ne angelus Sathanæ

se in angelū lucis quandoq; transfigurās/uel ob nimiā mentis hebetudinē/uel ob occultā ptinacēq; superbiā/uel ob curiositatē nimiā nullo rationis freno cohibitā aut mares aut fœminas uel eis credētes pniciose ludificet. Fiūt aūt uarijs modis re uelatiōes ipse quādoq; insomnis/q̄n̄q; in uigilia modo intus animā/modo extra/ modo i imaginaria potestate/sed & ad auditū uoces quādoq; perferunt quādoq; extrinsecus figuræ oculis opponuntur/quæ omnia unum & idem lumen manifestat. Sed ut cunq; fiant si diuinę reuelationes ipse prophetico spiritu conditæ fuerint/certissimū de ueritate ipsa hominē trāquillissimūq; reddunt. Succurrat nobis ad exemplum Abrahā qui ex diuina reuelatione filium īmolare uoluit/quod tamen minime faciendum lumen naturæ dictasset/Maiori ergo lumine opus erat q̄ naturę lumen si hac de re Abrahā fieri certior deberet. succurrat & Paulus apostolus/qui tam&si euangeliū quod predicabat cum Petro/& alijs contulerit ut ab ecclesia probaretur/nihilominus tantum aberat ut de sua reuelatione dubitaret/ ut etiam scriberet/etiam si angelus de cœlo aliud uobis euangeliçauerit anathema sit/qđ & ab Ioā. Gerson notatū est in. iij. gradu opusculi/quod de ueritatibus necessario & probabiliter credendis cōscripsit/sed & uidi & audiui qui nō solū priuatim/sed & publice contestaret dubitare se magis posse an duo binarij quaternarium efficerent: Itēq; an totum maius esset parte sui/q̄ id quod de futuris reuelatum erat sibi/aut falsum esse/aut a deo non prouenisse. Idem mihi & alij de reuelationibus ad se factis asseruere/quanq; & nonnulli mentiti sunt ut dixi/ueros autē expertus prędictores sum/expertus & falsos: Si quando autē ambiguitas in anima prophetæ resederit/aut diuina prorsus reuelatio non est/aut saltem non pura/ & impermixta/sed uel phantasmatibus ipsis/uel tēpori/uel condictioni aliquæ/ uel naturali rationi (ut sic dixerim) conglutinata/quę si propheticus aderit spiritus dignoscuntur/sic & Augustinus in libris confessionum suarū de matre loquens ait/dicere eam solitam discernere se quid interesset inter animā suam somniantem & deum reuelantem/scire autem illud oportet q; tam&si illi quibus huiusmodi reuelationes non fiunt eis ut diximus credere non obligantur spernere tamen & nihili facere eas nō debent/sed probare (ut Apostolus docet) utrum ex deo sint/quo auctore etiam cautum est prophetias non esse spernendas probanda omnia & q̄ bona tenenda/quod faciendum theologi multi docent. & Ioan. Gerson in eo pręsertim libro/cui titulum fecit de probatione spirituum & solitarius ille in probationem reuelationum sanctę Brigidæ/illud autē in primis & ante omnia attendēdum considerandumq; si prophetarum eiusmodi uita defecata sit uitijs/& clara uirtutibus/si prętterea audacter & sacris litteris consentaneæ pronuncient/sed & illud non obmittendum/fieri posse ut ex comprobatione uniuersalis ecclesiæ: doctrinæ huiusmodi/& prænunciationes credi ab oībus & obseruari debeant.

THEOREMA DECIMVM.

¶Cū episcopus in sua diocesi praua aliqua dogmata/aut fidei aut bonis moribus aduersa dānat eos q ei subdunt̄ eiusmodi sanctionibus aqescere debere.

Expositio.

Sicut enim pōtifici summo in ijs/quæ ad fouendā fidē & optimos mores conseruādos spectat/quicq; decernēti adquiescendū fidelibus omnibus est uti ex supradictis colligitur: Ita iusta proportiōe faciendū seruandūq; est subidis erga suos epos qui q̄uis ea non polleāt auctoritate: multa tamē uigent & docendi & corrigendi & puniēdi. Qđ & aplica auctori

ritate confirmatur/Obedite(inquit Paulus Apostolus)prępositis uestris/ sed & in decretorum libro monentur episcopi/ ut suas Dioceses hæresibus expurgent qui autem fieri hoc posset nisi eis fides haberetur decernentibus.s. quod rectum est/ & a prauis noxijsq; dogmatis uera monita secernentibus / hinc & prauitatis hæreticę inquisitores episcopis adiumento sunt / hinc per episcopos & uniuersitates articuli condemnati circumferuntur / nam & alia uti hæretica prorsus eliminant: Alijs uero uti temerarijs & periculosis saluti subditorum consulentes eos interdicunt/q; prauum autem & noxium aduersari episcopo: Scribit beatissimus martyr Egnatius multis in locis epistolarum suarum.

THEOREMA VNDECIMVM.

¶ Ea quæ ad consequendam fœlicitatem necessaria sunt & credere & querere unumquemq; oportere.

Expositio.

(s) I enim ut supra diximus fides Christi ad fœlicitatē necessaria est sequēs est ut comparāda nobis si fœlices esse cupimus necessario sit/ alioquin in nos metipsos manus inferemus & ab æternis bonis excluderemur: quid: quod si cuipiam necessaria ad uictum alimonia non suppeteret minime dubitandum eum sibi ipsi mortē illaturum / si de annona non prouiderit ut se a famis uendicet iniuria / quanto igitur minus ambigendum consciscere sibi eum eternam mortem/qui & necessarium animæ pabulum/hoc est necessariam fidem:Iustus enim(ut scriptum est)ex fide uiuit/aut ignorauerit aut cognitam non comparauerit / & eo magis / quia opus non est argento aurove/ aut multis laboribus:Necessarius quippe animæ cibus / & credenda tenere dogmata & obseruare operanda.Pudeat homines suę salutis memores inertes segnesq; esse in comparandis sibi perpetuę salutis & fœlicitatis dogmatis : cum pro momentaneo consequendo regno tot quottidie labores/tot erumnas sæculi principes desudare uideant/cum pro augēda re familiari institor ad gelidas securus nauiget arctos/ per mare pauperiem fugiens per saxa per ignes / Diximus autem in Theoremate necessaria:ob id q; quemadmodum lucrari nimis / & thesauros parare ingentes necessarium non est/pro alendo corpore/Ita quamlibet rerum etiam ad religionem spectantium noticiam / adipisci pro consequenda fœlicitate non est necesse ut insequentis Theorematis declaratione explicabitur.

THEOREMA DVODECIMVM.

¶ Aliū alio plus/ꝑ gradus/officij/dignitatis uarietate/& credere & nosse oportere.

Expositio.

(d) Istincti enim sunt hominū gradus/ distincta officia/ & dignitates in humana re publica:neq; oībus oīa/ut i ꝓuerbio dicitur pari filo cōueniūt: Alij igitur plus/ alij minus pro maiori minorive intellectus luce ꝑ officio pro dignitate & credere & nosse debēt:alioquin uel demandati officij munus exequi/uel susceptæ dignitati satisfacere non possent/ab uno quoq; em̄ (uti Gregorius inqt)exigit dn̄s quantū dedit:& auctore Ap̄lo/ Qui ignorat ignorabitur.Quapropter episcopū & theologū multa oportet credere & exacte nos-

ſe de quibus illitteratus agricola rationabiliter/quanq; non ꝑtinaciter ignorare &
ambigere poſſet/uerbi cauſa/genuiſſe Abrahã filios de ancilla / & de libera: fuiſſe
Moſi ſororẽ nomine Mariã/quæ leprã ob peccatũ contraxerit/ Abſalonẽ patrem
Dauida perſecutũ/& multa id genus/quãdoquidẽ in noui & ueteris teſtamenti le
ctione epiſcopum & theologũ & uerſatũ fuiſſe & uerſari oportet:ab altero nanq;
ex dignitate/ab altero ex officio noticia huiuſcemodi exigitur. Quis item pari ra-
tione negauerit pontificij iuris interpretem in ſanctionibus eccleſię legendis aſſi-
duum ad credenda multa/quæ uniuerſę eccleſiæ conſenſu decreta ſint adſtringi/
de quibus nõ modo rudis homo & litterarũ expers/ ſed & theologus aliquãdo ſi
dubitaret(ſemota tamẽ animi ꝑtinacia)iure culpari nõ poſſet/nec ſecus de ꝓfeſſo-
re ciuilis iuris deq; eo qui philoſophiã naturalẽ rationalẽve profitetᷣ decernendũ
ſi quidẽ ab eo plus exigi/cui plus cõmiſſum eſt/& naturali ratõi diuinę legi appri
me conſentaneũ ſane ob hanc cauſam aliqua ex ſacris litteris deducta cõnexio eui
dẽs & neceſſaria theologo/ chriſtianoq; philoſopho eſſe debet/quã tamẽ inerudi-
tus aliquis aut inſolens litteraturæ/uel falſam uel probabilẽ dũtaxat abſq; conſciẽ
tiæ præiudicio poterit arbitrari utpote qui ad id credendũ non adſtringitᷣ uel ob
tenuitatẽ naturalis luminis/uel ob inexperientiã & imbecillitatẽ diſcurſus/quãdo-
quidẽ id ipſum aut ab eccleſia nõ audit ſeruari/aut a prælatis tanq; neceſſario cre
dendum declarari. Ab huiuſmodi enim hominibus id ꝓpterea nõ exigitur / quia
eis cõmodatũ nõ eſt/ſicuti epo/theologo philoſophove chriſtiano/ſi enim eps qui
in ſui cõſecratione vtrũq; diuinarũ litterarũ inſtrumentũ ſcire profitetᷣ/illa ignora-
uerit quæ ad eius officiũ pertinent/non excuſabitur:pari quoq; ratione/& theolo
gus/qui pręceptorũ decalogi ſeriem explicite & dearticulate non nouerit credide
ritq;/paratus etiã illa ipſa ad eam ſaltẽ normã docere quæ ſit in uſu eorum qui ſa-
cras litteras profitentur/Neq; enim humani iuris mos eſt eum admittere/qui rerũ
earum ignorantiã/quæ ad ſui officium condictioneq; pertinent in excuſationem
adducere & allegare uoluerit. Quota autẽ fidei portio hoc eſt quæ nam ſint ea re
rum capita/quæ neceſſario credenda ſint ingenio.ſ.rudibus & inexpertis littera-
rum inter doctores oĩno non cõuenit cum alij plus aliquanto minus alij diffiniãt
cannonũ interpretes præſertim Innocẽtius ſuper cap. primo de ſumma trini. & fi.
catho. putat fidem implicitã ſufficere ad excuſandũ ab hæreſi niſi uerbis obſtarẽt
facta iuxta Hoſti. ibi & Bal. in Mar. alij alia. In directi. iuris libro primo ſcribitur/
ſimplicibus & forte omnibus laicis ſatis eſſe credere deum eſſe / & malorum pœ-
nas/& bonorum præmia. Alios autem articulos implicite hoc modo / ut credant
uerũ eſſe quicquid credit eccleſia catholica / clericis uero & quibus animarũ cura
demandata eſt maxime & prælatis hæc ſatis non eſſe / ſed oportere eos explicite
& diſtincte omnes fidei articulos noſſe/& alia quædã/ ſed epiſcopos ultra proce-
dere oportere/ita ut opponere & hæreticos perſequi nouerint. Ioan. Scotus in. iiij.
diſtinc. v. q. i. ait aliqua eſſe ita ſimpliciter de ſubſtantia fidei/ ꝙ omnes etiã ſimpli-
ces poſt tempus aliquantulum uſus rationis tenentur/iſta explicite credere / ſicut
ſunt articuli de incarnatione/& Chriſtus eſt natus/& mortuus / de quo ſunt ſolen-
nitates ſpeciales in eccleſia/& quos poteſt concipere/ quia ſunt de Chriſto homi-
ne. Alia ſunt explicite requiſita de ſubſtantia fidei obſeruanda a maioribus eccle-
ſiæ/utpote quod deus eſt trinus/ & huius pertinẽtia ſpiritualia & imaginabilia &
illa di. poteſt haberi ab Augu. xiiij. de trini. cap. i. alia ſunt/quæ nec neceſſario ſunt
explicite credenda ab iſtis nec ab illis/quia non adhuc illorũ ueritas eſt declarata/
& determinata per eccleſiã:cuiuſmodi ſunt multæ concluſiões neceſſario incluſę
in articulis creditis/ſed anteq; ſunt per eccleſiam declaratę & explicite/nõ oportet

quandoq; eas credere/oportet tamen circa eas sobrie opinari:ut.s.homo sit paratus eas tenere pro tempore quo ueritas fuerit declarata:btūs Bonauentura & Richar.in tertio sententiarum putant eos solum quibus docendi alios munus incūbit oportere fidem explicite nosse/ simplices autem & rudes implicite non solum sed & explicite quędā credere necesse esse quæ ecclesiastica consuetudine passim manifestantur/ut trinitas personarum quę signo crucis docetur/ut natiuitas Christi/ut passio/ut resurrectio/peccatorū remissio/quæ christianis.s.notissima/qui autem extra exclesiam sunt/nec eius cognitionē ullam nacti satis esse ea credere/quę in lege naturę credebantur/ qua de re supra dictum a nobis:sctūs Thomas in tertio sententiarum distinc.xxv.definit non esse de necessitate salutis / ut homo omnes articulos fidei explicite cognoscat/Idem autem secunda secūde.q.ij.ait ꝙ post tempus gratiæ reuelatæ tam maiores ꝙ̃ minores tenentur habere fidem explicitā de mysterijs Christi/ præcipue quantum ad ea quæ publice in ecclesia (ut ille inquit)solēniçantur & publice proponuntur/sicuti sunt articuli incarnationis: Alias autē subtiles considerationes circa incarnationis articulos / tenentur aliqui magis uel minus explicite credere secundū quod conuenit statui & officio uniuscuiusq; hæc ille ad uerbum/& articulo præcedenti eiusdem quęstionis dixerat explicationem fidei peruenire ad inferiores homines per maiores/& quemadmodum superiores angeli a quibus inferiores illuminantur/ pleniorem noticiam diuinorum ipsis inferioribus habent iuxta dogma Dionysij : Non secus oportere de rebus credendis/ut ij scilicet ad quos/aliorum eruditio spectat plenius ea nouerint explicaturi cum tēpus expostulat: Ioannes Gerson qui satis proximus sæculo nostro fuit & de huiuscemodi rebus accurate scripsit / tradit apud omnes rationis capaces/ illud esse debere generale symbolū/quod Paulus apostolus ꝓposuit Hebręis inquiens/accedentem ad deum oportet credere quia est & inquirentibus se remunerator sit/uerum apud Christianos quibus apertior ueritatis & fidei facta reuelatio est/non satis esse cognitionem hanc/sed esse opus ut symbolum Apostolorū explicite/ne dum implicite credant/ id ipsumq; protinus cum ad annos discretionis (ut ille ait) peruenerint addiscant:deinde esse multa ad fidem pertinentia quæ scire eos oporteat/ ad quæ etiam noscēda paruo cum labore perueniant/ in sermonibus quos ad populum sacri concionatores habent/ in picturis / in collationibus mutuis/ in obseruationibus ecclesiæ publicis / quandoquidem quæ fiunt publicę iuxta cannonem ignorare non licet/additque vulgi homines minime excusari si bonos angelos/si malos esse nō crediderint /si item aliqua quæ præceptis decalogi insunt prorsus ignorauerint / uti idola non colenda / non periurandum/ & id genus non nulla/in compēdio autē theologię aliter dicitur/ sed quia ab eruditioribus ipsius auctoris esse opus non putatur quanq; sub nomine Gerson editum est/ideo satis sint quæ de eius sententia supra attulimus/ In alijs autem crediderim ego non solum litterarum inexpertibus/ sed & gnaris (modo id ad eorum officium expręsse & extra controuersiam non pertineat) satis esse si recta uoluntate dubijs in rebus ad deum per orationē conuersi fuerint credere cupientes quicquid ille mandauerit & quia ecclesiæ præceptis acquiescendum de eius uoluntate est / ipsi ecclesiæ crediderint . Si eos illa ad alteram partem eorum/ quæ in dubium uenere credendam obstrinxerit / sin autem quidpiam tradiderit nō tamen uti necessario credendū.Sed in hominis id facultate arbitrioque reposuerit ea poterit pars deligi / quæ pia magis aut rationibus aut doctorum uirorum auctoritatibus visa fuerit .

¶ Eis credere (ſuperiora ſemper excipimus) quæ/ ab aliquo uel aliquibus particularibus credũtur adſtringi neminem/ ſed ſanctæ dũtaxat eccleſiæ catholicæ fidei adhærere quemlibet oportere.

Expoſitio.

ſI enim cogi poſſet quiſpiam ad ea credenda/ quæ aut ſolus uel pontifex/uel epiſcopus/uel theologus/uel collegium/etiam aut concilium particulare crederent/ contingeret ſane ut ad pugnantia contradictoriaque credenda cogi etiam poſſet/ ponamus em̃ eiuſcemodi homines falſis adhærere dogmatis/ ut factu non ſolum poſſibile/ ſed etiam facile eſt/ cum hominis natura ad labendum & errandum facilis & prona ad malum ſit: illiſq; ut nihilominus ſumus præfati aſſentire quiſpiam cogeretur: & parte alia cum ad credenda uniuerſalis eccleſiæ dogmata/ quæ ſemper uera ſunt quilibet obnoxius ſit/ Reſtat ut colligamus homines ad pugnantia/ controuerſa/ contradictoriaque dogmata poſſe obligari. Catholicæ autem eccleſiæ non ſolum iudicio/ ſed & fidei committere nos debemus & tuto poſſumus quæ ſpeciali ſanctiſpiritus prouidentia regitur/ ne in fide aut fallatur aut fallat/quam etiam ut crederemus Apoſtoli nobis ſymbolo tradiderunt. Euangelium enim nobis dei indicat uoluntatem/ catholica eccleſia euangelij nobis aperit ſenſum/ eiuſdem uero catholicæ eccleſiæ doctrina & uoluntas per antiqua potiſſimum/ & probata concilia per romanæ eccleſiæ ſanctiones/ perque probatorum theologorũ conſenſum nobis innoteſcit. Cum ergo ambiguitas aliqua circa ea quæ credenda ſunt nobis occurrit/ de qua certiores ex eis quæ ſupra diximus reddi non poſſumus: Ad eccleſiæ debemus auctoritatem ire eique noſtra commitere/ atque nos ipſos ad eius iudicium remittere: In quod denique uniuerſa dubia reſoluuntur/ remittere inq̃ non ſolum ad eccleſiæ iudicium nos debemus quod ſemper rectum ſemper uero euangelico ſenſui conſonum & quadrans/ ſed eius etiam fidei quæ ſemper recta ſemper integra & impolluta/ fides noſtra omnino copulanda eſt. Illi enim theologi & iuris interpretes qui credunt aut ſummum põtificem per ſe/ aut concilium/ aut utrorũq; conuentus aberrare in promulgandis/ quæ ad fidem ſpectant ſententijs non poſſe: nihilominus inficias non eunt/ quin ante ipſum ferendę ſententię momentum non ſolum in conuerſatione communi labi uti Cephas etiam a Paulo repręhenſus non ſolum manifeſtis criminibus immergi/ quorum multi pontifices notati/ ſed etiã poſſint a fide omnes deuiare: qđ de ſancta catholica eccleſia Chriſti ſpõſa nequaq̃ poteſt addubitari/ de cuius priuilegio & q̃ in ea ſemper fides uigebit ſupra diximus. Cæterum Archidiaconus multas eccleſiæ ſignificationes poſuit: Alij quoque doctores interdum meminere/ & aliqua etiã propria inuenta quandoque commemorarunt/ ſexdecim autem nobis capi eccleſiam poſſe colligit Ioannes de Turre cremata: Quæ autem ſit eccleſia catholica id eſt illa uniuerſalis in qua pura ſemper fides permaneat/ & pro qua tantum (ut inquit Panormitanus in cap. a nobis/ ſecundo de ſenten. excommuni.) Chriſtus orauit/ne in fide deficeret/ aut in quibus eſſentialiter (ut ita dixerim) conſiſtere

ea possit diuersi diuersa prodidere / adeo ut assertiones multas & diuersas lege- rim. Alliacensis Cardinalis in fine questionis uesperiarum / decem assertiones ad ducit diuersas. A propria tamen uocabuli significatione recedendum ipse non putarem / ut primo ea proprie principalissimeque sancta catholica ecclesia dice- retur quæ omnes recte / & Apostolice fidei & non ficte charitatis homines com- plecteretur / quanq; in aliam etiam acceptionem minus proprie accipi potest / ut ea sit quæ christianos omnes tam informis q̃ formatę fidei complectatur & am- biat / tertio pro capite eius pōtifice summo & pro principalioribus membris / hoc est illis qui iurisdictionem & duplicem clauem in ea obtinent / capi considerariq; potest: & hinc liquet non omnibus esse in promptu noscere ecclesiæ sententiam & sensum. Prima difficultas hinc oritur / q̃ quæ sit ecclesiæ primo modo dicte sentē- tia scire difficile sit: cum discernere in promptu non sit omnes eos qui in ea con- cluduntur / sed nec ecclesię secundo modo accepte deprehendere sensum exacte possumus cum omnes & singuli christiani toto orbe diffusi ad ferendam senten- tiam conuenire nequeant: sed nec omnibus decernendi potestas iudiciaria colla- ta est: principaliora autem huius mystici corporis / id est ecclesiæ membra / spiri- rituales pręsides & sacerdotes sunt / ad quos respiciendum: quorum semper ali- qui recte credentes & agentes inuenirentur quandoquidem ecclesiæ perfectio & sanctitas sine eis non est / ita nanque scribit beatissimus Egnatius episcopus & martyr ad Trallianos: sicut episcopus forma est patris omnium: præsbyteri ue- ro sicut consensus dei & coniunctio apostolorum Christi: sine ipsis enim ecclesia electa non est / neque congregatio sancta / neque collectio sanctorum / Porro ec- clesiæ in tertiam significationem accepte non semper & absque controuersia iu- dicium scire possumus / præsertim cum schisma fit / Nam tum pars quelibet se catholicam asseuerat ecclesiam / & partem aliam aduersam uel non consentien- tem / maledictis & anathemate persequitur: quid igitur agendum: credendum pontifici summo est / sed eorum nonnulli pernitiose aberrauerunt: exemplo sint Marcellinus / Liberius / Anastasius: dicet aliquis errasse eos quidem: sed erroris sui nullam tulisse sententiam: respondere alius posset parum differre / quin suam sententiam uerbis quis aut factis ostendat in his maxime qui præsunt / quorum uita subditis proponi ad exemplar debet / si quidem (ut ille cecinit componitur or bis regis ad exemplum / Nec sic inflectere sensus humanos edicta ualent / ut vi- ta regentis / Mobile mutatur semper cum principe vulgus / sed & afferet idem for tasse nihil obstare quin suam sententiam / quis aut obstinatione & metu / aut blā- ditijs scribere & promulgare possit / Quid ergo? Episcopo summo & Cardi- nalibus? sed pari pacto errare eos posse suspicandum est / quod multi affirma uere: Maiori igitur parti? sed Christi tempore deficientibus in fide Apostolis integra & omnino perfectissima fides in sola uirgine domini Matre remansit / & Arrianæ hæreseos feruent · persecutione / Athanasius fere solus pro catho- lica fide agens inuentus est. Fidei ergo catholicæ ecclesiæ in primam signifi- cationem susceptæ committere tuto nos possumus & debemus & aduertere quoque quid agunt capita illa quorum semper aliqua sana fore Egnatij mar- tyris monstrauit auctoritas: De sententijs autem & iudicio supra satis & infra dicemus: in illis enim ad Romanam ecclesiam caput & magistram ecclesiarum mentis acies dirigenda est / atque huic ipsi ecclesiæ / hoc est apostolicæ sedi Petri Christi uicarij sanctissimi uiri adhæserunt semper & dictis scriptisq; fauerūt: Au- gustinus / Hieronymus / Ambrosius / Gregorius / Bernardus & alij fere innumera biles Franciscus itē Dn̄icus / & sanctissimi quiq; eius sectatores & alij uiri miracu-

lis & doctrina celebres etiã ab ipſis pene exordijs chriſtianæ doctrinæ: Nã apud
Areopagitã Dionyſium obſeruauimus/Petrum apoſtolũ cui ſuccedunt Romani
pontifices ſupræmũ diſcipulorũ fuiſſe/eundemq; Mathiã apoſtolum diuina ſorte
declaratũ in duodenarium ſacratiſſimũ numerum ſuffeciſſe/& apud Cyprianum
inſignem doctorẽ eundẽq; martyrem/legimus Petri cathedram eccleſiam princi
palẽ/ unde inquit unitas ſacerdotalis exorta eſt: eis autẽ qui eiuſmodi diſceptatio
num capaces non ſunt ſatis eſſe putauerim/ſi in eccleſiam ſanctã catholicã q̃cunq;
illa proprie ſit crediderint (eiuſq; ſe fidei & iudicio in ambiguis rebus commiſe-
rint/Sunt alij qui ad eccleſiæ Romanæ non ſolum ſententiam & iudicium / ſed &
eam quam docet fidem recurrendum putant/ſolet enim dici a multis fidelium ſæ-
penumero id ſe credere quod eccleſia Romana / qua de re Baldus legũ interpres
in libro qui Margarita dicitur ita ſcribit/Nõ debet quis dicere/credo id quod cre-
dit Papa/ſed illud ꝙ credit eccleſia: hæc ille/uerum iuxta eius doctrinam diligen-
ter conſiderandum eſt / ꝙ alibi in autentica. quas actiones / de ſa. ſan. eccle. Vo-
luit eccleſiam Romanam pro iuriſdictione temporali/ pro eccleſia cathedrali La-
teranenſi/& pro ipſo Papa accipi poſſe/Hic autem non huic eccleſiæ. ſ. ipſi Papæ/
ſed eccleſiæ hoc eſt fideliũ collectioni credendum ait / eccleſia enim proprie apud
gentes(ut Suidas refert)populi congregatio dicebatur & ἐκκλησιάζω uerbum in
congregationem uoco/& ter in menſe apud Athenienſes cõgregatio fiebat & uo
cabantur eccleſiæ κύριοι ἀπὸ τοῦ κυρέω κυρῶ. i. decerno: tum enim de rebus
ciuilibus decernebatur uocabantur & eccleſiæ σύγκλητοι cum de neceſſarijs re-
bus & ſubitarijs conſultatio fiebat. Apud noſtros autem in hunc ſignificatum no
men ipſum receptum eſt / ut eccleſia fidelium conuentus & congregatio dicatur.
decretaq; a fidelibus credita & ſeruata eccleſiæ decreta uocentur/ & quod ab uni-
uerſis creditur / fides eccleſiæ dicta eſt / & q̃uis iuxta theologorum quorundam
& iuris interpretũ aliquorum dogmata fieri poſſet / ut Romana eccleſia qua par
ticularis eccleſia eſt/ contra uniuerſalem diſtincta in fide aberraret / ut alias dictũ:
nihilominus erraſſe eam totam nunq̃ deprædenditur quanq̃ particulares aliqui
põtifices in fide exorbitauerint/uſq; enim ad Hieronymi & Auguſtini tẽpora in-
uiolatam fidem docuit quod & doctorum ipſorum dogmata in ipſo decretorum
libro repoſita atteſtãtur/ & poſt eos Pariſienſes theologi p̃ſertim Thomas multis
in locis eam uti fidei magiſtrã uenerantur poſtea quoq; & ad noſtra tẽpora nihi-
lominus catholica & ſtabili doctrina nixa perſeuerauit/ catholicos ſemper docto
res tam Græcos q̃ latinos in decernendis quæ fidei ſunt ſecuta/ſed nec in ijs quæ
ad fidem ſpectant quicquam uti neceſſarium aut credendũ aut abſoluendum uni
uerſaliter prædicat / quod ab uniuerſali eccleſia receptum non ſit/utpote ſpeciali
quodam priuilegio uti caput eſt eccleſiarum ob apoſtolicã Petri ſedem / Ita ueri-
tatis magiſtra quę de fidei controuerſijs aduerſus hæreticos ſemper uictrix trium
phauit/ quæ hac etiam tempeſtate / qua ad ſummum uitiorum multi peruentum
putant/qua ab multis qui norma eſſe morũ deberent palam publiceq; peccatur/
ſinceram nihilominus fidem docet/Petro uidelicet apoſtolorum principe cathe-
dram ipſam ab impietate & ſucceſſorum ſceleribus præſeruante: quemadmodũ
ſuam Moſes ab iniquiſſimis ſcribarum phariſeorumq; facinoribus præſeruauit/
qui quoniã in ea ſederunt quæ docebant hoc eſt Moſi doctrinæ conformia / non
quæ ipſi præuertebãt ſeruãda docuit Chriſtus/quæ autẽ faciebant uitanda/ Qua
de re Augu. in quarto de doctrina chriſtiana libro inquit / illa ergo cathedra non
eorum ſed Moſi cogebat eos bona dicere/etiam non bona facientes. Agebant er-
go ſua in uita/docere autem ſua cathedra illos non permittebat aliena.

THEOREMA .XIIII.

¶ Aut sanctorũ ecclesiæ doctorũ opinionibus/aut eorũ miraculis aut gestis/aut reuelationibus/quatenus eorũ dũtaxat sunt:assentiri neminẽ cogi.

Expositio.

q Vanq́ enim proborum doctrina/reuelationes/ & prophetiæ spernẽdę non sint/aut impugnandæ:nisi de euidenti errore constiterit/ nihilominus habere fidem eis nullus cogitur/quicquid enim legendum ecclesia recipit/uim ei obligatoriã pariter nõ impartit/alioquin ad credẽda agẽdaq́ ea quæ inuicẽ contradicũt aduersanturq́ fideles adstringeret/cum multæ doctorum ecclesiæ sententiæ & placita pugnantia inter se sint. Sed neq́ iugum unq́ aliquod subditorum ceruicibus imposuit/nisi de eo prius expræsso aut tacito / ut supra asseruimus iudicio mentionem fecerit : recepit autem ecclesia ipsa non parum multa dogmata/& ad erudiendũ intellectũ & ad inflãmandum affectũ a sanctis doctisq́ hoĩbus excogitata / q̃ nihilominus aut falsa/ aut nõ usq́ quaq́ recta esse possent/non q eatenus credantur qua falsa sunt/sed quia latet quãdoq́ mendaciũ/seq́ sub specie ueritatis insinuat/falsa eñ per multa (ut Aristoteles ait) ꝓbabiliora sunt quibusdã ueris. Addidimus hæc uerba quatenus eorũ dũtaxat sunt/ Cum ex diuinis libris multæ ab eis petant̃ sñiæ/etiã in propria uerborũ forma quibus assentiendũ nobis necessario est. Non qua eorũ libris inserta / sed qua diuina & a sacris eloquijs mutuata sunt/Multa item postea eorũ dicta a cõcilijs sumpta/ & auctorata fuere(ut supra diximus)de q̃bus alioquin disputare nephas nõ erat/ & pari pacto de gestis miraculis reuelationibusq́ dicendũ:liquet autẽ euidentissime ex ijs cõtrouersijs/quæ inter sanctos doctores ab ecclesia receptos uiguere nõ obligari nos ad præstandã fidẽ eorũ scriptis/quãdoquidẽ ad credenda cõtradictoria redderemur obnoxij/quod fieri nullo pacto potest/ quoniã altera cõtradictionis pars necessario uera est/altera falsa/ sunt autẽ huiusmodi plurimæ in sanctorum scriptis dissonantes cõtradictoriæq́ sententiæ/quod & ante meminimus Augustinus sex dierũ Geneseos opa simul facta scribit/alij ecclesiæ doctores non simul/sed ordine eo qđ indicare uident̃ sacræ litteræ/hoc est sucessiu cõdita asseuerant/qđ Augu. cognitioni angelicæ in uerbo & ꝓprio genere tribuit. Idẽ Augu. a Hierony. de psalmorũ auctore dissentit/certãt itẽ inter se sub reprehẽsione Petri a Paulo:itẽ sup cessatione legaliũ/itẽ de sui ipsius interfectione discordãt. Ab Gregorio itẽ Naçiançeno/ab Hieronymo/ab Ambrosio:Idẽ Augu. & alij de angelorum creatione dissentiũt:quoniã hic simul cũ empyreo cœlo creatos eos affirmat/ illi non cũ cœlo/sed ante uisibilẽ oẽm mundũ per multa sęcula extitisse/& deo seruisse predicãt:Gregorius itẽ põtifex & Dionysius de ordinibus angelorũ discordãt/sctũs Thomas/& sctũs Bonauẽtura discordes/& altercãtes multis in rebus inter se sunt Mitto alios doctores nõ oĩfariã(ut isti)probatos/& Guilhermũ Ocham qui de actibus Hierarchicis cũ Dionysio nõ sentit:Scotus quoq́ in tertio cõmentariorũ in sententias btõ Anselmo nõ cõsentit/quẽ etiã Robertus Olchot in multis deceptũ ait ob ignorãtiam logicæ disciplinę:sed & multa id genus controuersa pugnantiaq́ eorum in libris non difficulter reperies. Cæterum & ipsi quoq́ doctores de suismet dictis ambigunt errauerint in eis uidelicet nec ne / ut est uidere in primo & secundo Augustini libro de trinitate / Item ad Vincentium & Hieronymum & Fortunatum. Scribitq́ Guido Carmelita/q Augu. ipse licet loquatur humiliter nihilominus loquitur ueraciter : Hinc liquet error glossę illius decre-

torum / ſuper diſtinctione nona loqui dicentis Auguſtinũ ſecundum illa tempo-
ra / quibus adhuc illius aliorumq; doctorum opera non erant autentica / quæ ho-
die teneri iubentur uſq; adminimum Iota per illud quod ſcribitur diſtinc.xv. hæc
illa aduerbum: quæ quidem manifeſto & pingui errore marceſcunt / ſi enim om-
nia quæ illis inſunt libris / qui diſtinc.illa.xv.ab eccleſia recipiuntur credere coge-
remur / protinus ad contradictoria non parum multa quæ illis pariter inſunt cre-
denda adſtringeremur ex eis enim opuſculis / Cum ille quas ſupra tetigimus con-
trouerſiæ colliguntur / Tum aliæ multę colligi parua cum difficultate poſſunt / prę
tereo ꝙ nulla ibi iuſſio eſt ut cõminiſcitur. ſed ſcio unde nam bonus alioquin nau
ta in hoc ipſum ſcopulum illiſerit. Numeratur ea diſtinctione Leonis pontificis
ad Flauianum epiſtola cum alijs quæ legenda recipiuntur opuſculis de eaq; ita
ad uerbum ſcribitur: cuius textũ aut iota ſi quiſq; idiota diſputauerit & non eam
in omnibus uenerabiliter receperit anathema ſit: bonus autem gloſſator / quod de
ſola illa epiſtola / de idiotis / de diſputatione dicebatur / & ad omnia pariter opera /
& ad omnes hominum gradus & ad fidem etiam parum conſulte cenſuit referen
da. Colligamus igitur ꝙ tam&ſi ſanctorũ eccleſiæ doctorũ ſcripta / & ſententiæ cũ
honore ſuſcipienda & ueneranda ſunt / nihilominus libertas nobis non aufertur
aliter ſentiendi ꝙ ipſi ſenſerint / cum autẽ manifeſto ſcripturæ teſtimonio / aut uni-
uerſalis eccleſiæ ſanctioni neceſſario nõ nitantur / tum enim acquieſcendum eſſet
omnibus ſi conuinceretur ex ſacris litteris pendere / de qua re plura Ioan. Gerſon
in libro de proteſtatione circa materiam fidei conſideratione decima / ut etiam ſi a
concilio iudicialiter probaretur qua de re ſupra diximus in expoſitione octaui
Theorematis qua autẽ talium doctorum propoſitiones ſunt præciſe aut qua pro
babiliter tm̃ ex ſacris litteris deducuntur nullatenus obligant / cum ob alia tum ꝙ
eorum placita (præterq; in his quæ ad rectam fidem & neceſſarios mores perti-
nent in quibus omnes conueniunt) & diſſonantia & uaria & contraria etiã ſunt /
& ꝙ eſt ſequens uero ſemper non hærent / quam ob rem conſciẽtiam noſtram mi
nime obſtringunt / quod & Petrus de trabibus in primo cõmentariorum in ſen-
tentias confirmat: & Ioannes Scotus celeber theologus in quarto cõmentariorũ
in ſententias diſtinc.vij.ubi de ſacramento confirmationis agitur nobis inſinuare
uidetur / Idem de geſtis eorum reuelationibusq; dicendũ eſt / cum quia chriſtiana
fides eis ſolum reuelationibus neceſſario nititur / quæ in cãnonicis libris continen
tur qua de re ſupra dictum eſt quę etiam diui Thomæ auctoritatæ confirmatum
qui pariter monuit ꝙ huiuſcemodi acta & geſta relatu hominum produ͂tur / qui
& falli & fallere multifariam potuerunt. Ioannes quoq; Scotus.iij.diſtinc. quarti
libri ſcribit / Apoſtolos tã&ſi errare in ſuis uel actibus uel uerbis potuerint / ut ho-
mines / nihilominus nec apoſtolorũ ullum / nec prophetarũ inquantũ ſcriptor ali-
cuius partis diuinorum aliquo modo erraſſe / nixus auctori. Auguſtini ad Hie-
rony. quæ ponitur in decretis diſtinc.ix. cuius initium hoc ego ſolis / & illud ſi ad
ſcripturas diuinas admiſſa fuerint uel officioſa mendacia. Et ipſe etiam Scotus in
quarto eadẽ diſtictiõe & qõne prius docuit / nullũ teneri ad aliquẽ pręceptũ diui-
num niſi per aliquẽ idoneũ & autenticũ ſibi promulgetur uel fama iuridica & te-
ſtimonio bonorum cui debet quilibet rationabiliter credere quod de lege dũta-
xat poſitiua non de ea quę interius corde ſcilicet inſculpta eſt intelligere ſe dicit Io
an. itemq; Gerſon chriſtianiſſimus cognomento theologus in declaratione com
pendiaria ueritatum earum quæ aut de neceſſitate ſalutis credendæ ſunt / aut de
ſola probabilitate aut de pietate fidei tenendę / ſcribit non omnia quæ tradit uel
tollerat eccleſia publice legenda eſſe de neceſſitate ſalutis credenda / ſed illa dũ-

taxat quæ sub diffinitione iudiciali tradit esse credenda uel opposita reprobanda/ concurrente uniuersali totius ecclesiæ consensu implicite uel explicite uere uel interpretatiue & in libelli progressu de huiusmodi uerba faciens / demum subdit/ quod legendas & miracula sanctorũ/uitas patrũ/uisiones deuotarũ personarũ/ recitationes & opiniones sacrorum doctorũ omnia suscipi ab ecclesia & legi permitti non ideo quia determinet talia de necessitate salutis credenda / sed quia proficiunt ad cõmouẽdos affectus pios fidelium & de huiuscemodi materia:Idem doctor sparsim per sua opuscula in prima præsertim parte uoluminũ agit/quæ ad res fidei potissimum pertinet erudite quidem & docte & euãgelicæ ueritati & sane rationi cõsentaneæ.Non est autem prætereundũ silentio preter diuinas scripturas vtriusque testamenti/ & cãnones statutaque conciliorum atque pontificum / quorum etiã in decernendis causis usus præcipuus : quod plurimi theologorum doctorũ & expositorum scripturæ diuinæ gradus in ecclesia reperiuntur / alij enim probati hoc est recepti nomine expræsso sunt:Alij in uniuersum qui.s.in nullo a.s. Roma.ecclesię consortio deuiauerũt / ut in decreto Gelasij uideri potest distinc.xv.Alij postea probati & parem cum illis auctoritatem sortiti ut Gregorius magnus Roma.pontifex quemadmodum refert gloss.distinc. ix.cap. ut ueterum. & Archidi. super distinc.xx.probatus postea Bernardus magnus/ut refert Archiepiscopus Florentinus in summa sua:alij per Roma.pontificum epistolas probati:ut Thomas Aquinas/horum etiam in numero Alexandrũ de Alis repositum:btũs Bernardinus affirmat.Probati alij multi ecclesiæ cõsensu tacito/hoc est pro catholicis semper habiti & laudati tam in uniuersum quam in particulari/ & horum maior admodum numerus & uix explicabilis.Dãnati autem expressis nominibus multi/Arrius/ Macedonius/Sabellius/ & alij hæresiarchæ & in eadem. xv.distinctione uisitur. Alij hæretici in uniuersum ut ibidem habetur. sunt & aliqui qui aut hæreses aut errores habuerunt/ & nihilominus preter errores illos usui alioquin fuere catholicis doctoribus/ & etiam laude insigniti/ut Hireneus/ut Papias/ ut Lactantius/ ut alij/ uel quia contra alios hæreticos scripsere/uel quia non obstinate in hæresibus perseuerarunt/uel quia alijs in rebus probandi/ quemadmodũ & Aristoteles / & Plato/ & alij ex gentilibus sequestratis eorum erroribus & adducuntur & afferuntur a nostris: & eorum sententiæ apud catholicos diu in precio fuerunt/sed & declarati posterioribus seculis per sanctos doctores fuere qui eorum cõmentationes interpretati sunt/ut Boetius Seuerinus/ut Thomas aqnas/ut alij/Nisi enim periculũ simplicis animi fuerit aut particularis & expræssa prohibitio ecclesiæ uetet / nihil obest hæresiarcharum etiam libros legere/ut bona forte(ueluti aurũ ex luto) inde eruantur/ ut eorum quoque errores refellantur. Hierony.quoque de uiris illustribus loquens/Lactantium/Origenem/Arnobium aliosque scriptores non omni ex parte bonos legendos docet / ut bona eorum eligantur & uitentur contraria iuxta Apostolum dicentem/Omnia probate quod bonum est tenete / & in decretis distinc.xxxvij.etiam scriptum est ex concilio Carthaginensi perlegere episcopos debere hæreticorum libros,pro necessitate/aut tempore.Alij item libri apochryphi nũcupantur.Abscõsa enim.i.non patefacta usque quaque neque clara eorum uel doctrina uel auctores hos numerat etiam Gelasius quintadecima distinctione: sed eorũ multi magna in auctoritate & fuerunt olim & sunt.Liber enim qui pastoris dicitur inter apochrypha ponitur / inter eos autem supra computatum diximus qui preter cãnonẽ testamentorũ in ecclesijs legebãtur sicut & sapiẽtia quę Solomonis dicit & Ecclesiasticus & Thobias & alij / & de eo scribit Hiero. in libro de uiris illustribus/quod reuera utilis est liber/ & quod multi scriptorũ ueterũ de eo usurpauerũt te

ſtimonia. Opuſcula etiã Caſſiani dicũtur apocrypha & nihilominus & maximo olim fuere uſui/& nunc ſunt: Nam & a beato Benedicto laudanť in regula mona chorũ/& Beatus Dominicus in Caſſiani lectiõe ꝑfeciſſe diciť/& ſæpe a btõ Thoma ut poſt philoſophiæ ſtudia animum ad pietatẽ reuocaret lecta Caſſiani ipſius opera perhibenť. Animaduertendũ autẽ cum diciť opuſcula probari nõ oĩa in eis contenta probari/alioquin Cypriani error probareť/cuius ꝓbantur opuſcula & multa etiã cõtradictoria ꝓbarentur cum ipſi ſancti in pluribus diſcordes & cõ tradictorij ſint (ut ante diximus) intelligendũ ergo in eis ꝓbari quæ uerę fidei ſunt & in cõdemnatione hæreticorũ & in bonorũ morũ documentis pariter cum apo chrypha aut mala opera dicunť nõ oĩa & oĩno intelligendũ. Aduertendũ & illud male & perperã multa librariorũ incuria poſita eſſe in ipſis decretorũ libris/q̃ corrupti & adulterati multifariam ſunt/exemplo ſit illud in ipſa diſtinc. xv. ne multa cõmemorẽ ꝙ ordo diuini officij iuxta Rom. eccleſiæ morẽ qui in uſu eſt/ibi ab hæ reticis ꝓhibeť cõſcriptus: & ipſe Archi. ſup ea diſtinc. dicit multa eſſe in eo ca. q̃ in multis codicibus nõ ſint poſita/ hæc & multa alia ne dicã milia reperirenť uel libra rioꝝ uel impreſſorũ uitio deprauata de interꝑtibus cãnonũ q̃ theologos ſequunť conſequentur dicendũ eſſet ſi auctorati eo modo fuiſſent eccleſiæ decreto / ut eñ illi diuina interpretantur eloquia ita iſti cãnones uel ad eos intelligendos & condemnandos errores uel pro diſcernẽdis cauſis litibuſq; dirimendis fabricatos bifariam autem explanatores ipſos id eſt inter antiquos & nouos diuidere poſſumus antiquos inq; nouorum comparatione/nam omnes ab annis. cccc. aut circiter floruere/ auctoritate præſtare uidentur neotericis antiquiores quanq; examinanda potius merita q̃ ætas / & quis legum eccleſiaſticarũ ſenſum rationabilius expræſſerit aduertendum.

THEOREMA .XV.

¶ Nullis hominũ dictis ſcriptiſue quæ aut fidei ſubſtantiam aut mores ad ſalutem neceſſarios non concernunt habere fidem cogi neminẽ/ ſuperioribus autem temere & inconſulto refragari non decere.

Expoſitio.

d Iximus ſupra indubiã apud oẽs theologos ſententiã haberi eccleſiam ipſam in ijs quę ad fidẽ aut neceſſarios pertinẽt mores aberrare nõ poſſe in reliquis aũt falli eã poſſe & fallere/qđ & nõ doctoꝝ modo cõſenſu fulciť ſed etiã ipſius eccleſię decreto/quod ab Innocẽtio eius nõis tertio põtifice maximo ſcribiť uti datur videre in quinto decretaliũ ep̃arũ lib. titulo de ſententia excommunicatiõis eoq; iuris eccleſiaſtici interpretes omnes cateruatim cõmeant/theologi quoq; hoc ipſum adſtruunt/ Thomas pręſertim in quolibetis ubi de ſanctorũ cãnoniçatione mẽtionẽ facit/ quã quidẽ materiã late proſecutus eſt Ioannes Picus patruus in apologia/ & Nicolaus Abbas Panormitanus diligenter ꝑtractat / eo maxime loco ubi capitulũ illud a nobis ſecundũ ꝑtractat titu. de ſententia excõmunicationis / ſi autem eccleſiæ iudicium in eiuſmodi negocijs neceſſario uerum non eſt & quod eſt ſequens minime obligatorium ut fide illud teneamus quanto minus & concilij ipſius / & pontificis ſummi & cuiuſlibet alterius iudicium in huiuſcemodi negocijs poterit aberrare/cogimur autem eis dũ taxat enixiſſime adherere & indubiã habere fidem/ quæ indubie ueritati nituntur aut inniti uideri debent qualia poſt ipſius dei iudicium / ipſa uniuerſalis eccleſiæ decreta ſunt/quæ aut ad chriſtianę fidei ſubſtantiam/ aut ad mores chriſtia-

no uiro necessarios potissimum pertinent. Diximus initi uideri debent quoniam Theoremate octauo diximus nullo pacto refragandũ decretis pontificis & concilij/nisi uniuersalis reclamaret ecclesia: & præsertim si pœna subderetur non acquiescentibus/& tales illi essent qui nec aut persona aut doctrina ita pollerent ut possent ad uniuersalis ecclesiæ iudiciũ prouocare. Animaduertendũ autẽ in alijs uti diximus dictis scriptisve ut assentire non cogimur ita dissentire temere non debemus/si enim satis superq́ leue & temerariũ censeretur prudentis hominis iudicium/nulla etiã dignitate & officio insigniti/falsum arbitrari/nisi euidenti id testimonio constaret/quanto magis iniuriosum & mulcta dignum eorum iudicijs in consulto fidem abrogare/qui aut maiestate uerenda aut uitæ puritate in terris præfulgent/ꝙ si in dubijs conscientiæ casibus aliquis se tutum putat postq́ peritum quempiã doctorem consulerit quid ei ambigendũ qui pontifici maximo iudicanti crediderit episcopis maxime & sanctis clarisq́ sacerdotibus suffragãtibus sed & experientia magistra rerum nos docuit/conciliorum omniũ præterq́ paucorum decreta ab uniuersitate fidelium summa cum ueneratione recepta/summorum quoq́ pontificum epistolæ & apostolicę sedis sanctiones magno cum honore ab ecclesia catholica susceptę sunt/multaq́ eorum præconia in decretis. xix. distictio. reposita uisuntur/quæ quidẽ in eis etiam quæ aut substantiã fidei/aut mores ad salutem necessarios non spectãt/sed ad cõmunem uitã & lites & iudicia/mature integreq́ deliberãt. Animaduertendũ item eos longe aberrare/qui ab eis nõ minus putant nephas discedere/q́ ab euangelijs uti Gratianus decretorũ compillator putasse uidetur/ob Augustini sententiã perperam intellectam/mirũ in modum hallucinatus. Est enim in decretis distinctione. xx. Augustini textus ex secũdo/uidelicet eius de doctrina christiana libro decerptus/ubi doctor ille præcellẽs cannonicos libros noui & ueteris testamenti recensens/scribit in uersandis sacris litteris sequendũ esse usum catholicarum ecclesiarum inter quas illas esse non dubitat quæ & sedes & epistolas apostolicas habere meruerunt/de eis. s. intelligens ecclesijs in quibus apostoli uti episcopi sederũt/& ad quas suas epistolas transmiserunt/uti Romanã ecclesiã/Thessalonicensem/Ephesinã/Hierosolymitanã/& reliquas. Nondum enim a christiani nominis hostibus captę regiones illæ populatæq́ fuerant/putauit autẽ Gratianus & qui eodem cæco hac in parte duce in supinum istum errorem inciderunt/inter cãnonicas scripturas decretales quoq́ Romanorum pontificũ Epistolas quorũ tamen eo in libro nulla prorsus habetᷣ mentio ab Augustino numerari/quem introducit de eis epistolis loquentẽ/quas sedes aplica hoc est Romana misit ad alios & recepit/nusq́ autẽ hoc apud Augustinũ cuius textum exacte & legere & intelligere Gratianus debuerat/& ex puro fonte non turbulentis riuis potare. Animaduertere & illud debuerat doctorũ intelligentiam ex causis dicendi summẽdam esse/ut Hilarius. iiij. de trinitate libro docuit/& post eum põtificia iura titulo de uerborum significationibus uoluere/& mox considerasse præcellentẽ Augustinũ/qui eum se cudere librum ob doctrinę diuinitus reuelatæ intelligentiã profitetur/nullo pacto de summorũ pontificum decretalibus epistolis locutum: quod etiã ex ipsis met uerbis Augustini sequẽtibus innotescit: Inquit enim totus autẽ cãnon scripturarũ in quo istam consideratione uersandam dicimus his libris continetur/quinq́ Moseos. i. Genesi/Exodo/Leuitico/Numeri/Deuteronomio/uno libro Iesu Naue/uno Iudicũ/& sic deinceps libros omnes tam ueteris q́ noui testamenti recenset/nulla de epl'is decretalibus põtificum habita mentione/nec de apostolica Romana sede uerbũ faciens/Neq́ id etiã ad propositũ libri pertinebat in uniuersum/neq́ ad ullã eius partẽ/Neq́ põtificũ

epistolæ tempore congestæ in unum fuerant/ut ex actissimã uim legis obtinerent/. Quemadmodũ sub Gregorio nono quem Augustinus multis seculis præcessit edita est illa quinqꝫ librorũ compilatio/& ut uim haberet legis/ipsaqꝫ tum in iudicijs & scholis uniuersi uterentur statutum est: præcessit & Augustinus Gracianũ non parum multis annorum curriculis / præcessit Isidorum illum Hispalensem ex quo ille plurima traxit / præcessit & plurimos eorum pontificum:qui decretales scripsere epistolas. Cæterũ quæ ruditas arbitrari epistolas eas/quæ de rebus tẽporalibus etiam minimis quandoqꝫ editę fuerint/ & quæ contrariæ inter se reperirentur/ut ipse Gregorius pontifex in proemio decretaliũ asserit diuinis scripturis conferendas esse uel de longinquo/ne dum ęquandas? Mitto ꝙ Papę lex ius diuinum non dicitur/ut etiam in cap. non debet de consanguini. & affini. quod & Siculus Abbas confirmat inter alios. Mitto ꝙ errare in fide potest/ut etiam fauentes ei plurimum cannonũ interpretes uolunt. præsertim ipse Innocentius eius nominis quartus pontifex in cap. primo de summ. trini. Mitto ꝙ eas etiam uocat decretales epistolas Gracianus quas Romana ipsa ecclesia ab alijs recepit/ quæ decretalium nomine nullo pacto censeri possunt: Mitto ꝙ decretales ipsæ epistolę trũcatę sunt & eorum partes dimissæ/partes admisse/prout cõpilatori uisum est in iudicijs expedire: Mitto ꝙ reuocari possunt per eosdem aut posteriores pontifices/ꝙ per cõsuetudinẽ etiã contrariam abrogari / quæ nullo pacto cãnonicis diuinę scripturæ libris conuenire possunt/in quibus nec inueterata consuetudo nec pontificũ ulla reuocatio potest obesse. Hoc autẽ dixi nullam aliã ob causam ꝙ̃ ob ueritatẽ manifestandam/atqꝫ ut auctoritas & fides per uera testimonia quæ certe nõ desunt decretalibus epistolis arrogetur/ non per falsa & comenticia derogetur / Neqꝫ enim desunt epistolis decretalibus laudes & uere & proprie quorum illa præcipua est/ quæ calumniã pati non potest uniuersalis ecclesię consensus ubi eas ꝓbauit/fuitqꝫ inter alios plurimos Ioannis Vicleff. errores & hic quoqꝫ in magno illo Constantiensi concilio condemnatus/ꝙ epistolæ uidelicet decretales apochryphæ essent/ & a fide Christi seducerent.

THEOREMA .XVI.

¶ Dissidentibus pontifice solo/& concilio uniuerso inter se/ pontifice & doctoribus inter se/concilij episcopis & sacerdotibus inter se / in causa fidei decernenda/quid agendum uideri.

Expositio.

m VIta diu circa primũ Theorematis partẽ disputata sunt. Fuere eñ qui dicerent. conciliũ in causa fidei præesse pontifici / fuere qui pontificem cõcilio præponerẽt: & circa ipsius synodi collectionẽ. Alia etiã questio utrum sine pontifice utrum eo refragante cõuocari colligiqꝫ posset: Et sane si recte fidei fuerit nullũ mihi uidetur dubium ad eum pertinere utpote Petri successorem & Christi uicariũ. sed cum rite conciliũ cõuocatũ est & inter disputandum ambigitur quid decernendũ sit si forte põtifex quicꝙ̃ solus uellet/ uniuerso reclamante concilio. Tum iuxta multorũ doctrinã nec theologorũ solũ sed ecclesiastici iuris interpretum/non admodum secura eorum consensio qui relicta illorum sententia/ipsi hereret. Scribitur enim in decretis gloss. distinc. xix. Papa tenetur requirere cõcilium episcoporũ ubi de fide agitur/ & tunc synodus maior est Papa/quãobrem archidiaconus Bononiensis glossam ipsam probãs inquit/ Periculosum esset fidem nostrã unius hominis arbitrio cõmittere: Ad hanc ferme sen-

tentiam Bernardus loquitur inquiens: Quæ maior ſuperbia ꝗ̃ ꝙ unus homo to-
ti congregationi iudicium ſuum præferat/ tanꝗ̃ ſolus habeat ſpiritum ſanctum.
Huc quoqꝫ & illa tendit gloſſa nonę cauſæ queſtionis tertię cuius initium nemo.
Maior enim inquit orbis eſt urbe/ ipſe tamen crediderim ſi cauſa ipſa nunqꝫ an-
tea definita ſit fieri difficulter poſſe: ut pontifex ſolus aduerſum omnes ſentiret: ni-
ſi aut diuino ſpiritu/ aut ſpiritu erroris inſignitus duceretur. utrū magis putandū
eſſet/ ex præcedenti uita atqꝫ doctrina rimari oporteret. Illud tamē aduertendum
officij dignitatem multum habere momenti qua uti. ſ. uellet omnipotens in ueri-
tate manifeſtanda/ ſed nec illud contemnendum: ſi adeo illius manaret ſenſus/ ex
re etiam eſſe/ ut alij pleriqꝫ ipſi accederent anteqꝫ ſententiam ferret/ quoniā deus
auctor eſt pacis non diſſenſionis: In cauſa uero antea definita & recepta pontifici
accedendum eſſet/ cuius etiam ſententiæ in cauſa fidei iuxta Thomę ſententiam
acquieſcendum eſt magis/ ꝗ̃ cuiuſuis doctoris opinioni. Si uero inter ſe concilij
epiſcopi diſſentiant (cæteris paribus) parti maiori adhęrendum uidetur/ hęc enim
ultima Theorematis pars naturæ luminis beneficio claret. Addubitari enim uix
poteſt maiorem partem (cum paria ſint cætera quæ ad rem faciunt) ſectandam nō
eſſe/ ad exactam autem conſideratione ̄ eorum quæ offerentur credendorum/ ſic
ipſe arbitror ſtatuendum/ aut enim prodeſſe poteſt & nihil obeſſe quod creden-
dum proponitur/ aut ecōtrario obeſſe/ nihil autem prodeſſe/ aut partim prodeſſe
partim obeſſe/ aut utrum pro futurum ſit an nociturū neſciri/ quæ primo ordine
ſtatuuntur/ admittenda ſine cunctatione ſunt/ Iuxta illud ſapientis/ Innocens cre-
dit omni uerbo. & Apoſtolus ait/ Charitas omnia credit. Secundi autē ordinis res
reijciendę omnino & ablegandę ſunt: ſecundū ſapientis ſententiam dicentis/ Qui
cito credit leuis eſt corde. Tertij ordinis res eo deducendæ ut mente ſaltem & co-
gitatione/ ſi re ipſa fieri non poteſt profutura diſcernamus a noxijs. Quarti autē
ordinis examinandę iuxta illud Apoſtoli Nolite omni ſpiritu credere/ ſed proba
te ſpiritus an ex deo ſint/ putoqꝫ ex hac radice ſuam illam credendi artem traxiſſe
Ioannes de ſabunde in libro quem theologiam naturalem uocat/ qua docuit com
paranda contradictoria librandaqꝫ & in eam lancem demum uergendum eſſe/
quæ ſecura magis & cōducibilior uideretur. ꝙ ſi quiſpiam errore non crimine cę
ſpitaret ut quod obeſſet prodeſſe crederet: puto non pernitioſe falleretur: ni quo
quomō ſui ipſe erroris obliqua uolūtate dux efficeret/ Lumē eñ connatū de quo
iam plura/ inſtar corporalis luminis operatur/ ut eñ huius beneficio luminis col-
luſtrantur oculi quo munere ab offendiculis plurimis cauemus & recta incedi-
mus/ ita illius illuminatur mens/ cuius poſtea fulgore uolūtas & ad bona peragē-
da opera & ad cauenda mala perducitur: ſed ex iure quoqꝫ pontificio eiuſqꝫ inter
pretibus probatio colligitur/ ubi enim maior pars ibi pręſumitur eſſe eccleſia/ ut
lvi. diſtinc. apoſtolica iuxta gloſſam: deducitur itē particularius ex cap. cuius ini-
tium in cūctis titu. de ijs quæ fiunt a maiori parte capituli: illuc quoqꝫ ea tendit ſen
tentia quæ ponitur diſtinc. xv. cap. eo cuius initium ſicut: ſed & concilij Tolletani
decretum extat ſub hac forma/ ꝙ cum quęlibet ſynodus agitur/ aut pacifice inter
pontifices quippiā definitur/ ſi pauciores per neſcientiā uel contentionē forte diſ-
ſentient/ aut commoniti plurium ſententiæ cedant/ aut ab eorum cætu cum dede-
core/ aut confuſione abſcedant/ aut excōmunicationis annue luant pœnam/ di-
ctum autem eſt cæteris paribus/ quia ſi pars maior contra diuinas litteras con-
traqꝫ ea quæ uiolare nephas eſt/ decernere quicqꝫ uellet reliquis qui pauciores eſ-
ſent contra nitentibus: numero minori adhærendum eſſet quemadmodū accidit
in Ariminenſi concilio & in Epheſino ſecundo: quinimo ſimplici potius Ruſtico

& infanti & anniculę q̄ & pōtifici maximo/& mille episcopis credendum/ si contra euangelium isti/illi pro euangelio uerba facerent/ & hanc ob causam non simpliciter absoluteq;/sed sub condictione Tolletani cōcilij sanctionē editam esse crediderim nanq; nescientię atq; contentionis dūtaxat mentio facta est/pari pacto & de bonę probatæq; conscientiæ uiris & de suspectis uel malis/ de doctis quoq; & indoctis/deq; rei claritate & obscuritate intelligendum est;ut omnia uidelicet præter numerum paria censeantur.

THEOREMA .XVII

¶ Dissidētibus summis pontificibus in schismate diuersaq; & uaria dogmata proferentibus cui credendum.

Expositio.

f Ieri/enim potest & sępenumero cum pernitie factum est/ut pluribus de summo pontificatu contendentibus/unusquisq; eorum se pōtificem iactet/uariaq; & pugnantia dógmata disseminentur:atq; alij aliū & multi sæpe nullū quasi acephali sequantur. Quapropter dare operā pro uiribus oportet/uti uero pontifice cognito & honorato reliqui rejiciantur. Ad hanc autem noticiam exacte consequendā difficile quispiam admittitur.siquidem cardinales ad quos pontificalis electio ad præsens ecclesiasticis sanctionibus pertinet/scindūt se in partes & studia contraria ex eisq; ueluti cōtrarijs testibus/ qui nā eorum cannonice electus fuerit dignosci plane non potest. Igitur per orationem in primis consulendus est deus/ut beneficio ueritatis radio mētem illuminet:Dein rationes perquirendę/boniq; & docti uiri consulēdi sunt.paribus autem (si hoc fortasse contingeret)rationibus & testimonijs/is esset sequendus/cui diuina ad ꝓbatum uel uirum uel fœminam reuelatio facta adstipularetur/semper enim ꝓphetica responsio/cæteris paribus/pręponderare debet & eius pręsertim uiri aut fœminæ cuius testimoniū & prudens ingenium/& spectati laudatiq; mores & imaculata conuersatio laudauerint:At si forte hinc inde reuelationes cōtrariæ pugnātesq; proferrētur in medium/ & utra uera/& q̄ est sequens diuina haberi deberet internosci nō posset cū alterā esse falsam/ alterā uerā si inuicē contradicūt necesse sit:ei pontifici adhęrendū magis(si cętera uidelicet paria sint/q alterius sectatores/ ob pœne uidelicet periculū) maledictis & anathemate insectaretur/q̄ si utriq; pōtifices diuersarum partium sectatores maledictiōibus persequeretur nemoq; ab infligēdis censuris abstineret adeo/ut in hac quoq; re par causa redderetur/ ei qui melior doctiorq; palam haberetur accedendum censeo/ At si in hoc quoq; ambigeretur/sic arbitrandum puto/ut qui operam pro uiribus impēderit/in cognoscēdo uero pontifice/sequi eum qui sibi iure sequendus uidetur tuta cōscientia possit/& rectius multo mea quidem sentētia is aget/q̄ qui neutrum sequitur ut quandoq; in schismatibus contigit/quibus inerat pars quæ neutralis uocaretur/nā tam & si fieri posset ut ille falleretur & Antipapam pro Papa ueneraretur / nullū ob id crimen incurreret quando istiusmodi ignorantia inuoluntaria omnino & inuincibilis esset/cum paratus.s.est animus perquisitę atq; agnitæ ueritati q̄ totius adstipulari/huic sententiæ Vlricus theologus in summa sua non discordat/ docens eū qui peritiores consulit de re ea/quæ alioquin expræssa auctoritate non fulciatur/ utrum sequenda sit nec ne/posse inquam maluerit partem sine dispendio uergerē

dum ſibi id faciendũ dictet conſcientia: hac motus ille ratione fuit/ ꝙ deus ab ho-
mine non requirit quod eius ſuperet uires atq; ob id eum q totis uiribus ueritatẽ
perquiſiuit non poſſe cum pernicie errare/ etiam ſi mendatiũ ſub ſpecie ueritatis
neſciens amplectatur huic quoq; & diui Thomæ auctoritas fauet/ qui in ſumma
ſua ſecundo uolumine ſecundę partis ſcribit/eos proprie ſchiſmaticos dici qui ex
intentione ab unitate eccleſiæ ſe diuidunt: Animaduertendum quoq; puto/ ſi eo-
rum alter irrationabilia unq̃ aut præcepta aut conſilia ſubditis tulit/ altero legi-
time præcipiente/nam ad eius remotionẽ poſſent ſubditi cum de poteſtate ambi-
gitur qñ etiã Scotus in .iiij. cõmentariorũ in ſententias diſtinc. tertia ſcribit quan-
tũ huiuſcemodi eorum præcepta conſilia ue q̃diu prælatus eſt/ contemnere non
licet minime obſeruando iuxta illud dominicũ/ Super cathedram Moſi ſederunt
ſcribę & phariſei: nihilominus non licet etiam reputare/ ea bona & falſa opinione
teneri laborandũq; eſſe ad correctionẽ uel amotionem præcepti/aut ipſius præla
ti fatue præcipientis. Cæterum ſicut is qui in fide errat/ non eſt cenſendus hæreti-
cus/ſi paratus eſt corrigi uti theologi & iuris interpretes omnes uolunt cum per-
tinacia ſit/ut inquiunt de formali ratione hæreſeos: quod ut mittã theologorum
ſentẽtias/ notatur etiã ab interpretibus cãnonici iuris in cap. hæc eſt fides/in decre
tis cauſa. xxiiij. quęſtione prima. & ſcd'a cã quęſtione tertia/ in cap. dicit Apoſto-
lus. & in decretalibus titulo de ſumma trinitate & fide catholica in cap. dãnamus
pari & ualidiori etiam ratiõe ſchiſmatis uitio maculatus cenſeri non deberet/qui
antipapę crederet/quouſq;. ſ. de ueritate quæ tum iacet in obſcuro cõſtiterit/ Alio
quin dãnandi eſſent ſancti illi uiri q diuerſis põtificibus credebãt obediebãtq; in
diuturno illo ſchiſmate quod p Martini eius nominis qnti põtificis electionẽ Cõ
ſtantiæ ſopitum eſt. Nãq; ſub Vrbano ſexto/ & Bonifacio nono/Katherina Senẽ-
ſis & Brigida uixere ſanctiſſime fœmine/ſub Clemente ſexto/ & Benedicto duo
decimo/Petrus de Lucinburgo/ſub Benedicto itẽ Vincẽtius ordinis prædicato-
rum clariſſimus. Qui autẽ rudes omnino & inexpertes litterarũ ſunt/ Adeo ut hu
iuſcemodi controuerſiarum capaces non euaſerint/ modo recte intentiõis fuerint
excuſari crediderim/ ſi ſuis epiſcopis audiũt/cum ad hæc exacte noſcenda nec di-
uina nec humana lege cogant̃. Quid em̃ iſtis neceſſariũ ſit ſupra docuimus/quã
ob rem ſuos ſequi epiſcopos debent quibus illud Iob aptari poteſt/Boues arabãt
& aſinæ paſcebantur iuxta illos. & illud Apoſtoli/ Obedite præpoſitis ueſtris &
ſubiacete illis. Ioan. Gerſon de ſchiſmate copioſe ſcribit/quare qui exactiorẽ huiu-
ſcemodi rerum noticiã cuperet librum eius adire poteſt.

THEOREMA .XVIII.

¶ Diſſidentibus probatorũ theologorum uel iuris interpretũ opinionibus/ poſ-
ſe quemcunq; tuto eam ſequi quæ ſibi magis conſona uidetur ueritati/ cæte-
ris autem paribus illi eſſe tutius hærere/ in qua plures & qui doctiores ſan-
ctioresq; ſunt habiti conueniunt.

Expoſitio.

S I enim probati ſunt nihil aut ſacris litteris/aut eccleſiaſticis ſanctiõibus
aduerſum proferẽt: probant̃ autẽ aut expręſſo iudicio aut tacito cõſen
ſu hoc eſt aut ſentẽtia/aut quod eſt frequẽtius uſu publico uniuerſalis
eccleſię. Auguſtinus multiq; tum Græci tum latini doctores probãtur
in decretis diſtinc. xv. per Gelaſij papæ ſententiã/ beatus quoq; Bernardus/ btũs
Thomas & alij ſummorũ pontificũ litteris probant̃ (ut ſupra diximus) alij quoq;

usu publico ecclesiæ pariter probati sunt/hoc est pro catholicis habiti:qui hos igitur sequuntur & si dissideant/& si a uero quandoq; recedant/perniciose tamẽ hoc est aut cõtra fidem aut necessarios mores errare non possunt: quãdoquidẽ in illis omnes conueniũt/Dãnatos autẽ ab ecclesia doctores & hæreticos / nõ modo nõ sequi/sed & persequi & dãnare oportet/alioquin Arrij & Nestoris/ & aliorũ principum hereseos sectatores excusarent/ꝙ suos doctores magistrosq; sequerentur qui euangelicã fidẽ aperte demoliebant/At si res de qua sit cõtrouersia indirecte ut aiunt/& secũdario ad fidẽ pertineat/hoc est ꝗuis in sacris litteris quoquomodo contineret/non tamẽ palã explicite q;/qui aduersam falsamq; opinionẽ tueret nixus doctorũ auctoritati/dignus uenia haberetur ueritatis nãq; portũ tenere se credens in mẽdacij scopulũ uel nulla uel certe parua culpa delaberet/scribit ad hanc sententiã Monaldus ueritati preiudiciũ nõ generari/cum inter diuersas probatorum doctorũ sentẽtias illã opinionẽ quis amplectitur/ q̃ magis sibi uidet consona rationi: fauet & Thomas in secundo uolumine scd'e partis sũmæ: quęstione.xi.ꝙ si huiuscemodi opiniones aut ad substantiã fidei / aut ad necessarios mores minime pertineãt/pro libito ꝗs & absq; discrimine quã maluerit partem sectari potest/ tunc enim ut in quolibetis scribit idẽ Thomas locũ habet illud Apl'i/unus quisq; in suo sensu habũdet/Diximus cæteris paribus eam præponendã / in qua plures & qui doctiores sanctioresq; sunt habiti conueniũt/qd' equidẽ probabilissimũ/ id enim in quo oẽs conueniũt/ut sapienter Aristo.docet/ nõ potest oĩno falsum esse: parũ autẽ referre existimauerim vtrũ oẽs aut plures & meliores dixeris.sed & persuasissimũ nobis esse debet eos non modo qui doctiores / sed & sanctiores sunt/ clarius & exquisitius cæteris ueritatẽ agnoscere & agnitã sectari / adstipulatur illud ecclesiastici/In multitudine seniorũ salus/ & illud itẽ:Ne despicias narrationẽ seniorũ/& in prouerbijs eorũ conuersare / ab istis enim disces sapientiã / Quis eñi ambigat/tutius se hominẽ eius iudicio cõmittere/quẽ probatę perspecteq; bonitatis agnouerit ꝙ qui bonitatis aut expers aut indigus doctrina dũtaxat pollet/ & diuus Ambrosius in libro de paradiso scribit / neminẽ debere se alteri credere nisi cuius uirtutem probauerit.

THEOREMA .XIX.

¶ In controuersijs fidei nullo unq; modo definitis posse quemlibet recte mentis/ quam maluerit opinionem tuto sequi.

Expositio.

S Equitur hoc ex præcedentibus/ nam cum ueritas nõ eluceat & quæri nihilominus pro uirili debeat potest quis tuto alterã sequi doctrinam/ altera abiecta/cum inuicẽ.s.contradicũt/Quapropter si recte mẽtis fuerit diuino se iudicio in ipsa electione cõmittit/ qñ ab eo non nisi ueritas quærit: Bonus aũt deus ijs q recto sunt corde:sic accusari iure nõ posset/ etiã qui erraret/qñ nec uolũtatis uitio nec pnitiose in errorẽ laberet/& ob hanc causam inoleuit forte consuetudo apud multos in prefatõe disputationũ suarũ quas aut uoce habẽt aut scriptis ut protestent bonę se esse mẽtis erga catholicã fidẽ/& quanq; aut uerbo aut scriptis ꝓtestatio ea abesse possit qñq; sine culpa.Abesse tñ ab aĩo sine culpa nõ potest/paratus enim unusquisq; esse debet/nõ solũ ecclesiã/sed & quẽlibet se rectius sentientẽ audire/& sequi / scribit & Ioan. Gerson hac de re in libro de protestatione circa materiã fidei consideratiõe scd'a: ita ad uerbũ: ꝓtestatio generalis uel specialis de ipsa fide nõ infert ꝙ protestãs errauerit / similiter nec reuo-

catio condictionalis: hoc est itaq; perspicuũ q homo quantũcunq; fidelis dicere pōt ꝓtestor/ q nil intẽdo dicere/ nec puto dixisse contra fidẽ & si oppositũ cōtingeret uel cōtigisset illud ex nũc reuoco uel retracto. Subditq; nullũ eẽ uel fuisse de errore notatũ/ qui sic ꝓtestaret/ aut reuocaret/ referre tñ ait ꝓtestari uel cōdictiōaliter reuocare circa ea/ quæ clarissime & explicite sunt de fide & ea quæ difficultatẽ habent aliquam: in illis enim inquit fas est dicere cum Aplo ad Gal. Si quis uobis aliud euangeliçauerit / etiam angelus de cœlo anathema sit. Recte autẽ mentis eũ appellarem/ qui dei honorẽ super omnia & desideraret & quæreret / sibiq; & alijs perpetuam cum deo fœlicitatem in cœlis/ Illud semper arduis præcipue in rebus animo uoluens idẽtidemq; rogans Fiat uoluntas tua/ sicut in cœlo & in terra: qd idem est/ ac si dei honorem / & nostræ animæ salutem expræsse quæreremus / vult enim deus honorẽ sibi debitũ deferri a nobis idq; in bonũ est nostrum / quo sanctificamur/ Hæc est enim inquit uoluntas dei/ sanctificatio uestra / qui autẽ in cœlis sunt/ nihil ob hoc aut euariant aut euariare possunt/ utpote iam deo iuncti charitate perpetua/ eiusq; uoluntati adeo conformes ut quicquid ille vult constantissime uelint/ suaq; de fœlicitate perpetuo tenenda / nihil sollicititi sed omni quæ possit a nobis in presens optari certitudine certiores sunt/ Hæc autẽ nobis esse in uotis debent / & quicquid agimus eo dirigendum est.

THEOREMA .XX.

¶ In controuersijs fidei/ opinioni ei adherendum esse/ quæ & euangelio magis consona est: & fortiori ratione munita.

Expositio.

X supradictis prima pars liquet/ sed & rationi efficatiori adquiescendũ
e esse persuasissimũ est/ cum autẽ rationẽ nomino nō eã tm̃ intelligo quæ naturali dũtaxat lumine predita est/ sed de ea loquor potissimũ q Christi fidei iam suscepte pio & frequenti obsequio famulatur quemadmodum a nostris theologis fieri solitum est.

THEOREMA XXI.

¶ In cōtrouersijs fidei quorũ partes uel naturali ratiōe uel euãgelico testimonio roborari æque uidentur / ei tutius est hærere q cẽsurã aut infligit aut cominat.

Expositio.

Iximus supra eam partẽ cæteris paribus tenendã quę aduersarios exe
d crationibus & anathemate insectaretur/ additum est autem in Theoremate uerbum æque ob id q si cuipiam constaret/ partem alteram euangelicæ initi ueritati ab ea mætu pœnæ nullo pacto recedendũ esset qd & ante diximus/ Christi enim sentẽtia est/ Beatos eos esse qui persecutionem propter iusticiam patiuntur.

THEOREMA .XXII.

¶ In controuersijs fidei suspendendum aliquando iudicium.

Expositio.

ſ I enim dubietas exoriretur/quæ nam partiū euangelicæ ueritati niteretᷣ magis:præcipitanda nullo pacto ſententia foret/ periculoſum enim & impium in cauſa fidei tam ſeria/tanti diſcriminis / quicꝙ temere diffiniꝛ re/Quamobrem librato iudicio ueritas / quæ ſe mentibus fideliū ingeꝛ rat expectanda eſt / & in eo quod intercedit tempore orandus eſt deus pro impeꝛ tranda diſcretione ſpirituū/& ſacrę litterę conſulēdæ ſunt/qđ & magnus ille Athaꝛ naſius in Arrianā blaſphemiā ſcribens faciendū cenſet : Illud quocꝙ accedit ꝙ hō ſibi nimiū credēs/in ſupbiā facile labitᷣ / & inde in hæreſim facilime delabi poteſt/ ex aduerſo autem penſandum non ſemper & omnifariā alijs credendum eſſe/ etiā maiori parti/exemplo ſint Chriſti diſcipuli pauci contra innumeros aduerſarios: Martyres contra orbem uniuerſum : contra uarias hæreticorū ſectas & populos/ pauci doctores/potiſſimū dum ſæuiebat rabies Arrianæ blaſphemiæ/dū ꝓfugus Athanaſius Chriſti ſeruus in pœnā falſi dogmatis ab ipſis hæreticis poſcebatᷣ/ dū Hilarius pariter exulabat qui ſibi ſoli & nō alijs credebāt iudicantes ſe in Chriſtū credere/ Aduerſariorū autē numeroſiſſimā turbā Chriſtū blaſphemare. Nec offiꝛ cit/ſi qs dicat fretos ꝓprij ingenij rationibus & armis doctores ipſos/in aduerſario rum exercitū uim feciſſe oppugnabantᷣ/ipi potius ſed Chriſto ꝑ eis p̄liante expu gnari nō poterāt:Afferebātcꝙ hæretici rationū ſuarū cateruas & diuinę ſcripturæ auctoritas ꝓ ſe prima fronte ꝓbabiles & ita uiſas ppl'is & principibus & ep̄is mul tis ueluti cū Arrius illud adducebat Chriſti cōtra ipſum Chriſtū Pater maior me eſt/& cętera id genus qbus aduerſus deū magno impetu magnocꝙ fragore adiuti etiā imperatorū edictis militabant/ q̄re q ꝓbabilitati incōſiderate acceſſiſſent/ aut multitudini fiſi fuiſſent/ aut fauori principū & ep̄oꝝ cōceſſiſſent mortis laqueis capiebantᷣ. Quapropter nobis cōſiderandū eſt / multa eſſe falſa ꝓbabiliora qbuſꝛ dam ueris & ſtultorū etiā (ut inquit Sapiēs) infinitū eſſe numerū & principes & ꝓ latos eccleſiæ quādocꝙ aut ignorātia/aut malicia decipi: nō em̄ ſcripturas diuinas quilibet intelligit / quas docet ſpirituſſanctus/nec niſi eos quos vult & præſertim quos humilitatis raro priuilegio donauit:quæ ſine litteris litteratiſſimos philoſoꝛ phos uincit & uicit:Exēplo ſit philoſophus doctiſſimus a ſimplici ep̄o Niceæ ſuꝛ peratus/& in ſentētiā tractus/qui cū primus aduerſus doctorū epiſcoporū tela ſe defendiſſet/mox ab indocto & inermi/ſed humili ep̄o ꝓſtratus ad Chriſtū in triūꝛ pho libens/& alacer ductus eſt:colligamus igitur ſuſpendendū aliquādo iudiciū in cauſis fidei cōtrouerſis & ambiguis/ ne laqueis diaboli quorū mundū repletū in uiſu uidit Antonius irretiamur / & onſtenſo ei remedio ſcilicet humilitate utaꝛ mur & oratiōe/quorū ope & ueſtigāda & amplectēda veritas q̄ per dei gratiā no bis innoteſcet/poſſumus enim iudiciū ſuſpendere nō ſolū in his & ꝑquirendis & cogitandis & iudicādis ſed etiā in oībus etiā ſi eſſet ultimus finis/ſcd'm aliquos ut refert Gerſon in libro de perfectione cordis ſuſpendere incꝙ hoc eſt nec uelle nec nolle aſſentiri/ ſed nō accederetᷣ forte a multis doctioribus huic opinioni/quo ad ultimū finē: credētibus nō ſolū nos debere ultimū finē uelle/ ſed nō poſſe/ nolle ei aſſentiri.in dubijs autē aliquādo idipſum & debere & poſſe contingere/quā diffiꝛ cultatē/ideo tetigi/quia multi dubitarent ſe poſſe iudiciū ſuſpendere:cum in ſenſu inclinationē aduertunt imaginationē & ſenſum ab intellectu & uoluntate perpeꝛ ram diſtinguentes.

THEOREMA .XXIII.

¶ In controuerſijs chriſtianæ fidei errare pernitioſe neminē qui recto ſit corde/ & pro ueritate noſcenda/preces ad deū indeſinēter fuderit.

Expoſitio

Etus em̄ & trita theologorū ſnīa eſt/quēlibet fideliū a deo exaudiri/ qui
u pro ſe pie & pſeuerāter orauerit/ p ſe autē & pie orat/q pro fidei uerita⸗
te noſcēda diuinū implorat auxiliū/& eo maxime cū humanū deeſt/ &
inter fidei p ceres cōtrouerſia ſuborit/dū pōtifex a cōcilio diſſentit/cō⸗
cilij partes inter ſe diſſidēt/& utrinq; ratio/utrinq; doctorū uirorū auctoritas: Bo⸗
nus autē Iſrael deus ijs/q recto ſunt corde/ luce ſuæ ueritatis humanę caliginis te⸗
nebras diſcutit/ ſi perſeuerantiæ uirtus nunq; ſatis laudata p̄cibus ipſis adfuerit:
Petite (inquit Chriſtus in euāgelio) & accipietis/pulſate & aperiet uobis: recti aūt
cordis eos qđ & alias diximus appello/q dei facere uolūtatē deſiderāt/huiuſmodi
aūt hoīes illuminari pmaxime ex euāgelio colligimus: ſi qs em̄ inqt Chriſtus uo⸗
luerit facere uolūtatē eius q miſit me/ cognoſcet de doctrina: hoc aūt uerbo pnitio
ſe uſi in Theoremate ſumus/ ob id q tā & ſi quēpiā errare deus (occulto ſuo iuſtiſ⸗
ſimo tn̄ iudicio ſineret) citra tn̄ ęternę mortis culpam id fieret/adeſt em̄ ſemp bonę
uoluntatis uiris diuina ptectio/quę noxiū peccati uirus abigit a conſciētia/ Immu
nesq; & illęſas ſanctorū uirorū aīas cuſtodit & ſeruat/Multi enim erroribus & de
mille annis/& de iteratione baptiſmi maculati/ beatitudine tn̄ donati ſunt & ab ec
cleſia celebrati/uti Papias ep̄s Hieropolitanus/Cyprianus Carthaginēſis/ Victo
rinus Pictauiēſis/Hireneus Lugdunenſis/& alij. Fieri em̄ facile poteſt (qđ Hiero.
uoluit p defenſione librorū Clemētis) ut nō ſolū ab hæreſis pœna defendat/ cuius
ſcripta ab imperitis librarijs paulatim corrupta ſunt/ſed qui uel ſimpliciter errauе
rit/uel alio ſenſu ſcripſerit/uel innocēter quædā & minus caute locutus eſt. Nullo
nanq; pacto credendū beati Cypriani & aliorū quos ſupra memorauimus erro⸗
res uoluntatē eorū obſtinatione maculaſſe. Sed intellectū dūtaxat quādoquidem
nulla obſtinatiōe in eis pmanſerūt/ quos nun dū eccl'iæ cōſenſus (uti poſtea factū
eſt) inter pernitioſos errores cōputarat: ſupra itē rettulimus de iuſtis & beatis qui
buſdā uiris fœminiſq; quibus diuturnū illud ſchiſma nō obfuit/ ut a uero futuro
rum bonorū pontifice Chriſto ſeperarent/ oculi. n. eorū ſemp ad dn̄m/qui euulſit
ipſorū pedes a laqueis/Animaduertendū tn̄ nō inconſulte dixiſſe nos in Theore⸗
mate in cōtrouerſijs fidei hoc eſt in eis difficultatibus/ q̄ de ſuſcepta iam fide Chri⸗
ſti penderēt/ne intelligeremus ſi de ipſa fide Chriſti in uniuerſum ſuboriret dubi⸗
tatio uera ne an falſa eſſet/Orare ſup hac cōtrouerſia nos debere ut ueritas patefie
ret: hoc eſt utrū eā credere tenereq; deberemus an ne/ Neq; em̄ id orare oporteret
nam q oraret & peteret ſupno lumine colluſtrari utrū euāgelio credēdū eſſet/ pcul
dubio aberraret/ quia minus firmus ſtabiliſq; in euāgelica ueritate perſiſteret/ q̄
em̄ fieri poſſet/ut q ſincęre & incūctanter (ut oportet) euāgelio crederet: peteret po
ſtularetq;/utrū illi credere deberet an nō: firmiter em̄ credendū ſine diſquiſitiōe eſt
Semel (inqt ſcriptura) locutus eſt deus & id ipſum ſcđ'o nō repetit: & iterū/ Nō ten
tabis dn̄m deū tuū. & iterū/Ego deus/& non mutor. & alibi/ Fidelis deus in oībus
uerbis ſuis/& ſanctus in oībus operibus ſuis. & alibi/Apud quē nō eſt trāſmuta⸗
tio/nec uiciſſitudinis obūbratio. ſed ſi qs forte obijceret iudeos ſe hoc pacto poſ⸗
ſe excuſare/ q uidelicet de lęge Moſi utrū credendū ei ſit ambigere non poſſunt/
nec ob id errare eos ſi nō orauerint deū ut eis manifeſtet utrū euāgelio credere de
beāt: pariq; pacto & Maomethenſes & alios a Chriſti fide alienos/ reſpondendū
Iudęorū fautoribus eſt/ quāq; & alia hac de re ſcripta a nobis ſupra ſint: exorbita
re eos multifariā/neq;. n. petimus ab eis ut de lege dubitēt/ſed ut ipſam legē intelli
gant/& ad medullas penetrēt relicto cortice/qđ ſi obſtinatione ſeqſtrata facerent
inuenirent euangeliū/ & Chriſtū diſcerēt. q illis legē pfecte doceret euāgelio inſi⸗
nuato. Maomethēſes uero & quicūq; alij nr̄æ legi aduerſi debēt/ de eorꝫ legibus

dubitare in quibus multa nō solū cōtra diuinā legē/ sed & cōtra ipsius naturæ de-
creta q̄ oēs seruare oportet imixta sunt: grās igit̄ ꝙ maximas habere deo christia-
ni debemus q supno lumine grę suæ nobis affulserit: quo discimus euāgelio sim-
pliciter credendū: & in euāgelij expositiōe catholicę ecclesiæ & in ecclesię catholi-
cæ sensu ꝑcipiēdo doctrinæ Romanæ ecclesiæ / & in doctrina Romanæ ecclesiæ
noscēda/ ꝓbatorū ab ea doctorū & p̄sertim theologorū sentētijs / atqꝫ cōsensu: Ita
eñ supno illo lumine didicimus & in celebratissimorū doctorum scriptis sparsim
postea hæc ipsa uel expræssa uel inmixta inuenimus: qbus aūt de mandatū nō est
officiū uel docēdi plebē uel p̄dicandi ij minime adstringunt̄ ad noticiā exactiorē
uel habendā uel ꝓ uiribus quærendā de rebus fidei & q̄ iuxta uires/ necessaria di
scere satagerūt/ satis fuerit. Si in uniuersum Ro. ecclesiæ hoc pacto adquieuerit/ ut
illa credere uelint ad quæ illa obligare fideles/ ꝑ edicta & p̄cepta sua uoluit/ quare
cū inextricabilia mēti suæ occurrerint/ Ad obligatoriū illud iudiciū Ro. eccl'iæ se
referēt tumqꝫ uel postea exqsitior ei ueritas patefiet/ in eoqꝫ adimplebit̄/ quod in
Psal. scriptum est Lux orta est iusto/ & rectis corde lęticia.

THEOREMA .XXIIII.

¶Eadē semꝑ non fuisse necessario credēda/ neqꝫ eundē ordinē seruatū.

Expositio.

m Vlta enim implicite olim sacris in libris cōtinebant̄/ de qbus nulla alio-
quin sub orta lis fuerat/ nulla sanctio ꝑ catholicā ecclesiā ꝓmulgata: atqꝫ
ob id quispiā ad ea explicite credēda minime astringebatur: postqꝫ aūt
definitū est per ecclesiā/ sequi ea necessario ex sacris litteris & sūmi dei
esse cōsulta/ credēda explicite nobis sunt. Atqꝫ in hunc modū nōnulla ꝑ ecclesiæ
decursum declarata sunt. Inter ꝓphetas quoqꝫ ueteris testamēti posteriores prio
ribus exactiorē qnqꝫ & distinctiorē quarundā rerū noticiā cōsecuti sunt. unde &
Dauid canit/ Suꝑ senes intellexi. Apl's etiā clarius & exquisitius nō nulla ꝑcepisse
ꝙ ueteres illud indicio est/ qd' Paulus ad Ephesios scribit/ potestis intelligere pru
dētiā meā in ministerio Christi/ qd' alijs generatōibus nō est agnitū: vñ & Grego
rius scribit ꝑsuccessiones tpm diuinæ cognitiōis augumentū creuisse: de qua re la
te. s. Thomas disputat in prima ꝑte theologicę summę/ ubi de angelorū cognitiōe
ꝑtractat: sed & uarius diuersis tpibus ordo credēdi seruatus: quanqꝫ huic semper
ueluti fundo nixa est fides nr̄a diuinis reuelationibus credendū esse. Christi nāqꝫ
discipl'i ut testamēti ueteris ad p̄sens mittamus ecclesiā hūc ordinē seruauere/ ut q̄
ab Christi ore hauserūt & crederēt & seruarēt/ eodēqꝫ tpe/ & ab ipso deo illumina
bant̄ interius fidei lumine exteriusqꝫ per signa & miracula ab eo patrata robora-
bant̄: primi autē q post ascensum Christi in cœlū credidere ab eisdē & apl'is & di-
scipulis fuerūt edocti/ & sic deiceps adusqꝫ nr̄a tpa ꝑsuccessionē (ut ita dixerim) he-
reditariā christianis hoibus tū uoce tū scriptis fidei noticia ꝑuenit. Nos aūt q ab in
cunabulis cū lacte nutricis hāc fidē inbibimus/ parentibus nr̄is ordine tpis prius
credimus/ cū ea nos edocēt/ q̄ ad fidē ꝑtinent & paulatim ad audiēda euāgelia rele
gāt/ q̄ christianorū primitiæ priscaqꝫ illa sub Christi tpibus pullulās/ & sanctospū
ampliter fęcunda eccl'ia ab apochryphis scriptis segregauit & a christianis oībus
custodiri/ & ꝓ uerissimis haberi oraculis decreuit: sed & aliū credēdi ordinē aīad-
uertere est/ prius. n. ꝙ vulgarent̄ euāgelia/ & prius etiā ꝙ Mattheus q primus oīm
suā de Christo Hebraicis lr̄is cōtexuit historiā ad scribēdū animū appulisset/ fides
ipsa inter christianos feruētissime splendebat/ atqꝫ ob id prius eccl'iæ credebat̄/ qd'

etiã apud antiquos patres obseruabat. Nãq antecq Moses res gestas ab mũdi genesi exordiret in Abel/Noe/Abraã/& reliquis iustis/fides sancta & imaculata pmãserat. Cæterũ euangeliũ qd & ab ecclesia ipsa pbatũ roboratũq est/sua postea auctoritate cõfirmat ecclesiã/eiusq nobis dignitatẽ ostẽdit/nihil em̃ de Christi factis de ueteris testamẽti firmitate nouimus nisi euãgelicę legis bñficio. sed & alius quoq ordo inter ea q ad gignendã roborãdãq fidẽ cõcurrũt/attẽdi cõsiderariq potest: qñq em̃ nullo apparẽte miraculo/nulla efficaci ratiõe animũ subeũte illuminat itellectũ deus & pe impellit ad suscipiendã fidẽ: postea succurrũt mẽti patrata miracula fidẽ ipsam cõfirmãtia/trophęa martyrũ ipsius fidei sanctitas/& mũdities/iniqtas & incõstãtia alienarũ legũ: Aliqñ itẽ ecõtrario accidit/ut pdigia uidelicet & signa in Chri uirtute ab eius sectatoribus facta adducteq rõnes infideliũ aĩos moueãt/postea dei grã q fidẽ parit illabat i mentẽ: uerũ em̃ vero i q̃libet eorũ q̃s recẽsuimus credẽdi ordinũ/ppositiõi huic ueluti pncipio niti oportere manifestũ ẽ: deo & diuinis reuelatiõibus credẽdũ/qd ut faciamus i cã est lumẽ illud diuina clemẽtia nr̃is aĩs supnaturalr̄ iditũ: de q̃ in alijs theorematis mẽtionẽ fecimus.

THEOREMA XXV.

¶ Christianorũ quẽlibet sub totius ecclesiæ & capitis unitate spiritaliter nutriri/augeri & perfici/quẽadmodũ sub capite & tota hoĩs cõpage mẽbra corporea.

Expositio.

e T sacris litteris & theologorũ monumẽtis ecclesia corpori assimilata ẽ/& christi mysticũ corpus appellatur/siquidẽ uniuersalis ecclesiæ caput Christus est/cuius uicẽ in terris sũmus põtifex gerit collata Petro hac potestate uti dogmatis euãgelicis multifariã ĩstruimur & eo potissimũ loco ubi Christus pascendas ei oues mãdauit/q primatũ inde super omni ecclesia percepit/cui hæreditario/quasi dixerim/iure succedunt omnes qui legitime ad apostolici culmen throni deliguntur/uti sanctorum hominũ uoces & ecclesiasticę sanctiones attestantur: sicuti autem in naturali hominis corpore fluit a capite ad membra uis salutaris indeq & nerui & sensus initium capiũt/unde caput dictum esse/& Varro & Latinę linguæ auctores alij uoluere: sic & in mystico ecclesiæ corpore datur animaduertere/in quo a pontifice ad ecclesiã uis potestasq fluit a supremo uero & pprio capite Christo deriuata. Fieri autẽ potest ut & uicarium caput ægrotet quemadmodũ & naturale & sicuti noxios hoc humores ita illud praua dogmata immittat in corpus/quod cum accidit pro medela laborandum/& si desperatur salus abscindendum: hoc est cum immani & diuturna ac desperata cõclamataq criminis præsertim hęreseos saniemarcidũ est/subrogari/sufficiq̃ totius aliud debet. Quemadmodum a doctoribus presertim theologis probatis & celebratis traditur/Quãdoquidem principale caput Christus ĩmobili stabilitate perseuerat semper qui uicaria capita dũ corpori suo mystico expedit/& substituere & amouere potest. Igitur sani capitis influxũ suscipere mẽbra/hoc est sana põtificis dogmata subditi debent: Alioquin ueluti membra uiribus destituta & uiuifici corporei caloris expertia atq ob id emortua anathematis mucrone abscindi proijciq & possunt & debẽt: Capitis autem male sani & deliri uitanda contagia sunt/ne & ipsi artus pestilenti humore tabefierent. Posset autem euenire ut corpis mystici mẽbra quẽadmodũ & naturalis demissum susceptũq uirus statim nõ psentiãt/atq ob id tabescere occipiãt: Quapropt ad ocl'os hoc est eleuatos doctos & contẽplabundos uiros/q in ecclesię corpore oculorũ uice fungunt in ipsa infirmitate recurrendũ/quorũ hausto cõcilio in unũ cõueniendũ est/ad iã receptã

saniem tabeq; expellendã & ꝓ tutanda cõseruãdaq; corporis mystici ad Christũ caput/a quo pendet uiuitate hoc est ipsius mystici corpis uita enixissime & adusq; ultimũ spm̃ laborandũ. Aĩaduertendũ autẽ qđ & Io. Scotus in. iiij. snĩaꝝ. prima q̃stione qnte distinc. meminit/ubi de baptismi sacramẽto disputat ꝙ in corpe humano uita una est oĩm partiũ q̃ ab eis ordine quopiã participat̃ in corde prius / dein alijs ei mẽbro ꝓpinquioribus & ita deinceps/ quare deriuari uita ex una parte in aliã nequit/nisi ea qua deriuat̃ pars eadẽ uita uixerit: in mystico uero hoc est ecclesia nõ ita oĩno euenire/cũ una uita numero in ea nõ sit/ nec oportere mẽbrũ illud/ quo uti ministro in alia mẽbra uita trãffundit̃ ꝓpinquius esse uitæ principio/ quo ad participatũ ipsius attinet uitæ: sed in gradu ministerij dũtaxat & de uenis affert exemplũ/q̃ si ĩ corpe (ut inqt) nõ uiuerẽt fomaliter/media tñ essent cęteris partibus in ministrãda uita: q̃propter ut hic de malitia baptiçãtis ministri ꝓtulit quã nõ officere uoluit baptiçato/si & forma & intẽtio seruet̃ ecclesię/ Quod & oẽs pariter q̊s unq; uiderim theologi affirmãt/& ipsa eccl'iæ sancit auctoritas: Non secus nos de malicia capitis docẽtis regẽtisq; putare possumus / quam nihil officere opinamur modo & catholica ab eo seruet̃ fides atq; doctrina/tã & si uita illius & mores publica debẽt honestate fulgere uerũ si defuerint fidesq; lãguerit qd agendũ supra inuimus/qđ latius a plerisq; & doctrinę & sanctitatis titulo ĩsignibus declaratũ. Aĩaduertendũ quoq; est/ꝙ queãdmodũ oĩa q̃ ad uictũ & ornatũ naturalis corpis spectant omĩ ex parte necessaria nõ sunt/non secus esse q̃ ad mysticũ ꝑtinẽt/sed sicuti uescimur delicatis cibis/& naturã roborãtibus qbus nihilominus sospite uita carere possemus/Induimurq; grossioribus indumẽtis frigus dũtaxat propulsantibus mollia eliminãtes/Ita iuxta ꝓportione de spiritali & cibo & uestibus statuendum. Quippe cũ inter ipsa eccl'iæ dogmata alia ad cõseruandã spiritalẽ uitã sint necessaria. Alia utilia quidẽ sed quorũ uis ad tuendã ꝑ se naturã nõ faciat / sed quodam quasi adiumẽto cõpẽdioq; sit ad cõparandã fœlicitatẽ/Alia quoq; q̃ nõ incõgrue mutatorijs cõparent̃/utpote q̃bus qsq; ꝓ arbitrio uti possit/mõ corpus ornẽt/non dehonestẽt/huiusmodi uarię sunt doctorũ hoĩm sentẽtiæ/q̃ quanq; sæpe inuicem cõtradicũt/& [illegible]apto nõ est/utrę ueriores sint nihilominus earũ q̃libet sine uere fidei præiudic[illegible]mmi potest. Postremo illud sciendũ nõ secus ꝑ lumẽ grẽ diuinitus aĩæ inditũ hoĩ innotescere se/aut in ipso corpe/hoc est catholica eccl'ia esse ut se firmiter qbuslibet mẽbris charitatis ferrumine conglutinet: aut extra manere quominus nõ desit facultas/qn ad ipsam statim cõmigret/nõ secus inq; innotescere/ac ꝑ naturale lumẽ cuicũq; ciui liquet/se aut in bñ morata/bñq; cõstituta ciuitate degere/aut sub tyrãnide uersari/atq; ob id sibi tutius futurũ/si ad urbẽ quãpiã se conferat / in qua suæ ipse saluti cõmodius & liberius consulat.

THEOREMA XXVI.

¶Quid cuiq; de consequenda æterna fœlicitate credendũ.

Expositio.

B his igitur consequẽs est/ut si quispiã catholicæ Christi ecclesiæ addi-
a ctus nõ fuerit statim ei se cõnectat/& quodãmodo corporet̃. Alioquin ꝑeundũ illi æternũ fuerit qm̃ extra eccl'iæ fidem salus nõ est/neq; ei ullo pacto naufragiũ mũdi vl'e uitabit̃ q in eccl'iæ nauicula uti olim Noe cũ familia tẽpestate diluuij in ea/quã fabrefecerat/arca nõ reponetur: unitatẽ enim ecclesiæ quiq; sancti uiri ab ap'lis ad nostra tempora semꝑ prædicarũt/ de qua sanctissimus ille martyr Egnatius ad Philadelphiẽses scribẽs inqt: Vna. n. ꝑdicatio &

fides una & unū baptisma & una eccl'ia/quā fundauerūt sancti apl'i a finibus usq; ad fines in sanguine Christi ꝓprijs sudoribus & laboribus: at hoc quoq; satis nō esse ad beatitudiuē adipiscendā deprehēdemus si succurrerit:uere & oīfariā christianos nō autē quadātenus hoc est solo noīe nos esse oportere non.n.dicere/sed esse beatos facit/Idē scribit Egnatius ad Magnesianos/& ut inquit Iacobus apl'us Fides sine operibus mortua est/ peccata igitur primum per cōtritionē/cōfessionē/satisfactionēq; q̄ sacramēti pœnitētię partes sunt iuxta ecclesiæ doctrinā ꝑtinus diluenda/qđ ubi effectū fuerit denāciscēda fœlicitate bñ credi poterit idq; tāto intētius/q̄to intētior ꝑpetratorū facinorū dolor euadet/firmiorq; & incōcussior uolūtas ab eis in posterū abstinendi & diuina mādata custodiēdi qđ etiā mirū īmodū roborabitur/si & cœlestiū rerū delectatio & terrenarū fastidiū:demūq; ꝑsentis ceu odiū uitæ & futuræ desideriū accesserit obsequētes diuino & admirabili Antonio ꝑ secundā epl'am Arsenoytas monēti in hūc modū/ Tollite corpus qđ estis indu-ti facite illud altare/supponite desup oēm dilibationē uestrā/oēmq; malignū istinctū relinqte incōspectu dñi/extollite manus cordis vr̄i/ad eū.i.sensus agendarū & ꝑcamini deū/ut donet uobis illū inuisibilē & magnū ignē/q descendēs cœlitus comedat altare & oīa q̄ in eo uniuersiq; sacerdotes Baalim q quidē existūt opatiōes aduersæ timeāt/fugiētes a facie uestra/queadmodū Heliæ ꝓphetę/ tunc demū uidebitis uestigiū hoīs in mari adducēs uobis specialē imbrē qđ est paracleti spūs cōsolatio hæc ille.cæterū quanq; eiusmodi signis cōsequēdę fœlicitatis spes emergit/nō adeo tñ ijs insistendū ut ultra nō ꝑgamus nā tā&si ob ea credere possumus esse ꝑdestinatos ad gloriā/pollereq; diuina gr̄a: Certo id tñ scire nō possumus/cū nemo(uti scriptū est)utrū odio uel amore dignus sit/sciat:Adde q̄ in uia dei nō ꝓgredi retrogradi est/fieriq; possetvt q temere & incōsulto beatorū gloriā speraret dānatorū pœnis affligerent/quare dū uiuit laborandū & ab occultis/sed tñ iustissimis dei iudicijs formidandū/ea nihilominus moderatōe/ne spes uacillet/neq;.n.minus iniquus dæmon nitit ut nobis spem adimat/q̄ ut ꝓsumptionē imittat:quo fit ut inter spem & timorē ita nobis sit incedendū/ut a timore tñ q̄ a spe lōgius recedamus.Diues eñ diues ꝑfecto deus in misericordia est:& nos [illegible] per Iesu Christi unigeniti eius sanguinē/q semꝑ memoria tenēdus est/adoptat [illegible] filios infinita insup & nullis unq; terminis angustata diuina bonitas/oēs in hūc mundū uenientes illuminat:oībus modo uitioꝝ obicibus nō obstiterint/gratiā ipartit:oēs ad fœlicitatē inuitat/collustrat/iuuat moderat:neq; eñ sufficientes sumus(ut ait Apl'us) cogitare aliquid a nobis q̄si ex nobis/sed sufficiētia nr̄a ex deo est/ Qui (ut idē ait) operat in nobis uelle & ꝑficere:quādoquidē nr̄oꝝ oīm actuū tā naturaliū q̄ eoꝝ qui gratuiti uocant auctor & causa est/deus.n.primus actus& prima causa/oībus rebus intimior esse dicit q̄ ipse res sibi qppe cū oīa ꝑ illū sint/ab eoq; & in essendo (ut sic loquar) & in eo qđ ꝑ hoc uerbū fieri significatur / dependeāt:boni insuper omnis datur cum summa ipse & suprēma bonitas sit/ Nam si maximum in uno quoq; genere est causa omniū q̄ illius generis sunt/ quāto magis id qđ est simpl'r & absolute maximū:Quāobrē recte iureq; Iacobus apostolus censuit/Oīe datū optimū & omne donū perfectum de sursum a patre luminū proficisci/ quid eñ aliud cooperamur deo q̄ eam/qua nos trahit gratiam non repellentes sed sequentes/quod nostri arbitrij est/Nam cum liberos nos ab ipso ortu naturæ effecerit/& nostra quoq; in facultate posuit/supnis afflatibus obsequi mallemus/ an reluctari Animaduertere hinc & iustitiam dei & misericordiā cōmode possumus/& q̄ uerum illud Oseæ prophetæ sit/ Perditio tua Israel:tantūmodo in me auxiliū tuum: Namq; ob culpam/ quæ tota hominis est/ deus iuste pœnam infligit/ neq; enim

eorum culpæ/qui ad perpetua relegantur supplicia/ sed pœnæ tantum diuina pꝛæ-
scientia causa est/ quemadmodum exquisitissime Thomas docet: Nostri autẽ &
meriti & præmij primaria & efficacissima omnino causa est dei prędestinatio/quo
niam eius remota gratia/quæ gratis libereq́ʒ conceditur/ alioquin iam non gratia/
nemo unq̃ʒ aut potuit aut poterit quicq̃ʒ beatitudine dignũ operari sed nec quicq̃ʒ
boni prorsus agere: Illud aut gratię gratum facienti/hoc gratis date/sic em̃ Parisiẽ
ses theologi loquunt attribuendũ. hinc eius quoq́ʒ uirtutis quæ humilitas dicitur
radix emergit/quando omne quod in nobis bonũ est dei est / & in peccatis etiam
nostris id quod rationẽ nõ habet mali/hoc est ipse actus/ipsa operatio/ deo tribuẽ
dum est/nobis autem relinquẽda dũtaxat illa deformitas/ illa exorbitatio/ ille de-
fectus/in quo malum culpæ propriæ uisitur/qui a nobis fomitem uitiatæ naturæ
sequẽtibus exit idẽtidem. Quid ergo gloriamur/quid superbimus / cum in nobis
qđ nostrũ propriæ sit nil nisi malũ/nil nisi nihil sit/& eo etiã bono qđ beneficẽtissi-
ma dei liberalitas nobis impartit/ sæpe numero/& utinã non semper abutimur/li-
bero arbitrio non utentes bene/unde & sanctissimi illi uiri ꝓfundissima humilita-
te radicati/ut Franciscus/ut alij/cũctis hoĩbus hac ratione se deteriores extimabãt/
ꝙ si in alios quæ in se bñficia experiebant contulisset deus / meliores multo q̃ʒ ipsi
essent euasuros opinabant/quæ oĩa ex scripturis etiã diuinis elici/ad producendã
fouendam firmandãq́ʒ humilitatẽ possunt/unde & scriptũ est / Iusticia uestra sicut
pannus mẽstruatæ. & in euangelijs/Nihil sine me potestis facere. & iterũ/ & Cũ fe
ceritis hæc oĩa dicite/quoniã serui inutiles sumus. Aplus quoq́ʒ inquit/ Quid ha-
bes quod nõ accepisti & si accepisti quid gloriaris/ quasi nõ accepis? & propheta
iterũ: Accedite ad deũ & illuminamini/& facies uestræ nõ confundent. ex hac hu-
militate perfectio pẽdet amoris/ex eoq́ʒ itidẽ profertur humilitas: annexa enim &
indiuidua/seq́ʒ inuicem sequentia producentiaq́ʒ sunt/ qui enim summæ deũ dili-
git/minime certe uel parum seipsum amat/sicut is qui se diligit summe/deũ ipsum
diligit minime/ex intentione quippe amoris in deum / is qui ad seipsum est amor
remittitur & euanescit/sicut ex amore ꝓprio is q in deũ est amor fatiscit/cõtraq́ʒ ex
sancto quodã odio sui / qđ de humilitate nascitur/ Amor exurgit in deũ impẽseq́ʒ
intenditur/amor quippe in bonum fertur: quia cum nihil in se nisi malũ agnoscat
humilitas: id odio prosequitur/rursusq́ʒ cum quicquid est boni/dei sit/qui est sum
mum bonũ enixe & maxime in id fertur/ut autem nos ipsos nimis/deum autẽ mi-
nus diligamus qui tamẽ summe diligendus est/illud occasionẽ præbet / ꝙ q̃ circa
& infra nos sunt/beare nos posse autumamus/ & quidẽ tam falso q̃ʒ ꝑnitiose/flue-
re em̃ necesse est eũ semꝑ qui aut diuitias aut honores/ aut corꝑis libidines sũme
diligit/q̃ fluũt.s.labũturq́ʒ cõtinue: neq́ʒ em̃ firmare animũ põt/ qđ fluxũ uariũ &
nutabũdũ est/qđ etiã possessum mille a nobis ꝑripi modis põt/utq́ʒ lõgissime reti
neatur mors ipsa uelimus nolimus oĩno diripiet/quare cũ ea impẽse diligamus id
etiã qđ ipsi oĩ ex ꝑte sumus & ꝓpter qđ ea ipsa q̃rimus / magis diligimus & a deo
lõgius recedimus/quo solo beamur/diligere em̃ deũ sũme debemus eoq́ʒ ꝑfectio
nis ut euehamur curare/ut postpositis & fastiditis oĩbus mũdi illecebris & noxijs
carnis uoluptatibus dei uolũtati nos oĩno tradamus/ & Christo cõformes effecti/
ꝓ eo pati desideremus/in primis carnẽ nr̃am cũ uitijs & cõcupiscẽtijs crucifigere
optãtes & abstinẽtes a carnalibus desiderijs (ut Paul. inq̃t apl's) q̃ militãt aduersus
aĩam mũdũ minime diligẽtes/q̃m oẽ qđ in mũdo est cõcupiscẽtia carnis / cõcupi-
scentia oculorũ/& suꝑbia uitæ/& mũdus trãsit & cõcupiscẽtia eius/ut ipe dilectus
deo Ioã. monet atq́ʒ ita cũ Christo resurgẽtes / q̃ sursum sunt sapẽ debemus (ut ait
Apl's) q̃ sursum sũt q̃rere nõ q̃ super terrã/ & in ijs q̃ nos ꝑmũt tribulatiõibus ala-

cres perſeuerare & deo gratias agere/cum ob alia tum ꝙ ꝑ mometaneis afflictio/
nibus pie tolleratis æterna præmia repromiſit & tribuet/ſed quia parū hæc nobis
in precio quãdoq; habētur/multū autē quæ infra/aut extra/aut circa nos ſunt mo/
mentanea & peritura oblectamenta/efficit ut in nobis & uani amores & ſuperflui
timores uiſantur/quæ ſi aut contēneremus aut poſthaberemus/ qđ faciendum &
æthnici quoq; philoſophi & maxime Stoicus Epictetus in Enchiridio monuere/
nil amore conſequēdi angeremur/nil retinendi auiditate infatuaremur/nil timore
amittendi ꝑturbaremur/torq̄remurq;:quicqd pes noſter calcaret noſtrū eſſet/ qc/
qd ſperneremus poſſideremus:modicis & eiſdē neceſſarijs rebus cōtenti / quibus
aleremur ut ad id qđ ſupra nos eſt/& ad quod editi in lucē ſumus/poſt huius exi/
lium uitæ in eo ꝑpetue fœliciſſimeq; uicturi uehęremur.Ex eis quoq; ad id uenit
ut ſcriptum eſt/ꝙ nō cōtriſtabit iuſtum quicqd ei acciderit / quia ſi iuſtus:deo red
det qđ ſuū eſt/iuſticiæ ſi quidē officiū/unicuiq; ꝙ ſuum eſt reddere/ at ſi deo quod
ſuum eſt reddiderit/omne utiq; bonum reddet: omnis autē actio quatenus actio
bona:unde quicqd fiet in uniuerſo ſi ad eius voluntatē referatur iuſte fieri ꝑſua/
ſiſſimū habebit:igitur cum malis pœnę etiā affligemur iuſtū id putabimus: & ob
noſtra peccata fieri / Nam ſi dixerimus ꝙ peccatū non habemus noſmetipſos ſe/
ducimus: uniemur ergo deo id uolētes quod ille vult tumq; iuſti erimus nō ergo
contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit/ Nam ſi bonū & delectabile eueniet triſti
cia recedet & exulabit/ſi malū hoc eſt aduerſum iuſte id factū putabimus & deo
conformabimur/ atq; gaudebimus etiam dei uoluntatem cognoſcētes & gratias
agentes. Qui autē ſęcus ægerit ſemper angetur iuxta illud/Quis reſtitit ei/& pacē
habuit:Pax enim(Augu. teſte)eſt tranquillitas ordinis/ ubi ergo ordo erit:ſi uolū
tas inuenietur aduerſans/ cuncta ordinanti deo.Conformabimur ergo iuſticia id
uolētes qđ vult deus noſq; odio habentes qđ ad malū/hoc eſt actus a nobis patra
ti deformitatē attinet:& ipſum deum ſummis uiribus diligemus/hinc autem arra
uitæ æternæ datur / nam ibi cum nullū malum ſit & omne bonū / non poſſumus
nō amare bonū qđ deus eſt / nec aliquid poſſumus ibi odiſſe / & cum bonum qđ
in nobis eſt dei eſſe & a deo iugiter manare depręhēdimus/ id totū in deum referi
mus/deū in ſeipſum & nos nō in nobis / ſed in deo amantes/nihilq; eius uoluntati
remurmurātes/ ſed totos nos in eū abijcientes:quo cū ꝑuenerimus īmobili.ſ. eni/
xe hærētes:mobilibus nō mouebimur/ab eius.ſ.nutu oībus in rebus noſtris omi
in tꝑe pendentes:ſemper læti/ſemꝑ alacres/plura enim ſunt quæ nos terrēt/q̄ quæ
p̄munt:imo multa terrere poſſunt nil p̄mere/nō uolentes: ſiquidē rectiſſime canit
eccleſia/nulla nobis nocebit aduerſitas ſi nulla dominet̄ iniq̄tas:poſſumus.n.quic/
qd accidit aduerſi mutare in proſperū ſi deo ſemper hęſerimus Qui(ut inq̄t Apl's)
facit cum tentatione prouentū / ut ei etiā.ſ.hæreamus magis/ unde nobis Dauidi/
cum illud/Paratū cor meū deus/paratū cor meū ſemꝑ canendū eſt: indeq; ſincęre
dn̄ico pręcepto audientes identidē & ore/& corde & opere / ad deū clamabimus/
Fiat uoluntas tua:quã ueluti polū obſeruãtes ex huius tempeſtuoſi pelagi flucti/
bus in portū cœleſtis fœlicitatis deducimur/uolūtatis autē huius ſigna multa de/
p̄hendimus/tū ex diuinis eloquijs/tū ex dei familiaritate per orationē inita / tū ex
ratione ipſa/tum per leges probatas & cannones/per conſulta prudentū / per do/
ctorum auctoritates uirorū bonorūq; placita/per concurſum intellectus & uolū
tatis in unū eorū.ſ.qui & fidei lumine & charitatis ardore pręfulgere uident̄ ꝑ mi/
racula uires naturæ ſupergredientia/de quibus aut omnibus aut pleriſq; ſummi
argumentū poteſt diuinæ uoluntatis & præſertim cum omnia iſta quapiā in re ad
fidem faciendā concurrunt: ſiquidem eloquia diuina ita diuinę uoluntatis haberi

signa debeat cum quicq aut prohibent/aut præcipiunt/ aut concedunt quemadmodum humana uerba humani animi signa colliguntur. Oratio uero cum hominem deo propinquum faciat facilius ibi diuinæ uoluntatis placitum hauritur: unde tot reuelationes/tot uisa prophetarum/sed & humana ratio iuxta id qd' in psalmo scriptum est/signum quoddam & lumē diuini uultus appellatur/Legū quocq conditores dei ope ut scriptum est iusta decernunt: & prudentia gubernatrix optima uitæ a deo homini tributa quæ bonitati & doctrinæ iūcta/ueluti nocturnę cęcitati faces prætendit: fides autē & charitas/illa ignorantiæ/hæc maliciæ tenebras dispellit/miracula postremo utpote ipsius dei opera suum testantur auctorē/cum autem hæc ut diximus diuinæ uoluntatis habeantur signa / in horum præcipuo signo.s.diuinorum eloquiorum signa quocq futurę nostræ fœlicitatis inesse percipiemus: Cum enim ibi quæ credenda/quæ speranda / quæ petenda / quæ operanda pręcipiantur/si hæc ipsa nobis comparauerimus & fugauerimus aduersa/ paritercq si beneficiorum dei & memores & grati erimus/ si peccatorum pœnituerit/si cauere in posterum destinauerimus/arram quandam beatitudinis nos consecutos nec iniuria putabimus/& eo firmiorem quo plura signa concurrerint diuinæ uoluntatis/ Quæ (ut inquit Apostolus) sanctificat nos. Hæc enim ait ille: Voluntas dei est sanctificatio uestra. Ad deum igitur eundum/& de eius infinita bonitate fidendum / & nihilominus recta uirtutis semita incedendum & perfectę uitæ quantum fieri potest propinquandum: Huic autem comparandæ perfectioni quancq plura conducant/potissimū tamen religio doctrina/ operatio conducere uidetur/quancq sine doctrina exurgere ad culmen charitatis nōnulli potuerint ut Antonius/ut Franciscus/ut alij/quos non litterarum studiū sed ipse deus edocuit. Religio autem fide/spe/ & charitate comprehenditur/ fide initium/ spe augumentum/charitate consummationem capit/fide incq christi de qua & eius credendi ordine superiora Theoremata composuimus/spe uero fruendi Christo charitate & comite & duce/ad hāc religionem & diuinis afflatibus & uita rationaliter instituta/& promissionibus cœlitus promouemur: doctrinā autem in uniuersum intelligo sed præcipue quæ de diuinis eloquijs promitur quęve de sanctorum eorum interpretum lucubrationibus cōparatur: interpretes theologos uoco & ueteres & nouos probatos a catholica ecclesia/ qui solido fidei fundamento nixi rationes etiam querunt/ad eius utilitatem & sacrorum eloquiorum explanationē/ qui & secundū sacra eloquia ueteris & noui testamenti & uniuersalis ecclesiæ concilia & sanctiones indicāt/ de alijs uero iudicant/utpote quæ inferiori ordine collocantur. Sunt autem nonnulla quibus ea quæ diximus eloquia copiosius quandocq & lucidius intelliguntur quę conuenire huc possunt/horū in numero & pōtificiæ & ciuiles leges / necnon liberalium artis & moralis naturalisq philosophię studia reposuerim/earum partem studium: potestas partem sibi uendicat. studio enim doctrinæ illę aquiruntur quas postea interpretandi honoraria facultas cōmitatur/potestas quocq non interpretandi modo sed & condendi leges ab imperatore inferioribus principibus datur. ut cuncq sit huiusmodi doctrinæ quoquomodo religioni famulantur / exterior autem operatio & doctrinam & internam religionē sequitur: ea enim quæ & religione cōcepimus & doctrina tenēda nouimus / forinsecus operatione complemus: & quancq omneis hoīes absolute huic & numeris omnibus consumatæ vitæ / de qua suumus locuti multas ob causas idonei apticq non sint/omnes tamen apti/omnes idonei ad perfectam & sempiternam uitam consequendam: Qui religioni tantummodo hoc est fide/spe/ & charitate/freti deo in hac uita propinquant ut in alia eidem coniungantur/Cum autem

ſidem dico opera etiam ſimul intelligo & charitatem ſine quibus mortua eſt/ cum ſpem nomino operum etiam memor ſum / quia ſine operibus iuſtis non ſpes ſed præſumptio/& in charitate iuſtum intelligo ordinem quo ad deum & ſuper cœleſtia & nos ipſos & eos qui ſupra/qui iuxta/qui infra ſunt/ quæ quidem charitas ſi operari deſinit charitas non eſt : Religioni igitur & operibus eius omnes idonei omnes apti non omnes doctrinæ/ quanꝗ & doctrinæ adminiculo & ſibi & alijs prodeſſe plurimũ poteſt/qui eã charitate condiderit & ſe in omnibus deo cõmiſerit/ſcriptum eſt:Qui me elucidant uitam eternam habebunt/Item Qui doctus fuerit fulgebit ſicut ſplendor firmamẽti: Et qui ad iuſticiam erudierint plurimos erũt ſicut ſtellę in perpetuas ęternitates/ſed de his alias fortaſſe maiori ocio/Qui ea igitur quæ ſupra rettulimus / obtinent ſigna fœlicitatẽ ſe adepturos ſperare poſſunt quanꝗ & aliq eos gradus præteruecti certiores conſequẽdę beatitudinis reddũtur/cum ex rationibus de propriæ conſcientię lumine/deꝗ familiaritate cum deo per iugem orationẽ inita depromptis:tum ex ſiti diuini honoris quem ſuper omnia quærunt & ſuę proximiꝗ ſalutis / uocibus item & promiſſis ſanctorum hominum ac prophetarum quemadmodum olim multis diuina largitate cõceſſum eſt/ ut illos mittam admodum paucos / quibus per manifeſtiſſimas reuelationes id ipſum ſignificauit deus omnipotens / nunꝗ ſatis laudatus ſemperꝗ laudãdis cui per infinita ſæcula regnum poteſtas & gloria.

¶ Finiunt Theoremata Ioan. Franciſci Pici Mirandulani principis Argentoraci: quæ inſignis Heluetiorum vrbs eſt : formis excuſa die. xxij. Decemb. Ann. M.D.vi. quãdo inuictiſſi. Cæſaris Maximiliani Auguſti. Filius unigenitus Philippus Hiſpaniarũ Rex non ſine totius chriſtianæ Rei P. iacturæ. Florẽti ætate perijſſe / deplorabatur ab omni populo.

[illegible]

...id ipsum significauit deus omnipotens / nunquam satis laudatus semperque laudandus cui per infinita saecula regnum potestas & gloria.

¶Finiunt Theoremata Ioan. Francisci Pici Mirandulani principis Argentoraci: quae insignis Heluetiorum vrbs est: formis excusa die. xxij. Decemb. Ano. M.D.vi. quādo intu[...]ssimi Caesaris Maximiliani Augusti Filius unigenitus Philippus Hispaniarū Rex non sine tota christianae Reip. iactura Florētia aetate periisse / deplorabatur ab omni populo.

¶Ioannis Francisci Pici Mirandulæ domini & Concordiæ comitis Epistolarum libri quattuor.

¶IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI ET CONCORDIAE COMITIS EPISTOLARVM LIBER PRIMVS.

¶Ioannes Franciſcus Picus Lu. Ri. Sal.

ſ

Inopeum illum Diogenem legiſſe me olim memini dum Corinthi-
os Philippi Macedonis metu bellicis negocijs accinctos contempla-
retur: alioſq; pręparare arma/lapides alios afferre/ nonnullos męnia
reficere: & firmare propugnacula cerneret: ſuccinxiſſe ueſtem & do
lium id/quo uice domus utebatur/celeritate multa/ſtudioq; uertiſſe:
ac ſupra caput infraq; rotaſſe: Interrogatũ autẽ quid faceret: reſpondiſſe uoluere
ſe doliũ / ne inter tot operatores agere ſolus ocia uideretur. Ego uero inter uerſan
dum meas & nullo tẽporis ordine ſeruato reuoluendũ & in unum redigendũ epi
ſtolas/Interrogatus quid mihi eſſet negotij: par pene reſpõſum uſurpare poſſem/
illudq; afferre: nolle me comicos illos milites imitari / qui ferunt haſtas / inhiantq;
ſilentio. Multi enim ſuas uel ex profeſſo fictas epiſtolas publicauerunt: uel amicis
re uera perſcriptas/quo faberrime polirẽtur ad incudem reuocauerunt: Alij eas
amicorum rogatu ſimul collegerunt & in publicum legendas deſtinarunt: Non-
nulli autẽ uel uita functorum / uel uiuentiũ multa cura conquiſitas publicarunt.
Ego item meas ob id reuiſendas & amicis monſtrandas in manus ſumpſi. Qua-
propter ſi eis ipſe reſpõſis uterer/uiderer quoquo modo negotiũ redimere/ qbus
uero noſtrũ magis ocium placuiſſet/idq; præponderare decernerẽt negocio quo
præclara non promeretur utilitas/ſi ſi uerſatilis dolij conſiderẽt emolumenta/ no-
ſtro certe operi non ſuccenſebunt: Sed ſi te laudatore id nos egiſſe depræhende-
rint conquieſcẽt. Tot enim a te mihi ex Lilio relata ut nõ potuerit mea tuæ pręcla
ræ ſententiæ conſcientia non cędere: qui inter litterarios ætatis noſtræ cẽſores diu
tibi primas uendicaſti: Tui tamen rationẽ ſenſus in re mea ſæpe reputans mecum
ſedulo examine/amorẽ ne/adulationemve ſaperet/an ex amuſſi prodiret iudicij.
Ex ęquo pene tollebatur alterutra libræ lanx: quando hinc amorem erga me tuũ/
& crebra laudatio/inde rigidũ & conſtans iudiciũ appenderentur: Tandẽ aduer-
ſus affectum a iudicio ſteti quod nihilominus aliqua leniretur delectatione / non
doctrinæ / non eloquentiæ / ſed forte nouitatis quæ ſæpenumero ſenes (patere id
quæſo) ſolent oblectare: quorũ animi palatus ueterum diuturna lectiõne fatiſcũt:
Recreantur autẽ nouis/q̃uis deterioribus: quemadmodũ Allia/ Raphani/ & aci-
da fere oĩa/guſtus eluonum/qui Phaſianis/Pauonibus/Hicca/Mullo/marcent ir-
ritantur. Sunt autẽ noſtra antiquorũ non ſolum cõparatione / ſed noſtri etiã tem-
poris authorum noua / uel non omni ex parte ſimilia/ nec opera dũtaxat maioris
momẽti/ quorũ tam ſtilus & materia q̃ tituli peculiares: ſed ipſæ de quibus agi-
mus epiſtolæ/quas non temere reperiretur qui prorſus conformes iudicaret/tam
multis quæ diu edita in utraq; lingua ſunt: aut materia: aut forma dicendi: Id autẽ
eueniſſe putauerim/quoniam alios uidimus qui rotunditate & grauitate/ ſalibus
alios & copia qui laudarentur. Alios qui ut in quadrum redigerẽtur concupiſce-
rent/alios quibus probaretur magis ut non phidiæ clipeum ſed quod ille inquit
Scopę diſſoluerentur. Alijs conſiliũ eſſe obſeruauimus ne uerbũ promerent qđ
inueniri nõ poſſet eis in libris qui Iulij Cæſaris & Octauij tempore cõſcripti fuiſ-
ſent/econtra probari ab alijs Ciceronis ſenſum affirmantis decere linguã latinam

locupletari & noua effingere nomina/ modo latina moneta uideantur percussa/ & Horatiū in primis cōmēdari qui cecinerit. Licuit/semperq; licebit: Signatū præsente nota producere nomē. Sed & alijs Catoniana & Plautinia uerba magno in usu esse. Ad hæc nonnullos quos periodi/crebræ sententiæ/argutiȩ/ sonus atq; cōcinnitas detinerent/nōnullos etiā negligentia delectaret:totq; esse: quot scribentium capita:scribendi normas. Sed & alijs cōmunem & arreptā de foro structurā placere. Alios delectare remotiorē reconditā/ quasiq; uetustate abolitā: & abusq; Carmentæ scrinijs repetitam. Hoc ipsi contēplantes in hoc nos albo posuimus ut quoscunq; semp/& optimos in primis legeremus:sed neminē unum sequeremur Nec ideo id sumus arbitrati ut Platoni auscultaremus/ aut Flacci scomata deuitaremus:nec item ut prudētis exemplū pictoris ęmularemur illius / qui artis profectum suæ acceptum populo rettulit. Sed quod uti mihi uidetur tot animorū quot corporū facies sunt/nec earū similitudo/si qua est/imitatione sed natura exprimi/ & constare uidetur. Nam fucū & cerussam & stibiū uanitas ipsa consequitur: quę si calamistro cincinnos quit inflectere/ & suspensis etiam caliendris adulterare faciē/uerā tñ figurā/& membra/& liniamēta non potest: Quod si multo studio/diligentia & arte probati quādoq; scriptoris effigiē cuiuspiā morosa nimis æmulatio mentitur:euenit arbitror illi ut Abderitis olim cum Lysimachi regis tēpestate/Euripidis Andromede/ quā recitaret Archelaus operā dabant: Excalefacti enim & febre succēsi tota urbe carmina ita decantabāt/ut populus uniuersus Tragœdus euasisse crederetur: Demum accedente hyeme/ refrigeratoq; aere nugacitas illa quę fuerat æstu contracta dissoluta est. Euenit inq; arbitror ut multi/ qui aliquo in uno quempiā neglectis alijs imitati sunt si extra materiā ducantur/aliudq; oīno tractent qđ perinde nō inueniāt in eo authore in cuius uerba cæsa/cola/ circuitus iurarunt/risu pateant bonæ simiæ nec secus possint illis similes credi/ q̃ ea prorsus animalia quæ rustici pictores delineāt/cum illis titulos oīno subscribere necesse habeant/ut dignoscantur. Et sane qui semper assectæ uolunt esse nunq̃ precedunt:& qui semper pictorē aliquē fictoremve imitantur/ frequenter decidunt ab exemplari. Quippe cum pene sit necesse ut apographum ab mitigrapho degeneret. Optimū imitationis genus eos æmulari qui optimi/& peculiares eorū uirtutes quantū datur enancisci: ita nihilominus ne propriam naturā/ne uerā genuināq; faciem inuertas/ut similis euadas:& eo quoq; pacto ut memineris ipsam/ cui primas omne latiū/& Roma defert:Ideam esse dūtaxat consumati locutoris affirmauisse/& partem uoluntati/partē naturæ tribuisse/que te uni q̃ alteri similiorem ꝑduxit: Tā&si nō eo inficias quempiā alicui aliqua in re similē quoquomodo fore/in alia dissimilē:qua uidelicet alteri congruerit magis: tamen est unicuiq; ut sic dixerim suus animi uultus & ꝓpria quædā ac natiua imago spiritalis: quæ ita de affectibus plerisq; ut ex multis membris corporea illa dissultet. Aliū enim uideris grande quiddā semper/nunq̃ plebeū/aut triuiale præse ferre:aliū humo nunq̃ se tollere/uulgi sermonibus delectari / tantūq; ab illo distare/ q̃ a gigante Pigmeus. Alios inter utrūq; positos mixtū qđpiā ex alterutro cōcinare: sed & alios bellico clāgore delectari/alios qetis disputatiōibus distineri: aliū festiua & iocosa aliū seria demulcere:q̃rimonijs/aliū foueri/nec qcq̃ admittere qđ lugubre nō sit & mœstius ut(ille inqt) lachrymis Simonideis. Cū itaq; uitia i his & uirtutes eē cōspicuū sit:naturale illud & ꝓpriū dicendi genus uirtutibus ornare cōuenit. igitur ex hoc uoluntatis propensio/ex illo iudiciū hauriat/non oīa/sed quod rei de qua agit/qđ causæ quod tpi congruū arbitratur. Nāq; quod ille in uninersum ꝓtulit ad dicendi filū cōmode/ referri potest:nihil omi ex parte beatū. Quid: qđ & ipsi etiā ꝓbati

scriptores sibi ipsis quãdoq; dissimillimi/uel data opera/ut in Ciceronis epl'is ad Atticũ/& Platonis liquet: quas affectata obscuritate ueluti nebulis interdũ offude runt uiri alioqui eloquio limpidissimo/ & illustrissimo: uel ita etiã quasi trahẽte na tura/qñ uti nõ eadẽ semper tractanda materia: quæ pro sui diuersitate & finiũ ua rietate multifaria diuersum exigit stilũ/ita nec dispositio corporis/ nec animus/ nec tẽpus æque suppetũt. Adde q; si respõdeas sæpe te ad alterius stilum uel demittis uel sustollis/adde & illud q; ætatis decursu mutat̃ sępenumero figura dicẽdi. Vn de Cicero scribit orationẽ suã cepisse canescere. Et uariæ quoq; & subitariæ animi affectiones uti corporis faciẽ uniuersam ita linguã & stilũ imutãt. Et aliud quoq; extẽporalis iactat necessitas/aliud meditata celeritas uoluit/ aliud statuit in decen nium pressa maturitas. Quare fieri nõ difficile potest/ut si cõmoditates multæ cui piam uni aliquãdo adsint eo in negotio/quo illis primoribus & antesignanis abe rant/ sine imitatione illi superent: sicuti quispiã minime negauerit sanum & uigilã tem puerũ rectius uiro uel sopito uel ebrio locuturũ: Adde quod nec nostro etiã tpe lassata natura uiribus/ut ex sese promere nequeat: quæ digna laude/nec uete ribus perspecta censeant̃/qui etiã a suo sæculo calũnias nõ effugere: non solũ ut de quibusdã neuis & cicatricibus notarentur: ut Vergilius ut Homerus. Sed ut de cõtractis pene dixerim morbis taxarentur: Nam Barbariẽ Aeschines in De mosthene caussatus est. Patauinitatẽ Asinius in Liuio. Indiligentiã in Cæsare Cri spo quoq; Salustio obsoleta uerborũ uetustas uitio data est. Brutus & alij Cicero rẽ dãnauerunt ut elũbẽ ut fractum ut Asianũ ut in repetitionibus nimiũ/ut in sali bus frigidum ut uiro molliorẽ. Sed in siluam cur ligna fero: ad mea redeo: hoc est noua: quibus delectaris: & ideo mitto quæ si probaueris a maleuolis defendito/si non probaueris castigato: & cũ illis te ipsum etiã qui olim ea probaueris. Vt autẽ nouimus conandũ ut recte ita scimus utcunq; dum aliquo urgemur officio scribẽ dum esse: sed illud in primis ut par est maiorẽ in cõponendis animi affectibus q̃ in sententiarum nexu/q̃ in uerborũ collocatione diligentiã impendi oportere.

¶Ioannes Franciscus Picus Mirandula. Ioanni Pico Patruo. Sal.

q Vantum tibi Patrue debeã nec explicare scio/ nec si sciam possim: Idq; ni hilominus maxime uelim tot in me & tanta beneficia. s. extiterunt ex te ut obrutũ me fatear: & illud maxime: q; si illius unq; saluberrimi dogmatis Nosce teipsum uim percepi/& fructũ tibi uni post deũ id totũ acceptũ referri de bere/& sentiã & prædicẽ. Instituta uitæ pleraq; mutaui/ ex ꝓphanis me ad sacras litteras perlegendas contuli. Multis quæ prius consectabar nunciũ remisi: sed as suetudine lubrica (ut nunc uiuitur) plurimũ uexor: ob idq; ad te idẽtidem redire oporteret eoq; magis q; insultant mihi nõnulli: quibus nouũ hoc institutũ displi cet: uetus placebat. Quibus de causis fit ut arreptũ uiuendi propositũ cõcutiatur quandoq; uacilletq;. Cura igitur ut tuis litteris confirmer / dum hac ipsa locorum intercapedine disiungimur. Vale.

¶Ioannes Picus Miran. Io. Frãcisco nepoti. Sal. in eo qui est uera salus.

d Iscedenti tibi a me plurimas statim ad malũ oblatas occasiões quæ te per turbent/& arrepto bene uiuendi proposito aduersent̃: non est fili q; admi reris: sed neq; q; doleas/aut expauescas. Quantũ illud potius esset miracu lum/si tibi uni inter mortales sine sudore uia pateret ad cœlũ: quasi nũc primum

& fallax mundus/& malus demon esse desineret:aut quasi tu in carne adhuc non esses quæ cõcupiscit aduersus spiritũ:&(nisi saluti nr̃æ uigiles pspexerimus) Circeis æbrios poculis in pdigiosas brutorũ species illecebrosa deformat:sed & gaudendũ tibi esse affirmat Iacobus scribẽs/Gaudete frẽs cũ intentatiões uarias incideritis nec imerito: quæ enim spes gloriæ/si nulla sit spes uictoriæ: aut uictorię locus quis esse potest ubi pugna nõ est:uocatur ad coronã qui prouocatur ad pugnã/atq; ad eã psertim in qua nemo uinci potest inuitus:neq; alijs nobis/ ut uincamus uiribus opus est q̃ ut uincere ipsi uelimus. Magna christiani fœlicitas : qñ & in eius arbitrio posita est uictoria & omi uincẽtis uoto / omniq; expectatiõe maiora futura sunt præmia. Dic quæso fili charissime : est ne aliquid in hac uita ex his quorũ libido terrenas agitat mentes/pro quo adipiscẽdo nõ multi prius subeundi labores multa indigna & misera tolerãda sint:bene actũ secũ putat mercator si post decennẽ nauigationẽ post mille incõmoda mille uitæ discrimina rẽ sibi cõparauerit paulo uberiorẽ. De milicia sæculi nihil est qđ ad te scribã: cuius miserias ipsa satis te docuit & docet experiẽtia .In principiũ gr̃a pmerẽda:in æqualium amicitijs cõciliãdis:in honoribus ambiẽdis:q̃ moles molestiarũ : quantũ anxietatis:quantũ sit sollicitudinis ex te ego discere potius possum q̃ te docere:q meis libris meo ociolo contẽtus/a pueris usq; intra fortunã uiuere didici &(quantũ possum)apud me habitãs nihil extra meipm suspiro uel ambio.Ergo terrena hæc caduca incerta/uilia/& cum brutis quoq; nobis cõmunia / sudãtes etiã & hanelãtes uix cõsequẽmur:ad cœlestia atq; diuina quæ nec oculis uidit / neq; auris audiuit/ neq; cor cogitauit somniculosi & dormiẽtes & ppe modũ inuiti a dijs trahemur: quasi sine nobis aut deus regnare aut cœlestes illi ciues beati esse nõ possint:Profecto si terrena fœlicitas ociosis nobis cõpareret: posset aliquis laborẽ detrectans malle mundo seruire q̃ deo. sed si nihil minus q̃ in uia dei immo longe magis in peccatorũ uia fatigamur(unde illa uox damnatorũ.Lassati sumus in uia iniquitatis)nõ potest nõ extremæ esse demẽtiæ:ibi nolle potius laborare ubi a labore itur ad mercedẽ/q̃ ubi a labore itur ad suppliciũ.Mitto quãta sit illa pax/quantaq; fœlicitas animi nihil cõscire sibi:nulla pallescere culpa:q̃ pculdubio uoluptatibus oĩbus q̃ possideri uel optari possint in uita longe pponderat.quid enim optabile in uoluptatibus mũdi:q̃ dum quærunt̃ fatigant/ cum acquirunt̃ infatuãt/ cũ ammittuntur excruciãt. Dubitas fili impiorũ mentes perpetuis curis nõ agitari:uerbum est dei q̃ nec falli potest nec fallere.cor impij quasi mare feruẽs qđ quiescere non potest.nihil eñ illis est tutũ:nihil pacatũ/oĩa metũ/oĩa curas intentãt/ oĩa mortem. his ne igitur inuidebimus:hos æmulabimur:& obliti priæ dignitatis: obliti patriæ:patrisq; cœlestis:horũ nos ipsi:cũ liberi simus nati: ultro mancipia faciemus: & una cũ illis misere uiuẽtes:moriẽtes miserius : miserrime tandẽ æternis ignibus affligamur. O cœcas hoim mentes/o pectora cœca:qs non uideat uel luce clarius hęc oĩa esse ipsa ueritate ueriora: nec tñ facimus quę faciẽda esse cognoscimus:sed hæremus adhuc.nec quicquã ceno cupiẽtes auellere plantã. Occurrẽt tibi fili (ne dubita)in his præsertim locis in quibus habitas innumera singulis horis impedimenta: quæ te pposito sancte beneq; uiuendi deterreant(& nisi caueas)agant im præceps.Sed inter oĩa exitialis illa est pestis:uersari inter eos dies & noctes:quorũ uita non solũ omni exparte illecebra est peccati:sed tota in expugnãda uirtute posita sub imperatore diabolo:sub uexillis mortis:sub stipẽdijs gehennæ militat aduersus cœlũ/aduersus dñm/& aduersus Christũ eius. Tu autẽ clama cum ppheta Dirumpamus uincula eorũ/& proijciamus a nobis iugũ ipsorũ.hi sunt eñ quos tradidit deus in passiones ignominiæ & in reprobũ sensum: ut faciãt ea quæ non

conueniũt:plenos omni iniqtate/plenos inuidia/homicidijs/contẽtiõe/dolo/malignitate/detractores/deo odibiles:cõtumeliosos/superbos/ elatos/ inuentores malorum/insipientes/incõpositos/sine affectione/sine fœdere/sine misericordia. Qui cum iusticiã dei quottidie uideãt:nõ intelligũt tamẽ: quoniã qui talia agunt digni sunt morte nõ solũ qui ea faciũt:sed etiã qui consentiũt facientibus. Tu igitur fili:noli illis placere quibus ipsa displicet uirtus. Sed illud Apl'i tibi semp sit ante oculos: Oportet deo magis placere ꝙ hoĩbus. & illud:Si hoĩbus placerem Christi seruus non essem:Inuadat te sancta quædã ambitio:& dedigneris eos tibi uitæ esse magistros:qui te potius præceptore indigeant:longe enim decentius ut ipsi tecum bene uiuendo hoĩes esse incipiant ꝙ ut tu uelis per omissionẽ boni propositi cũ illis turpiter obbrutescere. Tenet me(deũ testor) aliquãdo extasis quasi & stupor qdã: cũ mecũ incipio studia hoĩm aut(ut dixerim significãtius)meras isãnias nescio an cogitare potius ꝙ dolere mirari an deplorari:Magna eñ pfecto insania/euãgelio nõ credere:cuius ueritatẽ sanguis martyrũ clamat/apl'ice resonãt uoces:prodigia probant/ratio confirmat/mundus testatur/elementa loquunť/dæmones cõfitenť. Sed longe maior insania:si de euãgelij ueritate nõ dubitas: uiuere tamen quasi de eius falsitate nõ dubitares. Nam si illa sunt uera difficillimũ esse diuitẽ ingredi regnum cœlorũ:quid cumulandis quottidie diuitijs inhiamus:& si illud est uerum/ querendã gloriã non quæ ex hoĩbus/sed quæ ex deo est: cur de iudicijs hominũ semp pendemus:Deo placere nemo est qui curet:& si firma in nobis est fides: futurũ aliquãdo:ut dominus dicat:Ite maledicti in ignẽ eternũ.& rursus: Venite benedicti possidete regnũ paratũ uobis a cõstitutione mũdi.cur nihil minus aut timemus ꝙ gehennã:aut speramus ꝙ regnum dei. Quid possumus aliud dicere ꝙ multos esse noĩe christianos/sed re paucissimos. Tu uero fili contende intrare per angustam portã:necq͂ qd multi agant attẽde:sed quid agendũ:ipsa tibi naturæ lex/ ipsa ratio/ipse deus ostendet. Neq͂ enim aut minor tua erit gloria. Si fœlix eris cũ paucis/aut leuior pœna: si miser eris cum multis. Erunt autẽ duo pcipue præsentissima tibi remedia aduersus mundũ & sathanã: quibus quasi duabus alis de lachrymarũ ualle tolleris in altũ:elemosina.s.atq͂ oratio. Quid enim possumus sine auxilio dei:aut quomodo ille auxiliabiť nõ inuocatus: sed & inuocantẽ te certe nõ audiet qui inuocantẽ prius pauperẽ non exaudisti: neq͂ enim decet ut te deus hominẽ non contẽnat:qui prius homo hoĩem cõtempsisti. Scriptũ est/ In qua mẽsura mensi fueritis remetietur uobis.& alibi: Beati misericordes qm̃ misericordiã consequenť. Cum autẽ te ad orationẽ inuito:nõ ad eã inuito quæ in multiloquio est:sed quæ in secreto mentis recessu in penetralibus animi: ipso affectu: loqť deo: & in lucidissima contẽplationis tenebra mentẽ patri nõ psentat modo sed unit ineffabilibus quibusdã modis quos soli norũt experti/nec curo ꝙ lõga sit oratio tua sed ꝙ efficax/ꝙ sit ardens: interrupta potius suspirijs / ꝙ perpetua/quadã serie dictionum/numeroq͂ diffusa/si tua tibi salus est cordi/si tutus a diaboli laqueis/ a mũdi procellis/ab inimicorũ insidijs. Si deo gratus.si fœlix tandem esse desideras fac nulla prætereat dies:qua uel semel deum tuũ per orationẽ nõ adeas/& prostratus ante eũ humili pie mẽtis affectu illud nõ de summis labris: sed de imis uisceribus clames cum ppheta:Delicta iuuẽtutis meæ/ & ignorãtias meas ne memineris:sed secundũ misericordiã tuam memẽto mei propter bonitatẽ tuã dñe. Suggeret tibi cũ spiritus qui interpellat p nobis:cũ ipsa necessitas singulis horis/qđ petes a deo tuo/suggeret & sacra lectio/quã ut omissis iã fabulis nugisq͂ poetarũ semp habeas in manibus etiã atq͂ etiã rogo. Nihil deo gratius/nihil tibi utilius facere potes/ ꝙ si nõ cessaueris l'ras sacras nocturna uersare manu uersare diurna. Latet eñ in

illis cœleſtis uis quædã uiua & efficax q̄ legẽtis animũ (ſi modo illas pure humili
terqꝫ tractauerit)in diuinũ amorẽ mirabili quadã poteſtate transformat. Sed ep̃læ
iam fines exceſſi/trahente me ipſa materia & mira quadã charitate:q̄ tecũ ſemꝑ tũ
ex ea p̄ſertim hora ſum ꝓſecutus q̄ ſanctiſſimi tui ꝓpoſiti factus ſum certior. Illud
poſtremo te admonitũ uelim (de q̊ hic etiã cũ mecũ eras/tecũ ſępe locutus ſum)ut
duo hæc nũq̃ obliuiſcaris:& filiũ dei ꝓ te eſſe mortuũ/ & te quoqꝫ etiã ſi diu uixe
ris breui eſſe moriturũ. his q̄ſi geminis ſtimulis/altero q̄dẽ timoris/ amoris altero/
urge equũ tuũ ꝑ breue ſtadiũ momẽtaneæ uitæ ad p̄mia fœlicitatis ęternę/q̄n nul
lũ aliũ finẽ p̄finire nobis aut debemus aut poſſumus/quã ut ꝑpetua utriuſq; hoīs
pace ĩfinito bono ſine fine fruamur. Vale & deũ time. fer. xv. Maij. Mccccl xxxxij

¶ Ioan. Franciſcus Picus. I. B. Refrigerio. Sal.

f Luctuaui Refrigeri magno in ſalo/ nec iactato mihi diu portus ullus/ aut
fida ſtatio ſeſe offert: Noui pridẽ nauigatiões eiuſmodi / ut plurimũ nau-
fragia ſeq̄ ſolere: ſed ideo noui ut ex ip̄a noticia geminus me dolor excru
ciet: quandoquidẽ ſi clauũ deſero mare undiqꝫ/ & undiqꝫ cœlũ/ſœuaqꝫ tẽpeſtas ꝓ
ximis ſcopulis nauẽ collidet: Si gubernationi parte alia inſtitero/ procellis adeo
turbinibuſqꝫ fragilis cymba perpetuo uoluetur / uel truculentibus uorticibus ut
abſorbeat maximopere metuẽdũ eſt: Quo fit ut nec laudẽ mihi quemadmodum
ſcribis/ nec uictoriã aut cõparare poſſim/aut ſperare: Quid igitur agẽdum mihi?
auxilium diuinitus inuocandum: cuius ope fatiſcenti iam carinę/ & ob crebras ri
mulas undis ſemi plenę(quod humana ui fieri nequit) ſuccurrat. Qd' de pace ſcri
pſiſti ꝑgratũ fuit: ſciaſqꝫ uelim nil optabilius mihi/ aut eſſe aut fore: Pace ea q̄ nec
ſuddola ſit/nec multis operta tunicis: ſed pura / ſed ſimplex/atqꝫ ad eius exemplũ
formata quã Chriſtus dn̄s diſcipulis credidit: Magnopere tamẽ ambigo ne frui il
lius fructibus poſſimus: cũ inteſtina hæc & pluſq̃ ciuilia bella exigere ſuapte na-
tura uideant̃ potius iuſtitiæ gladiũ / q̃ oleum pacis: Neqꝫ enim delinire fomentis
inueteratum ulcus opereprecium eſt: ſed pungere ſed acie duriſſima findere/ quo
tabida illa/& diu retẽta lues/aut effluat penitus/aut paulatim euaporet in auras re
ſoluta: Subpeditabit arbitror ſententiæ cultor optatam pacem/utpote cum aduer
ſarijs locus/quo confugiant non condonetur/nec angulum in quo ſe condant in-
ueniant. Hoc ubi effectum fuerit legati de pace mittentur: Alioquin nõ datur cer-
nere qui fieri poſſit ut promittere nobis ipſis requiem poſſimus: Nam præter id
ꝙ regnũ duos non patitur: & ꝙ ueritate ipſa referente/ ſi diuiſum in ſe fuerit deſo-
labitur: cuius rei exempla: tam ex gentibus / q̃ ex noſtris eſt uideri cum plurima
inſunt nobis peculiaria quępiam negocia: ob quæ ſi ea nactus non fuero/quę &
Cæſar tradidit: & Galeottus parens teſtamenta reliquit: Illud magnopere formi
dandum: ne ſeditionibus continuis æſtuemus: Teſtis eſt conſcientia me nec am
bitu illo anxio/nec diuitiaꝝ cupidine primatũ hũc alioqui ob multas rõnes debi-
tũ & adiudicatũ quęrere: ſed uideo niſi unus ſit princeps male ſe res nr̃as habitu-
ras: Adhuc non incuſo frẽs/ſed ſimultates plurimas cauſor: q̄ inter ciues exortas
ex pluralitate principatuũ magnũ incremẽtũ ſuſcipiẽt & in odia ꝑniciosa atqꝫ etiã
in cædes (uti uereor) cõuertent̃: Culpo etiã familiariũ nõnullorũ uitam ad flagitia
propenſam/quibus ciuilis pax perturbari plurimũ ſolet: Hi ſi aurigante me iuſti-
tiæ frenis nõ cohibebunt̃ formidini eſt/ne laxatis habenis ruãt: Cũ ob conſuetudi
nem lubricã/tum ob licentiam non mediocrem/ quã ex eis quos ſtipãt nãciſcent̃:
Hæc ni ſint mi Refrigeri: placitã mediocritatẽ/q̃ turbulẽtas diuitias malo/& opti

me regi/ꝗ cũ dispẽdio regere/optabilius mihi philosophię studijs nõ nihil ĩbuto/
& p̃ceptis Chr̃i in primis addicto: Quid.n. asperius/aut horrendũ magis cõposi-
tę iã mẽti/ꝗ pp̃laris stridor/ꝗ cõtrouersiarũ ciuiliũ discussio? Quid abhorrẽs ma
gis a tranq̃lla illa studiorũ quiete/ꝗ hostiũ incursus formidare/ꝗ ęqualiũ amiciti-
as conciliare/ ꝗ inire fœdera/ꝗ uenena metuere/ nec nisi prægustatos cibos sume
re/ꝗ quid ubiq; terrarũ agatur gratia tuendę ditionis anxie sciscitari: quæ.s. incõ-
moda circumstatura me non ignoro: tam& si affluant ex uoto quæcunq; postu-
lo: Ad ea tñ ferẽda me quoad possem accomodari: & q̃a ab ipso naturæ ortu & le
gibus ipis ad hęc obeunda munia uideor destinatus: & quia cõplurima cessatura
mala bonaq; nõ parũ multa emersura considerẽ: tũ illud adde/ꝙ aliubi nec mihi/
nec thori cõsorti & liberis/& familiaribus/ quies offert̃. Cæterũ nõ parũ miratus
sum retenta Mediolani Cæsaris decreta mihi fauentia / quæ magno usui essent si
huc perferrentur: sed hac de re fusius ad uxoris auunculos sum scripturus. Non
nihil.n. sum ueritus/ne pecuniolę tensa sint rhetia. Quæ tãto magis insidient̃ ꝗto
magis latitẽt: ei aũt quẽ lucri cupidũ subodorasti nõ defuturũ me credas mõ a te
certior fiã q̃d opus sit facto/ ut uexationẽ redimã: quanq; nihil ille ꝑ me/nisi forte
ex accidẽti dũ hęro tuo uidelicet & fratri gratificat̃. Cura demũ qua potes ratione
ut priuilegia trãsmittant̃: & q̃ istud misi doctorũ uirorũ cõsilia: mãdenturq; nr̃i Cę
saris noĩe (ut iã cõueneramus) ne ferre sñiam differãt priuilegijs & parẽtis Galeot-
ti testamẽto nixã: tantũ de te mihi polliceor/quantũ te exhibes atq; eo etiã plus ꝗ
in re mea tot nõ potes efficere: Quin plura etiã (qua es in me charitate & bñuolen-
tia) sperem. Vale Mirandulæ. xi. Nonas quintil̃s.

¶ Zenobius acciarolus Ioan. Fran. Pico Sal.

n Eq; olim perijt libellus de phantasia tuus ad me missus: sicut ego meis ad
te significarã: neq; nũc iterũ duo codices a te missi nequicq; habẽdi sũt tua
n. oĩa sunt eiusmodi/ut uel cẽties repetita gratissima esse oporteat. Itaq; bo
ni cõsulo/qd' opinaris intercidisse primũ librũ/ & quantũ uideo ratione boni cõi-
candi hoc contigit: Ego.n. ingenue fateor: quanq; inter nos sint frẽs cõia oĩa/tñ ita
libello tuo afficiebar/ut mihi soli illũ uellẽ/neq; penitus alijs habendũ cõmunẽ ex
istimarẽ: Nũc qñ ita locuples fuisti dãdis muneribus/ut neq; cõmodũ nr̃m ĩminu-
tũ uolueris/& factũ alienũ: agimus tibi gr̃as oẽs quãtas q̃mus maximas & te do-
ctrinæ pariter/& munificẽtiæ laudamus. Itaq; addet̃/hoc uolumẽ reliq̃s tuis ĩ nr̃a
Bibliotheca libris cũ solẽni monumẽto amoris erga nos tui: qd' ꝑ te uisamus/& al-
loquamur: Nã qd' ad orões ꝑ te fundẽdas attinet/nihil erat opus muneribus: ita
sumus oẽs memores tui/& vr̃i oĩm: Facile patior Eusebiũ a me uersum / celebrari
ꝑ te ac publicatũ iri: nõ q̃dẽ ullo gloriolę studio/sed cõis potius utilitatis ergo: Pu
to eñ presens esse antidotũ contra uenenosas Philostrati fabulas: Itaq; si is apud
me esset traderẽ nũc illũ famulis tuis ad te: Sed iã bienniũ Archetypus ipse emen-
datior factus/apud Aldũ Manuciũ cubat/spe impressionis a me olim elicitus: Ro
go itaq; mi Pice/da operã quantũ potes/ut uenenũ illud græcanicũ sine antidoto
εὐσεβοῦσ εὐσεβὶ ne ꝑdeat in vulgus: nulla me pulsat gloriolę titillatio/sed occur
rendũ puto emersuræ fortasse sup̃stitioni. An nõ uides quot capitibus in nos hæ
retica quottidie Hydra consurgat δεῖ τοῦ ἡρακλέουσ πρὸσ ἄμυραμ Audisse
te puto quantũ terriculi nuꝑ ex Arabia prodierit: dũ iuuenis inde uicẽnis magna
ui animi & corporis in Persas usq; & Tauros/cũ multis hoĩm milibus penetrauit
inquiẽs se a deo missum ad cõmunitatẽ rerũ oĩm hoĩbus inducendã/ꝑfugandãq;

auaritiam deus faciat a se missus ueniat/ne sub adoratione Christi ueniat lupus in vestimētis ouiū qui non intrās p̱ ostiū/ sed aliunde/tanq̄ fur mactet oues & p̱dat. Quid sentias de hac om̄i re/ q̄d audieris queso te/ut mihi sedulo p̱scribas / p̄sertim qua sit patria/ & quo noīe: Vale in dn̄o:& me ama:Florentiæ pridie Idus Maij.

¶ Ioan.Franciscus Picus: Zenobio Acciarolo Sal.

d Elector adeo tuis litteris desideratissime Zenobi/ut fere optandū mihi sit carere aliq̄/qđ p̄stare per lr̄as possis/ut subinde eas crebriter eliciā:tāta ī illis & eruditio & excitatio/quorū altero doctrina imbuor:altero ad p̄clarū q̄d piā uel agendū/uel saltē audendū identidē cōmoneor Eusebiū tuū q̄renti mihi/ut facilius philostrati deliria retorquerē/tāta incessit cupido pariēdi iā qđ parturierā ut periculū fuerit ne grauidus animus in aborsum desierit: quo facilius rē teneas/ scies me nōnulla uolumina de rerū p̄notione instituisse: augustior & ambiēs magis inscriptio est q̄ polliceat̄ ꝓphetię nomē/q̄ ꝙ uel oraculorū uel diuinatiōis angustijs cohęrceat̄:In eo oīa quātū deus optimus fauerit & studiū atq̄ ociū eo ipso illustrāte suppetias attulerint:q̄ de p̄sentione futuroꝝ/aut apud alienos/ aut apud nr̄os tacta sunt:Additis nō parū m̄ltis q̄ repagulis ad hāc diē cōtinent̄ spiritali classico nō dū ꝓuocāte/id īpulit me ut efflagitarim uersum abs te aduersus Pythagorei Hierocl is insanias Eusebij librū:Græcū q̄dē apud me Eusebij uolumē est: sed cui minus confidā ꝙ ex fide minime scriptū est: tū ob offusas(ꝙ scis)in archetypo qn̄q̄ tenebras tuę lucē īterp̄tatōis desiderarā.Significaui tn̄ ut Philostrati ueneno nup̱ Bononię latine diffuso Eusebij Alexipharmacū ꝓpinarē optasse me ut trāslationē tuā/q̄ iā Venetias ad Aldū manutiū p̱lata fuerat mihi cōicares ab Aldo nō dū formis excussus liber/nec breui(ut accepi)excudet̄:rogo te ut mittas/q̄lecunq̄ est archetypū/quanq̄ uerubus fortasse cōfossū & stigmosum:nil em̄ damni accedet ex vulnere/nil dedecoris ex cicatrice:Istiusmodi vulnera/ sanitatem:cicatrices/ decorem afferunt: Si id efficies mala quæ iam ex Philostrato prodeunt fortasse auertes ex impræssione tui libelli: Ego(quod ad me attinet) dabo operam / ut in ipsis quæ adhuc parturio uoluminibus / agnoscantur magicæ Tyanei uanitates/ ne sub philosophiæ & religionis nomine cecutiētibus oculis p̄stigiose imponat: Iarchāq̄ ip̄m ex æreo throno/ui & impetu ueritatis deijcere/& Tantali phialā de manibus excutere ꝓcurabo:tantūq̄ terroris incutere/ ut Pythagoræ palingenesiā dediscat / & se Gigantē fluuij Gangis filiū Lętheo p̱fusus rore obliuiscat̄: libet fabulas fabulis deridere.Si hoc effecero rogatui tuo abūde sup̱q̄ satisfecero : Sed & alia nō iucunda minus q̄ utilia uidere poteris/Iesu mihi(ut spero)auxiliāte/quē quottidianis p̄cibus obsecra/ut orsis aspiret/gratiæ suæ flatibus secūdis: Quod attinet ad Apolloniū Tyaneū/nōnihil eū uexauimus / nup̱ in Theorematis nr̄is de fide & ordine credēdi:q̄bus iā manū extremā imposuimus:sed cesim/ punctimq̄ in eum pauca:Hoc aūt in opere aduersus sup̱stitiosas eius insanias / instructa acie phalaricis uineis/arietibus dimicādū: nec cū Tyaneo nobis dūtaxat cōgrediēdū est/sed Auguribus/Astrologis/Magis/Pseudoꝓphetis/sup̱stitiosisq̄ oībus bellicū cecinimus/ut uerā ꝓphetię/diuinarūq̄ reuelationū lucē/uel a tenebra hūanę superstitōis/uel a nocte insidiosi dęmonis uindicemus:Q. autē sciscitaris de iuuene illo/q̄ Persas nouę religionis p̄textu uexat/nil ex me habere adhuc potes: Ignoro patriā & nomē/terrore & minis se coli iubet(ut audio)& armis magis q̄ v̄bis p̱git uincere/ Nil ultra q̄siui/q̄ qđ rumore delatū est / ubi q̄cq̄ de eo cōpertū habuero te certiorē reddā:In hoc uident̄ cōuenire q̄ de eo loquunt̄/rē illius numeroso exercitu/magis q̄ lingua fretum/ & Asiæ & Europę minari:immēsa locorū intercape-

do certum ad hāc diē ea de re nūciū distulit. Sed iā nimis multa de negotio / plura alias & maiore ocio. Cōmenda me tuis fratribus / Dñico꜒ Beniuenio & Hieronymo: Hieronimo꜒ itidē Roscio Pistoriēsi. Vale: Cōcordię. v. Kal. Iunij. M.D.II.

¶ Ioan. Fran. Picus Zenobio. Acc. Salutem. Acciaiolo

Leganti illa epistola tua / quę postræmo reddita est / egisti mecū suauissime Zenobi / de altissimo theologię loco: & qdē theologice & scite: Iniecto tibi (ut ais) calculo ex uerbis Gregorij Naciaçeni cognomēto theologi / in oratiōe dñi Genethliata ubi in Eunomianā hęresim inuehēs scribit de deo οὐ γὰρ δὴ τοῦ φύσις αὐτῶ ἡ ἁπλότης Hinc uiri huius authoritate / uł pōtificijs decretis / cū alibi tū sub Gelasio antistite summo cōfirmata: Adduci uidebaris ut crederes extrariū aliquid aut aduenticiū / de deo dici debere / ob id qđ de simplicitate ipius dei appareret / tā theologi sñia / ꝙ ipsius etiā per te citati interptis aliqd dici / qđ tamē a naturæ eius prędicatiōe seiungeret / dum utroq꜒ probari uideret (ut scribis) aliud esse dei natura / qua est / aliud simplicitatē / quæ circa naturā eius considerat. Parte alia theologorū latinorū placitis flectebaris / nihil accidentale / nihil peregrinum / & qđ non eiusdē prorsus sit secū essentiæ / ac naturæ / de deo pdicandū: quo factū ut ambigeres / ad utrū tibi uergendū esset: qñ & utrinq꜒ pbati haberentur authores / ideq꜒ Romanæ ecclesiæ legibus celebrati: q discordes nihilominus appareret / quibus etiā corrogaret pugnantes sñias ab nr̃a ecclesia q̄ in huiusmodi fidei decretis uero semper nititur / pro cōcordibus receptas atq꜒ pbatas: tā & si humani quoq꜒ ingenij lumine p se ostendat / & dialecticoꝝ probet regulis / earū q̄ inter se cōtradictoriæ pugnāt sententiarū / alterā falsam / & qđ est sequēs abijciendā / uerā alterā / & per hoc amplectēdā esse oportere: Hinc puto summā totius dubitatiōis tuę pēdere: Hinc ni fallor auctus tibi calculus non exeptus: uerū enimuero p imbecillitate nostrarū uiriū / cum ut peteti tibi quicq꜒ nō denegē / & pauco hoc tpe utar bene / tū amicitiæ & studiorū noīe dabo operā / ut oīs prorsus exanio ambiguitas / oīs scrupulus extrudat: Aīaduertendū tibi igitur desideratissime Zenobi / bifariā nos in tribuēda deo simplicitate loqui posse: Primū ut cū ei simplicitatē adscribimus / simplicitatē eā cogitemus / quā in sublunaris huius machinæ rebus uidere opinamur magis ꝙ uideamus: Neq꜒ em̄ simplex quicq꜒ aut ipermixtū cadere sub sensū pōt / ut boni noīs philosophi probāt / & ea etiā q̄ sensus fugiūt / cōpositioni adeo subiacent / ut purā simplicitatē nō admittant: aut em̄ & essentiæ & existētię / aut actus & potestatis compositionē / aut oīno quid simile retinēt / quo exui oīno nō possunt: Qua de rę fit ut cōposita oīa sint / quæ aut sentimus / aut cogitamus: atq꜒ ea q̄ simplicia dicimus / nō oīno simplicia sunt / sed ad cōparationē eorū / quæ grossiori compositione compaginantur / magis pura simpliciaq꜒ uidentur: Hanc igitur de deo simplicitatē cum dicis extrariū & peregrinū a dei natura / & a dei simplicitate dicis Cogitare autē & simplicitatē aliam potes quæ deo congruerit / per remotionē uidelicet & negationē primę de qua uerba fecimus simplicitatis / hoc est compositionis eius / quæ simplicitatē emulatur / rem uti diximus extrariā / aduenticiam / accidētariam peregrinā꜒ / & dei prædicatione prorsus indignā: Eam uero cum diuinæ naturæ tua enunciatione consocias nihil aliud si recte sapis enuncias / ꝙ deum nō esse compositū: hoc est eo modo simplicē / quo res ipsę q̄ cogitatu cōprehendūtur nr̄o simplices iudicant: Hoc autē inter utrāq꜒ interest simplicitatē / ut earū unā / cū deo magis proximā facis / aut cogitatione / aut locutione tua: eandē ab eo tāto magis elonges & dirimas: Alterā dū remoues abdicasq꜒ impēsius ppinquiorē mul-

to efficias: Hinc Dionysianũ illud/a theologis Parisiensibus sæpe usurpatũ: Nega
tiones de deo ueras affirmatiões incõpactas: Ex his Gregoriani nodi dissolutio
patere facile potest/& multo quidẽ cõmodius/si mentẽ eo reuocaueris/fuisse ĩ usu
diuinis illis uiris/& ut sic grece dixeris θεο λογῶ τά τόισ nullã de deo ꝑ̃dicationẽ
ut libẽter admitterẽt q̃ inferioribus etiã rebus ꝑ se cõueniret/& ꝓprie uł cũ id dice
rent/aut symbolice eos aut ꝑ metaphorã dicere/ aut negare eos magis q̃ affirma-
re/aut demũ ꝑ̃cellẽter/quicq̃ & sup̱ hũana eos significare suis illis forte ex tp̱e & in
mentis excessu coagmẽtatis noĩbus/ quo nobis dareẽ intelligi nullũ inuenire no-
men cuiusvi dei natura nobis posset manifestari: Hinc apud Dionysiũ sępe leges
de Christo/neq̃ eñ ille hõ tantũ est/sed sup̱ hoĩes/ac supra hoĩem ueraciter factus
Et apud illũ itẽ leges/ de diuina natura ꝙ sup̱substãtialis & sup̱essentialis: & iterũ:
ꝙ eius neq̃ lux/neq̃ uirtus/neq̃ uita/neq̃ substãtia est: & iterũ Neq̃ filij/neq̃ pr̃is
est denoĩatio/neq̃ aliud aliq̃d ex his q̃ nobis aut alteri cuiq̃ ĩ mũdo est cognitũ/&
ꝙ eius neq̃ regnũ/neq̃ sapiẽtia/neq̃ unũ/neq̃ unitas/neq̃ deitas/aut bonitas. Le-
ges & apud Augustinũ de diuino lumine: qđ incontẽplabile/& inuisibile/ & sup̱
ratiõale/& sup̱ intelligibile/& sup̱ inaccessibile/& sup̱ incõmutabile. subĩde quoq̃
illud poteris meminisse/ꝙ quiuerit ea q̃ in rebus ĩfimis nobis est nota simplicitas
offerre se hõ uel illo pacto/balbutiẽti humano generi ꝑ̃dicanda/quo diuina natu
ra nõ poterit: rerũ eñ corruptibiliũ cognitionẽ nãciscimur ex sensu/quo ueluti in
dice/& earũ quoq̃ simplicitatẽ cõprẽhendimus: dei aũt essentia/ aut ꝑfectus dũta-
xat speculãtibus nobis offerẽ: si per naturæ uestigia ꝓcedimus. aut ꝑ reuelationẽ
separatarũ mẽtiũ/si per gr̃æ diuinę gradus cõscendimus. Illud quoq̃ diligenter
obseruandũ/ ut si ipsissimã etiã dei simplicitatẽ cogites: q̃ reuera nil aliud est/q̃ di-
uina natura: nihilominus quo ad humanũ cogitatũ/aliud est ratione & cogitatiõe
nr̃a dei simplicitas aliud eius natura: alia eñ huius: illius alia ratio: q̃ unum tñ re &
creduntẽ & sunt: Mittã q̃ sup̱ huiusmodi distinctionibus diuinarũ ꝓprietatũ: inter
Thomã nostrũ & aduersarios sint bella pugnata: Opus eñ maiori ocio & diligen
tia. Sed hæc paucula tibi sat sunto/q̃ ab hoĩe occupatissimo ꝓdeũt negociosissimo
q̃ in struẽdis mœnibus/ĩ uallis aggeribusq̃ ducẽdis/ad multiplices hostiũ/& eua
dendas insidias/& ꝓpulsandas iniurias/non autẽ ociosissimo (qđ tamen fere sum-
ma uotorũ est) in studijs litterarũ: cõmenda me tuis fratribus/ut memores mei sint
in suis ad dominũ nostrũ Iesum Christũ precibus: & tu idem facito; Michael te sa
lutat. Vale Mirandulæ: Idibus Septembris.

¶Ioan. Franciscus Picus: Io. Ma. Sal.

I Ibet tecum nescio an ridere magis/an lamentari: Certe utcũq̃ fabulari sup̱
Astrologorũ quorundã erroribus/qui post discussas sup̱stitiosæ suæ ua-
nitatis nebulas/ueritatis fulgore/duodecim illis libris patrui per orbẽ dif-
fusis: adhuc in tenebris cecutire malunt/ q̃ in luce exquisite cernere: Iubar etiam
ipsum repellentes: siquidẽ dũ post tuũ a me discessum iuissem Ferrariã/oblata fue
re mihi duo prognostica rabie multa in Picum ꝑscatentia/quorũ authores nõ se-
cus ira feruẽt: ac ij qui auiculas uisco aut laqueis tentantes capere/ a ꝑ̃tereuntibus
disturbantẽ: nec eñ alio spectat nostroꝝ ars Astrologorũ: q̃ ut imperitoꝝ animos
aut minis terreat/aut sponsionibus alliciat/adeo ut mendacia/q̱bus abundãt/uen-
dentes marsupia pecunijs expoliẽt. Sed q̱d hæc tibi enarro/cuius fraudes ꝑ̃dica-
re solitus es: Ad rem uenio: Mathematicus quidã (quẽ nosti) ille inq̃ eorũ oĩm/ qui
profitentur/litteras ignoratissimus quanq̃ suppresso noĩe Picũ ueritatis ꝓpugna

torem acriter taxat: sed nulla ratione / utpote qui ratione minime nouerit: uerbis tamen quibusdā ineptis sane & lapsantibus pro Astrologia loquit̄: hoc argumentoq; Astrologi de Astrologiæ ueritate scripserūt / & Albumasarē Ptolemeūq; citat res potius exsibilanda ꝙ recensenda: cū reos ipsos in ea ꝓprię causa qua dānati sunt capitis asciscat ꝓ testimonio: sed & quidā alius / ut uisum est / arrogatissimus planetariorū ætatis nr̄æ: qui iā se iactauit responsurū eis Pici disputatioībus qbus Mathematicorū instrumentū ad emūgendā pecuniā dissipatū est / in ueritatē obloquitur / duasq; tantū mille obiectioībus responsiões affert / mera ꝓfecto mendacia / nullo pudore / nulla habita suę estimatoīs ratiōe eructata: credēs se ab Pici machinis uel hoc muro defendere: cuius iā sepelitur ruina: Ille nāq; (ut scis) primo capite sexti libri aduersum Astrologiā mentionē facit de magno illo errore / quo creditū a qbusdā fore aliqn̄ / ut ad eadē loca ita sydera oīa restituant̄ / ut similis oīno cœli dispositio / & cęlestiū oīm inter se positus habitudoq; iueniat̄: atq; olim etiā fuerit idē hoies idē euētus eadē bruta / & oīno cōditio eadē oīm iferiorū / asserēs hāc insaniā ab Hali astrologo repudiatā / & ab Nicolao Oremio certissimis ratioībus reiectā: Itē eiusdē libri / capite. xij. Maternū sup Antistijs reprehēdēs huius uerbi Epoche meminit. At noster planetarius / ut hinc exordiar / tot dicit in eo ipso capite errata / quot uerba / tantūq; abest / ut ullū explicet / ꝙ suū etiā prodit deliriū / dum non mō ignarus horū uocabulorū Antistia Epocha / quæ græca moneta percussa sunt / sed etiā latij in quo natus & adultus / imperitissimus / ferre uult sententiā de peregrinæ linguæ uocabulis / alijs noībus astrologos / alijs græcos grāmaticos / uti obloquēs quasi ipse græcos aliqn̄ Astrologos legerit / & ipsum Ptolemei Centiloquiū septuaginta erroribus interspersum / multa caligās ignorātia nō celebret: totidem eñ in uulgata translatiōe errores: Cæterū de restitutione stellarū nō cum Pico illi / sed cū suo Hali & Nicolao est controuersia / quorū sententiæ tantū meminit Picus: Sed quid desipiat in primis cōsidera: pro liqdo ponit qđ aduersarius falsum adstruit / cum dicat dari eadē stellarū restitutionē ob regularē motū / cuius rei probādę / nec uerbum quidē impartit: libenter ex eo quererē an unq; sit huiuscemodi aliqua restitutio positusq; cœli monumentis relatus / affirmat: cur a mathematicis prȩteritus silentio: si nunq; factū id / sed futurū contēdit: cur id tēpus quo futura est restitutio certis supputationibus nō sit deprehensum: sicut defectus luminariū / & aliq cœli configuratiōes diligēti supputatiōe monstratæ sunt: Ait itē eum qui ultimā stellarū reuersionē negat / nullā cœlo regularitatē (ita ille inquit) elargiri / ex quo seq dicit / ut destruat̄ cœli natura / & enormes sint intelligentiæ: quare futurū ut pteritis euentura oīa similia sint: similes Cathaclysmi / similes exustiones: O hominē mirabilē / ꝙ subtiliter astruit restitutionē stellarum: An ignorat mille modis defendi posse cœlū regulariter (ut eius utar uerbis) moueri nec dare ob id eandē syderum positione / quā quidē autumātes / in christianā religiōnē oblatrarūt: Nā diuersitas hęc cœlestiū motuū nō ideo irregularis / qa nos quo tēdat ignoremus / sed ꝓpterea regularis / ꝙ ita ordo exposcit diuinę sapiētię / ut suos sydera pagāt cursus / & tamē aliqua ex parte nos lateāt / & supbos etiā Planetarios eludāt. Quādoquidē adhuc in cœlo est motus qui ignorat̄ / & semp decursu tpis aliquo mathematici iuniores / priscorū errata in dimetiendis motibus inuenere / ut sit illud Iob uerū: Nunqd nosti ordinē cœli / & pones rationē eius in terra: & iterū: Quis enarrabit cœlorū ordinē: Rursus rogo qd cōsecutioīs est / ut qui eam regularitatē motus tollat / naturā cęli destruat / & intelligētias faciat enormes: cū hęc regularitates nō ad nostrū / sed ad diuinā referri debeāt uoluntatē: cui fœlices ille intelligētiæ famulant̄: Atq si futura oīa / quantū ad metheorologica pertinet redibūt / cur nō alia oīa: Eadē. n. ratio de

oībus/ cū idē oīno cœli sit positus. Sed timēt fortasse ignē diuinaculi nrī cuius forte metus de metheorologicis dūtaxat fecit/ eos meminisse nihilominus formidinē nullo pacto possunt excutere: Nam si similes cathaclysmi: ergo iterū sub Noe uniuersalis aquarū eluuio cuius causam in syderibus se inuenisse & profitētur/ & gloriantur Astrologi: At hoc contra dicit/ deo promittēti ipsi Noe non submergēdā aquis amplius terrā uniuersam. Respondebūt fortasse loqui se de naturæ effectibus: cur ergo generalē illā inundationē eis quæ dicūt per naturæ ꝓcedere semitas adscripserūt: Quid: q̄ si in suo dogmate ꝑsistere uelint mutabitᷣ totus celoꝝ ordo/ & ea q̄ præuidēt non erūt/ & q̄ sunt indiesq̄ promunᷣ/ ipsi non præuidebūt. Vide ergo mi Ioānes/ quæ deliramenta genus hoc hoīm spargit in vulgus/ fronte semel atq̄ iterū perfricata: Statueram silere quousq̄ uniuersi in Picum suum uirus euomuissent/ & tū fascē omniū colligere/ ne plusq̄ semel in corrigēdis eorū delirijs fatigarer: scis enim me esse occupatissimū: sed tecum in præsentia silere nō potui/ alias maiore ocio locuturus: Vale Mirandulę. xij. Kal. Februa.

¶Cœlius Cal. Ioan. Francisco Pico. Sal.

n VIlo tpe poterit mihi maior occasio p̄beri ad te scribēdi/ princeps eminētissime q̄ eo quo Lilius noster ad te ꝓficisceretᷣ/ uir moribus & litteratura nobis charissimus: Hoc enim interprete/ quo neq̄ optatior/ neq̄ facūdior quisq̄ facile spero tibi uiro ingentis fortunæ & excellētis ingenij/ utpote magni illius Pici ex fratre nepoti/ qui ętatē uniuersam illustrauit/ effecitq̄ ut posteri minus deberēt antiquitati. Facile inq̄ spero Lilij mei opa fore/ ut obseruātia erga te mea non indigna uideatur quā ames/ Cœliūq̄ in eorū rationario ascribas/ qui te colūt/ tuaq̄ admirantur: Ego autē Liliū/ cuius bonitati ac uirtuti scio me omnia debere: ita tuæ magnitudini cōmendo: ut si quid authoritatis unq̄ habiturus est apud te amor meus/ id omne uelim huius causa prodigere: Cupio enim sentiat cōmendationes meas amicas magis q̄ disertas aliquid pōderis habuisse: Tibi uero de homine adiuratissimo/ bona omnia polliceor/ fideq̄ imprimis paucis agnitā/ oībus expeditā/ tum uero singularē curā/ & diligentiā/ quoties tua existimatio/ tuaq̄ cōmoda eius officiū exegerint: sed ego parū prudēs/ qui uobis tam insignē iniuriam faciā quasi nesciā Liliū/ tibi qua est dexteritate/ q̄ primū fore charissimū: teq̄ eum gratissimū habiturū/ qui soleas optimos quosq̄ liberaliter promereri: Bene uale: princeps amplifs. meq̄ tui studiosissimū eo loco habeas/ quo addictissimus q̄sq̄ haberi debeat: Ferrariæ Idibus Nouembris. M. D. iiij.

¶Ioan. Franciscus Picus Cœlio. Cal. Sal.

l Itteræ tuæ Lilij nostri ad nos aduentū gratiorē multo reddiderūt/ optatissimę illę quidē/ utpote q̄s & cādidi & eruditi īgenij tui habere indices aueba/ q̄m amantissimi tui testes/ nō tāti faciebā/ hac in causa/ ut te perspicerē/ quāti exp̄ssas istas calamo uoces/ q̄ qdē allatū antea rumorē/ nō ut ianis echo/ sed ut specula tersa imaginē solēt ingeminarūt tuū erga me amorē/ cū ex litteris/ tū Lilij quoq̄ relatu plane cognoui/ quē mihi & eruditio/ & mores pridē ita cōmendarūt/ ut nō diligēdū mō/ sed amādū cēserē/ nūc magna futura est charitatis accessio/ te ueluti spōsore ītercedēte & fidei/ & curę & diligētię. Te inq̄ cuius ut bn̄uolētiā ænixius demererer/ & plura molirer/ & maiora/ cōcepertū sane post hac oīno habeas uelim Cœliū inter amicoꝝ & lr̄atoꝝ noīa/ q̄ eo mihi debēt qd̕ amanᷣ ita expli-

catũ ut cũ utræ ſibi rationes uendicẽt nõ ſatis cõſtet/niſi litẽ & amor ſimul & iudi-
ciũ dirimat/ac eundẽ ipſum/& alterutris/& utriſq; condonet. Vale mei memor.

¶Ioan. Fran. Picus Miran. Io. M. ſuo Sal. Joanni Manardo (med. ...)

O B eam q̃ mihi tecũ fuit quinquẽnio cõſuetudinẽ/te unũ ex amicis illis eſſe
in quo fides oĩs collocari poſſet mihi facile ꝑſuaſerã/ quãta opinionis ua-
nitate ludificarer: Diſceſſus tuus hoſpite inſalutato / & eo quidẽ amãtiſſi-
mo tui palã fecit/quo uno expectationẽ omnẽ meã adeo fefelliſti/ut ex gratiſſimo
quẽ autumabã/ te iniuriũ expertus fuerim/qñ ut alia ſileã amorẽ erga te meũ tur-
piſſimo mei contẽptu muneraſti. O uota hoĩm inania/o ſpes fallaces: difficile qdẽ
mihi de te creditu ſemꝑ fuiſſet/quodcũq; philoſopho hoĩe indignũ iudicaret: De-
ſertorẽ aũt cõtemptorẽq; mei/aduſq; aras negaturus iuiſſem: nec de nihilo ꝓrſus
id arbitrabar/qm̃ hinc probata olim mihi & fides & integritas tua: Inde cũ mea in
te propenſa charitas/atq; ad omnẽ nutũ patefacta cordis penetralia/tũ pollicitatio
nes tuæ ꝓmiſſaq;/& Chirographa ita eſſe libet teſtabant̃: ſed quottidie magis ex-
perior Ariſtotelicũ illud enunciatũ ueritatẽ indubiã cõtinere / facile eos enũciare/
qui ad pauca reſpiciãt/ & itẽ illud vulgatũ nõ abre fuiſſe ꝓuerbiũ: priuſq; quiſpiã
cognoſcat̃ ſalis cũ eo modiũ comedere oportere: tot in mortaliũ anĩs receſſus/ tot
latebræ ſunt/ q̃ ſi ad unã exploratæ diligẽter nõ fuerint/ ſiſtẽdus erit pes / & lãpas
adhibenda/ut quouſq; ꝓgredi tuto poſſimus citra diſpendiũ ꝑiculumq; noueri-
mus/qđ a me olim nõ ſeruatũ iterũ atq; iterũ doleo: iã em̃ tertio ab eis quos in ami
citia ſanctiſſimos credebã/offenſus didici/& qdẽ meis expẽſis uim ꝓphetici illius
oraculi/Maledictus homo q̲ cõfidit in hoĩe: nõ ſolũ ad animã ſed ad totũ hoĩem ꝑ
tinere: neq; eſt q̲ ulla te ex parte poſſis excuſare adeo manifeſta tua cauſę iniqtas/
ut a Leontino ſophiſta refugeret̃: qd dicã de chirographo/qđ uice cotis ad me mi
ſiſti/ut aculeos ĩ me tuo ex diſceſſu (q̃ ita potius libet appellare q̲ fugã) derelictos
quoad fieri poſſet exacueres: plenũ illud/& irriſus/& adulatiõis/alteꝝ ad me/ad te
te alterũ ꝑtinentis. Opportunũ ſanũ imbecillis mei ſtomachi ceroma/ ut q̃ ad me-
dicæ aquæ ſuſtinendũ hauſtũ ſua ſponte fatiſceret/externo hoc adiumento hero-
is Machaonij roboraret̃/ſed hęc miſſa faciamus/ueiã ais ſæpius petijſſe te/nec ob
tinuiſſe/quare ueritũ ne id tibi quoq; cõtingeret clandeſtinũ iter arripuiſſe/ ſi cum
petebas ueniã tũ diſceſſiſſes/ a calũnia te: quanq; nõ ex toto uẽdicaſſes: nã quo pe
tebas vultu/eo negabat̃/hoc eſt ſubridẽti & iocãti perq; ſimillimo. De ſyngrapha
uero/cuius ui mille nodis aſtringebaris/qd ſis reſponſurus/oĩno nõ uideo/niſi for
te ultimũ poſtulatũ tuũ nõ ex integro exauditũ. Vide oro quantũ aberres / ſi hoc
te ꝑfugio tutari autumes/nam tã&ſi exauditũ negaueris/ repudiatũ tñ nõ affirma
ueris/imo exauditũ huius uidelicet particulæ (ſi fieri poſſet) additione fatearis ne-
ceſſe eſt/niſi ut mei ita tui penitus es oblitus: tu aũt cõditioni illi nihil aut addidiſti/
aut detraxiſti/libere & ingenue aqeſcẽs: Sed hæc ſint ſatis: malo em̃ apud me con-
ſcius eſſe tuæ erga me iniuriæ / q̲ ultra qcq; ꝓfundere. Cæterũ tantũ abfuit/ut iniu
riã illatã tibi rettulerim/ ut matri cũ conſorte tori/liberis/ atq; oĩni ſupelectili liberã
abeundi facultatẽ dederim/admixtis pollicitationibus plurimis/quas ſi popoſce-
rint ĩplebo. Hoc quoq; te nolim latuiſſe curaſſe me/ ut minus q̲ fieri poſſet/ fama
tui diſceſſus inuulgaret̃: qm̃ moleſtiſſimũ mihi de te male audire(tũ ꝓpter te ipm̃/
tũ ꝓpter me/q̲ cũ tãtis te laudibus extulerim fieri nõ poſſet/ ut aut prauæ cõſcien-
tiæ/aut temerarij iudicij notã effugere: Qua ꝓpter hortor te/ut reuertaris q̲ citiſſi-
me potes ad paucos dies cũ familia/& ſupelectile/ ſi ita libuerit/bona etiã cũ uenia
diſceſſurus: facies tu quidẽ rẽ mihi gratiſſimã/hoc ꝓſertim tꝑe: qđ in gurgitationi

aquarũ impartiendũ est:In ocio nãq; & in negotio mihi suffragaberis/ facies & tibi utilẽ/quoniã quod detractũ est tuæ extimationi ob discessum est / redditurũ ob reditũ cõfido/sin minus meis uotis obtpare uolueris /scito & mihi/supra q̃ existimari potest/molestissimũ & tibi ignominiosum fore: omniũ nanq; nõ solũ concessu/ sed consensu dãnaberis / eiusq; itidem/quod apud nos struxisti quinquennio bonę existimationis ædificiũ ebdomadariã eius ruinam conspicies : expecto igit̃ te statim/quod si forte uereris me tibi uim facturũ: Absit enim ut indubie credam te iudicauisse/me ulli unq̃/ne dum tibi/iniuriã repositurũ. Ep̃la isthæc mea dextra conscripta sit tibi pro obside/& si hoc minus q̃ desideras petito. Vale.

Sonci nati

¶Ioan.Franciscus Picus Mirandu.Fratri Paulo Sonc.patri. Sal.

S Alus tibi in eo q uerã salutẽ largit̃:Litteras tuas & q̃ones in.xij.metaphysicæ/& libẽti aĩo suscepi/& uoluptuose plegi/in q̃bus duo p̃sertim uideor agnoscere/& tuã illã ingenij acrimoniã/& summã ueritatis inueniẽdæ sitim:nihil.n.in illis(liceat paule scribere qd' sentio)nõ acuti nihil nõ ampli/ nihil nõ uegetis ac excussi rep̃i/si elucubratiões tuæ reliq̃ cũ his pari filo cõueniẽt.Opinor eas ab oibus extollẽdas cũ p̃sertim ita argutę sint/ut nulla fugiendi sup̃sit latebra/ ita defensę ut arguẽdi relicta uitiligatoribus non uideat̃ facultas/ oĩa deniq; se bñ habuissent si in cãpolũ cõfectaria trãsmisisses/excusatões porro illas (ni tuus erga me amor abũde p̃spectus esset & exploratus (suspectas habuissem cũ nihil in mediũ possis afferre qd' collimet ad ueꝝ.Verebaris ais nõ tibi ꝓbro dari cũ nõ ita ad amussim leuigata expolitaq; forẽt/ ut tuto iudiciũ doctoꝝ subire possent/sed trepidasti ubi nõ erat timor:nã faciũdũ tibi fuisset si doctioribus scripsisses : mecũ uero q̃d p̃iculi subituræ erãt / q̃ prima ferme philosophię rudimẽta primi diuini fontis latices hausi/q̃re te denuo obsecro & obtestor si tãti me facis/ si q̃d mea apud te authoritas/si q̃d postremo cõciliatæ nup amicitiæ gr̃a põt/ ut mihi illę suppetiatũ accurrãt:cuius peracutis cornibus uelut Agnatis doctrinæ ꝓpugnaculis (ut boni efficiũt milites)ꝑ ueritate(nõ.n.credas uelim me nisi ꝑ ueritate certatuꝝ)possim cũ aduersarijs si collibuerit digladiari.dixi si collibuerit:nã aut nũq; aut rarissime futurũ opinor ut spõte delinquẽdi decipulas adeã q̃bus ꝑfectoĩ hisce disceptaciũculis & litterarijs agonibus multos arbitror a dęmone p̃cipitari/Nã dũ aliq̃ opinant̃ se aculeos & tormẽta q̃ ueritati admouent̃/ repellere hisdẽ / ipsi maxime purgent̃: eo q̃ mille antiquus ille hostis insidias iugiter paret:milleq; p̃stigãdi & nocẽdi artes excogitet/cauendũ ideo mihi est nedũ noticiã sacri eloquij/ cupio fini optimo debitã:eundẽ astũ dæmonũ p̃uertam/ipsaq; dei uolũtate frustratus sim/ quottidie sñiam hãc & ratioĩbus & exemplis roboro/nec ab usu uel sapientũ abhorrere autumo:Bernardus tuus iugiter & ualide cõcionatus est/mihi & pp̃lo gratus in obiurgãdis uitijs/suadẽdisq; uirtutibus eius uerba exarserũt ut faculę/Io.Pici patrui mei uestigia seq me hortaris ĩpẽsissime/qd' effice & semp obseruare iã diu & ꝓposui & occepi:Ita deus oĩpotẽs & ceptis annuat/& successibus faueat/& ipius semp̃ dirigat gressus/futurũ.n.spero ut aliq̃n eius aĩa ab ĩnocuæ uitæ merita in sinu p̃ris sup cœlos exultet/nomẽq; illius ob ingeniũ sublime/ & doctrinã oĩmodã in terris eo p̃sertim tp̃e quo dies plurima simultates liuoresq; p̃scripserit celebretur.

¶Ioan.Franciscus Picus Mirandu.Baptistæ Guarino. Sal.

u Itam patrui mei uita functi/ quasi ꝑ ociũ p̃teritis a me diebus exaratã unã cũ ipsius elucubratioĩbus & monumẽtis in publicũ dare cõstitui/ quas tibi corrigẽdas (si collibitũ fuerit) trãsmitto/neminẽ porro ex pollitioribus

ſtarũ ꝓfeſſoribus iudicẽ/& cẽſorẽ mihi magis eligendũ duxi cũ ob diuturnã inter te & familiã nr̃am amicitiã/tũ ob ſingularẽ erga defunctũ patruũ & me beniuolẽtiã q̄bus p̄ſtantiã tuã/& morũ addidi integritatẽ: Cæterũ laborẽ hũc igrate ſubiturũ te iudico: laborẽ porro: cũ nõ lateat me plura obeliſcis idigere & lituris: Hoĩes ſumus & ꝓprijs fallimur iuditijs/nec adeo fallimur ut nõ ſimus certiores cũ pl̃a cõtineri in his iure repræhẽdẽda uerſor q̃ttidie/ut forte noſti inter eoꝝ lr̃as q̄ barbare ſcripſerũt/ex q̄bus nõ modo aliq̄d adiumẽti ſed & nocumẽti nõ mediocris p̄ſtari credas: tamẽ quales ſint ſcriptiones nr̃æ tua ope a quibuſq; uiſendæ prodibũt.

¶Ioan. Franciſcus Picus Benedicto Tyr. Sal.

r Edditæ mihi fuerũt litteræ tuæ/quas libẽter nimis ꝑlegi: ſolẽt.n.(ut in prouerbio eſt)q̃ haud ſæpe poſſident̃ p̄cioſiora exiſtimari: Cęterũ ut ad aſtronomiã ueniamus: magnoꝑe deſidero q̃õnẽ tuã q̄ p̄mũ eã expolíueris/ & leuigaueris oculari: quanq; plurimas in ea legẽda uanitates me aſpecturũ nõ ambigo/nec ob id eã affecto ſed ut amici hõis elucubratiões legã. Nollẽ porro exiſtimares a me ꝓbris calũnijſq; te inſectari q̄ uanitates iã appellẽ/q̃s nõ ꝑceperi/& de q̄bus iudicare hactenus nequeã/ſi q̄cq; iniurię in uerbis meis p̄ſentis idip̄m tibi iputa: Argumẽto q̄ q̃õnẽ illã tuã de Aſtronomiæ ueritate p̄titulaueris/ q̄ haud ſecus a me interp̄tat̃/q̃ de ueritate uanitatis & eq̄dẽ arbitror/te nõ magis p̄ſtare poſſe aſtronomię fulcimentũ q̄ merę falſitati/& errori aptiſſimo/q̄d negociũ pluribus in p̄ñtia ꝓſecuturus nõ ſum/ tũ quia ad id obeũdi muneris tp̄s idoneũ minime pręſtaret̃ tũ etiã q̄ a Pico illo patruo meo undecunq; doctiſſimo opus hoc ſtudioſiſſime cõſumabit̃ in illa ſeptẽplici pugna aduerſum eccl̃iæ hoſtes acerrima/ quo in prælio ꝑnicioſiſſimũ iſtũ hoſtẽ multis ictibus cõfoſſurus eſt/ & de ipſo cũ reliquis glorioſiſſimo triũpho coronãdus/ſciaſq; illũ nõ ꝑ ramuſculos ulmi huius ſomniferæ p̄ſtigioſiſſimęq; uagari/euellẽdo folia & cortices: ſed radicibus ipſis admouiſſe bipennẽ/qua ꝑfecto & corruet/& peſſundabit̃ ab illis/ p̄ſertim quibus iudiciũ non deerit. O dies fœlix & cãdidiſſimo lapillo ſignãda: q̄ liber ille diuinus a doctis uiris cõſpiciet̃/qua hoſtes eccl̃ię in capitoliũ duci/ & cõfoſſi uulneribus & cathenis ferreis irretiti palã ſpectabunt̃/ſed amplius forte q̄ opus fuerat ſum euagatus/trahente me amore ueritatis & chriſtianę fidei/quã opto extolli/ & naſcẽtes in eius agro vepræs exterminari: Cæterũ quãtoꝑe te uidere cupiã/& alloqui nõ facile dicerẽ/interim me litteris tuis participẽ redde/& q̄ celerrime poteris quæſtionẽ mittito/ſtudiũq; tuũ ad utiliora cõuertito: uel ſi tantus amor Aſtrologię operã impendere optimũ erit/ſi in eius cõterẽda uanitate deſudaueris/ ne cũ paterfamilias a te talentorũ quæ accepiſti rationẽ exiget ea nõ in terrã cõtumulaſſe deꝑhendare plagis ob id multis æternũ uapulaturus/ ſed potius ut inſtitor intrepidus talenta tua duplicaſſe cõſpiciaris: Vale Mirandulæ: pridiæ Kal. Iunij. Mcccclxxxxiiij.

¶Ioan. Franciſcus Picus Iun. bri. Sal.

d Ebeo tibi plurimũ q̄ mihi uel parum merẽti tãtum cõtuleris/ quantũ uix optare auderet/ q̄ eximijs te bñficijs cumulaſſet: Accepi ab Alexãdro/cui has meas ad te dedi/quo amore/qua ꝓpenſione animi cõflatas in me calũnias dilueris: Egiſti cauſam iuſtitiæ & pietatis/quo noĩe iterum quoq; tibi debeo/ nec dubitauerim/q̄n maiore ui & copia diſſeruiſſes/ſi plane ꝑcepiſſes q̄bus moleſtiarũ molibus/me hoſtes præſſerũt mei/q̄bus iniurijs petiuerũt ditione patrimonio thori cõſorte/filijs expoliarũt/me etiã ꝓſecuti obſederũt/eorum q̄ mihi afficie-

bant̃ nõnulli occisi exules etiã/& extorres aliq facti sũt:dei ope uxorẽ & filiorꝝ ali quos recepi:primogenitus adhuc ĩ custodia:spero nihilominus deũ optimũ maximũ ꝑ sua pietate/ablata oĩa redditurũ: idq; faxit q̃ possũ rõne te dep̃cor eũdẽ p̃cibus roges:Cęterũ operã des/ut q opẽ ferre possunt/iustę causæ p̃rociniũ nõ surripiãt monemur.n.humana tẽtare auxilia/ne ip̃m dñm tẽtemus: Vale mei memor. (Carpi.

¶ Ioan.Franciscus:Picus:M.L. Sal.

n Vnc tẽpus expostulat/ut mihi patrocineris/ꝓtrahit̃ negotiũ/ ut mihi q̃dẽ uidet̃ frustra/& diuturna expectatione maceror/ expẽsisq; & incõmodis multis cõficior/nullo aliorũ cõmodo:res bñ inclinata est/cæsar ꝓpensione quadã animi(q̃ est clemẽtia)ferri uidet̃: Proceres uel oẽs uel pl'imi optime affecti sunt:petitio ꝑ se oĩ iusticia fulta/nec iã lis aut cõtrouersia subest/munus a cęsare ex pectat̃: qd aũt nõ cõcedat cæsar/& hoĩ de se merito/& ob illibatã fidẽ seruãdã pl'ima ꝓpesso:Reliquũ est/ut tuę authoritatis calculus bilãcẽ uergat/efficiatq; ut cęsareis lr̃is p̃cipiat̃/ me stati hac expectatõe & soluẽdũ/& optime soluẽdũ eẽ: tã me tibi obligabis & deuinces q̃ q maxime/& ĩgrati erga te anĩ uiciũ a me semꝑ aberit.

¶Ioan.Fran.Picus Io.Collau. Sal.

i Ntellexi q̃d opa & sollicitudine amoris erga me tui actũ sit in re mea/quã q̃ beniuolo aĩo cæsar ea ipsa de re mandauerit/& memorẽ esse me/ & grati quoq; aĩ signa daturũ tibi cũ potero certo scias: Cæsari uero tã addictũ me semꝑ fuisse/q̃ q maxime ꝓbe nosti:post hac supra q̃ ille putare possit obnoxiũ credat:Illiq; meo noĩe hoc ip̃m quęso patefacias ꝓpe diẽ/ ad eius maiestatẽ uenerandã/teq; uisendũ & amplectendum/ quendã ex amicis destinabo:Interim da operã qua ratiõe potes/ut qđ institutũ ꝓmulgatũq; est/factis probet̃/ nec ignoro facile fore/ut auribus Cæsaris importunę q̃rimonię deferant̃:nitãturq; a tã sancto illũ ꝓposito deflectere/abige q̃so tu muscas ĩportunas a sacris/occlude rimulas/ac ut iocari ꝑgã/molestis susurris/ut eos excipias aures arrigito/& ꝓcellis dissipãdos cõmittito.M.lange/& Cypriano si redijt/nr̃oq;:qd inq̃ tuo an meo uerius Burgo cõmendes me etiã atq; etiam uelim. Vale Carpi.x.Kal.Nouemb.M.D.iiij.

¶Ioan.Fran.Picus: Vil.Per. Sal.

Vilibaldo Perckheimer

d Auid noster salutẽ mihi plurimã tuis uerbis dixit/& quo me amore parũ alioquin meritũ ꝓsequare abũde significauit:Præter id quoq; Galeatium Sanseuerinũ affinẽ meũ dare operam tuo noĩe enixissime rogauit: ut tibi amicitia deuĩcirer:nõ erat mi Vilibalde opus tãto authore/in feriẽdo tecũ ꝑpetuæ beniuolẽtiæ fœdere/ quo cũ pridẽ tacite ictũ fuerat:nec indice etiãnũ Dauide uti oportuerat:Simulac.n.te uirũ probũ & lr̃as amantẽ accepi: & Galeatio nostro in amore arctissime coniunctũ/nõ potui te nõ diligere/nõ potui mira quadã in te uoluntatis ꝓpensione nõ ferri:q ergo fieri poterat ut nõ amares/qui fieri poterat ut a me amari te nõ crederes:Hinc amicitia orta est:mox ostensa:sensisti forte occulta/tu quadã p̃notione prolatã in te uim nr̃ę dilectiõis/nec occulere potuisti:unde nr̃i ad nos/de tuo in nos amore Dauidis p̃coniũ/qđ faustũ igit̃/fœlixq; & in dei gloriam sit/nõ tacite modo ictũ/ sed publice ꝑcussum/ sanctũq; sit inter nos ꝑpetuæ charitatis fœdũ/& epistolari hac quasi p̃conia uoce ꝓmulgatũ:Occasionẽ deside-

rauí & a moleſtiſſimis negotíjs meis inducias/ut ad te de facie uiſendũ cõferre me
poſſem/ſed datũ nõ eſt/dabit fortaſſe alías/ut aut ego iterũ in Germaniã ueniam/
aut tu eas in Italiã/q̃ mox mihi ex negocio petenda eſt: interim cũ nec corpus/ nec
animũ mittere ad te poſſim:animi nr̃i ſobolẽ mitto:hoc eſt libellos quoſdã nr̃os: q
ex rerũ noſtrarũ naufragio ſupfuerũt/ & nuꝑ inſperato ex Italia deuecti ſunt: Ex
ſobole nõ recte cõijcies parentẽ/neqꝫ.n.eũ adamuſſim effingit / nõ ꝙ ipſa degene
ret ſed q̇a ꝓcellit:Nã quanqꝫ illa aliq̃n cogitaui/minime tñ ſolido uſu poſſedi:Faci
lius nanqꝫ & cogitamus & ſcribimus bona/q̃ facimus.Seruaſſem utinã q̃ illic ad
geſta ſunt/multa bñ uiuẽdi ꝓcepta: Sed faxit oĩpotẽs/ut aliq̃n ſeruemus: Alia nr̃a
opuſcula ꝓpterea nõ mitto/ꝙ ex Italia ad me ſimul perlata nõ ſunt:aliqua etiã ſub
incude afformabant/ quæ parũ abfuerũt/quin in ſpongiã incubuerint/ dũ ſtringe
re gladios magis q̃ litterarios malleos tempus expoſtulauit: Vexatus equidẽ diu
ſum bellis pluſq̃ ciuilibus:alioq̃ mea ſpõte amator pacis/& poſt Galeotti pr̃is obi
tũ parũ quieui a moleſtiſſimis curis/& bellicis tumultibus/ cum in occupatis arci-
bus nr̃is/& oppidis uindicãdis/tũ in eis quoqꝫ a multiplicibus inſidijs triẽnio tutã
dis demũ in repellẽdis hoſtilibus caſtris/& quinq̃ginta dierũ obſidione ferẽda &
ꝓditione eorꝫ tollerãda/q̇bus magis fidebam / hoſtes me multa manu freti cinxe-
runt/iparatũqꝫ/& febribus ęgre decũbentẽ adorti ſunt/nec mercẽnario milite/nec
auxiliaribus copijs fultũ vide q̃ belle iſtiuſmodi negocia cũ ocio lr̃ario cõueniãt:
nũc aũt extorris & regnis exul ademptis:q̃ apte de litteris cogitare poſſim cõſide
ra ſpero nihilominus Ieſum dñm ijs ipſis moleſtijs finẽ daturũ: Vale mei memor:
Ex Auguſta uindelicorum.xviij.Ianuarias Kalẽ. M.D.ij.

¶Ioan.Franciſcus Picus Adulpho Phriſio. Sal.

m Itto ad Cæſarẽ ex negocio Ioan.Franciſcũ a ſecretis meũ/qui & in manda-
tis habet/ut te meo noĩe ſalutet:nec quidẽ ſine munere: ut olim Parthorũ
reges:Is ad te ferret & amicitię & gr̃æ ex part reponẽdę ergo noſtrũ ex au
ro numiſma ęquans monetas Germanię aureas quattuor:in quo & aſcẽdentis in
cœlum Chriſti myſteriũ impræſſum uiſitur:Et ex aduerſo inſigne quoddã/quod
paulo ante tulimus:In Germania eñ cum eſſem/ cupidũqꝫ te mihi declaraſſes ui-
ſendi habendiqꝫ aurei in quo noſtri eſſet imago vultus / idqꝫ nec tũ haberẽ/ nec in
præſenti apud me ſit eius generis ullũ: hoc ipſum maioris precij & ponderis li-
bentiſſime miſi:miſſurus & alterius generis alia cum ſeſe facultas obtulerit.Cæte-
rum quæſo te:ſi me diligis:ut fruſtũ illud chriſtalli ad me mittas/in quo ſcintilla il-
la uerſicolor iridẽ imitata conſpicitur. Aliũ quoqꝫ ex quinqꝫ lapidibus illis quos
tu opalos reris:quorũ enumero unum ex te habui ſulphuris ardẽtis flãmas ęmu-
lantem: Nec propterea quã habebas in animo componendæ crucis imago abole
bitur quinimo perficiet exornabiturqꝫ: nãqꝫ cũ aliũ miſeris tres reliq utriuſqꝫ bra
chij & thoracis munus implebũt:capitis partes Adamas/pedũ Carbunculus obi-
bit/quorũ apud te copiã eſſe ſcio/ꝙ ſi eis ad id officij ĩdigueris mittã ego ex Italia.
Scire ꝓterea abſte aueo an q uenalẽ illũ Opalũ habebat colores pigmentariorum
æquantẽ/reuerſus ex Italia in Germaniã ſit: Si redijt cura præcor ut preciũ noue-
ris/ſin minus ſignificato:Nãqꝫ operã dabo ut uideã/& ſi placuerit coemã Que au
a te petij/& Chriſtallũ.ſ.& opalũ futurũ cõiugi munus gratiſſimũ.ut oĩno Io.Frã-
ciſco noſtro/ad me ꝑferẽda tribuas/ iterũ te atqꝫ iterũ precor: Iuniorẽ Adulphum
meo noĩe ſaluere iube/quẽ in doctũ uirũ euadere ſumopere cupio:Bruno item epo
cõiuiuæ nr̃o me cõmendes uelim. Vale:Carpi.xvi.kalẽ.Mart.M.D.v.

¶IOAN. FRANCISCI PICI EPISTOLARVM LIBER SECVNDVS.

Ioan. Franci. Picus. A. Pl. Sal.

i VSTVM de uestibus uolumẽ scribere ĩstituerã/ratus me plerisq; gra
tũ facturũ/ qñ res ipsa ꝑse cognitu digna iudicaret: tum non minus uti
lis & q̄onibus plurimis obnoxia / ob uarias censuras quæ nr̄o tp̄e / ex
uarijs tegumentorũ figuris emerserũt:qñ alij Gallicas sibi & Hispanas
uestes induerẽt/ Alij Germanas/Græcas/& Geticas etiã asciscerẽt : ꝗbus de rebus
diuersi susurri/diuersæ sn̄iæ/inter quas illa plurimũ uigebat /Italã uestẽ nõ esse ho
minibus Italis ĩmutandã/nõ accersendos ꝑegrinos cultus/ nõ habitus/& instituta
nouanda / quæ quidẽ uti constãs & ingenua per se depræhendit/ ita parũ erudita
uidebat ꝓpterea ꝙ propriã Italiæ uestis formã/ qui teneat qui nouerit reperit ne-
mo. Est ẽm ꝓ tp̄e uestimẽtorũ specimẽ/ & figura mutata nec quicq; antiqui & Ro-
mani habitus/Romanis ipsis in usu est/qđ nõ modo indicãt noĩa ab eis/ quę olim
habebant diuersa:sed remotũ etiã longe constet a nr̄o uestitu antiquũ / in sculptu
ris marmoreis/in ære fusili/& in plerisq; numismatis / nec apud illos habet / qui rẽ
ipsam ad integrũ litterarijs monumẽtis/ab iniuria obliuionis asseruerit:tã&si pro
dat Trãquillũ hac de re librũ cõposuisse:ꝗ nusq; cõparuit/qui uix citatur. Tẽpus
igitur idoneũ/& ociũ nõ leue huic implendo muneri dandũ erat:Cogor autẽ ut ti
bi morẽ gerã/quicqd occurrit ad p̄sens ꝑscribere/& ingentẽ materiã cogere in epi
stolę modũ/si tñ id fieri cõmode poterit:fiet aũt utcunq;: De necessitate igitur ue-
stiũ noĩe/origine/de uarietate quoq; luxu/uanitate/utilitate/colore/dignitate/quã-
tum per occupatiões liceat in genere dũtaxat/& ad epistolæ mensurã insinuabo:
De necessitate uestiũ non aliunde fœlicius auspicabimur/q̃ a Mose/qui prodit ex
inobedientia factũ:ut qui prius nullo tegumento indigi fuissent/ hoĩes idipsum si
bi perpetrato delicto quãtotius ꝓcurarint/ raptis de fici arbore folijs: quibus pu-
denda uelauerunt/quæ tum primo pudẽda ceperũt esse:mox pellicea uestis Ada
mo diuino opere coaptata est/quo de paradiso delitiarũ expulso/nõ modo suę ob
pctm̄ cõtractæ uerecũdiæ cõsulere posset/ut prius tentauit dũ frondea ꝑiçoma cõ
suisset/sed aeris etiã molestias cõmodius ꝑferret : & sane nec latini uerbi uis/ sicuti
nec ip̄a res mysterio lõgius abest: Vestis ẽm ut Varro sũmus linguę Romanę au
thor decernit/a uellere dicta est:a uelãdo alij dictã maluerũt: alterutrũ mauis / nec
sacris quidẽ litteris cõuenire quicq; magis põt / q̃ ut uelaret homo uestẽ de pelle
factã prodiderũt : sed quæ ad necessitatẽ solum instituta/ad honorẽ etiã pertinere
uisa est tẽpore procedẽte:Nam & polymita Iosephi uestis/& Samuelis palliũ. Sa-
cerdotum etiã & regum in sacris litteris uestes manifestant. Multæ certe & uariæ
spẽs & noĩa/uel ex figura / uel colore/uel loco desũpta fuerũt/partim sibi dignitas/
partim tp̄a/usus/ & regio/partim sibi uendicarunt:quo factũ ut hinc etiam luxus/
& modestia/usus & abusus uestiũ deriuaret:Nam si ꝗd noui fiebat id actutum re
putabat: uel ad molliciẽ / uel ad luxuriam ꝑtinere : si ꝗd item antiqui reuocaretur
tantundẽ criminabat:Consuetudo tantum probabat adeo / ut quæ olim dãnatæ
fuerũt/progressu tẽpoꝝ laudarẽtur. Nãq; olim moris fuit manicis abstinere in ue
stibus conficiẽdis/ idq; luxui erat obnoxium. vnde illud/& tunicæ manicas/& ha-
bent redimicula mytræ: Fœmineum quoq; olim/ & molle etiam apud mollisimos
Persas / putabatur uti ueste talari : Diuturna uero obtinuit consuetudo / ut po-
stea grauissimum uirileq; haberetur / ac pene religiosum: Nostra tempestate ui-
ris principibus & admodũ egregijs turpe nõ ducit / quin maxime decorum ho-

loſericis indumẽtis uti: cũ tñ inter Heliogabali Antonini ueſanias holoſericæ: hoc
eſt totę ex ſerico ueſtes cõputent̃: ſed & modeſtiæ quoqꝫ Alexandro itidẽ Roma
no principi aſcribit̃/ ꝙ ſemel dũtaxat in cõſulatu pictã ueſtẽ ĩduerit. Apud Hebrę
os fimbriæ geſtabant̃ qbus etiã dñm Ieſum fuiſſe uſum ſacræ lr̃æ nos edocẽt: ubi
aũt ab Italis recipi cœptę/ inter regia ornamẽta cõputabant̃/ nũc paſſim uſurpant̃
& tanto ſtudio ut quis e medio fimbriatus incedat/ & multiplicibus limbis hone-
ſtet̃: Et mirũ ſane uideri debet/ ꝙ minor in ueſtibus mollicies eſſet/ dum Roma ꝗ
poſt tralatã ĩminutã atqꝫ etiã euanidã paulo minus poteſtatem/ tũ eñ principibus
uiris ex lana ueſtes erãt/ q̃ nũc materia pene reſpuit̃/ a ditiori plebe nedũ a ſumati-
bus. Expetunt̃. n. bõbicinę paſſim ſericeęve/ magiſqꝫ ex moro/ q bõbices paſcit/ ꝗ
prato/ quẽ tondẽt oues amicimur: & multa qdẽ nobis tegumẽti materies ętate nr̃a
ſuppeditat̃: Nã præter ferrũ quo in uſum bellãdi ueſtes fabrefiũt/ ꝑter ouinã lanã
cuius bñficio multiplex/ nec ueteri ſæculo cognita laneæ telæ diuerſitas prodit/ ex
fili & tecſtrinę uarietate multifariã: ꝑter bõbicinas ſericasve in uariũ etiã uſũ igno
tum prioribus formatas/ præter lineas & canabinas telas/ pellicea quoqꝫ multæ
natiões hñt ueſtimẽta/ nõ abraſa ſolũ/ ſed etiã pilis ĩpis lanaqꝫ referta/ ut ĩ ſeptẽtrio
nalibus plagis cõſpicit̃: adde xylinę lanuginis pãnos ĩ mľtifarios uſus accõmoda
tos: ex ægypto quoqꝫ & oriẽte caprinis hircinisqꝫ pilis mercatores aduehũt cõfe-
ctas telas/ æſtiuo nobis tp̄e cõmodiſſimas/ aurũ taceo/ quo uel adinterpungendũ
uel ad acu pingendũ/ uel radio textoꝝ/ ad hac & illac uarie iactandũ/ tot aurei pã-
ni uariæ facies uident̃/ ut nihil iã reliquũ luxui fiat/ neqꝫ. n. contẽti aurei fili pictura
q̃ olim inter maximas etiã muliebres delicias cõputabat̃/ cantabatqꝫ pictã acu cla
mydẽ/ nec inſtextis auro ueſtibus/ nec purpureis/ pictiſqꝫ limbis/ qđ tã regiũ erat/
ꝗ etiãnũ muliebre/ q. ſ. cohibebãt picto ueſtigia limbo: nõ fimbriatis quoqꝫ ut di
ximus ueſtibus ſatis ſibi & luxuriæ factũ putãt/ ni aurũ ſuꝑaddat̃ auro/ rigeantqꝫ
ueſtes/ & armaturas põdere ſuperẽt. Ni aureã tunicã totã/ bõbicinis & ecõtra/ bõ
bicinã uniuerſam auratis fimbrijs bracteẽt: Pudendũ utiqꝫ erratũ/ eoqꝫ inſignius/
qđ & imbelles & pauꝑes id affectãt/ & ſub dei lege degẽtes ſalutis diuitiarũqꝫ ꝓ-
digi ſunt/ magis ꝗ olim ſub cultu dæmonũ ditiſſimi atqꝫ fortiſſimi. Siquidem Iuli-
us Cæſar rerũ potitus/ quanqꝫ corporis cultu ſemꝑ inſignis elegantiori tñ habitu
nunqꝫ legit̃ uſus/ ꝗ Sylla q lato. ſ. clauo induebatur/ ſed fimbrias forte adiecit: Vte
batur inquit Tranquillus lato clauo ad manus fimbriato/ nec apud eos tot gene-
ra ueſtium: De his loquor/ q̃ nõ capiti ſolũ aut tybijs: ſed uniuerſo corpi aptãt: nã
ꝑter id qđ citauimus latũ clauũ/ ueſtẽ uidelicet ꝑclarã ſenatoriã/ dictatoriãqꝫ/ ꝑter
ꝑtextã puerorũ/ palliũ philoſophoꝝ/ tunicã & ſubuculã cuiuſqꝫ ſexus & ordinis/
togã ciuiũ/ ſagũ & clamydẽ militũ paludamẽtũ imꝑatorũ Penulã/ Abollã/ lacernã
lenã & ſi q̃ alia pauca/ q̃ diuerſo noie in eundẽ ſignificatũ recidũt: nõ temere multa
reperies/ apud nos nec triduo quidẽ numeraueris tot quotidie quis e medio ex ca
pitis ſnĩa cõfingit/ tot ꝑegrinas & nouas accerſit oĩum pene nationũ/ ut iã Maſtru
cæ/ Sarabarræ/ & cæteræ id genus Barbarę lõginquo uel moris/ uel terrarũ ſpacio
deuectę ꝓ domeſticis & notis habeant̃/ & ad ignotas etiã anhelat vulgus diuitũ
& potentioꝝ: De coloribus taceo/ olim in pictura unus tm̃/ aut plurimũ quattuor
nũc in ueſtibus & laneis/ & bõbicinis/ & auratis oẽs in uſu nec ſimplices/ ſed multi
plices uarieqꝫ ꝑmixti: q̃ de re multa recẽſenda nõ ſunt/ qñ etiã ab eis/ q Cænobijs
addicti ſunt/ ſi recte cõſideres oẽs ꝑter uiridẽ colores receptos uideris/ & curioſius
ut mľtis uidet̃ ꝗ oportuit ꝓpagatos: Siquidẽ q ſub diuo Bñdicto monachi albis
alij/ nigris alij/ ferrugineis nõnulli coloribus utunt̃/ & cõtẽtio fuerit/ qd nã fieri de-
beret/ quove uſus eſſet inſtitutor/ cum tamẽ notũ ſit illũ dixiſſe nolle ut monachi

de colore cauſarētur:qm̄ habitus monachũ minime conſtitueret:Inter Auguſtini
ſectatores regulares ab eremitis diſſenſere de habitu quo ad Xiſtus noſtra memo
ria ꝓhibuerit decernēs quo habitu Auguſtinus/p̄ter eũ qui ep̄o debet̃ uſus fuerit
nec ex re/nec in prōptu eſſe ut decerneret̃/ diuus quoqꝫ Franciſcus nullũ exacte
colorē ſectatoribus oſtendit/mō groſſiora & uiliora indueret̄ contentus:Probari
aũt maxime debet ꝗ nō mō caſta & mediocria ſed etiā hũiliora ſibi aſciſcit aliquā⸗
to ꝙ dignitas tolleret: nec em̄ apud gētes maius decus ſibi cōciliauit dictator Cæ
ſar inſigni cultu/ꝙ mediocri & gregario dux Annibal/& rex Ageſilaus.Chriſtia⸗
nis uero tanto id magis curandum/ꝙ pompa & uanitas ab eis exulare perpetuo
debent/& exemplo turbę qui præſunt pręponunt̃ quanꝙ/id quod mediocre prin
cipi & nobili creditur ad ſubditos/,& plebem relatum inſigne atqꝫ ſuperbum cen⸗
ſeatur: Nationes aliæ alijs conſtantiores in habitibus retinendis:Aſia & affrica ſui
cultus ſeruatiſſima/uaria nimium Europa:& Galli potiſſimum: qui noſtra memo
ria ſingulis pene annis ueſtes mutauere quos itali plurimum ſequuntur/poſtꝙ in
ſubres eorũ imperata faciũt: Germani ꝑſeuerātiores/ tā&ſi nō nihil eos īmutatos
uiderimus: In hoc certe ſtabiles a multis ſæculis ꝙ diſpēdia fugiũt/neqꝫ em̄ tā latę
in Germania ueſtes/utpote antiq̄s eorũ moribus ſil̄es: Tegumēta em̄ gerebāt: ut
Tacitus inq̄t:ſingulos artus exprimētia/qđ & Galli me puero obſeruauerũt/ pau
latim nōnihil latitudinis occupātes/ut nũc ī latiſſima & ampliſſima ueſtiũ diſpēdia
diffuſi ſint:Hiſpania ſatis conſtās/& ut arbitror in aliq̄ genere ueſtiũ ab antiq̄s nō
remotiſſima qđ ſagi nomē indicat:Ab illis ad natōes multas euagatũ/& maxime
in Italiā/q̄ non ueſtes ſolũ/ ſed ꝑegrina oīa libentiſſime ſuſcipit: Quaꝓpter ad re⸗
gulā ut reuocarent̃ opęprециũ foret/interim nobis tñ cōſulemus/prudētia duce/&
q̄d opus eſſet facto ratiocinabimur nō ꝑticulare quicꝙ decernētes/Opus em̄ eſſet
nō ep̄l'ari anguſtia/ſed maiore ſubſellio/in uniuerſum aũt:ſicuti pictores inter ini⸗
tia ſolēt deliniabimus: Veſtis itaqꝫ uſus neceſſitate uti diximus/ utilitate/honeſta⸗
te introductus eſt:abuſus igitur uanitate diſpendio/ turpitudine culpādus: Qua
propter cōſiderāti mihi/uenit in mentē trifariā ueſtis habitũ poſſe uituperari: Nā
ſi uanus & inanis fuerit nō ſolũ ipſe ꝑ ſe dedecet/ ſed is etiā leuitatis noīe dānabit̃/
q̄ eo īdutus fuerit/Igit̃ frequētiores & affectati limbi crebræ feneſtræ & q̄ſi vulne⸗
ra ueſtiũ intēpeſtiue & ꝑegrinę fimbrię luxu ꝙ ornatu accerſitę bractęę exuberā
tes indicio udent̃ eſſe incōſtantis & uolitātis animi/& cũ receptũ diu illud ſit: Ne
q̄d nimis:diſpēdia quoqꝫ corrigēda ſunt & ſuꝑfluo nimis ambitioſoqꝫ cultui me⸗
ta ponēda eſt:qđ olim etiā Rho.ſcđo bello punico factitarũt:Nr̄a quoqꝫ eccl'ia p̄
ſtituit modũ clericis & clauſas ueſtes ac fibulatas p̄ſcripſit:duplicē aũt in modum
cōtingere diſpēdia poſſunt/uel ſi plebeius nobiliũ ſibi ornamēta q̄ritet uſurpetqꝫ
uel ſi nobiles ipſi habenas luxui ꝑmittāt/caudatis admodũ tunicis/ut fœminæ cō⸗
ſueuerunt:hiātibus manicis/& patulis adeo/ut mediocres inde ueſtes confici qui
rent:Turpitudo porro ex laſciuio habitu prodit: qui factus.ſ.ad excitandā uene⸗
rem cognoſcitur.Nāqꝫ ſi in fœminis ſuperiores māmarũ partes/quod noſtri tem⸗
poris in Italia pręſertim uiciũ/enudentur:incentiua libidinũ facile fiunt/q̄ honeſta
tis cauſa uelo tegi dicunt̃/ab ipſis quandoqꝫ adeo raro/adeo perſpicuo/ ut illece⸗
broſius urant:Simili trahere illicio ſolent uiri fœminas/oſtenſis pudendorũ parti⸗
bus/nimia ueſtium breuitate/& menſura materiæ additamētis ementita.Non cul⸗
pandũ ergo id ueſtis genus/qđ huiuſcemodi criminibus caret:Tam&ſi pũcto in
ſectibili & indiuiduo iſthæc rectitudo nō cōſtat/ac ut Ariſto.docet:ſi q̄d minimũ
a uirtute recedat̃ nō magnoꝑe refert: Partē em̄ regionũ mores/& cōſuetudo ſibi
uendicāt tādiu toleranda/ꝙ diu in ea quæ diximus uicia lapſus nō fiat.Vale.

¶Ioan. Franciscus: MAXIMILIANO. Cæsari Augusto. Sal.

o Ptare mihi uideris Cæsar inuictissime/ nō tā copijs ꝙ doctrina præstare: qđ quidē uotū in magno illo Macedone plurimū uiguit/ & eius grā mirū īmodū ab antiqtate cōmendatus est: Mādas em̄ mihi/ ut q̄piā Cabale monumēta olim Io. Pici patrui opa in latinā orōnē uersa/ & exscribēda & ad maiestatē tuā deferēda curē: Qua qdē in re quantū mihi molestū sit/ impio tuo (ut par est) obsequi nō posse/ haud facile cogitauerim aīo: ne dū litteris explicauerim: siqdē inter hūana desideria sūmū mihi est tibi principi meo/ imo oīm gratificari: Apud me aūt nec una qdē Cabalisticæ facultatis extat scedula/ sicuti nec defuncti patrui Bibliotheca/ utpote quā Antonius patruus rerū eius mobiliū testamētarius hęres Grimāno Cardinali uenūdederit: Habeo ego tantūmodo nōnulla ꝓpria eius inuenta/ & meditata ex authographis/ magno cū labore & impēsis exscripta/ nihil ad Cabalā spectātia: quarū partē iā publicaui: Sed qm̄ oblata hæc mihi occasio tibi morē gerēdi magnanime Cæsar: me quanꝗ inuitū ꝑterit/ abs te q̄ possum fide/ & aī prōptitudine efflagito/ ut alia quęcūꝗ libuerit/ mō uiribus meis effici possint impare nō cesses/ in te nāꝗ colēdo/ mł'tis certe igenio & uiribus/ fide & diligētia nemini cesserim: Et quāꝗ scio pl'a decere seruū facere ꝙ loq: atꝗ hęc ipa q̄ polliceor tua pridē esse: Quādoqdē me tibi & ipa fere tradidit natura/ & obligauit uolūtas nō potui me tñ cōtinere/ ut eadē tibi miro q̄dā uolūtatis ardore nō offerrē. Vale.

¶Ioan. Franciscus Picus Ioan. Reuchlin: Phorceñ. Sal

t Ertio iā ex negotio mihi Germaniā petenti/ id animo inter eximia desideria penitus īsederat ut te de facie cognoscerē: quē ex litterarijs opibus pridē suspexerā. Sperabā facilius eo fieri me uoti compotē/ ꝙ tui ducis regio nō abesse diceret: a loco in quo celeberrimus iste regū principūꝗ cōuentus agit/ quē tua etiā ꝑsentia/ qn̄ huc plurimi/ & ꝑcellētes uiri cōfluxerūt/ honestandū impēsius cōiectabar/ sed inania plurimū nr̄a uota/ incensum quippe diu animū cognoscēdi tui. Bonomus Tergestinus Antistes tū inflāmauit/ cū oīe desideriū prorsus elanguisset: Vbi em̄ resciui ꝑ occupatōes tibi nō licuisse discedere/ tuarū illico pręconia laudū itonuere adeo/ ut & maceratus desiderio sim. & euanida spe prorsus fluctuauerim: Hinc uenit in mentē/ ut dāna isthęc resarcire/ quoquomō ꝑ ep̄l'am curarē: Scias igit uelim me tibi/ me tuæ uirtuti tā addictū/ ꝙ q maxime/ ꝙ ne dictū ad ꝑsentē gratiā putes/ testatū id oībus relinquēt nōnullę scriptiōes meæ: Nā & in septimo opis cuiusdā de rerū ꝑnotione libro/ & in carmine heroico/ qđ de mysterijs in Germaniā lapsis procudi/ honorifica tui mentio facta est. Adscribito ergo post hæc me rationario tuo/ inter ea noīa/ quæ tibi eo debent/ ꝙ de litteris optime es meritus: Sciasꝗ uelim/ ni a turbulentissimis negotijs remorarer/ ad te uisendū cōuolassem/ pro meis enim oppidis/ pro fortunis omībus diu periclitantibus/ ad Cæsarem me contuli/ quem pro sua clementia/ proꝗ mea in illum fide/ & meritis exorandum speraui: Vale mei memor.

¶Baptista Mantuanus Carmel. Ioan. Fran. Pico. Sal.

n V per audita morte Io. Pici Auunculi tui/ uiri clarissimi atꝗ doctissimi/ sic aīo cōsternatus sū ut neꝗ pes/ neꝗ mēs satis suo fungeret officio: Parū abfuit qn & de deo/ & de natura sim cōquestus: ꝙ tantū lumen e mūdo tā cito sustulerint: tantū Italiæ ornamentū/ tantā ętatis nostræ gloriā/ q̄si terrenæ Reip. bonis inuideāt nulla habita nr̄i ratiōe succiderint: succiderint inꝗ dū cresceret/ dū floreret/ dū copiosissima īgenij sui fertilitate ꝓasceret uniuersos: sed recordatus sen

tentiæ Pauli qua inquit:Iudicia dei abyssus multa:continui me/ ne male de deo & de operibus eius impia temeritate sentirẽ. In occasu uiri huius passa sunt magnã eclypsim studia litterarũ/ sciẽtia rerũ/integritas morum:Erat eñ ut scis/ in patruo tuo sic uitæ/sanctimoniæ/coniuncta linguarũ eruditio / & humanarũ diuinarũq; rerũ cognitio/ut in uno eodẽq; hoie uiderer uidere/Hieronymũ & Augustinũ re/uixisse/atq; utinã opus illud de concordia Platonis & Aristotelis anteq; decede/ret absoluisset.Pollicebat̃ enim titulus eius oẽm antiquorũ philosophiã/ & recõdi tissimarũ ac scitu dignissimarũ rerũ apertionẽ.Oia eius opuscula / q̃ absoluit/ quę etiam imperfecta reliquit/sunt omni studio & diligẽtia conquirẽda.Nã cũ a tanta ingenij fœlicitate profluxerint non possunt nõ esse dignissima/quæ ab omni po/steritate legãtur/ament̃/& adorentur:ad qd' officiũ te ꝓuocarẽ/nisi te sic ꝑsuasum & animatũ satis crederẽ.Deerat hoc familiæ tuæ decus imortale:ut apud nobilita tem antiquissimã:diuitiarũ & opũ affluentiã/rei militaris gloriã : collocaret̃ etiam excellẽtia tãtæ sapiẽtiæ:ut oia q̃ apud mortales/sũma laude digna sunt in unã do/mũ tuã cõflueret.Te uero Io.Fran.sũma ope niti decet:ut patrui tui uirtutẽ hære/ditate possideas:& ut spũs eius in te duplicet̃:sicut Heliæ spũs in Heliseo: hoc a te expectamus:hoc requirimus:cũ eius opuscula collegeris:ꝑcor/ ut me quoq; parti cipẽ reddas:& erit mihi opæpreciũ istud tãte uoluptatis gr̃a me cõferre cũ sciero. Distichon in laudem eius ex tempore factum quanq; non placeat:tamẽ subijciã.

Picus Ioannes/ cœlos/ elementa deumq;.
Doctus/ adhuc iuuenis sanctificatus obit.

Vale princeps optime & me ama.Mantuę die.xxvij.Nouẽbris. Mccccxxxxiiij.

¶Ioan.Franciscus Picus:Baptiste Carmel. Sal.

a Ccepi litteras tuas quibus me de Patrui morte officiosissime cõsolaris / & conquereris/in occasu hois litterarũ eclypsim omneq; gloriã nostræ æta tis/uelut a texẽte succisã/ex his & amicissimi hois officiũ/& ueluti patris af fectum conspexi liquido/& gratias ob id plurimas ago: sed ut nos inuicẽ iã cõso lemur/& litteris tuis responsum aliqd demus (sititorẽ alioquin te nouitatis conspi cio)edisserã paucula:differẽs in id tẽpus/reliqua quo fando corã possimus satisfa cere:ego quidẽ tanto ob patrui mei obitũ dolore affectus sum/ tantæ cõsternatus mœstitia/tanto parte alia gaudio exultaui/quantũ de ipsius futura fœlicitate plau dendũ/deq; nr̃a iactura dolendũ oportere censui.Dolendũ nobis ꝓfecto est: qui forte ex ꝓposito in tenebris ambulãtes/nec capaces nec digni tãtę lucis extitimus eius autẽ uita laudanda nobis/& obitus demirandus/cũ plenus & sanctimonia & charitate decesserit:Tibi palã facerẽ multa post obitũ /sed eius uitã parturio cito pariturus/qua plurima (nõ vulgaria equidẽ & triuialia) sed q̃ philosophũ/ q̃ chri/stianũ deceãt dabunt̃ intelligi: Bibliothecã ipsius opulentissimã / qs habiturus sit nõ dum liquet:Attamẽ futurũ spero ut fragmenta oĩa/& quisqlias in unũ redigã/ & formis excudẽdas tradã:ut si fieri poterit / saltẽ in opibus reuiuiscat: Heu spes fallaces/& inania uota/multas arculas minutiarũ oppleras inspexi:nec aliqd qd' in lucẽ ꝓprijs pedibus exire posset inueni:O si uidisses q̃ cõceperat/q̃ aggressus fue rat/uix posses lachrymas cõtinere:reuixerũt in eo oẽs philosophi/& theologi oẽs antiqui/pariter & iuniores/si nõ ſupati doctrina saltẽ & ingenio (si amãti & disci/pulo fides debet̃)æquati sunt.Concordiã illã Platonis/ quã imperfectã deplora/ris/si absoluisset/nobis ꝓfecto dies festi agendi fuissẽt:ita eñ philosophiã ab incu/nabilis/a noie/ a capite exorsus fuerat/ & adusq; nostra tp̃a ꝓduxerat adultam/ut

nihil amplius a nostræ tempestatis philosopho/aut in Græcis/ aut in Latinis codicibus desiderandum esset:Citasset udum Thaletem/ Ignitum Heraclitũ/ circumfusumq; atomis Democritũ: Introduxisset postremo philosophiæ principes/Platonem mathematicis uelaminibus offusum/& Aristotelẽ scrupulose endelechiã perquirentẽ/qui eius opera fœdus ęternũ inter se sanxissent:Inter Auerroẽ quoq; & Auicennã:Inter diuũ Thomã & Scotũ/indutias impetrasset/Iuniorũ turba partim pro meritis/partim pro culpis & honorata fuisset/& taxata: Sed quid de hostibus ecclesiæ dixerim quos contra bellũ mouerat/quos iam obsederat/atq; in unũ ex his duodecim ictibus cõfoderat:& nisi diem obijsset/ eodẽ forte mense catenis uinctum/& palam spectandũ/equis albis in Capitoliũ magno triũpho perduxisset/quibus in operibus nõ tam diuinã & humanã philosophiã admirari dabatur/ diuino:ut ita dixerĩ:ingenio explicitas/q̃ ꝙ eas Aristoleis.ut ille inquit pigmentis condidisset.Plura prosequerer/nisi futurum sperarẽ/ ut cito his de rebus colloqui possemus:Interim poteris & tu/& hij quibus præes/ad Christum pro amico hoĩe ꝑces effundere:Et illum iugiter patri in sacrificiũ ꝓ expiatiõe delictorũ offerre/ut tibi & amicis oĩbus suffragia multo fœnore ꝑsoluat:Si tardiusculus fui Florẽtinũ iter culpato. Cæterũ q̃ñcũq; uenies desyderatus uenies: Vale:Mirandu.

¶Baptista Carmel.Ioan.Francisco Pi. Sal.

DIlatio honestissima tuæ responsionis credi fecerat litteras meas in uia perijsse:& dum ꝓpterea nouas ad te dare statuerẽ iãq; incepissem eas exarare:supuenerũt tuæ desideratissimę/ornatissimę:iucũdissimę nocte ĩsecuta: credo ex eo ꝙ die cogitauerã dormienti mihi sub aurorã tpe q̃ cerni somnia uera solent/uisa imago patrui tui iam uita functi supuenire:& mecũ multa de angelorꝫ natura:de spirituũ aeriorũ/ac terrestriũ:aquaticorꝫ etiã speciebus/noĩbus/officijs: cum summa utriusq; nostrũ uoluptate disserere. Et cũ eũ interrogassem cur balbus esset(balbus eñ uidebat̃)id signũ esse respõdit imperfecti & inabsoluti sermonis quẽ de rerũ natura/& de philosophia iãdudũ inchoarat Videbar accẽsus desyderio percunctãdi de rebus occultis plurima: quę nobis mortalibus mirabilia sũt & ignota.& nescio quo pacto id primũ occurrit/ quid.s.amuleta ꝓdessent infantibus/ut corallia & id genus alia/quæ infantulorũ collo alligantur: respondit in his aliq̃ñ aliquid uirtutis inesse & hoc ad magiã naturalẽ pertinere:sed ut plurimũ dãnatas consuetudines & superstitiones esse. his dictis euanuit. & ego expergefactus diu multũq; cogitaui:quæ collocuti fueramus in somnis: quia nõ inania esse sed pensi aliquid habere uidebant̃.Scribo autẽ hoc nõ ꝙ insomnijs ullã fidem adhibeã: id eñ est & a ꝓfessione mea & a natura alienũ : sed quia nõ satis mirari possum quonã pacto fiat ut dormientes disputent/doceãt/discant/& ea plerũq; faciãt: quæ a uigilantibus fieri sit impossibile uel certe difficile/habẽ tcerte nescio quid diuinitatis animę nr̃æ.& si sancte ac pie uiueremus nec tot negociorum ambagibus circumagerent animi nostri:haberẽt nobiscum spiritus seperati magna cõmertia Sed de his hactenus.Q, uelis(ut scribis) patrui tui uitam conscribere & laudo / & ut maturius id agas hortor & obsecro : id enim officij tibi maxime congruit: & tibi pluribus de causis est assumendum : nam & stilo & eloquentia plurimum uales:quod est naturæ & industriæ & dei donum singulare. Itemq; gentilis eius sis: & tam mirabili uiro arctissima cognatione propinquus:quo fit ut eius gloriæ nõ esse particeps non possis.Nec ullo mõ pati debes ut clarissima familia tua: quicq̃ tanti ornamenti ac splendoris amittat. Accedit ad hæc ꝙ nulli magis q̃ tibi nota

esse debet eius uita:quã tibi iam pridẽ imitandã ꝓposueras & quidẽ sapiẽtissime: erat enĩ ægregiũ quoddã sanctimoniæ & religionis exemplar. In quo totius sapiẽtiæ lumen apparebat. Dicã ergo tibi quod Christus dixit apl'is: Colligite fragmẽta ne pereãt. & id tãto studiosius agendũ quãto nobis:qui supstites sumus / & futuræ posteritati magis est ꝓfuturũ. Proculdubio & si uideo magis ei gratulandũ qui postq̃ tã breui nauigatiõe tm̃ spiritualiũ opũ cõgessit tã fœliciter in portũ peruenit:nõ possum tñ de tanti uiri iactura tecũ non dolere. Mors Georgij Merulæ primũ condiscipuli:postea præceptoris mei(nã sub Gregorio Tiphernate cõmilitauimus)tristicia me affecit:sed erat ille iã grandæuus & senio ingrauescẽte iã inutilis & functus officio. Hermolai & politiani duorũ illustriũ uirorũ lamentabilis occasus/attulit & mihi & oĩbus lr̃atis graue cordoliũ:sed altius hoc vulnus insedit & longe maiorẽ in Pico nr̃o iacturã passa est res lr̃aria. Eloquẽtiæ cãpi lugẽt: mathematicarũ artiũ studia cõciderũt. Philosophia oĩs ac metaphysices & theologiæ altissime speculationes:quas ille amplificare ac illustrare iã ceperat: deinceps obmutescent. Sed parco iã:ne dolori iusto plus indulgeã/ Curandũ magis est ut ei & scientiarũ studijs ac exercitijs & morꝫ intergritate ac religione similes euadamus/ & pari cum eo negociatione ditati ꝑueniamus olim quo ille iam ꝑuenisse se gaudet. Qꝫ primũ potero ueniã/ut diuini eius ingenij requilias ĩmortales:quę apud te sunt uideã & adorẽ. Interea scribendi eius uitæ da operã / & me ama. Benevaleat D. tua. cui me cõmendo: Manturæ die. iij. Ia. Mccccxcv.

¶ Ioan. Franciscus Picus. Io. Ma. Sal

h Eri paulo ante cenæ tempus/dum incõficiendo dialogo nostro laborarẽ/ qđ post tuũ discessum assidue molior/ uenit in mentẽ ut unũ ex capitibus rerũ earũ/ quas ex patrui cõmentarijs excerpsisti stilo digererem:Ratus te uel hoc ientaculo allici ad uorandũ copiosius/& tã auidius/ q̃ ea quę iam comedisti concoquẽda/ & aliqua ex parte etiã cõcocta cognosceres : primũ desumpsi caput/hoc est de discentiũ erroribus/qđ cupiebã oratiõe splendescere:& si id ipsum ut uolebã ꝑ̃stare nequiuerim:Hesterno uesperi in exequendo negocio hore fere dimidiũ sum impartitus:hodie ante cænã ad uigesimã horã absolutũ est: Cõgessi quicqd uenit ad buccam / nec ad indagãdos flosculos ꝑ latissimos illos eloquentie cãpos spaciari idoneũ tẽpus cõcessum est:uidebis nihil omissum/præterq̃ opinionẽ illã Socratis q̃ liquido etiã abs te extrahi nõ potuit/sed nihil ad rem/uel certe parũ mea quidẽ sn̄ia/addita cũ multa tũ uaria deꝓhendes /nõ tã ad oratiõis filum/ resq̃ ipsas explicãdas q̃ ad ea augendas/& amplificãdas. Illuc ad te mittendũ cẽsui/ut si hoc scribẽdi genus laudares ad reliqua exornanda amplificandaq̃ capita animosiores facti alacriores/ & dispositiores essemus/sin minus probares rescribẽdo edoceremur:quid opus esset facto/ ut ad hãc nauandã operã quã publicæ utilitatis causa suscepimus instructiores & doctiores euaderemus : Vale:tui ualent.

¶ Ioan. Fran. Picus: Matheo Bosso. Sal.

d Iebus ꝑ̃teritis angelus politianus:patruũ meũ Ioan. Picũ certiorẽ reddidit se sũmopere abs te dum Florẽtiæ degeres efflagitasse/ quasdã Ausonij & Paulini cõmentatiões:teq̃ easdẽ sibi trãsmissurũ spopondisse/ rogãs qua ratiõe posset operã daret/ut illas cõseq posset. At Picus in obeũdis amicorꝫ negotijs feruentissimus/pridie q̃ e patria discederẽ ad me lr̃as dedit / q̄bus impẽsissime

hortabat̃/ut nunciũ cum lr̃is ad te mittere Ausonij & Paulini cõsequendi grã/qui si apud me essent facilius possent ad Policianũ trãsmitti. Ego uero ob urgẽtissimũ negociũ nõ quiui patrui implere desideriũ: sed dũ forte Veronã applicuissem/uo lũtatis patrui nõ imemor/decreui ad te nũciũ mittere/quo liber Pico patruo/ dein Politiano facilius pferat: Venissem pfecto ad monasteriũ/ uisendi tui causa/si tempus idoneũ ad id obeundũ muneris pstaret: quapropter ignoscendũ mihi postulo/ alias maiore ocio/& quidẽ libentissime negocium impleturo: Vale.

¶Mattheus Bossus: Ioan. Fran. Pico. Sal.

p Orrectos mihi pie & inclyte Comes Ioan. Frãcisce Mirandula Picorũ decus/tres tuos de saluatoris Iesu Christi dei ac dñi nr̃i nece/deq; nr̃a mortalitate nouitios libellos / ac duos simul de philosophia diuina atq; hũana dũ legerẽ auidius/& pro nouitate curiosus/nescio qd mihi pfecto magis arriserit/grauis stupor/an imensa leticia: Stupor q tua in florẽtissima ista iuuẽta liberiore uita dominatu/opibus/honoribus/& inter adulatorũ plausus/quorũ ludificationibus circũueniunt̃/etiã nolint sæpe sũmates: interq; gerẽdarũ rerũ & magnę strepẽtisq; familiæ occupatiões ferme ppetuas oĩm liberaliũ litterarũ/ egregia studia & sublimia sacrarũ arcana/sis ita cõplexus/ut rari admodũ hoc nr̃o etiã cultissimo tpe/possint(ut mihi uidet̃)iure tibi cõferri: leticia q dolor ille/qui me tenebat/qñtũ intimũ & acerbũ cape(scd'm hoiem dico)meus animus potuit/ex obitu/ desiderioq; Ioannis Pici patrui tui: uiri cunctorũ/quos uidi/aut amaui unq; : sine exceptu in oĩ genere pbitatis & summę doctrinæ pcellentissimi & unici euulsus est mihi stirpitus/ atq; sublatus/dũ uideo illius decora tibi seruata: & in te nobis eundẽ reuixisse ita mirabilẽ/diuinũ/florentẽq;/ut erat in uita: Dignũ me fecit & si indignus utiq; fueram/benignitas dñi / ut eum tuũ patruũ integrũ annũ & menses nr̃o in Fesulano/ (cui præerã abbas inutilis) hospitẽ & contubernalẽ habuerim: ubi sibi delegerat ad studia ociũ captus comoditate secreti recessus / quẽ optabat sacrorũ ubertate/ & usu librorũ/quos sæpe petebat/amœnitate etiam uastioris tractus / uernantisq; spectaculi: vnde offensos pertinatiori studio oculos demulcebat: ac uero deniq; illectus nostro famulatu ministerioq; diuino/quod nunq; satis expletus religiosissime nullo nõ die ante oĩa frequentabat: cuius consuetudine atq; præsentia mihi nihil fuit unq; inter humana iucundius/ forma pulchrius / sermone frugalius/ sapientia lucidius/uita admirabilius: inerat illi adhuc admodũ iuueni senilis sensus/ & spectãda usq;quaq; maiestas/inerat benignitas generatim ad oẽs: Clarebat etiã tanta tãq; multiplici doctrina sine tumore/atq; iactantia / quantãq; uel qualẽ nulli cõcessam/ex quo uiuo/uel audiui uel uidi: qualis sanctitas uitæ atq; deuotio: tuũ hoc donũ amator pie hoĩm Iesu: q altissima illius de te dñe/ deq; tuis inuisibilibus fides: quæ pietas: quis in res diuinas ardor: qui castitatis & pudicitię odor: q pedem ita rettulerat/ab omni mollitiæ & illecebra carnis: ut supra sensuũ naturã: iuuenileq; ardorẽ uitã ducere uideretur angelicã: præcauens sibi a colloquio/ aspectu/incessu/cultu / uictuq; periculũ: unde posset oriri/ ut appeteret/ uel appeteret̃/ impure oculatior(& uigilantior Argo: a quo fidẽtius & amicius audiui semel suorum secretorũ particeps sæpe id grata & humili mente/ acceptũ deo referente eã se assecutum diuinæ gratiæ dono potestatẽ contra uires/ & incentiua libidinis/ ut nõ grauius adureret̃/q septẽnij puellus. Ostendisti benedicte iterũ atq; iterũ Iesu tuã hanc mirabilẽ geniturã & deificã sobolẽ terris / tuam diuinã aperte referentẽ imaginẽ/& mox inuidisti/ne q cœlestis erat/& tuus ciuis lutoso diu retineretur in

corpore & habitaret aliena. sed enim relaxatus generosus ille spiritus a pondere/ & uinculo carnis in sublimibus subuolaret/ad beatorũ choros tua fruiturus ęternitate:ad quam semper anhelans/suas omnes cogitationes/labores/studiaq; direxerat/ut esset dignus non differri longius ab ea(quæ in te uno est) maxime deus/ gloria & uita beata/& extra quẽ nihil boni/aut ueri possidet humana cõditio: De illius uero suspensione mentis & gustu quid dicã? quando illi dulce quidpiã meditanti/& mecum conferenti/inspexi interdũ turgere oculos/ manasse lachrymulas/quæ res me tantũ perurgebat/ut in eandem / qua ipse mouebatur me uerteret statim affectionẽ & habitum/mollescereq; cum illo tenerrime: & ille uicissim me quandoq; loquente/& ignẽ conflante laxaret præcordia in mirã cõpunctionẽ & desyderiũ uitę cœlestis/qua sane recordatiõe(quotiẽs ea mihi subit)adhuc sępe cõmoueor/& perdelector/& oculis inspicere uideor sessiunculas nostras/& prelia literaria sancta quæ constituebamus subcisiuis spatiolis ad umbrã propylei:qđ ad extremũ triangulũ horti admiscenda huiusmodi beata colloquia struxeram / ubi si plures affuissent/& excitata esset/uel ex cõstituto uel obiter quæstiũcula aliqua: audiebat̃ ille a consessu toto / ut nouus Pythagoras / & ingentis nois Theophrastus/quorũ disertationes/& sensa ducebant̃ oracula/ quibus ne refragari fas esset: quid tanta?Nam apud illũ esse/profecto erat/apud cateruã omniũ esse uirtutũ/ cũ ipso fari/cum angelis fari/ illum audire/uerba uitæ in uitam audire: & quamcũq; doctrinã tam diuinã quã humanã sugere/atq; libare: In hoc tantarũ uirtutũ & ultra miraculũ hoĩe/cui quicqd/potest diuino concessu natura præstiterat/& pręsentes & posteri fœcisse iacturã nõ leuem:eum uero æterne beatitudinis lucrũ nemo sapiens addubitabit:ita quoq; quis tam uel ingratus uel inuidus / de te Ioan. Frãsce rebus humanis non gratuletur/& plaudat hærede pulcerrimo & fœlicissimo patruę laudis oĩs & gl̃iæ/quas uideris ꝓpe iam arripuisse oẽs/& sustullisse non tã stimulis alienis/ꝙ tuapte agitatus uirtute/donoq; afflante cœlesti: O beatos tuos subditos atq; municipes/qui te caput habent / fulgens tã multiplici & summa doctrina/uirtutibus plurimis/pietate/sanctitudineq; mirabili: q̃ rara hodie fœlicitas est:Plato eos ppl̃os fieri beatos cẽsuit/quorũ rectores & principes/aut saperẽt aut sape oĩbus horis quererẽt: Sic & inquit noster magnus Aurelius: Si q̃ bene uiuũt scientiã regẽdi ppl̃os consecuti sunt/ nihil est fœlicius in rebus humanis / ꝙ si deo miserãte habeãt potestatẽ/fundamẽtũ & causam de his Claudiani uersiculis licet agnosci:Componit̃ orbis.Regis ad exemplũ/nec sic inflectere sensus. Humanos edicta ualẽt/ut uita regentis:Mobile mutatur semꝑ cum principe uulgus.Ita merito rex Dauid ad reges:Et nunc reges intelligite/erudimini qui iudicatis terrã. Et insequenter paulo post:Appræhẽdite disciplinã/ne q̃n irascat̃ dñs: & pereatis de uia iusta:sed humana diuinis cedãt.Et apud Hieremiã dicentẽ: Dominum audiamus:Dabo uobis pastores iuxta cor meũ/& pascẽt uos sciẽtia atq; doctrina. Occupasti iam gloriosum hoc sapientiæ fastigiũ:Occupasti & genus oẽe uirtutum aperis & tibi quottidie quantũ id potes ut uideo iter ĩ cœlũ/ cui cũ acreuerit indies lux illa prudentiæ:quæ nulli uenit nisi seris ab experimẽtis & annis: Quid te Mirandula habebũt sæcula ista nr̃is Italis oris fortunatius atq; splendidius? precor tibi fœlicitatẽ/& tẽpus:ut uirtus tua uirtutẽ generet/sapiẽtia sapientiã/bonitas bonitatẽ/& claris istiusmodi ꝑfunctionibus meritus tandẽ & expectatissimus scandas ad patruũ/& triumphales cũ illo beatorũ sedes præelectis/& diuinis animis a sæculi constitutione paratas obtineas: Hæc ut ad te scriberẽ me impulere/ id antea nõ cogitantẽ / tui lucidi & sancti isti libelli/qui ueraciter docent/ firmiter edificant/ardenter inflammãt/efficaciter mouent/& quaq; delectãt:Subinde refricatio

dulcissima patrui/qui humana pectora humani generis delitiæ/ ut Magnes ferrũ/ sic attrahebat/in cuius locum si se mihi succedere ueneratui amplitudo dignabit tua/hoc munus ponam meis in secundis & optimis rebus/atq; si deus tulerit unq; ut queam uel semel te præsentem habere/ ceu uirtutis sapientiæ & dignitatis specimen/expræssamq; imaginẽ deitus e cœlo ad nos legatam te Pice complectar/& speciosam tuam manum/quæ gemmas cœlestes uerius nobis est elargita/q; attramẽtales litteras papiro crediderit exosculari/lambereq; nõ desinã. Mattheũ contra opto & rogo dignatio ne despiciat tua / & si adhuc inter publicanos magis q; inter Apl'os & euãgelistas: dñi sit numerãdus: Vale superne Hierusalem ita æques habendæ/ut terrestris mirandulæ comes: quod si placet etiam conorato mutuiter.

¶ Petrus Crinitus: Ioan. Fran. Pico. Sal.

d Ost discessum hinc tuum nihil ad te scripsimus/non deerat quod scriberẽ/ sed malui de te multa apud nostros/ q; apud te de nostris. Te enim uel p̃pedissent nostra/uel fortasse obturpassent nostri & de te & tua oĩa ita audiunt/ut oblectentur singulis/singula sic eos oblectant/ut omnia libenter audiant uolentes id & prõpti agimus/In quo aut propria/aut amici laus: Dubitaui quoq; futurum/si tecum litteris agerem/ne (quæ tua morum est suauitas) damnum ego nostri amoris aliquod/aut damni notam afferrem. Scimus quidem q; non uerbis tantum & litteris/sed re ipsa amicis ita studeas/ ut officijs uelut abundãti maris unda/aut eos inobruas/aut ita propellas ut ingratos reddas/ & hercle pro re nata interdum euenit/ ut dum beneficium quis amico locet/amori damnum magis/q; donum præstet/ quoniã ui delicet nõ liceat alteri uicem rependere/ atq; ob id uelut ingratus mussitet: Eum tu me quidẽ/aut puto fecisses/aut feceris/q; fateri se quoquo modo ingratũ sit coactus: Mature Terentianum accepi/ gratias ago/ relaturus cũ primum licebit: Interim reuoluam si quo possim pacto rationem conferre/ & nomen in hoc ueluti ex Ephemeride reluere: tam& si enim ob alia tibi multa me pridem sum obnoxiũ professus/ut nomen quoq; nostrum/ne ab inductibili linea exæratum sim crediturus/debet mirandulano principi Crinitus/ ac ita debet/ut si p̃soluerit debiturum se tamen adhuc prædicet. Scripserã superiori mense ad Maynardum/& eius quoq; lucubrationes in litteris expectaui/ uereor ut ualeat & suo satis animo faciat: Illud me tamen & recreat/& minus angit/quod nostras suspicer litteras/parũ ex fide ad uos delatas: Post hac scribendo agam cautius/ nam & noster Seraticus/ q; in Scrimyo Martiano agit futurum multo cõmodius admonet/ si ad eum nr̃æ deferãtur quo tutius ad uos perueniant: tuũ opus de uero philosophiæ studio desideratus a nostris peruelim cognosse/an æditum adhuc & formis expræssum eruditorum manibus proteratur: Sed hæc satis/Federico principi fratri tuo me comendes/eumq; ad bonas artis inhorteris alias plura: Interim uale/ & Maynardum salutabis. v. Idus Iunij. Mccccclxxxxvij.

¶ Ioan. Fran. Picus: Petro Crinito: Sal.

e Pistola tua me sollicitum reddidit ac in id sua ui pepulit quod uitarã maluerim nihil cum Terentiano ad te scribere/ eam notam ignauiæ/ uel lubẽter ferens/q; certare litteris/ut uincerer: quandoquidẽ apud te uictoriã degere haud ambigebam / delegarã hoc munus Maynardo silentium meũ redemptum existimans/aut occupationũ excusatione prælata/ aut ipsa formidine episto

lario quodam conflictu congrediendi tecum: Nunc autem exciuisti me / & quasi dato signo ad congressum traxisti allectastiq; excusatione quadam / sed innate tibi modestiæ plena/ q diu tacueris / & post nostrum ex urbe Florentia discessum/ nihil ad nos litterarũ dederis/ ne uidelicet tuis aut præpediemur/aut obturbemur: Ego quidem ne assentiri excusationi huic tuæ uiderer/ non nihil litterarũ dare decreui/ne forte crederes agnouisse me/quod tuæ præferunt litteræ/simulq; ne officium istud tibi mittendi litteras / & solacium recipiendi mihi prorsus adimerem/ uerbis hac in re periclitari tutius ratus q silentio/aliud quoddam mihi molestius pariturо: Gaudeo tuis litteris/cum propter eruditionẽ cognatã / tum ꝑpter spem iam diu de te conceptam/quæ mihi indies intenditur: Videris enim iam consecutus iuuenis/ quod honestissimũ sit seni consumpta in litteris ætate desiderare/ tanta ad hanc diem legisti tanta notasti/ quæ si modo non areant sine fructu posteritatis/eruditionis quandoq; possis esse exemplar/uti non assentor/& ex animo scribo/ita te hortor ad philosophiæ studia/ & sacras litteras quo possis hunc a te comparatum magna industria colorem / solidis figuris impartiri / uerumq; hominem non umbram effingere. Ego & Maynardus sæpe plura de te aduentus ad nos tui perq; cupidi: tuæ ad ipsum tuto delatæ sunt: cuius lucubrationes non est q ci.. desideres/ adeo est in lucubrando piger/ amatorq; calcarium: ualet quidem & iatrices incumbit praxi: consilium tuum laudo cum Seratico nostro initium/ quo tutius ad nos tuæ deferantur: ipsi & Açarolo & Nesio salutem dices meo nomine: nonnulla opuscula nostra Bononiæ formis excudunt: Interim quæ pro amico scripsimus oculare poteris alioquin simplici & exposito/qui noster est mos stilo perscripta. Vale Mirandulæ.x. Kalẽ. Iulias. Mcccclxxxxvij.

¶ Ioan. Franci. Picus: Antonio Fauentino. Sal.

e Go quidem ni credidissem debitum erga te meum iam ueluti ex Ephemeride reluisse ob missos ad te aduersus Astrologiam patrui libros/qui ad te eos detulit/reliqua quoq; Illius opera detulisset / quorũ te desiderio teneri tua indicat epistola/sed credidi nomen omne dispunctum: Quandoquidẽ dum Ferrariæ essem/nec aliud pollicitus fui/nec quicq; præter eos aut uerbis / aut internuncio efflagitasti: Quæ autem in uolumine meo perspexisti patrui opera ea ex industria colligari iussi / quo cõmodius intueri omnia quæ ad hanc diem formis excussa sunt possem: Adde q te alterum uolumen non magnopere cõquirere putaui/cum omnia fere in illo contenta a te iam cognita essent: Nam paucula sunt/ præter Apologiam quæstionum / & Heptaplum ipso etiam uiuente vulgatum/ præterq; opusculum de uno & ente/ac ea quæ super illo cũ Pico a te & a me itidẽ post eius obitum tecum disputata sunt: nihilominus si intellexero te non dum id assecutum/ut scribis: q. s. mea opera nancisci cupias / lubenter uotis tuis faciam satis/curaboq; quantotyus ad te Ferrariam deferantur. Vale.

¶ Ioan. Franciscus Picus: Antonio Fauentino. Sal.

q Vanq; Ioan. Pici patrui mei obitu studiorũ meorũ alacritas oĩs & spes q quasi tota in eo reposita fuerat elanguit: quippe cũ futurũ sperarẽ eo uiuẽte / ut philosophiæ studia ad castitatẽ pristinã: sed magnis ditata opibus reuocarent: christianaq; fides eliminatis in uniuersum erroribus hæresibusq; depulsis ualidissimis in aduersos hostes turribus muniretur. Non tñ sic animo consternatus sum: ut totis uiribus nõ laborauerim ne uigiliæ oẽs inchoatæq; lucubra

tiones q̄ ab hoīe illo in litteris undequaq; admirando ꝓfluxerant penitus deperi
rent:quo circa mihi ipsi nr̄isq; hoībus consulēs q̄ maximis potui itineribus Flo-
rentiā contēdi:dediq; operā q̄ potui ratione ut quęcūq; ab eo notata fuerant licet
inexpolita & inexcussa in nostrā ꝑmitterent̄ potestatē nō inanes oīno fuere cona
tus nr̄i: nā & si adapertæ adhuc tabulæ nō essent nec notus hæres adaperta nihilo
minus ita scrinia fuerūt ut cōmentationes cūctas inspiceremus uersaremusq;. Vi-
dimus in chartaceis illis dispersis codicibus incredibile hoīs studiū:lectionē oīmo
dam cōceptus supra captus humanę mētis admirabiles. Verū in redigendis scri-
ptiōibus nō laudādā icuriositatē: hinc inde disiecta dissipataq; oīa/sed de his alias
Dū hæc diligēti cura euolueremus opusculū eius de uno & ente q̄ttuor ferme an
te occubitū annis emissum una cum tribus in ip̄m a te perscriptis epistolis earūq;
responsis in manus incidit:quibus ob rei nouitatem non perlectis modo/sed hau
stis/sed pene ut aiunt deuoratis(rumore enim id factum agnouerā : sed quid mo-
menti allatum esset exploratum satis non habebam) Mecum cogitare discepta-
req; occepi/an illud publicitus aliȷs cum operibus quæ in unum redegeram: &
publicanda censuram impræssoribus dare deberem/ nulla tuarum obiectionum
habita mentione. An consultius fieret/si & oppugnatū hinc offensaculis inde pro
pugnaculis promunitum exiret in publicum. Post longam rei discussionē postre
ma tandem menti sententia sedit. Sane doctis hominibus obuiam factum notas
infamiæ ferre uideretur. Sic accusatores non tantum expauesceret: Sed & in iudi-
cium citare recte quasi parum fidens consciētiæ non auderet:pariter quoq; ut re-
sponsis comitatum iret/ oportunū esse uisum est/ ueluti ad defendendam causam
innocentiæ testibus:quod nostrum consilium laudatum iri a probis uiris nō du-
bitaui:quando aut me pati oportuisset defunctum patruum/ hominem profecto
de me meritissimum/aliqua ex parte famigeratæ doctrinæ suæ tali nō promulga-
to libello defraudari : aut eo solo progrediente nequissimis uituperatoribus an-
sam semper criminandi relinquęre/non accitis in forum quæ & obiectando & re-
pellendo pluribus/utrinq; epistolis concinnata fuerant. At oblatis nonnullis litte
ris Christophori Saxoli nostri/& ciuis & medici: quibus quartam te super id ne-
gocij cudisse epistolam quæ responsione caruerat (ut aiebas) nobis significaba-
tur:res in dubium reuocata est. Iterumq; sententiæ ancipitis factus pensiculan-
dum exactius liberatum iam iudicium duxi quando postremus accusator urge-
ret causam:nec esset qui patrocinaretur:Inde meum subiȷt animum titillatio quæ-
dam suscipiendæ defensionis quo me tamen pro tutando silentio uerterē non erat
in promptu. Mouebant hinc mentem hominis modestia in omnesq; benignitas:
ingeniȷ quoq; solertia & acrimonia:in enodandis diluendisq; etiā ex tēpore diffi-
cilibus nodis in explicabilibusq; scyrpis:ut scilicet arbitrarer ultimam epistolam
tuam non fuisse tuto delatā : cogitabā inde factu facile fuisse/ ut qd' rescripsisset:Si
tamē fideli nuncio:tuæ sunt reddite ep̄læ uel tabellariorū incuria (fit enim id sæpe
numero uel alio quopiā casu in itinere periȷsset. Succurrit demū in enodatiōibus
priorū quæstionū tuarū conquestū illū fuisse a te sæpius eadē iterari/ & de eisdē sę
pius dubitari ob id statim totius cōtrouersię ur̄æ capita ꝑcucurri/an.s.in primis re
sponsionibus aliqua depræhendi possent q̄bus monstrarē fuisse quarte ep̄læ sa-
tis in parte factū anteq; scriberet̄. Successit ex uoto res tantaq; repperi ad ꝓpositū
faciētia/ut si nō uerbis quantū fieri potuit obiectiōibus ultimæ ep̄læ respōderim
adeo ut ipsarū nodos/ex priorū quæstionū tuarū solutiōibus apertos magna ex
parte possis agnoscere. Addidimus multa a magnis etiā auctoribus ꝓ testimonio
petita/quę oīa non alia de causa factitata a me existimare te uelim:nisi ut rudiū in-

solentiũq; philosophiæ/& maliuolorũ iudicijs occurrerẽ ad quos forte cum ꝑue nisset fama quartã te ad patruũ meũ sup ea controuersia dedisse epistolã cui nõ re spondisset:tulissent actutũ sententiã(qui blacterõibus & inuidis mos est)alia qua piam de causa quæ iusta non esset rescribere Picum non curauisse. Alioquin mi Antoni etiam a principio susceptum opus libentissime omisissem. Tum ut con trouersijs a quibus abhorrẽs sum/& si iustissimã causam agerẽ nõ uiderer initia ri. Tum ut a uero philosophiæ tramite non deuiarẽ:quã post equos & arma/& si quosdam litterarum flosculos a pueris olfecerim)post magnorum ducum cõmer tia Ioan. Pico patruo/Ioanneq; Mainardo nostro ducibus metiri occepi: quando naturæ noticia non ad litterarios desudandos agones: sed ad naturæ ipsius con ditorem agnoscendum ordinetur philosophicæq; cõmentationes suapte semper sponte inuitare nos debeant ad penitissima diuinorum eloquiorũ uestiganda sen sa: hic studiorũ omniũ finis/his nobis iter reuelatur ad cœlum: si tamen ea nõ glo riæ nostræ captãdæ gratia excoluerimus/sed ut deum nostrum & facilius cogno scere & feruentius amare possimus. Vt inde promptius quæ mãdauit facienda ꝓ sequamur:quæq; docuit uitãda fugiamus:En tibi causam suscepti huius mihi one ris tecũq; negocij explicatam:iustissima est ut uidetur/iccirco æquo a te animo ꝑ ferenda:quin etiam arbitrari forte potui/ut his nostris uti possem ueluti internun cijs in auspicata mihi iam tecum contractaq; Ferrariæ beniuolentia confirmãda. Nam cum proximis diebus isthuc appulissem qua es humanitate me inuisere di gnatus es. Atque interloquendum de litteris / deq; morte patrui ac eius operibus multis inchoatis nec consumatis: percepta opinione mea respondendi.s. tibi sol uendique argumentationes tuas tantum abfore ostendisti ut offendereris: ut etiã quod facturus eram laudaueris.

¶Anthonius Fauentinus.Ioan.Franci.Pico: Sal

L Egi missas ad me in parui tui scripta defensiones: in quibus magnam re rum doctrinam & admirabilẽ ingenij solertiam plane deprehẽdi:sumq; inuentionibus tuis mirifice oblectatus/non solum propterea ꝙ uideo bo nas artes tutores optimos ac patronos aliquando habituras: quibus a tenebris a Barbariæ uindicentur:uerum etiam eo magis ꝙ de te si philosophari pergas: ne scio quid magnum ac grãde mihi facile polliceor:uidebit posteritas me nihil mẽ titum si uixeris:deus modo uitam longiorem præstet quod ad me attinet/ equidẽ non improbabo:quæ in patrui defensionem subtiliter quidem & acute scripsisti neq; enim si patruus uixisset disputationem iam cœptam magis ultra protraxis sem/quemadmodũ in postrema opinione mea sum illi plane testatus: qui per in ternuncium respondit/se quoque nihil amplius scripturum: causæ igitur iudices sunto qui legerint. Quod si ea quę probe meditatus es impræssoribus danda cen suisti/saluo ac integro amici honore id fiat:quemadmodum promisisti. Sunt qui dem nonnulla in libello uerba:quæ aliquid habent aculei / nec omnino parum a quibus facile potes temperare si uelis/sensu rerum nihil immutato. Quod si fece ris ut spero non erit ingratum:Causam meam uideor mihi satis abundeque tuta tus/& indies facile tutari potuisse. Sed disputationi modus iam esto. Cæterum co mes illustris putes uelim me tuum esse ac semp fore: quo uti possis & abuti arbi tratu tuo:Bene uale/ex Ferraria die.xvi. Decembris.Mccccl xxxxv.

¶Nicolaus Leonicenus: Ioan.Fran.Pico: Sal.

h Abitā nuper Ferrariæ de morbo/quē gallicum uocāt/ disputationē/atq; a me postmodū mandatā litteris/cui magis quā tibi Ioannes Francisce Mirādulensis dedicauerim/qui cum supioribus diebus Ferrariæ adesses atq; ante diem ad eandē disputationē constitutū/ tibi ex causis urgentibus esset discedendū/nō parum dolere mihi uisus es/q; eidem disputationi non posses interesse. neq; dissimulanter tulisti gratissimā rem me tibi facturū/ si quæ nō potuisses præsens accipere/haberes absens ex meis litteris/ uel potius uolumine ad id dedicato legendi facultatē. Et quoniā nō te latebat magnæ contentiōis disputationes a me dicis atq; philosophis pertractatas nō ueritatis inuentione/ sed iurgijs atq; clamoribus plerūq; terminari/illud insup a me expectare uidebaris/ut nō solum quæ nā inter disputātes opinio tandē esset pro uera recepta tibi significarē/sed mei quoq; iudicij calculum inter ambigentes sñias manifestarē. Quid plura? ego qui tibi,pter tua eximia in me bñficia oīa debeo/pollicitus sum facturū me/ quod optabas arduū quidē opus/ac pene temerariū / nisi ipsum excusaret obsequiū. Ecce igitur iam tibi fidē promissam exoluo quanto tardius/quā tu forte cupiebas / tanto maiore cum fœnore/ non solū em̄ eam/quæ pręcipue defendebatur Ferrariæ opinionem/sed quascunq; alibi plurimum uigere intellexi/conatus sum pro mei ingenij imbecillicitate confutare/meāq; postremo loco/exemplis/rationibus/ ac nobilissimorum medicorū auctoritatibus confirmare. Multa præterea Auicennæ dicta/ quæ ad propositā contemplationē pertinebant/duximus in controuersiam. Quare qui hæc lecturi sunt quæso boni consulant / neq; me propterea impudentem/ aut insolentem iudicent / qua ausim magni nominis auctores incessere. Facimus hoc multorum ueterum/ac præcipue Aristotelis summi philosophi exemplo/qui tanti fecit ueritatem/ut pro ea asserenda scripserit etiam contra præceptorem neq; uero hanc apud te præfamur ueniam / qui hoc meum circa antiquorum scripta examinanda studium / adeo non improbas/ ut in ea/quam nuper Ferrariæ habuimus de litteris confabulatione/mirari te mihi dixeris/q; in illo quem superioribus annis edidi de medicorum erroribus libro. Plinium tam leuiter perstrinxissem/in cuius auctoris libris tu multo plures/quam qui a me fuere notati errores animaduertisses. Dicimus ista malignis/atq; impudentibus/ quorum alij ea etiam/quæ tacite probant/quia tamen ipsi non scripserunt / aut inuenerunt liuore ducti aperte calumniātur/alij uero more pecudum alienis semper uestigijs insistentium / nihil suo/ omnia aliorum iudicio tribuunt / & si cui se semel auctori addixere/ eius auctoritatem sine ratione rationem esse arbitrantur. Vtcūq; tamen hi de nostris scriptis iudicauerint/quanto minorem apud ipsos gratiam sumus habituri/tanto maiorem apud probos/ac doctos speramus consequi/apud te præsertim/qui Ioānis Pici patrui tui per omnium gradus uirtutum uestigia imitaris/ quiq; eam/ quæ in eius intempestiua morte facta est litterarum / atq; omnium bonarum artium iacturam/ita resarcis/ut ad te respicietes Vergilianū illud oēs uno ore pronuncient.

Vno auulso/non deficit alter
Aureus / & simili frondescit uirga metallo.

Tibi itaq;/& paucis cecinimus/uobis placuisse contenti/reliquorum autem uel inuidorum uel imperitorum iudicia contemnentes.

¶Ioan. Fran. Picus Nicolao Leoniceno. Sal.

q Vantū ex tuo de morbo Gallico dicato mihi uolumine/ & uoluptatis simul/& utilitatis pceperim:nec ppeditus occupatiōibus animus/nec familiaribus eplīs pscriptū/& quasi undiq; receptū ius explicare sinit:fidē aliq;

ex parte facere possent/q̄ mecū diuersant̄: qn̄gdē heri eadē hora q̄ ad nos delatus est liber/legēdi eius initiū sumptū/totūq; fere sine inspiratiōe (nisi cū in tuas laudes erūpebamus) ꝑlegimus: Delectatus sum plurimū/ob ea q̄ ꝑcepi tui erga me amoris ingentia testimonia: Iuuit me & ad asserendā ꝓ uirili ueritatē/quanq; aīatū ipulit in examinādis authorū ueterū lucubrationibus/ diligēs tuū studiū & laudanda dubio ꝓcul acrimonia: qn̄quidē plerūq; fit/ut tot recepti in autoritatē libri nō solū nobis emolumēto sint/sed etiā detrimēto nō mediocri: Desinimus.n.qđ in qōne uersat̄ excutere: id habētes ꝑiudicatū: qđ q̄ an̄ nos lr̄arū studia excoluere ratū habuerint: hoc tn̄ argumēto: q̄ supioribus sęculis uixerūt/quā monstrosam ꝑsuasione/alibi quoq; a nobis redargutā/ab ipso etiānum Cicerone exprobratā legimus/ Docente in libris de natura deorū/ nō tā authores in disputādo/ q̄ rationū momēta q̄renda esse: fui sp̄ ego in eo albo/ut exceptis diuinorū elogorū sentētijs/ꝓ q̄bus tuēdis sanguis christiāo hoī ultro effudēdus: dētisq; itidē q̄ ꝓ nō dubijs ecc̄lia ꝑdicat/nullis unq; cōmētarijs mācipandā esse fidē/nisi fortissimis ratiōibus/quasi ueritatis colūnis fulti sint: Et cū hoc in oī re lr̄aria obseruare cōueniat: idipm̄ in medicina ꝑ alijs necessariū duco/cū ob artis diuersissimas opiniōes in ipis (ut sic dixeri) fundamētis uacillātes/tū ob fœdas depuatasq; trāslatiōes. Quāobrē Nicolae charissime/ ut institutū tuū laudo & gr̄as habeo: ita te hortatū ꝑcipue/atq; exoratū uolo/ut nr̄i tp̄is medicinā a corruptoribus Barbaris in castitatē pristinā uindices: facere: Id cōmode poteris q̄ tua est in bonis lr̄is eruditio/ q̄ doctrina in te studiosa iuuentus fixit obtutū: a te ꝑ alijs hoc munus exigit̄ cū cōmentandi/ tū interꝑtādi in latinā linguā scripta nobiliū medicoꝝ/ qn̄quidē ex trāslatiōis lubrico etiā qui docti sunt habiti uenerāturq; nostro sæculo magnas ruinas inciderūt/ qđ nō minus docte/q̄ cōstant̄ notasti. Nec te terreāt calūnię imperitorū. ꝓpone ante oculos bona īgenia/ q̄ mirū in modū īstitues. Propone posteroꝝ emolumēta. Propone deū cui oīs eruditio inprimis desudare debet. Vale: Mirandu. viij. kal̄. Iulias.

¶ Philippus Beroaldus. Ioan. Fran. Pico. Sal.

EST boni principis erigere afflictos/ꝓdesse insontibus & calamitosis ferre suppetias: Noui te optimū/oīq; bonitate pręstantē. Ex quo fit ut Christophorus Baiulus nr̄arū harumce litterarū ueniat isthuc fræus uirtutis tuæ fiducia & petitiōis æquitate. Sed ut apud te sit impetrabilior cōmēdaticias exaraui q̄bus tibi maiorē inmodū cōmēdo Christophori negociū hoīs & ꝓbissimi & amicissimi. Quicquid id est ex ipso plane cognosces. Effice quęso ut intelligat id quod ꝑsuasissimū habet/me tibi esse carissimū/iusta a iustissimo impetrari decet/& impetraturos nos esse cōfidimus. Vale decus eruditionū: tibi addictus iam pridē sum/ & mancipatus: & ut inquit ille: Tibi me uirtus fœcit amicū: kal̄. Septemb.

¶ Philippus Beroaldus. Ioan. Franci. Pico. Sal.

FVndamentis amicitiæ quæ iacta sunt ex mutua collocutione fastigiū imponet scriptio epistolica/cuius hic affectus/uel potētissimus est / ut seiuncta consociet/diuulsa cōnectat: quo glutino ac ferrumine nil tenacius est ad beniuolentiā inter amicos absentes custodiendā/uirtus tua præcellens suauissimi mores/dexteritas/affabilitas tibi me arcte alligauerūt: Spero amicitiā inter nos futuram non deteriorē/ q̄ mihi fuerit cum Asylo doctrinarū patruo tuo incomparabili/cuius manes per Palingenesiam (opinor) Pythagoricā in te reuiuiscant. Habes hic multos nominis tui obseruantissimos/quorum nulli cœdit Beroaldus: Vale/& me ut cepisti innumerū tuorū ascribito: Ex Bono. xi. kal̄. Maias.

¶Ioan. Franci. Picus: Philippo Beroaldo: Sal.

t Ot me onerasti officijs Beroalde doctissime ut magnũ mihi forte esset terri culũ ne põderi succũbere: nisi ea hisdẽ officijs nostro aĩo facta esset charitatis accessio. q̃ infirmiusculas ad restaurãdũ uires p̃ sui calore redderet fortiores: fastigiũ illud de quo scribis qđ tua ex pte ĩpositũ fiet nr̃æ amicitię/ nõ eo inficias/ Ita quantũ attinet ad me laborãdũ mihi esse asseuerauerim: quo tñ (ne dubita) perueniã: Id eñ negocij & officijs crebris & amore peragitur: Et uinci (ut inquit ille) in amore turpissimũ est: litteras tuas mihi semp̃ & suauissimas/ & gratissimas/ ut exopto/ expostulo/ & ob iura amicitiæ exigo ita necessarias minime assero ad custodiendam meã erga te beniuolentiã: ille quippe infirmiusculæ sunt amicitie/ quę epistolicis scriptionibus/ ueluti sustẽtaculis indigent ne corruãt: propensiõe quadam animi semp̃ ad ineũdas cum doctis uiris amicitias sum perlatus: & eas arctissimis nodis uinciẽdas/ quãto magis firmã futurã/ inter nos q̃ cepta est/ imo pfecta indicauerim: quando & tẽpestate nostra pollitioris litteraturæ/ facile princeps existas/ & nullo merito ꝓuocatus abs te sim in mutuã animorũ cõcordiã: fuit inter te & patruũ illũ meũ undecũq; doctissimũ amor oĩno mutuus atq; par cui postq; ex hisce tenebris euolauit ad deũ heredis loco tuæ beniuolentiæ tabulis indelebili atramẽto designari uolo: Heredis inq; si nõ doctrinę: cuius nec pinnas suspicere q̃de possim. sancti tñ illius instituti diligendi oẽs pro meritis dũtaxat & uirtute: Me autem meisq; rebus omibus æque ac te ipso & tuis uti potes arbitratu tuo/ & pro tua in litteris præstantia/ & pro ea qua me semp̃ prosecutus es humanitate. Vale.

¶Io. Fran. Picus Miran. Paulo Soncin. Sal.

m Arianus uester uel potius noster q̃ ꝓxime cõcionãdi gratia huc apulit & in p̃sentia correptus ualitudine Bononiã reuertiť salutẽ plurimã mihi tuis uerbis dixit: Et quo me amore ꝓsequare abũde declarauit/ cui officio utinã par essem Paule charissime. Suscipi eñ a te inter amicos ob ingeniũ tuũ singulareq; doctrinã exoptaui tãdiu: sed ad id obeũdi muneris / nulla unq; mihi extitit uel causa uel argumentũ: Nũc uero salutatiõibus his ueluti internũtijs utar in auspicãda mihi tecũ uel amicitia uel charitate/ q̃ ad illã q̃ lr̃is inchoabiť. Tẽpus opportunũ dabiť/ ut fando corã possimus roborari: uerũ ut ab initio tecũ / a me illud agi cognoscas/ qđ ueteres iã inter se amici facere cõsueuere: Abs te ĩpensissime peto ut q̃ in Io. Capreoli opus elucubrationes pfecisti ad me mittas: Nã diui Thomæ doctrinę plurimũ afficior/ sedulus cõmentationũ eius cultor: atq; ob id quoscũq; amplector/ qui doctrinã ipsius a calũnia uendicãt. Quæ uero in primam Aristotelis philosophiã edidisti: ni te illas formis excudẽdas traditurũ audissem etiã p̃cario efflagitassem: ꝓpterea tñ te nolim credere me illoꝝ uestigijs inniti qui in hisce studijs totos se mersant: tantũ eñ abest/ ut eorũ opinionẽ uel laudẽ uel ꝓuehã/ ut etiã sæpissime accusem & damnẽ: cum mihi parũ ea studia ad fœlicitatẽ cõducere uideanť: si modus absit/ & diuinarũ scripturarũ freq̃ues lectio dimittatur. Nã primo ea nobis quærenda sunt studia/ quæ dei amorẽ nostris in uisceribus inserant: Postremo uero quæ intellectum illuminẽt. Nam quoad uiuimus/ fragiliq; hac carne circumdamur perfectio uoluntatis q̃ intellectus maiori nobis est usui. Vale.

¶Ioannes Franciscus picus: MAXIMILIANO Cæsari Augusto: Salutem:

s CRIBIT Eusebius Pāphili summe Regum MAXIMILIANE Augu-ste/ uideri sibi gentium philosophos / si aut inter se / aut cum aliis compa-raret/claros illos quidem uiros fuisse/ si uero eos ipsos philosophis/theo-logisq; conferret/qui ueri dei cultui uacassent/inanes/ & friuolos:Sic mihi de te fa ri liceat Augustissime Cæsar. Visi enim summa & æstimatiōe & gloria digni mul ti/qui hūc/quem tu fœlicissime insides Romani imperii thronū conscendere/ si uel inter sese/uel aliis cum regibus diuersarū gentiū/& nationū conferantur. Tecū au-tem collati(absit tam instituto meo/ꝙ a castissimis tuis auribus adulatio)subsidere gradus nō parū multos conspicient. Tantus.n.& sublimis adeo tuarū uirtutū cu mulus/ut uetustorū sæculorū gloriā/ & antiquitatis illius/undequaq; laudatæ fa-mam superaueris. Vt.n.prætereā quæ pene puer aduersus cōtumaces gentes & rebelles populos/nō per legatos/sed per teipsum gesseris/fusosq; & fugatos potē tissimos hostiū exercitus/captas vrbes detriūphata prælia. Vt itē decora pacis ta-ceam cū bellicis certantia:quanta se mihi offert seges/scribēdiq; materia/si ad acu-men ingenii/corporis robur/rerū/linguarūq; peritiā/si ad prudentiā/iusticiā/forti-tudinē/temperantiā/liberalitatē/clemētiā/pietatē.Reliquasq; in hoīe raras/in prin cipe rarissimas uirtutes me cōuerto.Quas dei maximi optimi munere cumulate adeo possides/ut tecū natæ/ alitæ/imo in alios a te mutuo profectæ uideātur. Sed dabitur olim fortasse(ut est in uotis)tantillū ocii/atq; quietis/ut prosequi latius ista diligentiusq; pro uirili possim/ futura posteritati in exemplū & ꝓfutura. Fecerūt olim uirtutes istæ tuæ magnanime Cæsar me tibi eo deuinctū/ut nihil antiquius/ optabiliusq; mihi in rebus humanis cōtingere posse arbitrarer / ꝙ tuæ Maiestati in re aliqua uel belli/uel pacis / uel utriusq; gratificari. Tanta autē proposito huic meo accessio facta est ob ea/ quæ in me parū alioqui nisi ex fide meritū / beneficia cōtulisti/ut ex ipso desyderio quędā ꝓpe necessitas suborta sit.Quapropter cū ad præsens se mihi nil offerat te dignū existimās/ tamen nouarū lucubrationū / qua-lescunq; illæ sint/dicationē tibi non ingratā fore/ librū hunc nostrū / & ad te mitte-re/& sub tuo nomine publicare uoluimus.rati & futurū id apud te non solū fidei nostræ/& obseruantiæ testimoniū/sed & pignus cudēdi in tuo nomine/ sed & re-rum tuarum/uti maiora:ita & meliora.Nanq; inter tot fragores armorum & tu-multuantis Italiæ strepitus/curasq; a meis finibus arcendorū quoquo modo ho-stium/suffurati non nihil ocii sumus/ut hæc nostra de imaginatione meditata cō-scriberemus/futura fortasse lectoribus (si qui erunt) non inutilia / nisi & ipsa nos imaginatio nostra fefellerit.Reliquū est maxime Cæsar/qua te fide/& pietate pos-sum/deprecer/ ut sanctissimum illud propositum tuum uindicandæ in pristinam libertatem christianæ reipublicæ / ꝙ citius fieri possit adimpleas : Concutitur ab externis hostibus/ab internis laceratur/& Iesu Christi domini nostri sanguine cir-cumseptum & consecratum ouile peius multo perpessum est/indiesq; patitur a lu pis sub ouina/ꝙ sub propria pelle grassantibus.Age igitur iam Cæsar optime/ & excitis qua ratione potes christianis regibus : Te Christo regum omnium regi/ oues suas tā ab hostibus/ꝙ a ꝑfidis pastoribus iamiā liberaturo/fidū ministrū ex-hibe:Mirandulæ Calendis Decemb.Anno ab Christi incarnatione.M.D.

¶Io.Fran.Picus.Ludouico Mariæ Sfortiæ Mediolaneñ.Duci. Sal.

q Vi uirorum illustrium uitas illustrissime princeps lectionibus postero rum exaratas tradiderunt alii id egere /ut eorum nomina quibus aut san-guinis necessitudine deuincti aut parta disciplina obnoxii reddebantur edaci uetustate non exolescerent/sed ab obliuionis iniuria prorsus uindicarentur:

quod pietatis genus Plinio auunculo Plinius & Plotino præceptori Porphyrius exhibuerunt. Alij uero id ipsum & quidē auspicatius effecere/ ut.s.non tam æternæ defunctorū memoriæ ꝙ superstitū comparandæ uitæ consulerent: ideoq; Hilarionis Hieronimū: Athanasiū Antonij: Martini Seuerū: Paulinū Ambrosij: studia indefessa: mores exactissimos: opera præclarissima chartis mandasse comperimus: unde & dei gloria se per orbē diffudit/ & hoïes ad bene beateq; uiuendum: & doctrina & moribus etiamnū concitantur: quorū illectus exemplis: operepretium me facturū putaui si uitā Ioānis Pici stilo prosequerer: tum ut patruo eidēq; præceptori cuius spiritalibus beneficijs auctus & cumulatus sum quasi debitum munus exoluere/ tum ut hominē & nostro & futuris sæculis proponerē admirandum: eius eñ exemplo mortales & ad frugalitatem instituti & impendētis obitus possunt admoneri/ sed & doctrina abunde locupletari/ cū inter omnifariā litteratos (ne citē antiquitatē) extra oēm aleā principē locum obtinuerit: inuidiosum fortasse uerbum/ sed proculdubio uerū: sed his compertū qui eum intus & incute (ut dici solet) explorauere/ nec illis futurū absonū: qui quinq; illum nouisse linguas humanā & diuinam philosophiā calluisse: cunctasq; hausisse disciplinas quæ in usu sunt mortaliū: sed quasdā eruisse de tenebris: quasdā etiā excogitasse: nec dum undena triteride perfunctū: aliquādo nouerint. Fidē amplissimā faciēt cōmentatões illæ nunq; satis pro meritis celebratæ quæ in præsentia prodeūt/ ut in publicū heptaplus/ apologiaq;/ & tractatus de ente & uno/ aliaq; compluscula: oïa adeo illustria suapte natura/ totq; sapientū uirorū cōmendata iudicijs/ ut qui eadē uel damnet uel minus probet/ aut nō summis efferat laudibus protinus idē contra se ferre sententiā/ uel ignorateę litteraturæ/ uel maleuoli animi suspitioni sit: inuidere ei tam multi possunt ꝙ uel oēs admirari/ uel paucissimi imitari uel nemo repræhendere: reliquæ illius scriptiones sequēti ordine inuulgabunt: potissimū Astrologicæ pestis confutationes: Multis laboribus elucubratæ: Multis suspirijs ab hoïbus bene institutæ mentis/ & expectatæ & flagitatæ multaq; opera a nobis in unum ex litturato & multas in partes discerpto exemplari redactæ quę proxime foras exibunt/ ut ꝙ citissime fieri possit uiuifico suo splendore caligantes oculos & tabifico superstitionū uapore infectos illustrēt hos libros si a tractandis regni negotijs feriatus interdū degustaueris. Fies extra omnē controuersiā certior: Astrologoꝝ dogmata meracissimas esse nugas/ & ueluti somnia delirantiū eorūq; præstigias his monumentis patefieri: quibus lectis atq; intellectis uanitatis istius ꝓfessores qui nostrates imitati ranas diu coaxauerūt/ nisi in apertā inciderint insaniā Macedonicaꝝ more conticescēt. id quod forte inter disceptandū super hoc negotio me tibi aliqua ex parte testificatū memini: Hęc interim libenti suscipies aïo/ quæ nulli magis ꝙ tibi dicanda censui/ ut meā in te fidem & obseruantiā quā dum tuis mœrerem stipendijs perspectā & exploratā habuisti non modo nō traditā obliuiōi/ sed & perseuerare & augescere indies agnosceres: non ingratā etiā me tibi rem facturum sum ratus/ quando ea librorū dignitas sit/ ut inscribi eos si maximi reges honestū semꝑ & gloriosum sint arbitrati: Reliquū est ut quo te amore prosequor ad bipartitæ iusticiæ obeūda munera exhorter atq; adiugiter cōminiscendū inuitem (quod prudentissimi principis semꝑ est officiū) non tam honorē ꝙ onus esse ꝙ regnes ut spectatis circumquaq; quæ & hominē & principē hominē obsideāt impedimētis eadem moderatissimis affectibus supare possis æternaq; tibi fœlicitatē promereri: Vale princeps clarissime: Mirandulę Kal. Marcij. Mcccclxxxxvi.

¶ Ioan. Fran. Picus: Alberto Pio. Sal.

c VLpandus sum iure mi Alberte: quãdo id muneris quod mihi multũ ocij nacto obeundũ fuerat/alternæ.s. missitãdi ep̃las multifarijs te negocijs implicitũ exequi permiserim/nostrã tamen amicitiã ob diuturnũ hoc silentiũ nõ modo dissolutã dissipatãq̃/sed nec aliqua in parte labefactatã formides/ q̃n locorum ista intercapedo actionẽ tantũ abstulerit/amicitię nõ induxerit obliuionẽ/ uerum hic excusandi locũ/nequaq̃ captauerim: agnosco ingenuæ culpã tuã illico & admiror & laudo humanitatem: quæ magis apud me/ac magis splendescit. Qui fieri profecto potuit/ut tu destitutus(ut ais) parentibus nec dũ iunctus coniugi/qui intestinis negotijs & familiaribus impeditus/ac amarulẽtis altercatõibus indies cõmotus/& philosophię studio(quod magis est demirandum) inter tot fluctuationes animi mancipatus/ociosum me hominẽ/cui tum externa/tũ domestica ꝓpelluntur/a parentibus incõmoda cui consors thori/& quidẽ Theophrasti probanda iudicio/minutula quæq̃ rei familiaris impedimenta subleuat/ nihilq̃ fere aliud/q̃ humanæ diuinæq̃ litteræ pertractentur ad scribendũ inuitares? Hæc me ad id officij capessendi & excitare & compellere illa te ab cepto munere reuocare debuerãt: appræhensumq̃ manu calamũ transuersum rapere; Debeo igitur tibi plurimũ/qui meã aliquãdo negligentiã adeo modeste exprobrasti/ ut nõ tam delictum incesseres/q̃ ad resarciendum ommissa/& inuitares pariter & impelleres. Eia igitur mi Alberte mittamus crebro ep̃las/amplectamur philosophiã/ ut diuinorũ mysteriorũ capaces euadamus; Identidẽq̃ sacra pertractemus eloquia/quibus bene uiuentibus fulcimentũ paratur mentẽq̃ nostram ob dæmonis astus in diuersa rotatã/maleq̃ affectã & contaminatã/ & abluamus & roboremur ut stata tandẽ soliditate firmatã terrenisq̃ defecatã cõtagijs/ & ultra mundanã sedẽ & dei opera tanq̃ per scalas euectã deo nostro optimo maximo contẽplatio læta cõglutinet. Hic finis est eius animæ partis / quã intellectũ nuncupamus/quãdo ad eam cognitionis metã peruenit/quã in corruptibili carne prætergredi humana nequit infirmitas;sed illud assidue meditandũ cauendũq̃ ne contẽplatiua contenti uita/ eius animæ partẽ/quã uoluntatẽ seu appetitũ uocitãt/ sordibus incultã & inexpiatam relinquamus / ne nosmetipsos / qui puluis sumus magnifaciamus/ne iracundiam cohibere negligamus/ne alienas res aut possideamus/aut appetamus/ne exerceamus odia/aut corde retẽtemus/ne in uenereas defluamus delicias / & id genus cætera/quæ maximo opere his qui cœlum scandere cupiunt/ & uitãda sunt & formidanda; Cæterum te expecto/ut uiua tandẽ uoce nõ epistolis philosophemur/Canes/Perdicũ/& Phasidis alitũ exploratores/quos expostulasti præsens assignabit nuncius. Dedi operã qua ratione potui ut ad te mutuo mitterentur. De his quæ circumferuntur nouis nihil magis sentire me credo q̃ ꝙ tu sentias / Parmensem.s.agrum a Gallis occupatum: Chiũq̃ insulam mero quondam celeberrimam (ita fertur)ab Turcharum exercitu /obsidione uallari. Calabriam & Apuliã a Taraconensibus (quod mihi creditu difficile est) iterum in ditionem uendicatã. Illiricos quosdã / qui a Venetis in auxilium Duci Mediolanensium missi sunt nõ nihil fœcisse in Gallos/quod uel parum uel nihil crediderim. Nihil aliud est apud me/qđ tui dignũ noticia existimẽ; Iterum ut cito uenias & oro & obtestor; Vale.

¶LIBER TERTIVS EPISTOLARVM.

¶ Ioannes Franciscus Picus Miran. Her. Es. Sal.

Herculi Estensi

ſ

ſ litteræ meę ad te ꝑuenerũt gaudeo/ſi recte ꝑcepiſti ſenſum earũ gratu
lor/ſi qđ cõtinet fueris executus/exulto nihil:mihi ꝑfecto iucũdius ob-
tabiliusq́ intelligere/q̃ tuæ cõſcietiæ rectitudinẽ/ nihil antiquius q̃ mo
res tuos ad Chriſti regulam reformatoſ/qđ ut maturius efficias quanq̃
te bñ aiatũ eſſe ad obeũdũ munus ꝑſpectũ habeã &exploratũ:nõ deſinã tñ ꝓ ea/q̃
te ſemꝑ ſum ꝓſecutus charitate frequẽtia miniſtrare ſubſidia:porro multis de cau
ſis ad id officij ſubeũdũ ĩpellor/ tũ ob ſanguinis neceſſitatẽ/tũ ob ueterẽ cõſuetudi
nẽ/inchoatãq́ ab ĩpis crepũdijs amicitiã.Adde q̄ enixiſſimo tuo rogatu cõiũctus
ꝓpenſiſſime uolũtati tuæ ſatiſfacere oportere cenſui.Scriptũ eſt eñ: Omi petẽti te
tribue.Et alibi:Gratiã in alios quã nos accepimus cõicare cõmonemur:Exordiẽ-
dum igitur mihi fuerit ab illo cuius ope ĩ mundũ hunc uenimus primo principio/
ut poſſimus noſſe qd ſumus nos/qbusve cõſtemus partibus/q̃ nr̃a opera & actio
nes eſſe debeant/ut ipſo iterum principio q & noſter eſt finis / & ꝑpetua fœlicitas/
ſempiternaq́ beatitudo cõiungi ualeamus:Omiſſa autẽ queſtionũ ſubtiliũ diſcuſ
ſione/omiſſis ſcrupis & ænigmatibus ea aggrediar enarrare/& quantũ fieri pote-
rit palã facere/qbus & mentẽ erudire/& affectũ ad bene beateq́ uiuendũ excitare
poteris.In diuiſa igiť indiuiduaq́ penitus trinitas/q̃ unus eſt deus æternus/ ĩmen-
ſus/incõpræhẽſibilis/ineffabilis in principio tpis mundũ creauit ex nihilo : & oĩa
q̃ ſagacibus utriusq́ hoĩs oculis(mẽtis uidelicet & carnis)luſtrari quimus:q̃ ſupra
captũ etiã nr̃æ cogitationis exiſtũt: Angelorꝫ.ſ.numerũ pariter & ordinẽ infinita
eius bonitate cõdidit:quorũ q̃ plurimi cognita fœlicitatis magnitudine/eãq́ uel
a ſe ipſis habituros arbitrãtes/uel clemẽtiſſimo deo ęqualẽ gloriã optãtes/ex altiſſi
mis illis ſedibus in ĩmane barathrũ/huiuſq́ caliginis foueã duce ſuperbia corrue-
runt.Qua ꝓpter ad implendũ ſedes ob eorũ caſum inanes/creatus eſt Adã ex aĩa
& corpore:aĩa inquã rationali/ ut differret a brutis/& ex ipſius coſta thori conſors
Eua qua poſſet genus humanũ propagari ad habitandũ cœlũ inſtitutũ:Sed q̃ nr̃a
miſeria/ob eius inobedientiã effectũ eſt:ut morti ſimus obnoxij/q prius in nr̃a fuiſ
ſet facultate poſſe non mori/& ad beatitudinẽ nullo dolore/ nullis calamitatibus/
nullis erũnis/qbus circũfuſi nunc ꝑmimur poſſe ſuſtolli.Hinc pctã oĩa pullularũt
hęc cauſa diluuij/hæc ciuitatis infernę repletio.Hũani tandẽ generis miſeratus oĩ-
potens: ex Maria uirgine carnẽ aſſumpſit/ut homo factus eſt:Perfectus deus/ꝑfe
ctus hõ/qui tã multis annorꝫ curriculis/ꝑ ora ꝓphetarũ/ꝑ patriarchas ppl̃i/ quem
ſibi ad uerũ cultũ religionis delegerat/nunciatus eſt:homo inq́ factus/ ut pro no-
bis morereť/ ut ꝓ delendo peccato originis in ara illa ꝑcioſiſſimũ ſanguinẽ cruci-
fixus effunderet/ac ꝓ expiatione delictorũ noſtrorũ patri offerret:ut etiã eius nos
dogmate inſtrueret inſinuaretq́ : qbus nã modis æternã mortẽ fugere & euitari/
& ĩde fœlicitatẽ/& ſummũ illud bonũ qđ ipſemet eſt/adipiſci poſſemus.Quid er
go nobis mi frater ille faciendũ ꝑcepit: Quid illud eſt qđ ſi nõ facimus digni effi-
cimur/de qbus æternũ ſumať ſuppliciũ.Quid illud itẽ:ꝓ quo uitã nobis ꝑpetuam
æternãq́ btĩtudinẽ polliceť.In euãgelio q̃ ꝑpetua lectio chriſtianorꝫ eſſe debet cõ
tineť.Quid plura cõplectunť etiãnũ decalogo hæc oĩa:qn etiã duobus tm̃ uerbis
quinimo ſolo charitatis dũtaxat noĩe ambitur. Conemur ergo ne maxima dei nr̃i
miſcďia abutẽtes negligamus ꝑcepta/ ꝑpetremus ꝓhibita . Seruus.n.q uoluntatẽ
dñi nõ implebit uapulabit multis(ut ſcriptũ eſt.)Cũ igiť ex aĩa cõſtemus & corꝑe/
terrena etiã poſſideamus bona/ut diuitias domuſ & id genus cętera/q̃ nobis a deo
optimo maximo tributa ſunt/ut deſeruiãt corpi:Corpuſq́ ob id cõmodius famu
leť aĩæ/ut aĩa ancilleť deo/q eã ex nihilo creauit diuinitatis capacẽ/ iccirco ordine-
mus actiões nr̃as & oꝑa ad illũ finẽ/quẽ cũcta deſiderãt:ſummũ.ſ.bonũ: qđ optãt

oīa: Bona igit̄ exteriora/ q̄ nobis sup̄fluunt ægenorū releuent miseriā potius q̄ & falconū saturēt ingluuiē/ corpus ieiunās uesanæ mentis motus cōpescat: Oret aīa iugiter/ Christi sui mortē sæpissime contēplet̄: Hæc sint christiani hoīs officia: hāc uiā ꝑcurrere tutū est/ his armis capiendū est cœlū. Dic q̄so mi frater/ cur tu abūdas ille uero mēdicat/ nisi ut excellēs ille theologus ait/ ut tu bonæ dispensatiōis me ita cōsequaris/ ille uero patiētiæ meritis coronet̄/ nō tuæ sunt sup̄fluæ illæ exuberantesq; diuitiæ/ quas habes/ sed oīm/ imo tuæ ut prius tibi deseruiāt: Deinde pauperibus q̄ canibus sunt p̄ferēdi/ quos ut teip̄m debes diligere: Attēde obsecro illud ꝓpheticū dictū/ Qui in auibus cœli ludūt/ q̄ thesaurū thesauriçāt/ & aurū in quo cōfidūt hoīes: lege illud sæpius/ & ꝓpēsissimi illi uenādi ardores aliquāto frigescēt/ q̄ tēperādi quidē/ nō ut oīno mali/ sed ut sæpenumero inanes/ sed ut multa op̄a q̄nq; ꝑfectiora impediētes/ errares ꝑfecto/ & q̄dē dispēdiose/ si crederes tot tibi b̄n̄ficia a deo collata fuisse/ ut uitijs & diuitijs/ q̄ nr̄oꝝ hoīm plerūq; mos ē/ incūberes ut nil aliud q̄ terræ q̄drupedia/ & cęli aues depasceres/ ut totū uitę tp̄s in nemoribus cōsumeres/ ut multo luxu uiueres: Vtere ergo his bonis q̄ tibi deus munificētissime cōtulit/ ad salutē nō ad īteritū: Corpus itē subijce aīæ rōnabili obsequio nō nimio etiā & scrupuloso: Aīa q̄ppe in dei opibus occupāda ē/ orōnibus uacādū/ cū dixerit Christus/ oportet sp̄ orare: cogitandū demū eius b̄n̄ficia/ q̄ magna ꝑfecto in te extiterūt. Dedit diuitias q̄ sicuti malis hoībus obesse possunt ita (ut ait Ambro.) ꝓbis possunt esse adiumēta uirtutis: Dedit cōiugē qua possis te a libidine carnis noxia ꝓrsus abstinere/ & ꝓcreare sobolē ad dei cultū educandā: dedit corpus & pulchrū q̄dē: dedit aīam ipsius insignē imagine/ nec eā cottidie cessat/ uel bonis aliorū exemplis/ uel adhortationibus/ uel locutiōibus internis/ ad b̄n̄ beateq; uiuendū ꝓuocare: Eia obsecro surge q̄ dormis/ surgamus oēs/ q̄ cæno & uolutabro mūdi huius heremus/ immersi exurgamus a mortuis. Accedamus ad deū eiusq; incessanter imploremus auxiliū. Ecce nunc tēpus acceptabile/ q̄s scit an adijciat hodierne christiana sume tp̄a/ cogitemus nos p̄egrinos esse (ut uere sumus) a dulcissimo pararadisi patria exulātes ꝓcul: Cogitemus iterū si recte bonis quæ nobis a deo sunt collata fuerimus usi/ corpusq; subiecerimus aīæ: aīamq; postræmo dei obsequijs mancipauerimus/ iugoq; dn̄i q̄ leue est/ & suaue ipsomet testāte submiserimus: futurū aliq̄n ut uocē illā simus audituri: Venite b̄n̄dicti patris mei/ possidete paratū uobis regnū a cōstitutione mundi. Sitiui em̄ & dedistis mihi bibere: Esuriui & dedistis mādu care. Nudus erā &c. q̄ in euāgelio cōtinentur: qđ ut fiat in nobis tu ꝓ me & ego pro te or. Vale & parce/ hæc quoniā ex tēpore fere dictaui & Archetypum mitto. Bigus noster/ si quid erit in ipsa ambiguū enucleabit & reddet explicitum: & si quid offendet rude & incultū dabit ueniā stilo/ alioquin nec cura multa nec ingenio elaborato: Nec putaui opus esse uerborū fucis/ ubi inter cōsanguineos de moribus ageretur: Iterum uale Mirañ. xi. Idus Martij.

¶ Ioan. Picus: Miran. Ioan. Francisco nepoti Sal.

g Ratissime fuerūt mihi lr̄æ tuæ/ nō ob id mō q̄ iāpridē de te nihil audierā: sedq; & ea mihi significabāt/ q̄bus sum mirifice delectatus: q̄n eadē & tibi oīa grata/ & deo gratissima esse nō dubito. tu quoq; nihil dubites si mō q̄ cæpisti uia p̄rexeris mercedē tuā copiosam in cœlis esse futurā. Ego non dū satis habeo explorarū eundū Ro. mihi sit nec ne. Et quantū equidē assequi possum cōiectura futurū potius credo/ ut illuc mihi eundū sit/ cām nosti. Hoc ubi certū habuero statim te certiorē reddā/ ne si huc forte ueneris (qđ alioq̄n ego sumope uellē) aut me hic nō inuenias: aut statim discedēte me in patriā tibi sit redeundū. Inte-

rim domi esse poteris nisi tu quidē aliter sentias. Sed & illud memineris habere tē
uxorē cui nō aliter corpus tuū q̃ deo ipsam aīam debes. Est illius desyderio aliq̃
ex parte satisfaciendū: cogitandūq; tibi est qd illa ex habitu corpis ex ætate aut ap
petat aut appetere possit. Quid ex pudore ex uirtute nō petat. Cur enim pudeat
hæc scribere quæ & Paulus scribit Apl's: Nulla est fere res in qua te magis suspi-
cer errare posse. Et quidē fallunt nr̄i hoīes plurimū/q̃ obligatas quidē addictasq;
sibi uxores putant suas: se uxoribus nihil: sed posse de se: quicqd illi censuerint ꝑ
arbitrio statuere. Deniq; tuus totus esse non potes/qui semel nuptiarū legibus te
subijciēs uxoris eē uoluisti: potes nihilominus totus esse dei quē & tibi ꝓmereris
dum ut legi eius ob tēperes tibijpsi etiā in his quæ sunt dei minus obtēperas. Sed
de his alias tecū corā etiā sum locutus. Ego ut primū aer uernauerit hoc est inter
primos quadragesimæ dies: cum me scilicet ex his græcorū librorū fascibus extri
cauero statim Ferrariam ueniā: interim sacris litteris insta: præcipireq; euāgelicæ
lectioni/ qua animū identidē ad deum adducat: quē inde abducere & mundus &
dæmō ille illecebris/ hic fallacijs/ dies noctesq; nō cessant. Vale animæ dimidium
meæ/& deum ora ꝑ me. Cum primū de mea Romā uersus ꝓfectione aliquid sta-
tuero te certiorē reddā. Floren. xxvij. Nouembris. Mccccxxxxij.

¶Ioan. Miran. Picus: Ioan. Franci. Pico nepoti. Sal.

q Vod hactenus tuis lr̄is nō respōderim hoc fuit in cā: inciderunt in manus
meas libri quidā hebraici in qbus iā ꝑpetuā hebdomodā assiduus fui di-
es & noctes: ita ut pene me exoculauerint. Est. n. hinc ad. xx. dies discessu-
rus: q̃ huc libros attulit Siculus qdā hebræus: q̄re dū me ab illis extricauerim ne lit
terā qdē a me expectes: neq;. n. possum momentū ab illis discedere ne forte illi di-
scedāt priusq; ego eos oēs excusserim. Cū ab hac cura liber fuero obruā te lr̄is: q̄-
q̃ scis animū me habere occupatissimū. Si qd autē tu unq̃ mea causa es facturus:
da operā qua rōne potes ne meū istuc aduentum Barri princeps desideret/studia
cū oīa interturbarem mea quibus nosti tu q̃ sim deditus quāq; nihil ꝑter ea curē:
haud satis aūt mihi cōstat utrū mihi molestius illi an mihi displicere. Vale & deū ti
me: & te quotidie cogita esse moriturum. Ferra. xxx. Maij. Mccccxxxxij.

¶Ioan. Fran. Picus: Hier. Tor. Sal. Hieronymus Tor ?

u Iderer vulgarijs illis tā fictis q̃ ineptis calumnijs quas audisti in eū de quo
loqbamur iactari/quasi uictus falsa fama manus dare nisi aliquid respōde
rē: uidererq; apud meā saltē cōsciētiā reus facinoris/nisi ut debeo cōpertæ
ueritati fideliter astipularer: explosis in eā machinamētis inanibus/quanq; tali ꝓ-
sidio fulta est/ut nullo molimine possit īfringi: Et qdē ut scribis nō est opus aliqua
tergiuersatiōe celare/quæ nō tenebris sed luce perpetrant̄/ & ꝑfecto ipsa luce di-
gnissima nec puto uere probum quēpiam inuenias/q̃ in eum blateret/ quāto ma-
gis eius amantissimus quanq; plurimi possunt suā & simulare/& dissimulare ami
citiam/ut pro libito cum prestatur occasio atrocius noceant. Sed nec penitus cre-
dendum famę: Nanq; apud Phariseos & scribas & Sacerdotes de Christo calum
niæ inuulgabant̄/ & tamē eos oēs religiosiores doctioresq; vulgus autumabat:
Neq; sane in hac qua uteris cōsecutiōe ueritas est: utsi q se ab alijs segregauere &
uictu & tegumento: uouereq; cōsilia/iccirco reliquis sint meliores: Recta naq; ad
deum uoluntas & defecatus animus/nō cibus aut uestis/aut solēne promissum in
causa est/ut qspiā bonus & dicat̄ & sit: Illa certe ad ꝑfectiōnē capessendam dispo-

nunt/& quasdã ceu suppetias afferũt/& cõpendia. Qua ꝓpter nõ mirũ si ab aliquibus/q boni existimant̃ ipetit̃: Quæ nã q̃so ꝓbra exq̃sitiora eis iueniri possunt/q̃ in christianos oẽs a gẽtibus spargebant̃: vnde Tertulianus ob id famæ nõ credẽdũ multis rõnibus cẽsuit. Sed si famæ credendũ cur potius bonæ nõ credit̃: & cũ hinc inde multa iactent̃: cur parte ei q̃ pia est magis non adhæremus? Sic oẽs fere scti uexati/sic sctũs sctõꝝ Christus deus nr̃: Nõ tñ eos dãnauerim/q statim ei nõ adstipulant̃ imo ambigũt ut ueritas affulgeat expectãtes: Sed q apte in ipm inuehunt̃: añ tp̄s iudicãtes/ nec eius uitã & doctrinã ꝓpendẽtes/ sed vulgi iudicio cõcedẽtes/ eos crimine dignos existimauerim: Vale/ Mirañ. ix. Kaleñ. Ianua. Mccccclxxxxvi.

¶ Ioannes Franciscus Picus Miran. Baptistæ Cortesio. Sal.

h Esterno uesperi/cum de spiritalibus q̃busdã rebus esset sermo/ disceptatũ potissimũ fuit: An latrones illi: inter quos dñs iesus pepẽdit/affixi cruci/an ligati fuerint: meminiq; me dicturũ nõnulla ꝓmisisse/quæ in mentẽ uenerãt: vnde facile posset oĩs ambiguitas tolli: quare ut ꝓmissum exequar/ hæc paucis accipe: Nam septimo & uigesimo capite sui euãgelij Mattheus/ Postq; Christum dñm crucifixũ narrauerat ait: Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones/ unus a dextris/& unus a sinistris. Marcus capite. xv. Et crucifigentes eum diuiserũt uestimẽta. Et paulo post: Et cum eo crucifigũt duos latrões/unũ a dextris/& aliũ a sinistris eius. Lucas capite. xxiij. Et postq; uenerũt in locũ qui uocat̃ Caluarie ibi crucifixerunt eũ/& latrones unũ a dextris/& aliũ a sinistris. Ioãnes capite. xix. ubi crucifixerunt eum: & cũ eo alios duos/ hinc & hinc: mediũ aũt Iesum: Ex quibus manifeste patere arbitror/si Christus fuit cõfixus ita pariter & latrones: cum uno eodẽq; uerbo/hoc est crucifigere euãgelistæ sint usi: & clarissime etiã ex Luca & Ioãne idip̄m elicit̃/ cũ illa copula &/ replicet antecedentẽ sensum & uerba: sed & uerbũ ipsum crucifigere luce clarius rẽ manifestat: Nã si per id uerbũ Christũ intelligimus cruci affixũ: cur ꝑ idip̄m & latrones affixos non intelligimus? Cum pari pacto idẽ sp̄ accipiat̃: Sensus autẽ ex uerbis elici debet: cum uerba ab rei intellectu menteq; authoris nõ exorbitẽt: utpote q in parabolis loquant̃/ ꝓterea cum mysteria passiõis dñi euangelici scriptores enarrẽt: ut flagella/coronã/uestẽ/ purpureã/ fellis potus/ & reliqua: si nouo mortis genere ip̄m affecissent/crediderimus illos tacuisse: At q̃ illud cõsidera scriptũ esse in Psalmis: Foderũt manus meas & pedes meos. Et iterũ in ꝓphetis: Morte turpissima condẽnemus eum: Idẽ ergo genus mortis turpissimũ/& manus pedesq; confossi: Crux aũt mors turpissima/ & latronũ erat supplicũ/ut oĩbus notũ est/qui litteras nõ ignorãt: Igitur manus pedesq; fodebant̃: qđ ad mortem turpissimam infligendam concurrebat. Et sane iudei non clamassent/ crucifige/crucifige: si hoc suppliciũ in usu non fuisset: Tum quare omnes in hoc conuenerunt: tum quare credissent Pilatum eis non assensurũ/si crudelius q̃ esset in usu genus mortis attentassent. Cum uideret illũ in eam partem inclinare ut dominũ Iesum liberaret: q̃ si q̃s illud afferret: hoc qđ dicimus crucifigere posse accipi: pro eo qđ est ligare ad crucẽ: pari pacto cũ non sit in uerbo differẽtia aliq̃s de Christo dicere potuisset eũ cruci ligatũ/ quẽ nihilominus cõstat clauis ligno crucis infixũ: a uerbi eñ ꝓprietate cũ uerus idẽ sensus elicit̃ minime recedendum est: Rursus quomõ fieri poterat/ut latrones ligati dũtaxat cito morerent̃: cũ in Germania qui mẽbris cõfractis texunt̃ in rotis nõ statim morianc̃: sed & plures uiuãt horas/& sæpe dies: Id autẽ ꝓ liquido atq; confesso est reuersos fuisse Iudeos eodẽ die/ quo crucifixi sunt/ut aspicerẽt/ si iã aĩam exhalassent: Opinabant̃ igitur fieri posse/ut eẽnt mortui/q đ certe nõ accidisset/si ligatos eos dũtaxat in cruce reliq̃ssẽt

nec prodit i eos q̄c aliud illos molitos fuisse/ quo mors infligeret. Sed illud magis q̄ ne remanerent in cruce corpora sabbato iam Christo mortuo crura pfregerint: suffragatur nobis & ecclesiastica historia. Quādoquidē legit/ Helenā Cōstātini matrē/ nō agnouisse nisi ex miraculo Christi crucē a cruce latronū: quod utiq nō fuisset nisi & latronū cruces sanguine illitas & pforatas clauibus perspexisset. At inquiūt alij picturę ostendūt latrones ligatos/ & Christū affixū/ differreq in genere mortis Christū a latronibus consentaneū fuisse: quibus respōsum uelim Horatianū illud: Pictoribus atq poetis: Quidlibet audēdi semp fuit æqua potestas. Virginē etiā aurata tunica pingūt: Et Magdalenā ad pedē crucis pēdente lasciua ueste indutā/ quæ oīa falsissime esse nemo nescit: sed si pictoribus fidem adhibere uolumus: cur antiquis magis q̄ recētioribus non credimus: qui latrones ipsos clauis affixos crucis ligno pinxerūt: euangelico contextui adstipulantes. nec in ipsa quā struūt consecutiōe ueritas est/ ut inter passionē. s. Christi & latronū differētia alioquin non fuerit: Si etiā latrones clauis ligno crucis affixerint: cū mille alijs modis truculentius uexatus ipse fuerit/ ut sacratissima narrat historia: porro hic honor Christi/ hæc gloria/ qui cū deus esset/ homo factus sit/ atq ut ait pphta: Cum impijs deputatus est/ & morte turpissima condēnatus fuerit: nihil ob aliud/ q̄ ut pditum humanū genus atq in potestatē iniqui dæmonis redactū/ fuso pciosissimo suo sanguine in libertatē assereret: Et sane quāto magis Christus calūnijs affectus quāto crudelius cōtumelijs & obprobrijs offensus/ tāto impensius nostri in eum amoris ignis exardescit: Exardescit inq/ cū ppendimus eū: q est splendor paternę glorię & figura substantiæ eius/ uoluisse nostri amoris gratia assumere carnem/ in terris degere/ uexari/ illudi/ flagellari/ & qua est infinita misericordia/ qua clemētia/ in medio duorū latronū crucifigi: Hanc igitur ipsius crucē relictis latronibus amplexemur: quæ nobis omniū criminū (ut alibi ostendimus: sed pcipuæ supbiæ & elationis) ammouet occasiones: Quis em̄ se sup alios tollere uoluerit: cui christi humilitas cordi fuerit & quis pstare æqualibus/ dignioriq sede collocari cōcupierit/ qui Christum suum inter latrones pependisse perpenderit. Vale.

¶ Ioannes Fran. Picus: Baptistæ Cortesio: Sal.

r Ecte mea quidē sententia dici solet: disputationē esse cribrū ueritatis/ qd cum alias tum maxime ex his/ quæ collocuti fueramus hesterno uesperi quæq hodie perscripsimus cognoui. Nam quanq apud me cōpertū est/ latrones qui cum dn̄o Iesu crucifixi fuerūt/ nō ligatos/ aut appēsos cruci/ sed fixos fuisse: hoc tamen nō sibi quilibet psuaserat/ uti ex epistola tua/ qua rationes a me exaratas dissoluere conabaris optime percepi: Hinc exarsit studiū manifestandæ ueritatis/ & cribro illo adeo rem euentilauimus/ ut nō modo palea/ uerū nec gruma cum grano remanserit: sed ut ab eorū aīo q cōtrariū sentiūt/ oīs tandē scrupulus extrudat. Reflectā ad me missas rn̄siones: ut argumēta nr̄a in suo robore maneāt: Dein alijs urgebo: speroq futurū/ ut si priorē ep̄lam nostrā cū hac ipsa cōiunxeris adeo reis istius/ de q q̄rebat ueritas elucescat/ ut ab oībus nō uideri nō possit nō quidē ut te docere uelim/ a quo discere malim/ sed ut pter inuentionē ueritatis/ ad quā animus suapte natura sp anhelat/ tibi etiā morē gerā: q ideo rn̄disse uideris/ ut rescriberē: Igit ad euāgelistarū adducta uerba/ q̄bus innixus astruebā latrones cruci fuisse affixos/ tū ob copulā reddentē priorē sensum/ tū ob uerbo℞ pprietatē/ cui diximus hęrendū esse: Rn̄dis nō liq̄re genus mortis q Christus est occisus fuisse prius in usu: sed & nō oportere/ ut copula/ &/ replicet oēm rē ācedentē/ atq uerbū ip̄m crucifigere accipi posse ppriē & īpropriē/ sermoneq intentiōi deserui-

re debere/nō au tē ſermoni intentionē:Hæc fere reſpondis: Atq̄ copula ſemꝑ red
dit tam ſenſum ꝙ̄ uerba/ niſi aliq̄d intercidat quo ſenſum ip̄m alio flectere/reſtrin
gereve ſit neceſſe/quod hic nullo accidit pacto. Qꝫ autē eodē genere mortis,/quo
Chriſtus latrones ſint affecti/ſatis liquet ex ea ratōe q̄ in ſuo robore manet:cū oēs
Iudei in Chriſtum machinantes/crucifige/crucifige/promiſcue clamauerint / quæ
res indicat id mortis genus flagitioſis infligi ſolere: Hoc enim ſupplicio non Ro-
mani modo ut plena eſt omnis hiſtoria:ſed reliquæ etiam gentes utebanť: cuius
rei plures nos admonent hiſtorici: Et ipſe quoqꝫ Saluſtius in iugur. Et Oppius
etiam qui Iubam regem ſuffixiſſe cruci plurimos teſtatur Numidas:quod genus
mortis uile habebatur/ & perditis hominibus debitum: Nec conſonum eſt ut cre
didiſſent Pilatū/qui pro Chriſto dimittēdo uerba fecerat / conſenſiſſe eis/ ut nouo
mortis genere/& crudeliori ip̄m afficerēt/ſed ſolū ut eo uterenť q̄ Romani in ſcele
ratis hoībus puniēdis uti cōſueuiſſent: de uerbo aūt illo crucifigere / ꝙ hic ꝓprie/
ibi ip̄roprie debeat accipi/cū ſit idē uideť uiolēta & extorta nimis expoſitio. nā tā-
&ſi aliq̄n & large & p̄ſſe idē uerbū accipiať:nō tn̄ uno eodēqꝫ cōtextu / & p̄ſertim
cum res eadē narrať: Illud uero de ſermone q̄ intentiōi deſeruire debet/ fateor q̄dē
nā ut Ariſto.docet: Verba ſunt ſigna affectionū earū quæ ſunt in aīa:Hoc tn̄ po-
tius aſſerit q̄ ipſe affirmo/ꝙ̄ neget:nā ea fuit intētio ſcriptorū euāgelij. vellē aūt ex
te libenter edoceri an ſenſus aliūde ꝙ̄ ex uerbis trahať:Præſertim cū narrať hiſto-
ria citra uelamē:Nam in myſticis dūtaxat ſenſibus alia ratio:Id aūt extra oēm du-
bitationē cōpertū eſt/in paſſiōe dn̄i rē ꝓpriā/uti geſta fuit ab illis enarrari. alio em̄
uerbo uti ſciſſent ꝙ̄ crucifigere : niſi dareť intelligi fuiſſe latrones ſimiles Chriſto
in hoc ſupplicio:Iuxta illud ꝓpheticū:Et cum iniq̄s deputatus eſt:ſenſus q̄ppe au
thoris ex uerbis eliciť/nō uerba ex ſenſu: quin & ſp̄ ꝓprietati uerboꝝ p̄ſertim in
ſacris lr̄is ſtandū/in ſenſu uidelicet litterali / niſi alius cōtextus uel efficaciſſima ra-
tio nos alio trahāt:uerbi gratia:Arrius innitebať illi uerbo/Pater maior me eſt:ſed
alij multi ſacrarū litterarū textus aduerſabanť & inuictę rōnes obſiſtebāt/ quibus
oībus oſtendebať filiū æqualē & cōſubſtantialē patri/quare indoctus Arrius ob
ſtinatus & meritiſſime a ſacra Synodo in Nicea Bithiniæ condemnatus:Sed hoc
uticqꝫ in re nr̄a nō accidit/ut a uerborū ꝓprietate recedere debeamus/cū & ratio ſuf
frageť/& oēs euangelicæ hiſtoriæ enarratores uno uerbo adſtipulenť nr̄æ opinio
ni:Deinde cum argumentatus ſum/ex opinione quā Iudei ipſi facile freti ꝑgebāt
ad tollēdos de cruce quos mortuos credebāt: Reſpondis hoc fuiſſe ne corpꝰ ſab-
bato in cruce remanerēt/ſed eſto:nil hoc a te cōtra nos/ſed a nobis cōtra te militat:
Nanqꝫ & mortui & adhuc palpitātes oīno tollēdi erāt:nec em̄ ut autumas ibi eos
reliquiſſent/etiā ſi nō ueniſſet ſabbatū/ut fame.ſ.tabeſcerent:quia(ut ait Theophi-
lus græcus enarrator euāgelij) etiā eos leuauerūt de cruce ne legem irritā facerent
qua cautū erat/ ne ſol occideret in hoīs ſuppilcio:unde ei cauſæ/quam exprimunt
euangeliſtę de ſabbato:aliā hic interpres adiecit:Præterea ex euāgelio elici poteſt
Dubitaſſe eos de illoꝝ morte apertiſſime/quod uticqꝫ nō accidiſſet/ſi pauculas ho
ras eos in cruce reliquiſſent:Et fauet nobis Auguſtini ſnīa confirmātis/ ſuppliciū
crucis fuiſſe genus mortis oībus execrabilius & formidabilius/qđ ſi ita eſt/ ſequiť
dubio ꝓcul eo execrabilius & formidabilius reꝑiri/ſi appēſos dūtaxat hoīes cruci
deſeruiſſent:Ei aūt argumēto qđ ſūpſi ex inuētiōe crucis: Rn̄dis potuiſſe Iudeos
latronū cruces ꝑforare/ne crux dn̄i a cruce latronū dignoſcereť/ qđ certe nō eo in
ficias / ſed nō uides arbitrariā nimis expoſitionē : q̄ppe ex hiſtoria patet ita fuiſſe:
q̄ aūt mō id factū fuerit/nulla(qđ ſciā)mentio eſt:niſi in ipſa ſupplitij narratione/a
q̄ minime diſcedendū puto : de picturis uero ꝙ̄ ꝙ̄ ab eis ualidū erui nō pōt argu-

mentũ nihilominus q̃ antiq̃ssime sunt nobis suffragant: & hæc ad rn̄sione tuã rescripta sufficiãt: Verũ enimuero multa iueni/q̃ in priori ep̄la nõ tetigi/qbus accedere oportet/cũ rẽ ip̄am luce clarius manifestẽt/sed in p̄mis hoc afferã nõ uideri cõueniẽs aut ꝓphetas nõ p̄dixisse nouũ genus mortis si eo Christus afficiẽdus erat aut idipsum euãgelistas nõ recẽsuisse: ab utriusq; cõmode eruit/fuisse genus mortis usitatũ: Nã & mors turpissima a ꝓphetis uocat & fossio manuũ pedũq; p̄dicit/& frãgendũ os nõ esse p̄cinit/q̃re possumus cõiectare tria hęc in latronũ morte cõcurrere solita/quorũ duo Christo attribuerũt: a tertio.i.fractiõe ossiũ ip̄m exemerũt/euãgelistę quoq; cũ hoc uerbo crucifigere tm̄ utant̃ indicãt cõsueta Christum morte obijsse & hoc fuisse ĩ cã arbitrat̃ inter alia Bernardinus/ cur euãgelistæ crucifixiõis modũ nõ descripserint/ob vulgatã.s.noticiã q̃ sic dãnati exitio tradebant̃/ Rursus Chrysostomus ait: Duos etiã latrones hinc inde crucifixerũt/ut eoꝝ suspitiõis fieret p̄ticeps: Morte igit̃ latronibus cõsueta seq̃s est ip̄m fuisse affectũ: quã q̃ ĩ his q̃ crucẽ p̄cesserũt dirius crudeliusq; uexatus fuisset / & ob id etiã inter alias causas citius mortuus: Nã ut credit Bern̄. sp̄ine in corona cõtextæ usq; ad cerebꝝ ꝑtigerãt. Prẽterea Amb. ait/Execrabilius ĩ facto iniq̃tas iudeorũ ut q̃si latronẽ crucifigerẽt oĩm redẽptorẽ: nec utiq; q̃si latronẽ crucifixissent/si alio mõ quo latrones crucifigebant̃ ligno affixissent/& p̄serti crudeliori: hęc ut opinor rẽ aptissime manifestãt/ sed si etiã rẽ (ut dicit̃) manu tãgere cupimus audiamus Bedã & Rabanũ hũc nobis scrupulũ extra oẽm cõtrouersiã eximẽtes/atq; sensui rẽ ip̄am subijcientes: Sic.n.inq̃t Beda/Pessimo enim genere mortis occidere ĩnocentẽ/hoc est crucifigere desiderãt: pendẽtes.n.in ligno crucifixi clauis ad lignũ pedibus manibusq; cõfixis,ꝑducta morte necabant̃/ne dolor citius finiret̃: Hæc quoq; fere ad uerbũ a Rabano repetunt̃: quare liquet q̃d fuit incõtrouersia latrones.s.clauis in cruce fuisse cõfixos/genusq; mortis turpissimũ Iesum dn̄m qua nos amplectebatur charitate delegisse/qui de paterna gloria prodiẽs in qua tamẽ semp̄ erat: & est & erit: & hõ factus est & cũ latronibus deputatus/ut nos de terris ad cœlũ eueheret/& in angelorum consortio collocaret. Vale: & deũ ipsum & hominẽ pro me ora.

¶ Ioan. Franciscus Picus: Her. Stro. *Herculi Strozzi*

Salue Stroça charissime cũ tuas accepi/ opusculũ nr̄m de morte Christi & ꝓpria cogitãda/q̃d tu(q̃ nos ꝓseq̃ris amore)aureũ uocasti: reuocatũ prius ad officinã emiseramus/hoc est formis excudẽdis tradideramus: lucubratio ꝑfecto utilis magis q̃ aut docta/aut eloquens: q̃.n.utilior expetibiliorq; materia: quã & si pulchra specie ĩformare neq̃mus ut uoluimus expostulo ut id pietati cõdonet: Nequit illa amplius cõpedes pati exerere se cupiẽs ĩ libertatẽ / monebã ego ut aliq̃t adhuc apud nos mẽses si nõ annos ꝑmaneret: At illa Horatianũ(ut in proemio uidisti) dogma contẽpsit: q̃nimo nobis uel tacite insinuauit posse nos q̃ intellectũ tantũ ĩstruũt occludere q̃ diu uolumus scrinijs/nõnulla.n. iã in philosophia ĩceptauimus cudere: q̃rũ forte cũ in alijs simus occupati tm̄ aberit ut editionẽ p̄cipitemus ut ultimũ fortasse unguẽ nunq; expient̃: At q̃ uoluntatẽ instruũt palã ꝓmenda esse nedũ uerborum curiosiores esse uolumus rerũ simus negligẽtiores: q̃re p̄misimus uela uẽtis: & bene p̄cantes orã soluimus: Habemus & dialogũ de serena cõsciẽtia sub incude: & Theoremata de fide & ordine credẽdi / q̃ cũ absoluta fuerint ad te uenient. Delectaberis utroq; opinor/siue q; nr̄a qualia sint/q̃a nostra sunt diligis/siue q; in eorũ altero de quibusdã honorifica/nec minus uera fit mẽtio quorũ fuisti studiosissimus dũ uiuerẽt. tenet id opusculum multa in penetralibus recõdita q̃ nõ ꝑmittat in foribus: Cæterũ si cũ amicis de ꝓsperis euẽtis gratulandũ

est/deq; tristibus dolendũ errare me magnop̄e cẽsuissem / nisi in p̄sentia tecũ letarer/de litterarij thesauri/magni quidẽ & sublimis / nec minus cupiosi q̃ uarij /atq; multiplicis inuẽtiõe : Notũ tibi est queãdmodũ post patrui obitũ laborauerimus in reparãdis plurimis eius monumẽtis/q̃ iã vulgauimus/scribẽdisq; nõnullis/q̃ ad ea excolẽda cõducebãt:q̄bus cõfectis ab op̄e parũper & labore supersedẽs/uidebar mihi e turbulẽtis aĩ fluctibus enatasse/uenitq; in mentem/ ut absolutis eis opibus/de quo mox feci mẽtionẽ scribẽdi negocio nunciũ remitterẽ/& philosophiã/ theologiãq; eã q̃ in disputãdi cõflictu uariarũq; opinionũ colluuie uersat̃/aut oĩno/aut magnop̄e posthaberẽ:atq; in uera philosophia synceraq; theologia/hoc ẽ ueteri nouoq; sacrarũ litterarũ instrumẽto cõquiescerẽ/& dulciter laborarẽ :Hæc ẽm pridẽ(sicut & oĩm chr̃ianoꝝ esse debet) uotorũ meorũ est sũma:sed alio me nihil minus meditantẽ ĩpetus aĩ(ut Catonis utar ꝟbo) trãsuersum trusit:deductusq; sum uel inuitus rimari diligẽtius q̄d nã alimoniæ nãcisci possem/ꝓ saturãdis aĩs ueritatis famelicis & sitibũdis/quã animi ꝓpensionẽ secũda aura secuti/ decreuimus ꝑpingues Pici patrui cãpos/ fœlicesq; glebas ab ĩmatura morte demetitas depopulatasq; ꝑuagari:si nõ messem & uindemiã/spicilegiũ saltẽ racematiũq; faciẽtes/ nec uoto sane frustrati sumus:nã trecenta forte rerũ capita dignissimarũ excerpsimus/rerũ inq; dũtaxat nudarũ/atq; etiã informiũ/q̃ ꝓ uirili laborabimus ut speciẽ induant̃/hoc est orõnis luce splẽdescãt:Sed nullo ordine posita sunt/eũq; penitus refugiũt:p̄terea nõ nihil de Platonis Aristotelisq; cõcordia depromere posse arbitramur. Pleraq; itẽ aduersus hæreticos/aduersus hebræos multa ĩ psalmos q̃ ordine collocata sũt:ubi incredibile Pici ingeniũ agnosces/siue cũ ꝓprio ex ingenio dogmata exeruerit/siue cũ alioꝝ placita uel interp̄tabit̃/uel fulciet/ uel confutabit: Hæc oĩa si uixisset Picus:cõcordiã principũ philosophię/theologiã integrã/ expositões diuinoꝝ eloquiorũ/aliaq; ꝑmulta additis his/ q̃ in secretiori penu ĩtellectus gestabat/aliogn nõ cõmissa chartis exintegro peperissent: At cũ nũc coherere ob dissimilitudinẽ earũ plurima/sibiq; inuicẽ quadrare nequeãt / ut singula ꝑ se stare possint nauabimus operã:& cuiq; rei ꝓpriũ caput cõdonabimus/quẽ morẽ a gręco Clemẽte/a latino Gellio/& Pollicíano nr̃a ætate eius ęmulo/obseruatũ uidimus differemus hoc/q̄d sicuti ip̄i materia sup̄abunt̃ a nobis/ita nos in ea tractanda spẽ & eloquẽtia posthabebimur / hoc est illis rerũ tũ magnitudine tũ dignitate Picus p̄stabit:q̃ sola sunt Pici in hoc op̄e/illi uerbis exq̄sitioribus q̃ nr̃a erunt uerba p̄cellẽt/distabimus & illud q̄n ipsi q̄sitis nõ oblatis argumẽtis sua op̄a cõfecerũt/ exꝓfesso uarias sn̄ias congerentes/ut ex illis nusq; sibi par liber dissultaret/q̄ uarietate ipsa expultrice fastidij torpẽtes legentiũ aĩos recrearet:Nos ediuerso fragmẽta ea q̄bus p̄clarissima cõpaginari monumẽta debuerãt/ne p̄irẽt collegimus/& singula separatim ereximus:aliud quoq; reperias discrimen/ q̄d nos nõ tantũ materiã Pici nostra forma formabimus:sed nõ nihil etiã materiæ adijciemus / nr̃o utrãq; ferrumĩe cõglutinãtes/tũ & omissa supplebimus/& effusa substringemus: cũ primũ ad calcẽ peruẽti fuerimus/tibi legenda oĩa destinabunt̃ : sed quæ nostra sunt op̄a illis remorã afferũt:Reliquũ est pactolũ tuũ meo noĩe saluere iubeas cum per occupationẽ tum per ualitudinẽ rescribere non potuimus/ certiorẽ eum reddas numisma illud suũ/de quo meminit in illa ipsa arcula perpetuo custodiendũ. Legi eius epistolã/nec inuitus semel & pluries/forte tũ aderat Paulus patruelis ille suus uir ꝓfecto multorũ testimonio uirtute cõspicuus/ doctrinã p̄ se fert & gr̃am multo cãdore renidet/ redolet(ut dicã breuibus)Politiani officinã/a q̃ nihil ĩ lr̃is nõ eruditũ ꝓdijt:magnã in eo iacturã fecit latina lingua:Aueo uidere q̃ de Pico Heroico carmine scripsisti/mittito si lubet: Vale Miran. pridie Idus Nouẽ. Mccccxxxxvi.

¶Ioan. Fran. Picus: Hier. Sa. Sal.

u Eritus sum pater religiosissime ne ingrati nomen aufugiens: eiusdē notæ discrimen incurrerim: Siquidē Ioanni Pico patruo uita functo (q̄ multa in me beneficia cōtulit) gratias referre nixus: Dei beneficiū ipsius etiā opera ad nos delatum ꝑteriui silentio: Nam in recuperādis vulgandisq̨ litterarijs illius monumentis nullo certe nō ꝑconio maioribus: atq̨ etiā scribenda uita: tutandisq̨ nōnullis metaphysicis dogmatis: totū hoc ab eius obitu consumpsi bienniū. Taciturnus interim: tā&si nō oblitus diuini muneris. Quapropter & Leonis sn̄iam considerās docentis nō esse uerecūde / sed ingratæ mentis tacere diuina bn̄ficia: & pariter aīaduertēs si flagitiū existimat̄ cœlasse alios quę ꝑtinēt ad salutē corporibus conciliandā: in eū qui abscōderit antidotū animi seuerius uindicandū censeri: uenit in mente / quicqd ex hoc cōcepi emolumenti: si palā facerē: posse me simul & idipm in alios deriuare: & collato deitus bn̄ficio partim etiam satisfacere: Quippe ob mortis Christi & ꝓprię cōsideratione a me habitā: aspirāte deo optimo maxio ītercedētibus q̨ patrui monitis: cū prolatis corā: tū repetitis p ep̄las effectū fuit: ut posthabitis honorū ambitu: regū fauoribus: popularibus auris: atq̨ id genus cæteris: quæ christianā uitā aut labefactant / aut oino molliunt: breui gyro mea uota sepserim / intra desideria naturæ contētus. Dicato igit̄ ope: utrāq̨ mortē ꝓsecutus sum: diuturnū silentiū redimēs: Et eo ꝓsertim consilio: ut ingrati animi labē: si qua cōtracta esset: ꝓ uirili abstergerē / & inuitare legentes hac bipartita recordatione: ad bene uiuēdi semitā uel capessendā uel concitatius percurrendā: Qđ ęquidē simulac dare in publicū cōstitui: te potissimū delegi: in cuius noīe appareret: Non quod mihi uideret̄ dignū tua i litteris ꝓstantia: tua uitę sanctimonia. Sed ut iusto tibi iure debitū: Id nāq̨ nobis sæpe tribuisti: unde ad ipsum elucubrandū excitaremur. Plurimaq̨ spiritualia beneficia es impartitus: Quo factū / ut eadē fere ratio: quæ ad cudendū me illud impulerit: ut idem tibi dicarē obstrinxerit. Accessit & alia causa neruosior sane atq̨ potētior: tuarum scilicet precum suffragia: Quibus apud deū cupimus adiuuari in consequendis ampliter retinendisq̨ ipsarū cognitionum fructibus: quos iam degustare occepi: & alijs insinuans stilo manifestaui: Multos enim uidimus qui cum recte uiuendū alijs suasissent: idipsum postea sibi non persuaserunt. Tum q̨ frequenter a moribus dogma dissentit: tum q̨ omnes cum ualemus (ut ille inquit) recta consilia egrotis damus. Quare cum alicunde mihi petendū esset auxilium / ad te uentū est pater optime / uti ad eum quo adhuc (facessat adulatio & absit inuidia uerbo) & doctiorem simul & prudentiorem & moribus sanctiorem cognoui neminē: Quibus si propheticū addidero spiritum: quo præditus calamitates futuras quæ iam impendūt iam iminēt: diuino iussu auribus Italiæ atq̨ utinā nō surdis insonuisti: extra oēm fuerit controuersiā / si quidē tuis precibus diffidā me magnopere aberrare: Librū igitur hunc nostrū eo animo quo nos soles suscipe. Cūq̨ totū perlegeris (si tn̄ per occupatiōes licebit) fratribus tuis ut legendū tradas exopto: Qui si tecū inter legendū qđ offendat inuenerint: id totū primis & iuuentę annis & lucubrationū condonēt rudimentis: ignoscant quoq̨ non tā celeritati conficiendi operis (id enim quadragesimū circiter absolutum est diē) q̨ emittendi cupiditati. Neq̨ enim cum pietatis officium & utilitatem eam pensarē quæ sententias contemplanti: si modo christianā simplicitatē minus fastidiat / affutura est: Horatiano dogmati acquieui: ut libellum hunc tot apud me præmi menses uoluerim: quot ille annos precepit. Vale / in tuis ad deum precibus memor mei Mirandulæ xiij. Kalen. Nouembris. Mccccl xxxxvi.

¶ Ioan.Fran.Picus.A.Ep.P. Sal.

d Vo ſemper exiſtimaui ad conciliandã inter homines amicitiã conducere
uirtutes.ſ.& aliĳs cũ amicis & beniuolentiã:ſuapte quippe natura virtus eũ
in quo eſt/gratũ hoĩbus probis reddit:improbis uero quadã ſui maieſta-
te & reuerendũ/& formidabilẽ: Vnde fit ſæpenumero ut maximo etiã in precio
uirtute præditi homines/ab impĳs & ab execrabilibus tyrannis habiti ſunt: aliĳs
uero cum amicis conſuetudo quadã participatiõe ſimilitudinis cum reliquo ami-
co cõglutinat/unitq;: Quæcũq; enim eadẽ uni & eidẽ ſunt eadẽ/etiã inter ſe ea ſal
tem ratione q̃ eadẽ ſunt cõueniũt:quod Ariſtoteles in ſyllogiſmo/nos in moribus
aſtruimus. Quæ cũ in te & ſi non conſuetudine tui depræhẽderim / ſed fama per-
ceperim/amaui te prorſus/& exarſi uiſendi tui cupiditate/tibi quoq; me dedidi in
omne obſequiũ: Quis eñ illũ nõ amet/nõ uenereť/qui diuinarũ humanarũq; rerũ
peritia p̃cellat:qui ſanctiſſimis moribus p̃fulgeat/qui a rege potẽtiſſimo/ex tot mi
libus theologorũ/quos Pariſiorũ p̃clariſſima gymnaſia celebrãt: unus electus ſit/
cui de cõtractis noxĳs chriſtiano ritu confiteať / cuius ope Andegauenſi populo
regẽdo a ſumno põtifice præſul ſit factus: Quid dicã de beniuolẽtia: qua ſemper
Ioan.Picũ mirandulã patruũ meũ es proſecutus/ cuius in ore tuo frequẽs & mul-
ta laus/copioſaq; tuorũ in eũ beneficiorũ recordatio: Hæc tibi me pater ampliſſi-
me mirũ inmodũ deuinxerũt/hæc effecere ut quẽ ore alloqui facultas nõ datur/lit-
teris ſaltem uenerabundus amplectar. Enimuero cum nõ ſine munere te ad eun-
dum duxerim/ueluti teſtimonio & amoris & obſeruantiæ/ nullũ magis idoneum
ratus ſum q̃ litterariũ/ſed & litteratiſſimi hoĩs & amiciſſimi monumentum: Quo
circa Ioã.Pici patrui mei lucubrationes quaſdã in unum a me uolumen redactas/
& in multa uolumina/ut cõmunia fierent mea ope tranſfuſas ad te mitto: Poteris
in eis perlegendis amicum hominem iam defunctum & recognoſcere & alloqui:
Poteris & meæ erga te obſeruantiæ meminiſſe: Vale.

¶ Ioan.Fran.Picus Gib.Barb. Sal.

c Vm ſuperiori nocte de litteris fabularemur/interloquendũ(ut ſcis)eorum
meminimus q̃ celebriores habiti ſunt figura oratiõis apud eos maxime/
qui humanitatis ſtudia profitenť: Dixi tũ quæ mihi in mentẽ uenerãt/ lau
dibus q̃ maximis nr̃æ religiõis oratores extollẽs/& cũ ueteribus cõparans: orato-
res appello nõ modo eos qui cauſans perorãt/ ſed qui uel de diuinis altiſſime phi
loſophãtes ſummũ oĩm bonũ/ſummã ueritatẽ/& ratione appræhẽſam/& fide cõ-
præhenſam ſanctiſſime uenerant: aut qui de creatis rebus/ deq; ipſa natura diſce-
ptant/& modo per cœli luminoſa culmina mente uagantes/modo aſtrorũ motus/
aerioſq; tractus dimetientes/modo maris ſalubria flãmina cõiectantes/ modo in-
ferum implorata ſilentio pueſtigantes laborãt/deſudãt/angũtur/ ut cauſas rerum
adinueniãt/eiſq; latino ſermone in unũ compulſis/ oratoriũ robur adĳciunt/ ut ue
ritas ipſa e puteo(ut aiunt)eruta/& ui ſua inſtructa/& luce orationis ornata magis
magiſq; ſplendeſcat: Poſtq̃ diſceſſimus/ meipſum percunctatus ſum / pigeret ne
me earũ laudũ quas noſtris tribuerã/quaſiq; noſtro ſæculo adulabundus menti-
tus fuiſſem: Tantũ abfuit ut nos pœniteret/ut etiã parũ pro meritis dixiſſe anim-
aduerterim/quo factũ ut ſtimulãte animo hæc ad te ſcribenda deſumpſerim meã
oĩno de latinis ſcriptoribus ſniam palã facturus/quos antiquitati/niſi honor uetu-
ſtatis & mille annorũ priuilegiũ obſtaret præferendos contenderẽ:nõ rationibus

autem hoc ipsum/sed extimatione ipsa quando ita hæc res inter nos agi cœpta disputauerim quanq̃ nec deessent rationes & cõmunes & ꝓpriæ / quin & illud adesset palã doctis (ut arbitror) spectatũ eorũ.s.qui celebrant antiquo sæculo & præceptis dicẽdi & opere/fuisse neminẽ qui sumat ad integrũ ꝑcepta seruauerit/ qđ si de æstimatione sui cuiusq̃ sæculi collatio fiat perdidisti: apud antiquos Ciceronis eloquia maximis laudibus/vulgo sũt celebrata/sed & taxata a plerisq̃/ nec ab hostibus solũ/sed a doctis:sed ab amicissimis:inter q̃s Asinius Pollio/ Atticus Põponius/ Brutus/ quorũ alij indiligentiã & res ꝑposteras & errata memoriæ correxerũt/ alij effœminata fracta elumbia/sup̃flua dãnauerũt/ Historiæ Titi Liuij a multitudine decãtatæ/magnis ꝑconijs elatę sunt:eximius tñ orator Pollio / quem Fabius nõ improbat eas existimauit redolere quandã patauinitatẽ/ Pliniorũ acumen & Rontonis lenitatẽ laudarunt multi:ab alijs nihilominus prodita sunt hæc uerba:totũ Plinij speculũ odi/ Apuleiũ Platonicũ oĩmodis eloquẽtiæ floribus refertũ admirant multi : plurimi tñ uocabulorũ affectationẽ condẽnant: & si ad cæteros te cõuerteris reperies neminẽ/cuius extimationẽ in dicendo aliqui uel ueritatis amore/uel cõtendendi/incessandiq̃ prurigine/aut nõ lacessierint/aut totis uiribus cõuellere tentauerint. De christianis iam loquamur. Lactantius Ciceronis stilũ effigiauit/aut ut quibusdã placet supergressus est:mihi uidet rebus & sententijs crebrior/nec numeris iniucundior/nec fili æquabilitate & candore posterior: Has quippe uirtutes maximis uiribus & ęmulatus & assecutus est. Hũc nec ęquales nec posteri momorderũt:nemo elumbẽ / & fractũ Asianũ & redũdantẽ nemo causatus est:Hieronymus qui Liuiũ his in locis ubi stilũ nõ contẽpsit sectatus uidetur/nullas a suo sæculo/quantũ ad genus dicẽdi attinet/ calũnias passus a posteriori sæculo/& ꝑsertim a Laurentio Valla acuto morosoq̃/alioquin docto cẽsore magnopere cõmendatus est:In Cipriano Plinij lenimina/Apuleianæq̃ illecebræ reperiunt:& Ciceronis nõ filus/sed perspicuitas/alios taceo facũdos dubio ꝓcul/ & suo in dicẽdi genere celebres:neq̃ enim tẽpus suppetit:ueniã ad eos quos uidimus/quibus cum sumus cõuersati. Tres qui fama celebriores adducã in medium ut eos cum priscis illis gẽtibus etiã cõferamus:Angelũ Politianũ: Hermolaũ Barbarũ:Ioannẽ Picum Mirandulã patruũ undecunq̃ doctissimũ: Sunt & reliqui & docti & eruditi/& facundissimi:sed de his tantũ loquemur ad præsens: primus in ep̃lis oẽs priscos expræssit/in Miscellaneis Gelliũ fœliciter imitatus:In Herodiani uertẽda historiã Tulliũ Liuio adglutinauit:& si ad carmina flectamur latinis uersibus Vergilio minatus est in silua illa/ cui titulus Rusticus : In Rithmis præterea ethruscis Franciscũ Petrarchã/& Dantẽ elegantia & ui poetica/ nec scriptura tantum/sed pictura earũ rerũ quas exprimit/ facile equauit : Hermolaus in ep̃lis Plinium Tullio fere coniũxit/ut.s.familiarissimo stilo & facili non fastiditus lector & acutas Plinij s̃nias & Apulei uerba depræhẽdat/ac ut fusco quodã & aspero caractere non rumpat eloquẽtia Tullij aliquãdo medetur: In Themistio transferendo subtilissimas illas spectatiuæ philosophię partes adeo copiosæ/adeo limatę/adeo Romanæ/prçter paucula e gręco eloquio in latinũ trãstulit/ut Ciceronis in orationis ꝑspicuitate facũdiã agnoscas/& Gellij obseruatiõibus elaboratã/& Plinij maturitate uallatã/& Apulei blãdimentis concinatã. Sed de Pico nr̃o nunq̃ satis laudato/qđ dixerim/qui & Tullij flumina expræssit/& Liuij eloquentiã æquauit / & uerborũ ꝓprietates a secũdo Gellio/Apuleio/aut mutuauit ita/aut uẽdicauit/ut & facilitatẽ Ciceronis sine exossatione/ aut eneruatiõe/ & Titi lacteũ flumen sine patauinitate/& Lucij ipsius Gellij atq̃ secundi ꝓprietates/ argutiã/ flores/ꝑblãditias/ sine fastidio/sine affectatione cognoscas:At nõ in historia Romana / nõ in Asino

aureo/nō in vulgata philosophia cōcinnāda laborauit: sed in mundi exordio desudauit: in defensandis theologicis qōnibus elucubrauit: in taxādis ecclīæ hostibus anxius pugnauit: in leniēdis quoqꝫ amicis & comonēdis cōmētatus est/quas equidē si ascribēdis Galleotti pr̄is epl̄is parūper feriatus aspexeris/ & ad pristina hūanitatis studia lēgo q̄si postliminio redieris/me nihil mētitū pspicies in uniuersum aūt/si in antiqs cādorē illū puriorē contēplaberis/in istis coloratius fortasse tectoriū/& crebriores acutioresqꝫ sn̄ias/addo doctiores / addo etiā sanctiores aīaduertes/nec in nr̄i seculi pariēdis īgeniꝭs effętā defecisse naturā cōspicaberis: Quare nō deerūt posteris latinæ lr̄æ/ꝓximo seculo cōscriptæ/ nō rerū cognitio deerit/modo adsit in deū nostrū/qui nos effinxit/qui redemit pietas atqꝫ religio. Vale.

¶ Ioan. Franciscus Picus : Ioanni Bap. Taru. Sal.

e Pistola tua nr̄æ amicitiæ fastigiū imposuit/cuius fundamēta pridem iacta fuere: Nam quæ me tibi & in patrē beniuolētia / & in domū nostrā officia olim cōciliarūt/nunc ipsa & humanitate/& eruditione referta epl̄a arctissime deuinxit: Perceperā em̄ aliorū relatu/qua prudētia/ quo amore te in causa nr̄a gessisti/q̄ tpe apud Blanchā matrē ꝓ senatu Veneto agebas legatus/pr̄e in Ethruria militāte/nec poterā tū ꝑ ętatē tenellā/plene ꝑpendere qd̄ fideli postea grandior factus narratiōe hausi : quanqꝫ succurrebat quoqꝫ non nihil eorū q̄ abs te dum hic esses memorari audierā/de multarū terræ partiū/quas peragrasti cōditione : fit.n. plerūqꝫ ut pueri: quanqꝫ forte bellariꝭs intenti/ quæ in cōuiuiꝭs recensent̄ mandēt memoriæ/ut est ætas illa noscendi auida & plurimū admiratrix / tum etiam tenax eorum præsertim quæ ipsam in stuporē ꝑuehunt: Memini adhuc de siluestribus quibusdā equis a te sermonē habitū/qui in siluis illis inaccessis/ & sub Schitico orbe remotissimis degūt gregatim stabulātes/& numero fidē nō capiēti per auia uenatorū aspectus fugitantes : Quare nō solum relatione/ sed & sensu ipso nō nihil tui memorię retinui confirmatū postea/cum parentū/tum familiariū sermonibus celebribus quidē/& grati animi signa indicantibus: ut nosceres non mandata obliuioni/quæ quanqꝫ alieno noīe/tua tamen uirtute in nostrā domū officia perstiterunt: Hanc itaqꝫ per hunc modū initiatā amiciciā cōsumauit epistola / & eruditionis & amoris plena/ingentiqꝫ gaudio me affecit/cum ex ea coniecerim quanti facias opera patrui: Nāqꝫ non possum multas obcausas nō gaudere / eius doctrinā extolli/nec illos nō magnopere diligere/qui ei addicti sunt: Spero quoqꝫ futurum annuente deo optimo maximo/ut nostri hoīes uideant de litterarum studiꝭs quæ hactenus nec præsens/nec priora sæcula uiderūt: neqꝫ id in philosophia solum & theologia/cuius pridē vulgata noticia & cōmunis usus/sed in sacris eloquiorū interpretamentis/sed ī eis etiā quæ mystica nuncupant̄ a paucioribus ꝑtractata. Sed & de ipso amore cœlestiū / ad quē tam&si nō nulli diuina suffragante gratia sine librorū adminiculis peruenire queāt: multū tamen & dogmata & hortationes faciunt: His enim studiꝭs postremis uitę annis se Picus mancipauerat : quanqꝫ non cessaret æditiones philosophicarū methaphisicarūqꝫ cōmentationū maturare: qd̄ onus nunc nostris incumbit humeris: & licet ad id ꝓ uiribus ferendū aīatus essem & iugiter instrumenta pararē pro ædificio euehendo: flamarūt tamen me adhortationes tuæ/& uiriū & roboris aliqd attulerūt: si qd eorū ueniet in lucē/ qd̄ faciē doctis ostēdere queat/ad te & patrui & mei amantissimū mittent̄ : Interim duo iā pridē ædita uolumina per litteras tuas efflagitata/legere poteris q̄ Sigismūdo nr̄o Vrbinati tradidi/ad te q̄ citius fieri possit deferenda: Vale & me ama.

¶ Ioannes Franciscus Picus Miran. Sigismundo Vrbinati. Sal.

r Edditę mihi & tuæ/& Io. Bap. Taru. litteræ simul fuerũt: ex ijs gaudiũ/ ex illis mœrorẽ cõcepi: qñ & illũ ita patrui detentũ studio pcępi: ut eius monumẽta ipensissime postulet & te articulari grauatũ morbo (ita libet apellare) intellexi: nec. n. in psentia distillationẽ a te noiatã aliter nũcupabimus: utcũq; se res habeãt: Tibicines sunt senectutis canẽtes receptui: Mitto ad te monumenta patrui/ut tua opa ad Io. Bap. q̃ totius deferant. Cęterũ si apud te habes epl'am illã Io. cognomẽto chrysostomi de cœna dñi/i latinũ a Donato vsam ad me mittas uelim: Vale.

¶ Ioannes Fran. Picus: Bartho. Fau. Sal.

q Vod prioribus meis litteris nõ responderis boni semp consulendũ duxi/ cũ quia ex re ita faciendũ arbitrabar: tũ quia (qđ & scribis) gratis te in pugnari sciebã: Ex fidelibus. n. audiuerã/ quãta i te ueritatis hostes molirent/ quorũ aliquos falli libẽter uellemus pœnas pẽdere nõ difficulter putaueris: intelligi abs te credo/sin minus parũ refert: sed, p oibus orandũ/ Os. n. nr̃m & caro nr̃a sũt si tñ q exierũt ex nobis erãt ex nobis: suos. n. hostes/rex nr̃ Christus debellaturus est: aut miscđię dextra/ aut iusticiæ sinistra. Optandũ igit rogandũq; ut amici fiet. Quod ad illũ amicũ attinet scias uelim cõmendaticias a me lr̃as eũ nõ ipetrasse/sed rogasse epl'as/& sui ai indicatrices/& tui exploratrices: ob id em̃ quod alij perperam interpræta ti hac de re eius uerba fuerãt mearũ litterarũ testimoniũ efflagitauit: simulq; fieri certior optauit an per te, ppensissimi uoti sui compos euadere facile posset: Auere em̃ supra modũ (quantũ equidẽ coniectura assequi possum) se arctius Christo addicere ut impensius diligat/& sui penitus oblitus alteriusq; arbitrio mancipatus eidẽ uniat: si tamẽ excedi modus hic possit/cũ amandi dei modus sit/ut sine mõ amet Rogo sed ex me ut hoiem uoto huic sanctissimo inhiantẽ puehas: Accessurũ eũ aliqñ opinor multis cũ socijs/ad uineã dñi/sub te uinitore excolendã: Vale nr̃i nunq; imemor in tuis precibus ad deũ. Mirã. v. Kal. Februa.

¶ Ioan. Eran. Picus: Miran. Mattheo lang: Præposito Aug. & admi. Sal.

p Otuissẽ uacuus reuerti ad Cæsarẽ malui dare lr̃as/quia nõ erubescunt/ex q̃bus rescies nihil actũ esse in re mea: Tu, p tua in oẽs humanitate/& in me beniuolẽtia curabis ne frustrer uoto: paruo cõstat/qđ petimus: qd si aceruos pecuniæ: qd si numerosum exercitũ: q̃ quanq; magna sunt/maiora tñ debent seruatæ fidei/&, ppensissimę uolũtati: adde iusticiã/adde principis honorẽ: tuus iã sum da operã/ut magis fiam: Laconice scripsi/& pene cecutiẽs: sed tibi linea, p scedula: Vale mei memor: Ex Argentina. iiij. Kalẽ. Maias. M. D. v.

¶ Ioan. Fran. Picus: E. St. Sal.

q Vantũ gaudij ex epl'a tua cõcepi ob eã operã/ quã se R. nr̃ nauaturũ spopõdit in examinãda lucubraciũcula nr̃a/tantũ mœroris: May: attulerunt lr̃æ q̃bus significatũ est eã a iudice absolutã nocentẽ potius q̃ dãnatã: uellẽ equidẽ q digna castigatiõe depræhẽdit: aut uerubus cõfodisset/aut saltẽ censoria uirgula notauisset. Rogo iterũ adeas hoiem/ac si fieri potest aliqua erratorũ eorum memoria retenta/& si nõ demãdata chartis oino exigas/q̃ mihi postea palam facias/ut uel utilitati/uel decori opis cõsuli possit/ de eo aũt qđ añ tuũ hinc discessi

ſum collocuti ſumus/habere te ratione͞ oportet & eius i primis qd ſæpius monui tenore͞ uitæ tibi reformandū/optimeq͞ inſtituendū/ dedecere oe͞s potiſſimū lr͞atū hoiem ſeq͞ ſenſum rōne abiecta: Cauendū q͞ maxime a carnis illecebris / q̄ ueluti poculis Circeis hoi͞es deformant in bruta habendū ratione͞ bn͞ficiorū dei/q̄ in nos extiterūt/& tot ꝓfecto & tāta ut ea nec p̄ magnitudine cape/ nec p̄ multitudine colligere ſatis q̄amus/deſerēda hęc q̄ adeo efficte depīmus: dādas nocētibus pœnas in ſub terraneis locis/ac reliqua huiuſmodi/& tibi coram ꝓlata & cōmentaciūcula illa noſtra ꝑ uirili explicata:Oro etiā ſtilū uertas ad exornandā ueritate͞ fabellis exploſis quibus tua carmina ſplendidiſſima dehoneſtant magis q͞ decorent: Illa inq͞ dubia facie͞tia carmina palmā:potes meo iudicio(ne credas me adulari ex aīo ꝓfero antiq͞tate͞ illā & Vergiliana ſæcula laceſſere: Epigrāmatis Martiale͞ ſupare/ atq͞ etiā/quanq͞ forte id nō ferret Marullus æquare Catullū cū Tibullo / Ouidio Elegia te poſſe contendere & uincere/quis ſane me͞tis addubitauerit ſi p̄ſertim repudiato obſcęna materia qua illi gloriā ſibi ue͞dicare ſatagebāt / ſanctā & diuinā excolueris: Sed ut de elegis taceā/ in q̄bus maior fieret cū antiq̄s cōtrouerſia: q͞q͞ forte prælio nō ſuccūberes/ quantū attinet ad heroicū/non uideo a quo p̄cellaris: qua prꝓter tibi ſumope caēdū ne diuino abutaris dono/ neue ipſum ingenij talentū/a ſummo illo patrefamilias/ut recte negocieris acceptū deprehendaris/non modo terrena ſcrobe abſcondiſſe/ſed in ipſo etiam cœno merſauiſſe. Vale.

¶Ioan.Fran.Picus:Archiepiſcopo Toll. Sal.

SOlent doctrina morū ſanctitas authoritaſq͞ multū obtinere uiriū/ad cōciliandū aīos/trahēdoſq͞ in beniuolentiā uel ignotos atq͞ etiā eos/qui maxima locorū intercapedine dirimunt:Illa quide͞ prior philoſophos, uiros/altera etiā chriſtianos/poſtrema uero actuoſe deditos uitę & negotijs uacātes illicit: Similitudo primā copulā/ſecundā charitas/tertiā utilitas & cōmoditas parit: Et ſi cui hę oe͞s inſūt res/oīs penitus hoi͞es ad ſe trahit.Cū aūt in te ſint/ & ad tui dilectione͞/uaſta illa terrarū ſpacia traxerūt:mirū tibi uideri nō debet/ ſi & Italos quoq͞ uiros i Germania degētes & cōmoueāt & trahāt.Quorſū hæc:ut plane itelligas me tibi tā addictū q͞ q̄ maxime/& ob tui noi͞s claritate͞ iā diu fama ad me ꝓlatā: & ob colloq̄a de te cū G.A.tuorꝫ regū ad cęſare͞ oratore nec ſemel habita:cui & ob ueterē inter nos amicitiā/& ob igenuū eius/ & doctrinā p̄mā fide͞ nō h͞re nō potui.Et quanq͞ nec philoſophus ſim/nec ope chr͞ianus(ut cupio)nec negocioſus: Eo tn͞ q͞ & alij ꝓductus ſum:cū harū rerū umbrā fortaſſe tenere uidear: Illud cōſtantiſſimū eſt/uelle me & ſumope cupe re ipſa ſecūdā:primā pui:tertiā minimi faciēdā cenſemus:Hahes itaq͞ me/de q̄ oīa q̄cunq͞ ip̄emet poſſum facile potes: pl͞a corā hac de re tecū.A.nr͞:Reliquū ꝓ tua q̄ & oe͞s cōplectēdi hoi͞es ſūt in me: charitate te oratū uelim/ut ſp̄ in tuis ad deū p̄cibus memor ſis mei/ꝓ mea aut i te memineris obſecro & authoritate͞ iſtā/& terrenā gl͞iam inſtar fumi euaneſcere/ ſoluq͞ illud habituros nos peculij/qd hoc tremebūdo p͞ntis uitæ pelago ſupato/in Hieroſolymā illā matre͞ noſtrā inferemus humilitatis & charitatis uehiculis/ q̄bus ſpiritalis pr͞ ille tuus Frāciſcus excelle͞tiſſimus uſus e͞:ſed ſat iā ſupq͞/ne ſus Mineruā/ut ꝓuerbio uſurpatū eſt. Vale pater ampliſſime: Ex Auguſta Vindelicorū. xij.kal.Decemb.

¶Ioannes Franciſcus Picus.

PRoperāti iſtuc Stratioti bernhardino lr͞as ad te dedi/tumultuāti me͞te & calamo cōceptas & exaratas/ſignificauiq͞ diuturna me expectatiōe macera tū expēſiſq͞ & icōmodis multis cōfectū nullo aliorꝫ cōmodo/ſed & bonā

ex uerbis Cæſaris conceptã ſpẽ iuuari abs te oportere: quãdoquidẽ ꝑter iuſtę cau
ſæ ſuſceptũ patrociniũ nunꝗ̃ pœnitendũ: futurũ etiã/ ut me tibi ꝑpetuo obligares
deuincireſqꝫ: a quo abforet ſemꝑ male grati erga te animi uitiũ/ ſi litterę redditę ſũt
hæc illis inerãt/ ſin minus ea ipſa nũc tenes: cũ aũt ad hãc diẽ non dũ liqueat Sena-
tuſcõſulto/ cõferendũ in me ſit/ qđ a Cæſare petij nec ne/ & ex longeuo iſto mõtis
partu/ neſcio q̄d exierit/ nõ ſatis aut iuſtæ petitiõi/ aut Cæſari clementię facilitatiqꝫ
cõſentaneũ: ad te uentũ ẽ/ uti ope tua iformia hęc/ & abortiua afformes matureſqꝫ
Mitto ꝓpterea ad Cæſarẽ/ & ad te Ioan. Frãciſcũ hũc a ſecretis meũ/ q & haſce me-
as defert/ a quo intelliges & ꝗ̃ iuſta poſtulatio ſit/ & ꝗ̃ Cæſare digna conceſſio/ ꝗ̃
ꝙ(ni uoti fiã cõpos) & mihi & oĩbus alijs de Cæſare meritis adempta ſit oĩs ſperã-
di facultas: Quæſo te ut nõ abſis meis rebus qui ſemper adfuiſti: Aderis aũt/ ſi &
auditum a Cæſare & exauditum ad me ita remittas/ ut hoc in negotio præter eam
quam ipſe præſtiteris: alterius ope non indigeat.

¶ Ioan. Fran. Picus/ fratri Baptiſtę mantuano Carmelitæ. Sal.

n Eſcio an magis tibi gratulor/ an mihi gaudeam/ qñ diſputationũ Ioan. Pici
noſtri aduerſus Aſtrologos ab exemplari litturato multaſqꝫ in partes di-
ſcerpto oẽs pene libros eruerimus: de quibus recuperãdis ſpẽ omnẽ euo
lutis tẽporibus amiſeramus: id tamẽ operis nõ ſine & mea & Ioan. May. noſtri p̄-
ſtantis philoſophi huic excerpendi muneri a me pręfecti & diligentia & labore fa
ctitatũ eſt: horũ librorũ lectione puto te non tã gauiſurũ ꝙ peſtẽ hanc bonis inge
nijs pernitioſam patruus ille noſter extinxerit/ ꝗ̃ de Aſtrologorũ uanitate forte ri
ſurũ: Cũ ſane aĩaduerſurus ſis monſtroſam hãc perſuaſionẽ nullis fultã ſubſidijs
per Barbarorũ ꝓuincias/ ꝑ Grætiã/ per latiũ euagaſſe inanibus tm̃ noĩbus adiutã:
perſpicies magnos illos orbes tot præconijs celebratos mera fuiſſe ſomnia: cernes
magnas illas cõiunctiões minus eſſe ꝗ̃ nihil: quibus huius uanitatis ꝓfeſſores nõ
uerent̃ adſcribere Moſi: Acta Chriſti dei noſtri ortũ & cætera/ q̄ præ ſui magnitu
dine ſtuporẽ cõcitarũt hoĩbus: horarũ electiões exſibilãdas eſſe nugas manifeſte
depræhẽdes: Sed de domorũ efficiẽtia/ de planetarũ exaltatiõe/ deqꝫ reliquis id ge
nus figmẽtis iudicaturus ſis oĩno nõ video/ niſi ueniã dandã eſſet: fortaſſe his qui
Aſtrologicę ſupſtitioni hactenus hoc nõ ꝑlecto volumine fidẽ præſtiterũt: At his
qui obſtinato aĩo guſtata illius lectione ĩ eius fide ꝑdurãt: Conſulendũ eſſe ut Hi
pocratẽ cõſulãt/ emãtqꝫ ſibi ꝗ̃ totius oẽ ſi fieri põt Anticyræ eleborũ: O hoĩem in-
cõparabilẽ/ ubiqꝫ ſũmus orator eſt/ ubiqꝫ philoſophus atqꝫ theologus cõſumatus
ubiqꝫ ꝓpria nõ aliena meditata diſſeminãs: uis dicã breuius: Vbiqꝫ Io. Picus toti-
es a te & a tui ſĩlibus doctiſſimis hoĩbus/ acerrimoqꝫ iudicio/ nõ tã laudatus: ꝗ̃ prę
faſtigio tãtę doctrinę/ tãtarũ ſciaꝝ/ & ingenij illius ſupeminẽtis maximis p̄conijs
celebratus: Cæterũ te nolo latere eius enarratiões pl̃imas ĩ ſacra eloq̄a uẽturas in
lucẽ: Qua ꝓpter diu cogitaui/ an cũcta patrui opa(ſurgẽt. n. ĩ magnũ uolumẽ) poſt
ꝗ̃ iprĕſſa fuerit cateruatĩ exire debeãt/ an cõſultius futurũ ſit/ ut ipa ĩ tris libros par
tiar: ut. ſ. primus ex eius opuſculis q̄ diſſepatas/ nec ſibi ipſis cohærentes materias
cõcernũt cõpilatus ſit/ atqꝫ cõnexus: Secũdo Heptaplũ in exordia Geneſis/ & quę
ad ſacra ꝑtinẽt eloquia/ cõfutatõibus Aſtrologoꝝ tertiũ locũ obtinẽtibus/ hiſceqꝫ
duobus uita etiã nũ a me cõſcripta/ & teſtimonia doctoꝝ hoĩm adnectat̃: iudiciũ
tuũ ſuꝑ hac cõtrouerſia exopto: Reliquũ ẽ ut ad Mutinẽſis agri tui ordinis uiſitã
da cęnobia ꝓfectũ acceleres: q̄ huc etiã applices/ & Pici nr̃i noua opa ꝑſpicias: ſpe
ro nihil te pigebit itineris; ſed oblitus erã: uide in quẽ errorẽ inciderã te certiorem

reddere/non modo operā patruū dedisse/ut peculiaribus libris ad hoc destinatis
demonstraret: Abrogandā esse penitus omnē Astrologis fidē/ verū etiā quo de
nostrorū hoīm cordibus malū omne gramē euelleret/ illorū se fecisse interprætē:
Centū enim Ptolomei fructus(quos centiloquiū vulgo nūcupamus)e gręco in la
tinum sermonē uertit/& pulcherrima expositione honestauit/hoc cōsilio: ut deli-
ris illis capitibus ostenderet:præterq̄ ꝙ Astrologia merū sit figmentū/merū ī eru
ditis præstigū/librū eorū principis tot sæculis excultū/& fere adoratū/vulgata illa
translatiōe plura (ut ita dixerim)cōtinuisse errata q̄ uerba: tanto Baptista exulto
gaudio/ut uix me contineā/ cum hostē hunc ecclīæ infensissimū/ & exitiale uirus
bonis ingenijs/ uictū omni ex parte & debellatū exulare statim sit necesse/ ne am-
plius humanū genus(ut ille inquit)damnet caligo futuri: Hinc maxime assecutus
sum cōiectura theologorū/sententiā illā ueritate fulciri/dānatos uidelicet ad æter-
num ignē/maiore affici pœna/ob diuinæ uisionis carentiā/ in qua oīs est bonitas/
omnis ueritas/omīs sapiētia/q̄ ob calorē illum nimiū/ ad quē(ut ait Iob) transibūt
ex aquis niuiū:quando ne ueritas hæc ab hoīe excogitata/ ab hominū mentibus
aboleret/nescio quid erūnarū/ꝗd calamitatū/ꝗd pœnarū/pati non mallem: Mitto
ad te argumentū libro ipsi ꝓstituendum:qđ si somnū redolebit/scito illud hesterna
nocte/prius.s.q̄ ante diluculum e lecto surgerem excogitatū a me esse/ & magna
ex parte conscriptum: Vale/ & deum pro me & tota familia supplex exorato.
Mirandu. Kalen. Februa.

EPISTOLARVM LIBER QVARTVS.

¶Ioan.Franciscus:Picus Miran.Dn̄s/& Comes Cōcordiæ Thomæ Vuolphio
Iuniori/Decretorum doctori/ Columbariæq; vrbis Præposito. Sal.

t

Antin me facis Vuolphi ut ardēter adeo mea scripta concupiscas? An
potius cognominis ferę/ in morē quicꝗd litterarū habere potes abligu
ris/ut illa quicquid carniū: Tanta.s.ingluuie ut si hæ desint terrā quoq;
rapiat & uoret:in hoc tu certe dissimilis ꝙ illa ob eximiā edendi rabiem
sibi/tu ob egregiam humanitatē alijs consulis/aut te consulturū existimas/siqdem
multis pene conuitijs efflagitasti ut elucubrationū mearū cōplures ad te deferen-
das curaremus/nec sola uerborū sponsione tā&si eam nunq; fefellimus/bn̄ tibi &
satis actū existimasti/quippe q me idētidē dū qn̄q; subitariū cōuiuā haberes exti
mulasti/ut id scriptis etiā testaremur/ quo ꝑter consciæ testimoniū/ iactura quoq;
nr̄æ æstimatiōis fieret/ni ꝓmissum impleremus/qđ ne nō in oībus tibi gratificare-
mur effecimus. Tāti mihi cōstitit Collauri nr̄i(quo Cæsar a secretis & a manu utit̄)
mora quā nec eximia diligētia debellare potui qn Argētoraci tenerer ꝑter spem/
& tuā domū in q̄ hospitabat̄ frequēter uenirē/ sed parco eius negligentiæ mō im
portunitati meæ ille pepercerit/quanq; ea q̄ alioquin importunitas diceret̄/si tardi
tas negotio ꝑiculū intulerit/diligētia nuncupari debet/ & q̄ negligētia inociosissi-
mo nūcupāda esset/in occupatissimo nec morę quidē noīe cēsenda est:hūc in mo-
dū utriq; a calūnia liberari posse uidemur/tu uero q defēdi possis plane nō uideo
ne mihi sis iniurius qui ꝑ lr̄as/& ꝑ Philesiū nr̄m imaturū potius q̄ ꝓmaturū ꝓmis-
sum exigis. Quo fit ut mihi uix liberū sit notā effugere:Si morē gessero ruditatis
forte culpabor:sin minus ab intempestiuo exactore in pœnā uiolatæ fidei depo-
scar/Morem itaq; geram/ꝙ si alterius accusabor tu & iureconsultus & ueluti reus
euictionis causam/remq; tueberis. Accipe igitur mea omnia/quæ litteris ad hunc

usq; annũ etatis nostræ sextũ supra trigesimũ absolui/præter defensiones nõnul-
las diu perscriptas / quorũ ut ad te in psentia transferant integra mihi facultas de-
est: promissa mittunt: quæ simul unũ in uolumẽ excudi facies idq; q̃ emendatissi
me. Librorũ aũt seriẽ & ordinẽ ut quis/quẽ precedere/ quẽ quis sequi debeat dele
gandum tibi putauimus: quoniã tu nobis illos extorsisti/ quis enim leget hæc: q̃
siquis forsan / si quis captus amore leget/ hoc mihi uident ordine collocari posse:
ut primo Theoremata de fide excudant quãdo christianis hoĩbus prima omniũ
necessaria est fides: & si tempus etiã spectes diu est q̃ illa parturiuimus q̃uis hæc
alia partu maturiore præcesserint. Adde uniuersam quã nobis in edendis eis pro
posuimus utilitatẽ: Fidei enim cũ expers debet esse nemo etiã e medio/ quin illã p
uiribus amplecti/ tum id præcipue muneris incũbit litteratis qui ppter eruditio-
nem multo sunt aptiores ad imbibenda mysteria: hęc apud te arbitror gratię mul
tum habitura q̃ tuæ pfessionis dogmata & enarrant/ & citãt libenter. Neq; enim
theologi solũ sed & canonũ sacrorũ interpretes: q̃ fidei sunt summa cura & nosse
& cõscribere & interptari decet: apud quos cũ alias sparsim/ tum in ipso quasi p-
fessionis limine de summa trinitate & fide catholica dogmata proponunt. Quæ
utilius multo excolerentur: q̃ supuacuę illę contentiões & lucri cupida cõsilia qui
bus multi exagitant. Cæterũ christiano iam hoĩ/& qui fidelia fundamenta iecerit:
opus est/ne sensu distrahatur ne uanis ludatur imaginibus: sed habeat quæ men
te salubriter uerset: Quapropter liber unus de imaginatiõe/& duo de morte Chri
sti & ppria cogitanda, non nullas illi suppetias afferẽt: At cum semp meditari/ nõ
detur sed legere/sed uersari litteras homini presertim erudito huic libri duo de stu
dio diuinæ & humanæ philosophiæ quid agendũ quoquo modo insinuauerint
Quoniã uero humana sæpenumero curiositas metas egredit nec sciẽtia contẽta
præsciẽtiã affectat præsensionẽq; rerũ futurarũ: eaq; interdũ superstitiose cõquirit
multifarie delirans, ppterea noue de rerũ prænotione libri optime sequent: qbus
pro ueritate religionis aduersus supstitiosas uanitates & noxia deliramenta cer-
tauimus: quanq; id uoluminis alios oẽs precedere uel his ratoibus posset/quoniã
reijcere superstitiones qui eis inuoluti sunt in primis debẽt: sed & de prænotione
agitur etiã diuina & pphetia ex qua nr̃a plurimũ depẽdet fides/ istis adnectere q̃-
ueris librũ de uita Ioã. Pici patrui quẽ morte nobis ĩmatura præreptũ quantũ fuit
dolor & tulit ueritas laudauimus. Exin pro eius libro de uno & ente quã scripsi-
mus defensionẽ & argumenta in epl'as eius & in libros duodecim aduersus astro
logiam quæ oĩa post eius mortẽ ab hinc ferme nouenniũ a nobis reparata publi-
cauimus. Post hæc libri quattuor epistolarũ uarij generis libros qñ eos etiã exqui
ris/ut tibi mittã/si libuerit/apposueris. Necnõ expositionẽ in textũ Hilarij q̃ repo-
nit in decretis pontificijs de conse. distinc. ij. Agmen claudet Iustini philosophi &
martyris liber quẽ de græco transtulimus. Sed qm̃ lectoris stomachus tantis for-
san epulis paræ opiparis & splẽdidis onerabit/postremo ceu bellaria & tragemata
secũdis accepta mensis Staurostichon legeẽ heroico carmine de mysterijs in Ger-
maniã uestrã delapsis: quod si fastidiũ non tollet/ut pote minus illitũ saccharo le-
uabit saltẽ opinor/cũ ob numerorũ quã secũ defert harmoniã/tũ nouitate rei & ue
ritate: cui tu amplissimũ arbitror testimoniũ reddideris: Quæ uno cõpræhẽsa uo-
lumine magno (arbitror) si placuisse studiosis animaduertero / excitabor ad alia
quæ in manus habeo procudenda/quorũ pars paucos mallei experta ictus/pars
multã præssit incudẽ / pars ad umbilicũ fere deducta est: ea tum ut mihi ipsi alio-
quin nõ impigro subdã calcaria tibi recensebo tum ut si eis q̃ trahis e manibus nõ
delectaberis eorũ q̃ retinemus spe fortassis recreere. Particularis quedã historia

illis compar opuſculis.quæ tã&ſi edita ſunt ad pręſens efficere nequiui ut eorum
compos fieres/ſimul poſtea potieris: Theophraſti liber de igni latio donatus. De
hiſtoria meorũ temporũ uniuerſa quæ in multos annos protendet. De prouidẽ-
tia liber/quã ab omni etiã natione atq; ab ijs ipſis qui credunt a pleriſq; impij phi
loſophis exiſtimatã mõſtrare cõſiliũ eſt:ne dum ſacris litteris narratã/ & noſtrorũ
theologorũ ualidiſſimis ratiõibus aſſertã. De dialectica ad filiũ libros quinq; : ſed
& animũ aliqñ appulerã ad ſcribendũ uniuerſæ philoſophiæ confectariũ:uerum
qm̃ id muneris cum Græcis tum Latinis auctoribus multifariã tractatũ ſciebã ad
hanc diẽ abſtinui: logicem ſolã amplexus quæ ut comode & latine pſcriberetur
deſyderabat a multis : id ipm oneris libẽter obiui/ tũ q ij q græce neſciunt in latio
uerſati Barbarũ neſcio qd & præpoſterũ cuius ſtridore ſcholarũ ſubſellia frãgunt
ferre nõ poſſunt:& pedẽ ubi cõferre debẽt maxime referũt: Tum ut filio ad iſthęc
ſtudia iã accincto nõ nihil opis afferrẽ. Inſtitui pręterea tres hymnos Hexametro
carmine/unũ abſoluimus.exorſi reliqua quibus uniuerſa pene & diuina & natu-
ralia & moralia præcepta uel cõpræhendent/uel inſinuabunt: hunc ipſum maxi-
me curauit antiquitas ut ſua carmine dogmata traderet:ſed plurimũ id uanis pla-
citis ſacrilegiſq; deorũ cærimonijs fœdauit. Noſtri hac de re nõ nihil egerunt/ſed
& præſſe & curte:quottidianæ dũtaxat diuinę laudis actioni proſpectũ uolentes
nos & ample & fuſe/ q ſi qbus forte minus gratũ fuerit id laboris / ut qui dictitent
ſolere poetas explodi a theologis ſanctiſq; hoibuſq;: ij forte ſententiã mutabũt : ſi
in primis mentẽ eo reuocauerint poetæ nomẽ ęquiuocũ & multiplex haberi: Tũ
illud ſi nouerint eos/qui naturalia/diuina/ res geſtas/ carminibus abſoluerũt. Hi-
ſtoriographos/philoſophos/ theologos magis q̃ poetas cenſeri:ſed & eccleſiæ iu
diciũ ſpectare debebũt/quæ cum aliorũ probet opa theologorũ Sedulij carmẽ he
roicũ inſigni laude pſequitur/exemplũ quoq; ſummi theologi Gregorij Naçian-
çeni ne deſpuãt/qui multa heroico metro uerſuũ milia compoſuit / & illud quoq;
nouerint qd & alias meminimus tantũ abfuiſſe/ ut Hieronymus/ Paulinus/Am-
broſius/alij cum doctrina/tũ moribus & ſanctitate inſignes a carminibus abhor-
ruerint:ut ea etiã nec minimo ſtudio cõdiderint:deq; illis componendis theologi
Bedæ opus memorat/ qd munus cum alij tũ ſummus philoſophorũ Ariſto.obi-
uit:apud Origenẽ Ioſephũ/ſed & ipſum Hieronymũ/Moſem deniq;/Dauidẽ/So
lomonẽ/Eſaiã/Iob / Hieremiã diſcant ſuis libris menſuras carminũ adhibuiſſe: &
ipſi quoq; eccleſiæ ne non audiãt quæſo/quæ hymnos quottidie in auribus fide-
deliũ perſonat quid? q aliquos nouimus q quanq; poetas aliquãdo inceſſerunt/
eoſdẽ tamen ipſos rhithmos ſcimus edidiſſe & alijs ut ipſum facerẽt cõſuluiſſe:qñ
aliud vulgo aliud inter bene inſtituti animi uiros diſſeruerũt:quę ſi quis cõſidera
uerit nobis arbitror nõ ſuccenſebit/ſi poſt centũ & amplius milia uerſuum ſoluta
oratione cõpoſita duo uel tria metro cõpoſuerimus/Sed ut redeam unde diuerti:
poſt diſſerendi artem/poſt naturalia/poſt cognitionẽ diuinorũ uitæq; actiones &
officia noſſe oportet ea quibus in offenſo gradu cœleſte iter ſcãdere poſſimus:ob
id dialogũ cui titulus de ſerena cõſcientia noſtris opibus litterarijs terminũ impo
net ita em(ignoramus autẽ emerſura)decreuimus: interim dabimus operã:ut quę
Ioannes Picus patruus inchoata & impfecta reliquit abſoluamus : qd officiũ tri-
plici de cauſa diſtulimus: tũ q nr̃a forte excidiſſent anio:niſi mandata litteris fuiſ-
ſent quo incõmodo illa priuant diu notata : tũ q ea integra habere nõ potuimus:
nam pter duodecim aduerſus Aſtrologos libros qui fere pfecti ab eo fuerãt: a me
ſtatim nr̃is opibus ĩtermiſſis & reparati & publicati/pauca pterea ſunt/q̃ ullã opis
faciẽ pſe ferãt:pſalmorũ tñ cõmentaria qualia futura fuiſſet nõ nihil cõiectamur

Alia dispersa sunt/nec ad nostras manus libere peruenerūt: Nanq; Antonius patruus cū uniuersa Bibliotheca multa quoq; eius ordinis scripta distraxit: sed quorum potiti sumus aliqua speramus de tenebris eruere: & si ordinarios libros edere ut uotum est nō poterimus/quod sæpe diximus stromata/miscellanea/tomos/aphorismos/rhapsodias cōcinnabimus/ noctes(ut ille) atticas elucubrabimus: q̄ sane si talia euasura confiderē mea industria qualia ille uiuens absoluisset/mea illis uniuersa oīno posthabuissem: id tamē pro eis qđ pro meis ipsis exanclaui laboris subiturus: sed te admonitū uelim ut nec ea quæ in manibus habere dixi/aut me aut a patrui opera si forte ut fit quicq; circūferri audires/ꝑ nr̄is accipias nisi in eorū publicatione meæ pariter ep̄læ testimoniū adfuerit/quo isthæc pariter uolumina citentur: quæ ad te mittimus ueluti fraterna cognataq;. Nam quoniā ea quæ ipsius patrui propria sunt in eis quibusdā scriptis adnexis/ueluti domesticis testibus iam diu in publicū exierūt: Quoniā itē quæ propriæ mea sunt & auctoribus simul & indicis partibus functus nunc misi & hac epistola recensui. æquū pariter est ut aut si qua mea in posterū emittētur/aut quæ nec mea nec patrui/sed utriusq; cōmunia hoc est ab illo cæpta a me consumata fuerint/pari a me pacto signētur enumerēturq; ne aut sub meo aut illius/aut utriusq; noīe supposititij/ac ut iurecōsultis dicit/uulgo q̄siti ꝑ legittimis libris circūferant. Carpi. xxiiij. Nouēb. M.D.v

¶ Ioannes Franciscus Picus: Vdalrico Zasio. iurecōsul. Sal.

i Acturā me fecisse dimensæ Germaniæ putauerim Zasi/ꝙ te de facie non nouerim tanta in te eruditio/tam ꝓpensa in studia uoluntas/tantus amor mei/quæ oīa de tuis illis quas noster attulit Philesius litteris percepi: quibus ut aliqua ex parte respōdeā habeo in primis gratias/ꝙ me dignū existimaueris/cui desiderares in amicitia cōiungi ꝙq; Io. patruo ita uidearis affectus q̄ q̄ maxime: & sane mihi iā diu ꝑsuasi qđ de Ciceronis studiosis refert Fabius cōmodissime de patrui laudatoribus dici & amplificari posse/illū esse & haberi debere uirū in litteris eximiū/cui Ioan. Pici oꝑa magnopē placuerint ni aliud tu mihi doctrinę testimoniū ꝓbuisses tuæ satis in te amando satis in me tibi obligādo fuisset: Adde illa quæ dixi tuarū lectione litterarū hausta. Adde selecta illa uerba q̄ non Rhenū sed Padū/sed Thyberim sed Capitoliū sapiūt/quanq; ut mihi uidet cępit Thybris Rhenū influere/& quanq; prisca illa Romani sermonis puritas Italiā nō dereliqt/tanto tū eam studio Germani colunt/ut prope surripere gestiāt. Ad patruū redeo cuius opera q̄ mors discerpsit cōponi a me/& in integrū restitui suspiras: qd hac in re uelim quid possim & alias a nobis scriptū est: & in p̄sens ad Vuolphiū per epistolā late narratū. Ad quē multa misimus quæ mirū appetis nostrarū uigiliarū monumenta/si tū ea appellatione digna censeri debēt/sed tā & si aliud quicq; hac in re lucrati nō sumus/bene tū actū nobis putamus/ꝙ promissa reluimus/nec est cur amplius debiti iure nos queat expostulare. Misimus nouē de rerū prænotione uolumina. Theoremata de fide/de imaginatione librū/tralatū e Græco in Latinam linguā Iustini philosophi & martyris uolumē/de mysterijs crucis in Germaniam cœlo lapsis carmē Heroicū. Epistolarū libros quattuor. Enarrationē in particulam textus Hilarij quā inter pontificia decreta reposuit Gratianus & alia pleraq; olim formis excussa. Quid itē sint ī manibus/uel inchoata uel minime polita significauimus/& utinā illi quoq; qđ suggeris oneri ius ciuile in rem latinā restituendi par esse possem. Sed id tibi potiori adeo iure incūbit/qui & uelis & possis & cæperis/perge oro fœdos istos tam ciuiliū q̄ pontificiarū legū corruptores cō-

cutere/distrahere/eliminare/interim nos a molestissimis curis respirandi beneficiũ
a deo optimo maximo præstabit͂ Maiori alacritate & studio rem cæptã ad calcẽ
perducemus p̃stituri qđ ꝑmisimus & si eã fortasse quã cupemus opẽ rei lr̃arię nõ
laturi/tibi saltẽ & amicis reliquis gratũ facturi. Vale Carpi.xxi.Nouẽb. M.D.v.

¶Ioan.Fran.Picus:Mirañ.Mariæ Magdalenæ Sorori. Sal.

n On possum nõ ingratus uideri Soror charissima / qui tibi sacræ religioni
iam pridẽ initiatæ litteris meis gratulari distulerim/& eo amplius cũ ab te
multifariã & Hieronymo Hispano/qui cęnobiĳ uestri curã gerit/pręterita
hyeme per litteras inuitatus fuerim/ut aliqua tibi mitterẽ/ quę tuũ cęptũ extollerẽt
& accenso in te Christi igni fomẽta suggererẽt:uerũ plurimis de causis silentiũ te⸗
nui/tũ ꝙ ea in me nõ esset ad obeundũ id muneris facultas quã charitas/ qua te cõ
plector/& satis faciendi desyderiũ expostularẽt/tum ꝙ mihi sup̲uacaneũ uidebat͂
eam tibi uelle monstrare bene uiuendi normã/quæ a te pridẽ ardẽtissime comple
xa esset a me uero uix tẽtata/utpote eã uelle instruere/uerbis cuius fuerã & instru⸗
ctus & cõmonefactus exemplis. Accedebat ꝙ eam erã prouinciã subiturus infi⸗
mus tyrunculus adhuc ꝗ͂ fortissimus undecunq; miles Ioan.Picus.f. patruus no⸗
ster/minimo minus abhorruerat. Verũtamẽ nouo rogatu tuo/dum Ferrariæ nup̃
essem/precibusq; deuinctus ꝑmisi qđ detrectauerã adimplere/& ut fraternæ cha⸗
ritati obsequerer/ & patri spirituali tuo morẽ gererẽ/ratus calumniã inepte scribẽ
di & temerarie ꝗ͂ negligẽdi tui & posthabendi ꝑmissa citius eligendã/cõfidens ꝙ
si facultas nõ dabit͂ compte & ornate dicẽdi/syncerũ tñ animũ & amorẽ suppetias
ad dicendũ allaturos. Gratulãdũ uero tibi potius ꝗ͂ cõsulendũ cẽsui/tũ ꝙ a te ipsa
a doctoribus sacris præcepta salubria ita haurire / ꝗ͂ ego ex his excepta ad te trãs
mittere potens es in diui Francisci præsertim uita sub quo cœlestia meres stipen⸗
dia/eã ipsam q̲a impẽsissime efflagitasti/ad te in pręsentia mitto libẽtissime/qua le⸗
ctione quid tibi sectandũ/ quidve fugiẽdum satis in parte cognosces / & ideo alio
hortatu ad subeunda religionis munera/parũ eges/multasq; habes sorores in Cæ
nobio & matres uelut exẽplaria/q̃bus diebus singulis uitã tuã & mores effingas
Gaudeamus igitur in dño charissima soror / iugiq; cõtemplatione consideremus
quãta deus fecerit animæ tuæ/qui tibi nõ solũ iter perfectionis ostenderit: uerum
etiã intra ianuã perfectionis(ut ita dixerim)constituerit:deserueris fratres/relique⸗
ris parẽtes/mundũq; & oĩa eius blandimẽta contempseris/& euolaueris nuda ad
crucis uexillũ. O fœlices animas quibus a deo optimo donat͂/ ut paupertatis con
silium eligãt/ut pro uili & minima portione derelicta/centenã mercedẽ recipiãt/&
in æterna gloriæ sublimitate Christi cohęredes efficiantur. O iterũ fœlices/quibus
datur ut uadũ hoc plenũ miseriæ/plenũ erũnarũ relictis sarcinis cymba ligni cru⸗
cis euecta pertranseãt:Quid enim potest in uado mundi huius miseri q̲etis solidę
reperiri a fœminis præsertim/quæ si iugate fuerint continuũ illis quasi belli simu⸗
lachrũ/cum uiris semp̲ indicit͂:uel ob uiolati tori supræmas angustias: uel ob iur⸗
gia rei familiaris administrandæ:in qua(ut ait Cicero) diligentia plena erumnarũ/
negligentia uituperationũ:sterilitatẽ omitto:Omitto infœlices abortiuorũ partus
filiorũ omitto/ & mariti funera:quibus nil infœlicius/nil & miserius orbatæ cõiu⸗
ges uidere possunt diuitũ/postremo post uiri obitus/ oppræssiones : quibus angi
desolatæ consueuerũt:Hi fructus sunt mundi soror:Hæc sunt oblectamenta/quę
si intimo cordis affectu/piaq; mente/contẽplata fueris:poteris cũ ꝓpheta exclama
re:Dirupisti uincula mea dñe/tibi sacrificabo hostiã laudis : & nomẽ dñi inuoca⸗

bo: quia eduxisti me de lacu miserie/ & de luto fecis: & constituisti supra petrã pe-
des meos. Parte alia si mentis oculis cernes/ quæ spiritalia cõmoda/ quæve gaudia
tibi mundi fuga cõtulerit/ & ꝙ bonũ & iucundũ sit Sorores in unũ degere: Dole-
bis profecto in cæno huius nostræ miseriæ/ tam diu tuas plantas hæsisse: & alias
quas cognouisti in mundo ad locũ illũ inuitabis ut uideãt & gustent/ ꝙ suauis est
dñs/ ꝙ fœlix Christi iugũ: quanta sit in religione tranquillitas/ quãta securitas/ & in
qua hoĩbus id facilius conseq̃ datur/ ad qđ creati sunt: Ibi nãq; possunt cõmodius
deũ cognoscere/ feruentius amare/ quietius possidere/ & ob id sine fine gloriosius
frui: Arrã quippe iam cœlestis patriæ tenent/ qui mundo calcato/ aĩam & corpus
deo suo mãcipauerũt: Gaudendũ est iterũ Soror: cũ magnificũ tuũ hoc ceptũ non
mediocris exempli puellis tẽpestatis huius extiterit/ quæ te aut uiderint/ aut audie-
rint parentes deseruisse: qui agris & argento & opibus referti/ qui subditis & di-
tione ornati sunt pauperrimiq; monasterij locũ petiuisse: quin etiã ꝙ Aristoteles
ipse magis eligendũ censet unico proposito: Christo tamẽ docente/ non suadente
philosopho consecuta es: Id enim tale esse affirmat/ ꝙ uel bonum/ uel expediens/
uel delectabile sit. Quid quæso magis bonum est/ ꝙ ipsam sequi & amplexari
bonitatem/ quæ Christus est: quid expeditius ꝙ eius præceptis obtemperare/
quid delectabilius ꝙ cum iugo crucis suauissimo sublato sectari/ quæ oĩa intre-
pido & alacri aĩo obiuisti: Igitur gaudendũ tibi est firmissimeq; tenendũ futuram
copiosam mercedẽ tuã/ si legittime aduersus tuos & crucis hostes fueris præliata:
multa eñ intereundũ discrimina euenient: multi hostes insurgent/ iugiterq; crassa-
buntur q̃bus cũ bellũ gerere singulis horis & momẽtis oportebit: nec ideo expa-
uescendũ: sed iterũ gaudendũ: quin ubi excellentior pugna/ ibi locupletior victo-
ria/ & gloriosior corona/ magnũ tecũ dæmones certamen inient/ magnãq; cõtentio-
ne: qui te nunc aperto marte petẽt: nunc cuniculis oppugnabũt: sed a te passionis
Christi memoria & fugabũtur & absterrent. Hec eñ meditatio/ insurgẽtia quæq;
aduersum nos disijcit atq; eliminat. qđ se Augusti. expertũ testat̃: mundus insul-
tabit offerent̃ honores/ se ingerent stemata: q̃ oĩa ꝓprie memoria mortis retundes:
Caro concupiscet (ut ait Apl̃us) aduersus spiritũ quã flagra cedent/ domabũt ieiũ
nia/ iugisq; labor & sacra lectio uincent: nec ideo flagris sic oportere cedi te ad mo
nitam uelim/ ut a te ipsa hoc perpetrandũ sæpissime intelligas: tantũ enim abest ut
hoc tibi faciundũ suadeã/ ut etiã apertissime cauendũ iudice/ quia multi dum a dæ
mone sub aperta ratione mali/ nequiuerint illudi sub specie boni ob indiscretam
corporis castigationẽ in præceps delati sunt. Audi Bernhardũ dicentẽ: quicquid
superioris licẽtia fit/ gratius in conspectu dei/ & ꝙ illã hostiã singulariter accipit/ q̃
nõ de ꝓpriæ sñia uoluntatis/ sed de p̃cipiẽtis offertur imperio: Hoc ex ꝓposito in-
seruisse uolui/ cũ audiuerim te non nihil austeritatis/ nec probãtibus superioribus
fuisse molitã: qđ etiã de lectione scripsi ad eundẽ tenorẽ referendũ uolo: qđ non
ut scias/ sed ut recte opereris lectionibus incubas/ q̃ sñia a patre tuo Frãcisco ꝓdĳt
monuitq; frẽs ut plus orõnibus: ꝙ lectionibus desudarẽt: qm̃ Christũ ita effecisse
euãgelia testent̃: in oĩbus porro tentationibus corona illa iustitiæ/ & stola gloriæ:
cõteplãda est a te/ quã deus añ mũdi principiũ/ fidei armis/ scuto spei/ & charitatis
galea/ in hoc cõflictu acerrime dimicãtibus p̃parauit: ea igit̃ q̃ retro sũt/ postq; ara
tro manũ admouisti/ obliuisci debes & in ea q̃ ante sunt extenta/ penni hoste ligno
crucis fugato ad cœlestẽ Hierusalẽ pijssimũ Iesum seq̃ & post illũ currere ĩ odore
unguentorũ suorũ: O ineffabilis christi amor: O uis ĩmensa/ q̃ postq; pectus pos-
sedit mũdi penitus inducit obliuia/ & flagrantissimã cœlestis patriæ sitim ingerit/
qua uitæ labores facillime superant̃: qua mũdus datur pessum illecebræq;/ & car-

nis blandimēta nō solū habent̄ p nihilo/sed & habent̄ odio: O rem mirandā Christi amor efficit ut uilis homuntio/spernat mundū/uincat demonē/superet seipsum innatosq; mores/& in dei filiū & heredē ascisca̅t. Perge igit̄ obsecro Soror charissima/quo cæpisti itinere/& ne te dæmon absterreat: Christū ama: Christo famulare Christū imitare/eiusq; mortē semp in corde retine: quis enim hac meditatiōe possessa non sequat̄ humilitatē: quis charitatē non obtineat: quorū altera uirtutē oīm fundamentū est: Altera absoluta consumatio: tua profecto mens fœlix/ si illum iugiter meditata fuerit: Illū inq;/cum patre regnantē ante oīa sæcula / in tpe carnē assumpsisse/laboresq; omnifarios sustinuisse: demūq; in ara crucis / ut nos diaboli mancipia effectos in libertatē assereret/& sanguinē & animam effudisse: potuit ne unq; maius in nos beneficiū extitisse q̄ semetipsum exinanire/ formam serui accipiens/factusq; obediēs/usq; ad mortē crucis: Hæc igitur meditare Soror charissima/quæ mundi nauseā inducunt/quæ pariunt dei amorē/ quæ labores religionis dulces & suaues reddūt/quæ supernæ ciuitatis consequēdę spē firmāt: Et iterum gaude cū te iam maiorē mundo hæc renūciatio sola cōstituerit: testāte Cypriano eum qui renūciauerit iam sęculo maiorē esse & honoribus eius & regno: Sed epistola claudēda est/quæ & si tibi grata futura nō est/ nec mihi ipsa satisfactura: Attamē te certiorē reddet/me potius q̄ tuæ petitioni nō annuere/periclitari etiā cum dispendio famæ maluisse: Vale/& deum iugiter ora pro me/Eleonora soror/& ioanna uxor: & tua St. Magdalena se tibi in Christo commendant.

¶ Ioannes Franciscus Picus: Tryphoni. Sal.

a Ccepi Secundū abs te/& quidē secundū: Nam alius generis eiusdē semp quæsitus nunq; inuentus apud me delitescebat/ cui mox reperto: en tuus ceu cognato gratulabūdus accessit: Ago grās & habeo cū laboris tū diligentiæ/tantū abest ut remorā damnē. Qui enim fieri potest ut culpa sit ubi amor & cura: fallacē & terga ut scribis uertentē fortunā fugare facillime poteris armis cōsilij. Quod tibi cum in ambulationes illæ/ quas cum Aristotele fecisti/tum sacrę in primis litteræ suppeditabūt: Salutē Donato meo nomine ascribito/non secūdo sed primo: Idem tibi & impense quidem Barrus exoptat: Secūdi preciū quod ex te Bibliopola pcepit Ioāni huic ad te perferendū dedi: Vale Carpi. vi. Idus Martij.

¶ Ioan. Fran. Picus MAXIMILIAMO Cæsari. Sal.

S Cæs. M. Nuncius maiestatis tuæ/qui pro me in Italiā uenit/ ad te reuertet̄/ Postq; se Mediolanū contulerit: Iam eīn & Mantuanū principē & Ferrariensem conuenit: & Mirandulā etiā accessit. Intellexi (& ita etiā ex lr̄is. M. T. percepturā puto) ipsum mantuæ pincipē paratissimū offerre sese/ ut tibi morē gerat/& mihi opē ferat: Quā de re a pluribus etiā amicis certior factus sum: Ducē uero Ferrariensem hac in causa illius uestigia secuturū pene oēs existimant. Qui aūt res meas occupat M. T. tuis pceptis obaudiuit putās quoquomō se fecisse mādato satis: si aliqd' mendaciū cum obediētia cōmutet. Negat eīn mihi fuisse iniuriam & uim illatam/qd' nemo est qui nesciat: sed & dissimulat te pro me cōtra illū sententiā tulisse/qd' nō solū notissimū atq; vulgatū est/ sed etiā eidē p ultimas tuæ M. lr̄as declaratū. Quo circa enixe/ clemētissimeq; supplico/ut & fidei meæ & iuriū meorū/& clemētiæ tuæ rationē habēs/iustū auxiliū qd' imploraui sæpius/ acceleres: Nam oīs celeritas uidet̄ mora mihi tādiu oppræsso & tā insignē iniuriā pro

seruanda fide perpesso. Litteras itaq; in italiã ad eosdẽ expostulo/ ut statim opẽ fe-
rant nec oratores hac in re amplius morent. Dies em̃ mihi nũc pro mẽse est. Quan
doquidẽ fame oppida urgent/ & ab oppidanis ipsis ego idẽtidẽ urgeor/ ut ꝓpius
accedã. Si em̃ principes illi de machinis ꝓuiderint: quicqd ꝑterea contulerint satis
fuerit/ illũ ipse peditum numerũ/ de quo tuæ. M. corã locutus sum si illi obsequent
triduo paratũ in armis habebo (quanq; armis nõ erit opus/ nisi tantũ ut uibretur)
ꝙ si mora mihi nocebit ad pręsens/ uereor ne summa postea difficultas oboriat: &
mea iniuria & ĩgẽti damno differat auxiliũ ac spoliator contra ius & fas/ contra
decreta tua promulgataq; sententiam in bonorum usurpatione/ in ditionis & ci-
uium oppressione/ diutius perseueret. ix. Kalẽ. Iunij. M. D. v.

¶Fr. Baptista Mant. Carmel. Ioan. Franci. Pico Mirañ. Sal.

c Onfiteor & accuso apud te dictũ meũ/ ꝙ fuerim hactenus negligẽs in scri
bendo: habeo tñ unde me excusem/ publicas. s. occupatiões/ q̃ cogunt etiã
corpus a patria/ & ingeniũ a studijs ꝑegrinari: Et quotiẽs datur ad studia
reditus (dat autẽ raro) ꝓpter longa litterarũ ieiunia supra modum esuriẽs animus
usq; adeo lectioni se ĩmergit/ & ĩgurgitat/ ut concoquere nequeat q̃ uorauit: Quo
fit ut cũ negotiũ habeo/ negociosus sim: cũ uero non habeo negotiosissimus: Inter
Salebras & Spineta Ioannis Scoti exigẽtibus sic discipl'is/ hyemẽ consumpsi: cor-
rigendo etiã poemati nostro de regibus Hispaniarũ operã impendi/ unguẽ appli
cui/ & ei summã manũ imponere propero: possem inq; negligentiã meã sic expur
gare/ & clypeũ huius excusatõis ꝓtẽdere/ sed parco: ꝙ existimẽ me facilius ab hoc
reatu ꝑ ueniã/ q̃ ꝑ satisfactionẽ absolui posse: apud iudicẽ tantę humanitatis & cle
mẽtiæ: De his hactenus traductionẽ illã Hieronymi diu multũq; desyderatã/ q̃sitã
ubiq;/ & nusq; inuentã grato aĩo recipiã/ nesciẽs tñ q̃ tibi q̃ tali reddã ꝓmunere do
na. Q̃ patrui lucubratiões contra Astronomos editas studio & industria tua ex
cribraueris; debet oẽs uiri tam indocti q̃ docti publice gratulari/ & ingentes gra-
tias uobis/ hoc est tibi ac patruo semꝑ exoluere: qui cõmunẽ hanc pestẽ/ & uanissi
mã istã curiositatẽ de medio abstuleritis: Hydrã hãc extinxeritis/ Harpyas eas ex
puleritis quibus hoĩes fascinant/ nitor fidei obscurat/ bona ingenia deluduntur.
Quãto desiderio ardeã uidendi opus/ hoc tam egregiũ tã singulare/ tã sublime/ tã
arduũ nõ possum litteris explicare/ q̃ primũ potero (ne dubita) tꝑis aliquantulum
suffurabor/ ueniã repẽte/ improuisus adero/ saturaturus ingenij ligurĩetis ĩgluuiẽ/
habet ingeniũ gulã sicut & sensus/ habet palatũ/ habet uenerẽ: cui nescio an pctm̃
sit nimis indulgere. Bartholomeo Susæ nr̃o noli succensere: ꝙ aduentũ meũ silue-
rit: nã cũ necessariũ esset e uestigio discedere/ iussi ut id silentio ꝑteriret: cuius igno
rantia nõ nocebat/ sciẽtia displicitura erat: & in hoc silentio tibi magis q̃ nobis cõ
sulebã/ ne uidelicet tristareris te ita a me ꝑteriri. Dare igit' ueniã bonæ huic intẽtio
ni potes & debes/ qñ si erratũ est/ in rẽ tuã erratũ ẽ: Alios semel uidisse satis est: te aũ
tem ꝓpter uirtutũ tuarũ raritatẽ/ nõ satis est uidisse semel/ iuuat usq; morari/ & con
ferre gradũ: Res ordinis trahebat me in Etruriã/ & quorundã fides ac iucunda so
cietas morã excludebat. Argumentũ tuũ in opus patrui legi/ tantũ placuit ut adu
lationis suspicio dicere nõ sinat. Ante quinq; annos cũ essem Romæ/ uidi & ꝑlegi
Centiloquiũ Ptolemęi/ nuꝑ a Ioanne Põtano trãslatũ cum cõmentatoĩbus eiusdẽ
Vide ergo ne is sit/ quẽ te repperisse scribis inter libellos & scedas Pici nr̃i: Cõsulo
ut oĩs patrui philluras excutias/ scrinia oĩa plustres/ ramenta oĩa colligas: reliquias
oẽs tã excellẽtis ac ꝓpe diuini ingenij afferas: nihil ꝑire sinas in eũ ordinẽ digeras

quem res ipsę præse ferũt:& qui prudẽtiæ tuæ melior apparebit/si nõ coherebunt: si non pendebit unum ex altero/singula per se stabunt:propria nitentur bonitate. Tomi erunt:Aphorismi erunt:nihil abijcito/nihil supprimito/nihil enim in eis puto qđ salẽ suum nõ habeat:quod sit languidũ/qđ enerue/qđ friuolũ/qđ ociosum. Collige oĩa/audiamus mortuũ loquentẽ/a tacente plura discamus/q̃ a loquẽte liceat intueri/tantũ naturæ conatũ iuuenilis ingenij miraculũ temporũ nostrorũ ornamentũ. Cæterũ ex tãta rerũ copia sublimitate p̃stantia cognoscimus homo hoĩ quid præstet/& dubitare cogamur:an omnes animę naturæ sint unius/ quas tantum uideamus differre in operationibus: Tu uero uale:& patruũ in omnibus imitare/hoc excepto ꝙ diu uiuas/& quod eius annis ablatum est tuis addatur: Et sicut in Helisco nostro duplex factus est Heliæ spiritus / sic in te patrui spiritus duplicetur:.Idibus Februa. Mantuæ.

¶ Ioan.Fran.Picus. Alo.Marl. Sal.

Martiano

C Vm superioribus diebus Florentiã petissem: Ioan. Pi. patruus dũ de philosophia & litteris mecũ fabularet:inter loquendũ a me petijt/si forte Vitulonis philosophiã more mathematico editã ad me misisses / uel sup hac re scripsisses aliqđ/Recordatus me illam suo nomine(dum Barrhi princeps Ferrarię moraretur)abste sumopere efflagitasse:respõdi nec uerbũ accepisse: Verũtamen si id optaret me scripturũ,p̃misi: te nõ defuturũ putans in obeundis oĩbus/quę ad hanc causam spectare uiderent. Gratissimũ sibi fore respondit: atq; ut hoc ipsum factitare hortatus est uehementer: hoc uidelicet adiecto/ ut uel illã ad me scribendam transmittas:uel a me operã dari cõcedas/ut Papiæ uel Mediolani quo sis securior transscribat: Quapropter & hoĩs authoritate/ & uisendi librum uoluntate fretus hæc ad te dare cõstitui:quibus(si qđ meus erga te amor/& instituta pridem amicitia potest) te obsecro obtestorq;/ne tali tantoq; uiro adeo exiguũ adeoq; leue officiũ deneges:qđ si feceris utrũq;/nostrũ mirum immodũ tibi cõciliabis:licet mecũ parum sis lucraturus/cum tibi meipsum iam pridẽ dederim: sed illũ tibi magno amore deuincies:illũ inq; quẽ pręsens ætas(ut nosti)iam admiratura: & posterã ni fallor: magis est atq; etiam magis admiratura: Vale.

¶ Ioan.Fran.Picus: Io.Baptistæ:Comit.Fauentino. Sal.

L Itteras tuas cum carminibus muneribusq; libentissime inprimis accepi: ꝙ & ex his te sospitẽ & nostri memorẽ esse intellexi: nec ẽm parũ accessionis rebus meis factũ iri iudico/cum amicos qui absentes sunt & icolumes/ & suæ spontis esse certior fio. Letatũ te scribis: ob nauatã a me studijs operã idẽtidemq; aculeis quibusdã dulcibus quidẽ & perhumanis ad ceptum me perficiundum perurges & impellis: Hæc nõ mediocria amoris indicia sunt/ quę tam & si explorata iam pridẽ habuerim/magis tñ atq; magis in p̃sentia florent: Nec est cur te siletij pœniteat: Est forte cur nõ aggressi itineris pigeat:ut ad nos nostrãq; ditionẽ uisendã:qbus æque ac tuis uti potes uenires: Excepissem te tanto gaudio quanto forte aliũ neminẽ / ut quẽ amẽ ex penitioribus certe animi penetralibus: moueor tũ ob grãmatices elementa ex tuo fonte nobis pueris hausta:tũ ob signa ea / qbus tuũ erga me amorẽ palã fecisti/quo internũcio te magnopere hortor/ & rogo etiã atq; etiã ut facias ne tuũ ad nos aduentũ amplius desideremus / & eo magis rũpere moras potes quo te diu exagitatũ(ut scribis)negotia plurima distinuerũt/ facturus es nobis rem gratissimam:nec tibi arbitror iniucundam: Vale.

¶Ioannes Fran. Picus: Theophilo Stangæ. Sal.

a Vdio te monachorũ Neapolitani Cænobij Abbatẽ/ & lectũ esse & designatũ illis gratulor mihi nõ gaudeo/ habituri enim sunt religiosi illi hoies præstantẽ ducẽ aduersus hostis uersutia & præclarũ ad capessendas uirtutes pceptorẽ/ nobis aũt uisendi aliquãdo tui occasio penitus erepta est: non illis inuideo salutaria monita/ sed nostrã cõqueror iacturã/ qua tãto magis subleuabimur: quanto tu & tua inter septa degẽtes monachi ppensius ad deũ pces p nobis effũdẽt: Cæterũ quanq̃ iter te facturũ p Mirãdulanũ agrũ mihi facile sit existimã dum / ne desiderio tamen frustrer: teneor enim uoto non exiguo uisitandi tui / te magnopere & oro & obtestor / ut hucusq̃ diuertere uelis: mihi. n. uxoriq̃ meæ mirumimodum gratificaberis / nõnulla quippe pectori tuo cõmissuri sumus ad patrem socerũq̃ perferenda / quæ nec litteris ne nuncio etiã probatissimo demãdare mus: suscipiendum a te negocium nobis persuasimus: quando tuum erga nos amorem & humanitatem exploratas habemus: Vale Mirañ. v. Idus Iunij.

¶Ioan. Fran. Picus: Sy. Re. Sal.

r Ecepi tuas litteras & ob id cõmentationes de monte pietatis ad te mitto & misissem pridẽ: sed nondũ exemplaris munus obiuerãt. Qua ppter curare poteris / vt q̃ formatæ sũt (postq̃ eis ad libitũ usus fueris) ad me iterũ deferantur. Sole enim quæ theologico exaratæ sunt stilo trãscripta fuere: porro omnes in uniuersum gratissimas habui / eorũq̃ rationibus / ni alias ex aduerso fortiores & ualidiores uiderimus annuo & acquiesco: Cæterũ a cardinali Curcensi nec uerbũ accepi: nescio an litterę delatæ sint: Vereor plurimũ ut deuium iter captauerint. Attamẽ non deest solamẽ / nec in totũ euanuit spes. Dabo operã qua ratione potero: ut quas subierint manus certior efficiar. Faxit diuina bonitas ut naufragium nõ sint perpessę: huius incõmodi causam fuisse nõ ambigo fidissimi cuiusdã nũcij nostri ex urbe discessus ijsdẽ diebus q̃bus litteræ Romã ferebant. Albertum cõnubio iunctũ esse haud dubiũ est: Ita deus oĩpotẽs annuat cęptis & faueat successibus: Episcopi nostri sanitatem uehementer exopto: cui me cum tempus opportunum dabitur commendaueris. Vale. vi. Kaleñ. Septemb.

¶Ioannes Fran. Picus: F. V. Sal.

p Reteritis diebus eplam tibi destinaui / ut facile cognoscere posses qđ meũ foret iudiciũ de cõgregatione a te dimittenda: satis em̃ te cõmonuerã: sed uel te illas nõ uidisse uel parũ perspexisse extimo: cũ uideri tuas iterũ hac de causa ad me missas litteras q̃bus me impẽsissime rogas / ut operã dem qua tuũ possis implere cõsiliũ / ego iterũ scribã qđ sentio: Vehemẽter em̃ & a deo & ab hominibus arguẽdus essem / si semitã ueritatis derelinquerẽ / senticosum iter & deuiũ incederẽ / uideo te (ita mihi uidet / & nõ solũ mihi / sed & pluribus) a dæmone uel decipi uel illudi / dum tuã in qua oẽm pene uitã duxisti cõgregrationẽ (ita appellare soletis) dimittere p curas: dic quæso qua iusticia / qua deuotione / uel potius quo rationis figmẽto tuũ hoc iter moliris & p̃paras: Ignoras ne totã Augustini familiã te aduersus insurrecturã: An dissimulas amicos tuos oẽs quos lõgis cõparasti uigilijs: plurimaq̃ cõcione conciliasti / & passuros scandalũ / & te illico relicturos: Argumentũ illud tuũ uel cauillũ potius / de uisendis Hierosolymis facile dissur t cum

id ne dicam religionis ꝓfesso/sed nec marito uel ciuilibus alio iugo seruitutis astri-cto/absq; uenia concedatur: eo præsertim cũ neq; in hoc / neq; illo monte deũ/sed in spiritu & ueritate colere oporteat. Sed & aliã quã adducis captiunculã/argumẽtationemve confragosam de curãda salute proximi ob iuges clamationes e pulpito uel eadẽ infringuntur ratione/cum nulli hoc concedat̃/nisi & probato/& quod est præcipuũ a maioribus electo & destinato: obediẽtiæ enim te oportet succumbere/quãdo eam noueris/& scriptũ est meliorẽ esse obedientiã uictimis / nõ enim qui se ingeret dignus est prælatione ecclesiastica: sed qui uocatus est a deo tanq̃ Aaron(ut ait Apl's)uel missus a maioribus ad obeundũ prædicationis officiũ/ ut nunc in ecclesijs mos est/si tepidi uel frigidi nõ credunt euãgelio tibi credent: qui deũ nõ audiũt tibi auscultabũt: Acquiesce igit̃ sano cõsilio & opinionẽ hãc abijce ad septa redi ouis aberrãs/patere potius/uel iurgia uel afflictiones quas obedientiæ meritũ leuigabit/q̃ excusso obediẽtiæ iugo p̃dicari apostata: q̃ si te Hierosolymorũ iter tã uehemẽter angit & aĩorꝝ salus quã ꝓcurare gestis excruciat: meminisse te uelim abbatis Macharij salubrẽ fabellam de tonsoris mercede/a Cassiano hæremita in collationibus relatã. Et caue ne siĩtudo isthæc tuæ possit opinioni coaptari: Caue inq̃ ne spiritales nũmos q̃s lucratus es obediẽdo in fratrũ cõione ab illa disseperatus & disꝑdas & dissipes: Caue iterũ ne a fratribus insecteris/tanq̃ fugitiuus & trãsfuga/& ne a dęmone q se ĩ angelũ lucis trãsfigurat sub boni alicuius cõsequẽdi spe rapiaris in p̃ceps. Qua igit̃ uocatiõe uocatus es Christũ sequere: q̃ & obediẽs fuit usq; ad mortẽ/mortẽ aũt crucis: Hæc dicta sint/ut plane cognoscas q̃ntũ mihi curę tua salus & honor sit: Valeto & obedientiæ iugo colla submittito.

¶Ioannes Fran. Picus: Herculi Stroçæ. sal.

m Itto ad te Staurostichon nostrũ uel plenius: uel uacuũ minus q̃ erat: dum proximis diebus id tibi Ferrariæ legendũ tradidi: Reuisas oro/ castigesq; & id ipsum Tito patri ostendas uelim. Ac Ripę nostro cẽsorũ ꝓbatissimo cui aliqua ex parte audiuimus/sed ex integro nõ accessimus σταυρώσις enim libello nuncupationẽ nõ indidit: sed σταυρὸς καὶ στίχος ex quibus Staurostichon coagmentauimus / ut em̃ alij acrosticha / & cætera id genus græca licentia: sic nos de cruce carmẽ id enim operi ꝓpositus finis / ex quo sumere appellationẽ philosophis placuit in aĩa nõ mutauimus: quandoquidẽ id noĩs honestare carmẽ tibi uisum fæcimus/id nullo exemplo/sed grãmaticorũ dogmate/q̃bus compertũ Proceleumaticũ pedẽ quintã sedẽ non dedecere: quod autẽ de uerbo annuo scripsit examinandũ diligentius suscepi. Quãuis em̃ absolute soleat afferri uerbũ annuo & datiuo iungi: ut scite/recteq; Ripa: ex Vergilio & Ouidio ꝓbauit: Scrutãti nihilominus mihi Vergili uersus sic occurrit: Abnuerã bello Italiã concurrere teucris: Itẽ illud. xi. ubi primũ auellere signa: Annuerint superi: Et p̃terea nõ uidet̃ ratio refragari. Quãdoquidẽ significatu ꝓpinquũ est id uerbũ/ Huic affirmo/qđ accusandi casui & tẽpori infinito copulari posse oppido q̃ manifestũ est: Diligẽter quæso opusculũ lectitare nõ pigeat: nec abnuas ueniam sicubi obstrepuimus anserino clangore: Nosti em̃ me annos ꝓpe quattuordecim nõ solũ carminibus/sed bonis etiam litteris abstinuisse/& philosophis Barbaris lingua/catis pectore/eiusdẽq; ordinis theologis ĩcubuisse: suffurati sumus interdũ/ ac decerpsimus mẽses aliquot/ut nõnulla ederemus/ q̃ ad te olim peruenerũt/ sed plura habemus in manibus: ex quibus Theoremata de fide/& nouem de rerũ prænotione/uolumina q̃ proxime cõposuimus/ea priusq; nr̃as manus exeãt apud Ripã iacerent libẽ

ter optarē indagaturū/an dum latio aliquā Galliæ/ Germaniæ/ & Britāniæ partē intulimus: linguæ quoq; alienigenę rubiginē contraxerimus: hoc dūtaxat examinandum illi uolo: nō id quod apud grāmaticos sub iudice adhuc/ quodq; certamini perpetuo damnatū est magis/ ꝙ olim Mysiæ fines: Circulū mittito/ & uenationem/ tum ut turbulentis negotijs exagitati & lassati Barbarorū studijs ceruorum tuorum cursibus & fugacissimę illius Alcis præda recreemur: Vale.

¶Hercules Stroça. Ioan. Franci. Pico: Sal.

f Taurostichon opus ægregiū/ & quod nomen tuū sine dubio imortalitati donaturū est/ nōnullis pcurri oculis: ac Ripæ nr̄o reuisendū tradidi: q & ingeniū sūmis effert laudibus/ & illud magis magisq; indies admirat̄/ tibiq; mirifice afficit̄/ & agit gr̄as/ ꝙ ex eius opusculi lectione repetita sese tāta uoluptate cumulaueris: Ipse insup & ego te hortamur ut Theoremata de fide/ quæ in manibus sunt & uolumina de rerum prænotione absoluas & scrinia tandem reseres/ ut exire possint/ & per ora hominum docta uolitare: Pergasq; ex erudito isto & fœcūdo pectore aliquid semper depromere/ quod alios delectet/ quod te ipsum laudibus illustret. Vale Ferarriæ: Kaleñ. Februarij. Ann. M. D. v.

¶ Cœlius: Cal. Ioan. Fran. Pico. Sal. Calcagnini

g Regorius noster uix mihi sesquihora copiā fecit tui poematis: Princeps eminentissime: Deuoraui igitur id potius ꝙ legerim: Mihi nihil uisum est grauius/ luculētius/ addo etiā sanctius: ut tu unus uidearis musas illas Heliconias christiano baptisterio primus initiasse & rem prorsus miram fœcisse: ut scilicet priscorum elegantiam Christi religione dilueris. Bene uale Cœlij tibi adiuratissimi memor. Ferrariæ. vi. Idus februarij.

¶Ioan. Fran. Picus. Bap. Mantu. Car. Sal.

d Iu est ꝙ litterarū nihil ad te dedi: mihiq; plane persuadeo/ te id boni semꝑ consuluisse neq; enim aut amicitiæ desertorē/ aut negligentē me sanctissimū illud iudiciū tuū arbitratū crediderim. Quandoquidē uera amicitia/ qualē inter nos fuisse/ nemo nostratiū est fere qui nesciat crebris epistolis quasi columnis & sustentaculis non æget/ sed & credere pariter erumnæ meæ omnem uel minimam cessationis nedum negligentię aboleuisse notam existimandum est/ tot bellica & plusq; ciuilia incōmoda/ tot itinera: & uerius exilia/ ad Barbaras nationes suscepta/ tot morbi & quidem diuturni: tot alij exanclati/ labores mihi uni: & familiæ quasi agmine facto incubuerunt/ ut bene mihi actum putauerim/ ꝙ meam meorumq; uitam redemerim: Nunc autem & quia dei optimi maximi beneficio respirare/ & optime sperare datum est: Et quia Ptolemæus frater tuus/ cum suo principe/ cuius a secretis est/ huc appulit nil amplius differendum/ ratus hosce uersus illi ad te dedi/ quibus rescies me erga te eundem esse/ qui semper eundemq; futurum ei ipsi: Opusculum quoq; nostrum heroico carmine paulo ante compositum ad te perferendum obtuli: neq; enim ab ocio nos litterario/ negocia bellica & turbulēta penitus abstraxere: Alia missurus & maiora/ ubi cognouero hoc idē/ a te iure amicitiæ & perlectum & castigatum: Vale/ in tuis ad deum precibus/ memor mei. Carpi. Kaleñ. Iunij.

¶Frater Baptista:Mantu.Carmel.Ioan.Fran.Pico. Sal.

l Egi litteras & poema tuũ Ioan Frã.Picæ:uir illustris/amorẽ pristinũ erga te meum scito ne dum esse conseruatum/sed indies magis cõfirmaturum/ & auctum: Nam cum audirem infortunia tua quæ quidem fuere magna & ingentia te ferre fortissime ac decentissime/uisus es mihi dignus amore tanto maiore/quanto in te uirtus maior apparuit: Et ut quod sentio loquar ingenuæ/ maior mihi nunc uideris/ꝙ cum regnabas: Regnare em̃ possunt æque boni/ac mali:At regno esse digni nõ possunt nisi boni:hoc est nisi fortes/nisi iusti/nisi prudentes/nisi modesti: plus ergo lõge est regno esse dignũ:ꝙ esse regẽ: Te ergo amo te colo/te obseruo/quod si neq̃ litteris/neq̃ ore te salutaui/fuit in causa/ꝙ assidue fortuna te iactante raro ubi nam esses intellexi: Aĩo & desyderio tecũ semp fui/ & orando tibi affui/non ego solũ/sed & om̃es quotquot mihi sunt in Christo fratres.Omnes em̃ pari te affectu prosequunt/& tibi gratulant:ꝙ apud Albertũ cõsobrinũ tuũ/principẽ optimũ cũ uxore & liberis/& dulcissimo studiorũ cõmertio tranquillissime uiuas:iucundissimo fruaris hospicio:Ego illud regnũ extimẽ mihi infœlix quod cõsuetudine tali me priuaret/& talis ac tãti uiri congressus assiduos philosophicorũ studiorꝝ suauitate conditos:ego om̃i regno anteferrẽ/more imperatoris Diocletiani/qui pertesus molẽ imperij siluarũ opaca silentia/ & hortorum amœnitatẽ prætulit imperatoriæ maiestati: Sed de his hactenus. Poema qđ religiose/eloquenter & docte conscripsisti/ neq̃ laudare/ neq̃ admirari satis possum: Habet enim sine mollitie & impudicitia/salẽ ac leporem/& delectat non ut Flora/ sed ut Diana:non ut Venus/ sed ut Minerua miscens/ queadmodũ præcipit Horatius dulcedini utilitatẽ ac pulchritudinem:Poemata obscæna & impudica sunt iudicio meo inter uera poemata/quales inter probas matronas/fornicarię meretrices.Ego em̃ poema uerũ/& qđ om̃e punctũ ferre possit esse nõ puto nisi sit graue castum/ac sanctũ:Quod Horatius innuit dicẽs:Rem tibi Socraticæ poterũt ostendere chartę: Nec audiendi sunt poetæ molles & effœminati/quibus nihil sapit nisi turpe/impurũ/lurulentũ/& olidũ:Sunt nimirũ similes scarabeis/ꝗ pro ingenuitate naturæ suę ex stercore bubulo pedibus auersis pilulas uolutãt.Poema hoc tuũ simile fluuio/ꝗ currẽdo crescit quo magis ꝓcedit uidetur uenustius/dulcius/grandius/qđ est indiciũ fortioris ingenij. Fortioris inq̃ ingenij qđ exercitio nõ flacescat/sed laborãdo uires acquirat:Sapiẽs igitur poeta/si decimũ annũ: ut Horatius monet faciendũ expectare nõ uelit/cum spũ maiore se uidet eleuatũ/ & illa fluentiora uena redundantẽ ad ea inspicienda reuertatur/quę ex uena tenuiore ꝓfluxerunt:Ista præcipientẽ me ridere potes/qui(more medicorũ) ea præcipio/quæ non obseruo:sed respõdeat pro me Horatius:fungor uice cotis:Radere quę ferrũ facit expers ipsa secundi:Nolo te longiore cantilena distinere:Bene uale/& illust.principi Alberto consobrino tuo me cõmenda. Mantuæ.v.Idus Iulij.

¶Ioanes Franciscus Picus: Bap.Man. Sal.

Baptistae Mantuano

n On ideo scripsi ad te/ꝙ uel latum quidẽ unguem ab ea quę semper me tenuit tui erga me amoris opinione recesserim:persuasum & prope cõpertum habui/participẽ te incõmodorũ meorũ factũ lege amicitiæ/præcepto charitatis:ꝙ nõ salutaueris æqui boniq̃ consului/ꝙ precibus iuueris tam possum non credere ꝙ ignem non ardere: Propriũ hoc tibi tuiq̃ similibus/qui addictius

Christo famulantur/quorũ ope cõiector euenisse/ut isthæc incõmoda/ etiã plurifarię molestiarũ moles leuius aliquãto præsserint me: q̃ aut cogitassem/ aut sperassem: neq; enim humeros oneribus eiusmodi aptos credidissem: dei munus est si fortiter tulimus/si plus æquo reluctati fuimus/si pastoris uirgam aberrãtes oues nõ agnouimus / humanæ miseriæ nostræq; malitiæ ferimus acceptũ fateor inter tot iactationes quid dicã/an uerius naufragia/inter tenebras tẽpestatis multa densas caligine/affluxisse Christi iubar/ cuius bñficio quæ bona miseri mortales autumamus/plena malis intuti sumus/ quo & præteritorũ cõsolatio/& futurorꝫ spes uelut aurora subrutilans exorta est:quo item tabula statim fracta carina monstrata simul & ꝓbita est/ut ferre interim seuiẽtis equoris turbines/& minas fortius possemus quoad optata rediret tranquillitas: Quã mihi rem/tu & amice & oportune gratularis/ Nam tot nobis Alberti amitini nostri pncipis moribus & doctrina rarissimi/hospitiũ contulit/ut nil cõmodius extra patriã exhiberi potuisset: cuius cõsuetudinẽ/quanq; experiar q̃ sit optima:tua tamẽ illam oratione ita extollis ut regno pręponas & patriæ/qđ officiũ si antea præstitisses:fortasse auidissimã & anxiam nimis desiderio mentẽ lenisses:Et quanq; nos:quod nostrũ est/ multiplici iure regnum (ita enim tibi placet ditionẽ paruulã more ueterũ appellare) breui speramus consecuturos:ea ipsa tamen consuetudine minime ꝙ scis ob uicinia fraudabimur:quin & tãto illa futura suauior est/ quãto quæ uoluntate q̃ quæ necessitate fiunt iucundiora existimantur. Cæterũ redijt ad nos poema nostrũ miro stupore ꝑculsum:ꝙ sibi secus euenerit/ac cũ reis agi consueuerit/ quãdoquidẽ solet aut pœnas dare carceris/aut iniustis fortasse notis dimitti: Saltẽ obelo astericos miniatas cærulas nõ effugiunt:laude se nihilominus cumulatũ/& quidẽ multiplici fuisse a te prædicat:quod equidẽ a tanto uiro factũ nullo pacto credidissem: ni epistolã mihi tuã pro testimonio produxisset. Optassẽ equidẽ ut ipsum quoq; pupugisses/quo illesus potuisset ęgredi:& sane mihi uidentur amici iudices censoresq; delecti/ut post publicationẽ operũ quærere debere/quod in libris propugnet:sic antea quod oppugnẽt/quando ista ueluti Sciamachia perstricti ad uera obtrectatorum certamina munitiores paratioresq; euadunt: In alijs si quæ modo cudentur (nam pedestris oratio liberior/& mihi ab hinc decenniũ multo familiarior est) uidebimur fortasse tibi etiã in uniuersum obsequẽtiores:Et certe poeta is apud multos fœliciter scripsisse putabitur/adeo ut nec ipse queat repræhendere: cui Sandaliũ Veneris culpatũ est/ qui eundẽ uidelicet semper tenorẽ/ filũq; sp eundẽ seruauerit:Et si Cyclici scriptoris tonitrua fuerit exorsus/respondeat ultima primis:& si humili fonte scaturierit/ non rapacẽ mox exurgat in fluuiũ. Frequẽter tamẽ moneri solent poematũ opifices/ alio stamine narrationem alio repræhensiones/paraneticẽ alio & incitamenta texenda:quod equidẽ arbitror ab oratoria schola defluxisse. Tua ego poemata/ quæ tu censes cotis instar edita/ semp admiratione digna iudicaui:cum ob multas uirtutes/cum ob eximiũ candorẽ / & inaffectatã illã facilitatẽ:quã multa pene possit affectatio cõsequi/quorũ multa memini olim me in opusculo nostro quopiã inter prima postremæ adulescentiæ rudimenta edito laudauisse:Non equidem ut tibi adularer/cuius uitij nomine nec inimici me arbitror(modo me nouerint)unq; damnarũt. Sed ut alios tui exemplo a uitandis obscœnis arcerẽ ad excolendã religionẽ prouocarẽ:cuius muneris partes / cum puto maxime implentur/cum nil falsi/nil fallacis/nil antiquę superstitionis admiscet/ & ꝓphetæ exemplo/nec antiquorũ deorũ memoria per labia fiat/ nisi cũ optimus inciderit locus ut profligent. Aueo quæ nup scripsisti perlegere/ & quæ mihi Ptolemæus frater recẽtes elucubratiões a te perscriptas affirmauit magna cum dele

ctatione cernere uicissimq;:si id placuerit mittemus nostra permutantes: χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοι ἐννεα βοίων quod ut facias quęso:& quanq; χρύσεα daturus es: tamen non est timendum ut φρένας ἐξέλετο ζεύς. Carpi.xi.Kalen. Sextilis. Ann.M.D.v.

¶Ian.Franciscus Picus:Io.Thomæ filio. Sal.

c Vm te iam grāmaticę metas pręterfectū cernerem fili charissime: & p humaniores disciplinas quasi perfloridos campos exspacianté: ut inde arduum dialectices & spinosum collem conscenderes/ea de re si quæpiam tibi præcipere consentaneū duxi: Neq; enim nō conuenire indulgentissimi unq; parētes existimauerint:ut aliqd mihi oneris subeundū putē/quo tu non ab onere solū maximo leueris/sed ne flexuosis quoq; ambagibus deterreare: quin recto & inoffenso itinere/per collē istū deuectus/ad summū sacrorū eloquiorū uerticē perducare. Erratur em̄ hoc temporis plurimū consuetudine praua: quod & pessimi colūtur duces: Nec sunt qui senticosos & plenos uepribus calles perpurgare moliantur: Quotus em̄ quisq; nō pauore consternat̄ nō horrore diffugiat qui hanc ipsam disciplinā aliarū pene omniū magistrā percepturus est. Et cum primum in scholas aditum tulerit actutū audiat: Terminus est signū orationis cōstitutiuū/ut pars propinqua eiusdē: Quis etiā ualentior aliquanto ꝓgressus/nō remoret̄ modo/sed pedē referat/cum terminorū suppositiones/uel de longinquo subodorauerit: Sed & illud discentibus/& quidem eximiū incōmodum obuenit: dum Aristotelis organum aggressuri sunt/& primo quasi in limine offendunt excogitatas a neotericis inexplicabiles quęstiones dixerim:an uerius ambages: quę tam&si uegetem alioquin reddere ingeniū queāt: Seorsum tamen præbendę iuuenibus/& inter physicas & metaphysicas ediscendę: A quibus cum Porphyrius dialectices isagogen scribens/ex proposito abstinuerit ipsi de industria ante fores inculcant: Sophismata Britanica taceo/quæ sunt hominū sæpe inuersa iudicia: ueris & solidis Aristotelis philosophi præceptis præponuntur. Consultius fieret/si eo illa differrent loco discutienda quo magnus ille dialecticæ doctor/de sophisticis Elenchis argutissime subtilissimeq; disseruit. Eisdē enim regulis uniuersa dilui soluiq; possunt: His ipsis impedimentis sæpenumero contingit/ut multorum annorū dispendium patiantur iuuenes: nec laboris etiā sui fructum nisi sero promāt & marcentem uerius q̄ præmaturū: Via enim (ut ille inquit) incipientibus opus est/& ea plana: tum ad ingrediendū/tū admonstrandū expedita: Quinq; itaq; libros/de arte dialectica & ad te & pro te scribere proposui: quorū primo quæ prænoscenda putauimus discenti concludūt de nomine/de dignitate/de inuentore/de scriptoribus artis/de usu & de alijs nōnullis/quæ ueluti introductoria censentur/quibus & delectatiōe illinitur fere & aspergitur/quodā ceu melle animus/ne statim acida illa & subamara dialectices pocula persentiat. Quattuor reliquis ars ipsa tradetur quodam quasi naturę ordine: cum enim tribus ueluti officijs noster animus in cognoscendo fungatur singulis eorum singuli dabuntur libri. Primo enim de cognitione rerum simplici uocibusq; quibus ea declarant̄ disseremus: Secundo de illarū compositione.i.enunciatiōe cōsequenti ordine decernemus: Quę quomodo colligantur/& uero Syllogismo claudantur: Tertius liber ostendet. Quoniā autē in discursu ipso/ratio sæpenumero fallitur/& uera pro falsis hallucinantes desumimus. Quinto de falsa ratiocinatione disputabimus: & quibus regulis uerum cognoscere & ab errore discernere possimus pro uirili monstrabimus.

¶Ioanes Franciscus Picus: Lud. Ar. Sal.

Ludovico Ariosto

n On est cur meos desideres rhythmos/ qui lingua uernacula/ in ipsis adolescentiæ feruoribus exciderũt: Eos enim mihi cum suasit philosophia/ tum persuasit religio ut in minutissima frusta discerptos uentis cõmitterẽ: Sed quos tibi Ferrariæ memoriter recitaui/ quoniã sedulo requiris/ quoniam promisi mitto: Primus est affinis illius tui gratia compositus/ qui dum mecũ esset in Germania: rumpebat aures crebris suspirijs & singultibus: Bestiolã quandã/ cui nomen diuæ fecerat/ identidẽ repetẽs: Quapropter ut ad sanitatem reduceretur/ hoc ipso carmine: Dialogi uice: suspiria compressi.

.A. .I. .A.
Lasso. che hai. Mia diua ei sospir tetri

Hanno me di me stesso tracto fuori
.I. .A. .I.
Peggio hai. p che. per cio che ogni hor tu mori

Che quella Signi Anchor che gran Impetri
.A. .I.
Anci piu uitæ spero. anci feretri

Expecti Et che per suoi Circei fauori

Ti muti in bestia E per piacere dolori

Ti doni Erio vrlar per suaui metri
.A. .I.
Possio questo schifar. Sel fructu cil fine

Di uener pensi/ E come lega e sciolue

Incende aggiaciar in un puncto Alta in Ruine

Come in infamia Et in furore riuolue

Lanime che qua giu son peregrine

Poi epse in foco Ei corpi in pocha polue

¶Secundũ autem Rhythmũ siue æthruscum malueris Epigramma nuncupare/ in Christi natiuitatẽ ipso die natali/ dũ inter Vindelicos moraremur ita effudimus

Naque in tal Giorno il bein del uniuerso.
Del qual priuato in tenebre di errore
Molti anni Giaque E da lethal furore
De praui spirti fu quasi summerso
Ma lo eterno figliolo che lhomo perso

Essere non uolse per immenso amore
Di Maria naque A noi / on de in terrore
Lo ardie de praui spirti fu conuerso
Exulti dunq; nr̃a carne in terra
Poi che assumpta dal uerbo ha in ciel sua sede
Parata E. cum Pluton uincta ha la guerra
Fuga e lo amor terreno E dio cum fede
Cum speme Amiam che iusta mente A terra
Il mondo chi del ciel e facto herede

¶ Tertium uero dum Rhomã pergeremus inter equitandũ/ uti de natiuitate prius ita de morte/ ipso etiam tempore monente composuimus: Nã triduo post solenni memoria celebrari debebat: quare ad hunc modum cecinimus.

Se el Pelican per conseruare la uita
Mortal de figli trahe del pecto il sangue
E lor pascendo se destruge e langue
Onde amariuigliar ciaschun in uita
Quanto stupir debbiam de la infinita
Bonta di Christo qual si fece exangue
Spengendo il tosco de lo infernal angue
E per morte donando eterna uita
Ingrato nr̃o core che pur passegi
Dreto a piacer fugaci e tanto munere
Che maior non si da poi in oblio
Fermi ti priego Acio piu non uannegi
Fermi ti el giorno che presenta il funere
Del signor per il seruo ingrata e Rio

¶ Habes itaq; in scriptis quæ uoce habuisti: promissum exsolui: Tu nomen ex Ephemeride meum dispungito: Et uale.

¶ Ioan. Fran. Picus Mirañ. Conrado Peũtingero Iureconsul.

S Alue: dum non nulla cum Mantuano Principe negocia (ut quandoq; fit) agitarem offendi Henricũ hunc uestrũ Augustensem Italis gratum: & cũ interloquendũ in tui mentionem incidissemus/ illeq; significasset/ breui se Augustã rediturũ: Rogaui hominẽ/ ut meis tibi uerbis plurimã salutem diceret/ & testimonium redderet meæ erga te propensæ uoluntatis: Illi ipsi has ad te litteras perferendas dedi/ ut si uerbis eius minus fortasse fidei præstares: Vadimoniũ accederet litterarum: Ego quidem cum ob tuas uirtutes/ tum quo me amore prosequeris: is sum quo uti potes arbitratu tuo: Cęterum si me amplius demereri cupis da operam: ne Vuolphius ille noster diutius me maceret & mearũ elucubrationũ quas procurauit formis excudendas/ expectatione continua discruciet iam pene peperisset Elephas/ ex quo hinc meorũ librorum grauidus ad eum Philesius discessit: Sed uos frigido sub cœlo nati/ longi incubatus fœtura / maturiores fortasse partus editis in lucem: Quæso te: Vuolphio uel indigenti calcaribus œstrum epistolæ subinferas: uel torpenti Germana glacie uocis Zephirum inspires: Nec

ambigo nostrum Henricũ nonnihil caloris allaturũ ex Italia/ni forte is tardiusculus accesserit/utpote cui facile remorã attulerint: tot nomismata ueterũ imperatorum/ quibus onustus ad uos proficiscitur/ nec aliam ob causam/ ꝗ ut tibi studioso antiquitatis gratificetur: Vale Mantuæ.xv.Augusti:properanti calamo: Ann. Quingentesimosexto supra millesimũ.

FINIS LIBRI QVARTI.



